NAZIONALE
13
18 E
6
C. 22. 22
13 - 8. B 18
Digitized by Google

Digitized by Google

BRANCACCINVS
DE
IVRE DOCTORATVS.

Digitized by Google

Digitized by Google

MAGISTRI

FR. DOMINICI MARIÆ DE BRANCACCINIS

FLORENTINI

Ordinis Seruorum Beatiſsimæ Mariæ Virginis,

AC SERENISSIMI

COSMI TERTII

Magni Etruriæ Ducis

HVMILIS THEOLOGI.

DE IVRE DOCTORATVS

LIBRI IV.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



ROMÆ, Typis, & Sumptibus Nicolai Angeli Tinaſsij Impreſſoris Cameralis, & Vaticani. M.DC.LXXXIX.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.

Digitized by Google

SERENISSIMO
COSMO TERTIO
D. G. MAGNO ETRVRIÆ
DVCI SEXTO.

1. QVI *Vobis Regibus, aduehere veſtes ſolent, aut æs, aut aurum laboratum, aut aliquid aliud eius generis, quo ipſi egent, vos abundatis: hos (vt mihi quidem videtur) plus ſatis apparet, non largitionem, ſed mercaturam facere; ſuaſque merces, artificioſiùs vendere, quàm eos, qui ex profeſſo cauponantur.* Non enim, vt duplicatos ſibi quæſtus de negotiatione reportet, SERENISSIME MAGNE DVX, ſolus 1. Iſocrat. or. 2. de Regno.

2. *Impiger extremos currit Mercator ad Indos,* 2. Horat. lib. 1. epiſt. 1.
Per mare pauperiem fugiens per ſaxa, per ignes:

ſed & quæ vis vt plurimùm

3. *Munera, qui mittit ſperat maiora remitti:* 3. Michael Verin. in diſtic.

cùm lucra profectò longiſſimè ſapiant: nam

—— 4. *Lucri bonus eſt odor ex re* 4. Iuuenal. ſatyr. 14.
Qualibet ——

Propterea, &

5. *Vera dico, ad ſuum quemcumque hominem quæſtum eſſe æquum eſt callidum* 5. Plaut. in aſin. act. 1. ſcen. 3.

Eadem idcircò cum plurima Clereta appoſitè ſentio, quæ mellito

ſermone (meretricio more) adoleſcentulo Argyrippo, ſic aiebat venuſtè:

6. Idem ibidem.
—— 6. *Neceſſe eſt facere ſumptum, qui quærit lucrum*

Hac vna de cauſa maximè

7. Mart. lib. 5. 81.
7. *Dantur opes nulli nunc, niſi diuitibus*

At ædepol.

8. Terent. in Phorm. act. 1. ſcen. 1.
8. *Quam iniquè comparatum eſt; hi, qui minus habent*
Vt ſemper addant diuitioribus:

Hinc itaque, tam excelſo, hæc literalia munera donando Viro, & Viro Principi, quibus abundat ſatis, dum vix ipſa poſſideo, vereor & ego, ne tantæ Maieſtati.

9. Martial. lib. 5. 18.
9. *Fortaſsè auarus videar, aut inhumanus,*

quæ certè

10. Claudian. in Eutrop. 1.
10. *Nil negat, & ſe ſe, vel non poſcentibus offert.*

Verùm enim verò, quia

11. Heſiod. agricult. lib. 2.
11. *Optimum eſt lucrum non ſpectare in omnibus;*

improbum hoc (ſi quando tamen, meo adhæſerit animo) in trutina haud leuiter caſtigandum videtur examen: quin è conuerſo potiùs

12. Martial. lib. 5. 18.
12. *Odi doloſas munerum, & malas artes,*
Imitantur hamos dona: namque quis neſcit
Auidum vorata decipi Scarum muſca?

Me quamquam ſecus minimè lateat, HEROS SERENISSIME, vt

13. Martial. lib. 8. 24.
13. *Si quid fortè petam, timido, gracilique libello:*
Improba non fuerit ſi mea charta, dato.

14. Pompon. lætus in Dioclet.
14. *Potiſſima enim dos in Principe liberalitas eſt, & clementia.*

Ideoque non ſemel, ſi

15. Martial. lib. 8. 50.
15. *Grandia pollicitus, quantò maiora dediſti!*

exinde profectò fiet, vt

16. Martial. lib. 7. 42.
16. *Muneribus cupiat ſi quis contendere tecum;*

humanitate deuictum ſe manifeſtè, vel inuitè prodat. Ea quippè de re

17. Martial. de ſpect. 3.
17. *Vox diuerſa ſonat, populorum eſt vox tamen vna*
Cum verus Patriæ diceris eſſe Pater.

Hæc autem, me licèt parùm, nihilue vrgeant; non eſt tamen, vt palam id non fatendum putem, nimirum quòd

18. Ouidius epiſt. 18.
—— 18. *Acceptiſſima ſemper*
Munera ſunt, Author quæ pretioſa facit.

Nec

Nec minus aliqua, quæ

—— 19. *obeſt multis*;

19. Ouidius metam. 11.

auiditas gloriæ, titulique cupido vnquam me preſſit: Nam eſto ignorem nequaquam: 20. *Recuſare omnes honores eſſe ambitionis*: optimè tamen calleo, *moderationis eſſe eligere pauciſſimos*.

20. Plinius paneg. cap. 55.

Sed fortaſsè aliquis

—— 21. *an erit, qui velle recuſet*
Os populi meruiſſe, & cedro digna locutus
Linquere, nec Scombros metuentia carmina, nec Thus?

21. Perſius ſat. 1.

Minimè ſanè. Quin, inſolens veri, ne vnquam videar,

22. *Non ego, cùm ſcribo, ſi fortè quid aptius exit,*
Laudari metuam: Neque enim mihi cornea fibra eſt.

22. Perſius ibid.

23. *Eſt enim profectò iucunda laus, quæ ab ijs proficiſcitur, qui ipſi in laude vixerunt*;

23 Tullius lib. 15. epiſt.

24. *Sed recti, finemque, extremumque eſſe recuſo*
Euge tuum, & belle: ———

24 Perſius ſat 1.

Non quidem prorsùs, huiuſcemodi gratum, vt aliquando reſpuam oblectamentum; ſed eſt aliud quò tendo, & in quod dirigo arcum. 25. *Sicut in aruo, quod ſegeti proſciſſum eſt, aliqui flores internaſcuntur; non tamen huic herbulæ, quamuis delectet oculos tantùm operis inſumptum eſt: aliud fuit ſerenti propoſitum, hoc ſuperuenit: ſic & voluptas, non eſt merces, nec cauſa virtutis, ſed acceſſio: nec quia delectat placet; ſed quia placet delectat*. Præmium ergo, merceſque præſentis ſuſcepti laboris, quæſo hæc vna ſit, vt

25. Seneca de vita beata cap. 9.

26. *Admittas timidam, breuemque chartam*
tuæ
Intra limina ſanctioris Aulæ;

26. Martial. lib. 5. 6.

vbi ſiquidem

27. *Nemo ſuos (hæc eſt Aulæ natura potentis)*
Sed Domini mores Cæſarianus habet.

27. Martial. lib 9. 80.

Hoc enim vnum, humili ſi ſeruulo

—— 28. *quicquid petit, vſque, & vſque donas*;

28. Martial. lib. 4. 27.

vehementer opto, enixèque deſidero: Nec multa, & ſi grandia, mea reputanda ſunt vota, vt impetratu difficilia reddantur: nàm

—— 29. *pauca cupit, qui numerare poteſt*.

29. Martial. ibidem.

Quod & innumera, ſi prætereà quæſiſſem, quippè qui promus magis quam condus, ſuis

—— 30. *nil ſupplicibus ſolet negare*;

30. Martial. lib. 5. 6.

pro-

protinus ad ſtuporem obtinuiſſem. Nullum herclè apud ipſum.

31. Ennod. paneg. ad Theaderic. 31. *De honoribus tetigit deſperatio, quem iuuerunt deprecantem bona conſcientia*. Quandoquidem, tantùm

32. Plaut. in prolog. Amphit. —— 32. *iniuſta à iuſtis impetrare non decet:*
iuſta verò, & Magno digna Principe, iuſto deprecatori differuntur nequaquam; Quin ampliùs.

33. Plinius paneg. cap. 3. 33. *Animaduerto etiam Deos ipſos, non tàm accuratis adorantium precibus, quàm innocentia, & ſanctitate lætari, gratioremque exiſtimari, qui delubris eorum puram, caſtamque mentem, quam qui meditatum carmen intulerit*. Meritò proindè, ea tuis ſemper à gratijs

34. Martial. de ſpectac. 4.
34. *Turba grauis paci, placidæque inimica quieti,*
Quæ ſemper miſeras ſollicitabat opes,
vndecumque exploſa, & eiecta eſt. Sibi enim ſola

35. Martial. de ſpect. 29.
35. *Hoc pretium Virtus ingenioſa tulit.*
Eruditis, ac rectis Viris magna duntaxat præmia debentur.

36. Plinius paneg. cap. 44. 36. *His honores, his Sacerdotia, his Prouincias offers: hi amicitia tua, hi iudicio florent; Acuuntur iſti integritatis, & induſtriæ pretio, ſimiles, diſſimiles alliciuntur: Nam præmia bonorum, malorumque bonos, ac malos faciunt. Pauci adeò ingenio valent, vt non turpe, honeſtumque, prout benè, ac ſecus ceſſit expetant, fugianue: Cæteri; vbi laboris, inertiæ, vigilantiæ, ſomno; frugalitatis, luxuriæ merces datur: eadem iſta, quibus alios artibus aſſecutos vident conſectantur; qualeſque ſunt illi, tales eſſe, & videri volunt; & dum volunt, fiunt*. Quamobrem,

37. Martial. de ſpect. 20.
37. (*O dulce inuicti Principis ingenium*)
Cùm ſis Tu

38. Martial. lib. 6. 28.
38. *Caſtus moribus, innocens pudore,*
Velox ingenio, decore fælix:
cui ſanè

39. Perſius ſatyr. 4.
—— 39. *Ingenium, & rerum prudentia velox*
Ante pilos venit: ———
ſapidè diſcernes; Opus, quod ſi placet, ob id nequaquam meus

40. Martial. lib. 5. 16.
—— 40. *Fiet, vario ſordidus ære, ſinus*;
quia nimirum

41. Idem ibidem.
—— 41. *tantùm gratis pagina noſtra placet*.
Optimè

42. Perſius ſatyr. 4.
42. *Scis etenim iuſtum, gemina ſuſpendere lance*
Ancipitis libræ; rectum diſcernis, vbi inter
Curua ſubit, vel cum fallit pede regula varo:

Et

Digitized by Google

Et potis es nigrum vitio præfigere theta. ——
Ex hoc verumtamen
—— 43. *egregium cùm me vicinia dicat* — 43. Perſius ibidem.
Non credam ——
Nam,
44. *Viuitur hoc pacto, ſic nouimus. Ilia ſubter* — 44. Perſius ibidem.
Cæcum vulnus habes, ſed lato baltheus auro
Protegit: vt marcis, da verba, & decipe neruos
Si potes ——
Idcircò igitur, quamquam & hos tibi gratum aliquandò foret perlegere, ſcrutarique libellos;
45. *Maior me tantò reuerentia turbat; & aures* — 45. Martial. lib. 7. 32.
Non auditoris; Iudicis eſſe puto.
Et quidem Iudicis, quo
46. *Nil exactius, eruditiuſque eſt;* — 46. Martial. lib. 4. 86.
Sed nec candidius, benigniuſque,
qui vtique. 47. *Nec aliud ſententia ſua pretium, quam benè iudicaſſe quærit.* Hos nihilominùs, CELSITVDINI TVÆ tuendos, patrocinandoſque haud ineptè exhibui: non herclè, vt — 47. Plinius pa-neg. cap. 8.
—— 48. *euge omnes; omnes benè eritis res,* — 48. Perſius ſatyr. 1.
fortè acclamandum ſperem (quandoquidem
49. *Non ſum tam temerarius, & audax:* — 49. Martial. lib. 4. 42.
cùm verè,
50. *Ignoret meritis dare munera, qui tibi librum* — 50. Martial. lib. 1. 112.
nimis audacter donare contendit) Sed, quia
51. *Sunt bona, ſunt quædam mediocria, ſunt mala plura,* — 51. Idem lib. 1. 17.
Quæ legis hic ——
Eadem, ne poſteà altius meditando,
—— 52. *Nimis vncis* — 52. Perſius ſatyr. 1.
Naribus indulgeas: ——
Quod enim ſcripſi,
53. *Non fuit hoc artis, ſed pietatis opus* — 53. Martial. de ſpectac. 16.
54. *Vita namque Principis cenſura eſt, eaque perpetua, ad hanc dirigimur, ad hanc conuertimur: nec tam imperio, nobis opus eſt, quam exemplo.* Quo neglecto archetypo, — 54. Plinius pan. g. 44.
55. *(O nos dura ſorte creatos)* — 55. Seneca Thy-eſt. act. 4. in fin.
Plurimi, ipſi adeò diſſimiles fiunt, vt
56. *Qui conſulta Patrum, qui leges, iuraque ſeruent,* — 56. Horatius 1. epiſt. 16.
inueniantur rari, numeroque vix ſint,

To-

57. Iuuenal. ſatyr. 13. —— 57. *Totidem, quot*
Thebarum portæ, vel diuitis oſtia Nili:
Quos propterea (arguiâ tamen abſque calumnia) ſchemate verò, & gradu, omni hic pietate ſum inſectatus; quia

58. Plinius paneg. cap. 53. 58. *Hoc primum erga Optimum Imperatorem, Piorum Ciuium officium eſt: Inſequi diſſimiles.*
Verùm interea

59. Perſius ſatyr. 1. 59. *Quis leget hæc —— nemo herclè, nemo?*
Vel duo, vel nemo,

60. Plinius paneg. cap. 21. niſi Tu. 60. *Qui cum ciuibus tuis, quaſi cum liberis parens viuis* Dicaces compeſcas, coerceas detractores. Præſentia ſanè tempora ſatis mala verſantur: quoniam experti non tantum, verùm

61. Martial. 1. 4. 61. *Et pueri naſum Rhinocerotis habent:*
adeò vt moleſti, vel plurimi comperiantur Cynici, aut mordaces Canes. Quod tamen ſi adhuc (multitudini vt parcat) quoſdam hoc ab innato, conſuetoque vitio, excludere, alienareue vitio, Tuæ ſummæ placuerit Ingenuitati: feſtiuiſſimo ſaltem ad illorum cenſuram, eo me ſinat dilemmate vti:

62. Martial. 4. 53. 62. *Non eſt hic Cynicus, COSME: quid ergo? Canis.*

CELSITVDINI TVÆ

Romæ die 21. Martij 1689.

Humill. Addictiſs. & Obſequentiſs. Seruus
Fr. Dominicus Maria de Brancaccinis
Ord. Seru. B.M.V.

INGENVO LECTORI

Ægrè profectò, & vix ſine lachrymis, Doctoralis præſtantiæ ſæpè animaduertens iacturam, anceps, & dubius mihi non ſemel adhæſit animus; dicenda ne ampliùs Dignitas illa ſit, cuius apicem tot herculeis homines attingunt ſudoribus; cuius maieſtatem prono Studioſi venerantur obſequio; cuiuſque nitidum communi extaſi, vniuerſalique ſtupore apprimè omnes admirantur iubar? Hæc enim humi nunc deſpecta iacet, indignis preſſatur dictis, & vilitatis exangui diù tabeſcit pallore. Nil vulgi curæ eſt, contemnitur, floccipenditur, & velut abſcondita penitùs ignoratur. Hinc in Doctores tot indagantur nugæ, iaciuntur iurgia, & probris adeò plena excogitantur epitheta, vt ſatis venuſtè luſerit Alciatus,

Quam multa rebus vitia in humanis agunt, Emblema 97.
Tam multa ſurgunt nomina.

Si enim tractabiles, conuentum amant: ſi ſpectabiles, in theatris verſantur, ſi dociles ſcholas frequentant,

His populus ridet, multumque toroſa iuuentus Perſius ſatyra 3.
Ingeminat tremulos, naſo criſpante cachinnos.

Quamobrem, vt diligenter, & cautè tanto occurratur ludibrio (cùm huius infandi exitij, potiſſimam nullam aliam, haud temerè putarem exiſtere poſſe cauſam, quàm omni poſthabito diſcrimine, aptos, & ineptos ad Doctoratus excellentiam admittere candidatos, nullumque ab ea reſpuere competitorem) DE IVRE DOCTORATVS, in quo multa congruentia ſcitu, cognituque expenduntur vtilia, præſentem, quamquam rudi, ſimplicique elaboratum Minerua inſpiciendum, obſeruandumq; contexui, & expoſui Tractatum. In ipſo namque, quicquid literariam ad rem, vt ſuo rectè vtatur munere, ſuoque merito non fruſtretur honore conferat, & expediat, quiſque pro libito facilè comperiet, & aſſequetur. Hunc tamen edendi in lucem, exiguitati meæ nunquam animus ſubijt, cum rudis ingenij non vtique partum, ſed quendam abortum ad ſummum putauerim. At ſanè, Eruditiſſimorum P.P. D.D. Ioannis Mabillon, & Michaelis Germain, quibus Florentiæ opportunus tulerat caſus, vt ipſum vtcumque perpenderent, ac penſitarent benigno, familiarique hortatu, ad commune bonum, Typis demandandum eſſe, honeſtè decretum permanſit.

Quod

Quod & vt dextro aliquandò fieret, & ſequeretur omine, (ſpontèque currenti, addere fortaſsè calcaria cenſentes): ſuo in Italico Itinerario, meum & ſi nomen eorum exciderit, menti, & Dominici loco, Auguſtinum poſuerint, id palam ad omnes, ſagaciſſimè tamen, & vrbaniſſimè contulerunt. Quia verò, vt Apuleius non inconcinnè docuit: Nulla res poteſt eſſe eadem feſtinata ſimul, & examinata, nec eſt quicquam omnium quòd habeat & laudem diligentiæ ſimul, & gratiam celeritatis: *mirandum nequaquam eſt, ſi ſuſceptum opus, vt aliquandò emendatum prodiret, ita cunctanter præſtolando expreſſi. Sicut enim, quomodò lepidè quidam cecinit Poeta*

De Deo Socratis.

Martial. epig. lib. 10. 59.

Non opus eſt nobis nimium lectore guloſo;

(quia, vt alibi eleganter expreſſerat,

Idem lib. 2. epig. 6.

Lectis vix tibi paginis duabus
Spectas ἐσχαλοκώλιον ———
Et longas trahis oſcitationes)

ità congruum exiſtimaui, aliquam in ipſum, ſaltem omnibus tradendo manibus, interponere moram. Nec me dictantem (cum ſtylo vario, & promiſcuo non pauca, ſed ferè cuncta paſſim exarauerim) vndecumque fugit, incuriæ meæ iure à doctis poſſe tandem improperari præſcriptos dicendi tranſiliſſe fines, extraque chorum aliquando ſaltaſſe: ſed huic eſto culpæ obnoxium, reumque me fatear, non tamen incomitatum penitùs aduerto. Quandoquidem, cùm plura, & varia ſcribentibus quotidiè ſint in manibus Oratorum volumina, Poetarum carmina, Hiſtoricorum narrata, & quicquid aliàs legerint, memoriæque mandarint, aliqua ſaltem carebunt cenſura, ſi inter ſcribendum offerant ſeſe illis hæc indiſcreta, inque operis partem non intellecta veniant, ac rem, quam moliuntur, ſuis quæque coloribus tacitè diſtinguant. Quapropter, cùm ita ſit, non eſt cur quæſitam hanc libertatem, ſed vltrò ſe obÿcientem, tam acriter, ſeueriterque interdicamus. Et ſi quid crudum, acerbumque, Ingenue Lector, prauos hic in Doctores notatum inueneris; ſit tibi ſatis, illud prorsùs non ignorare, quòd

Idem lib. 10. epig. 33.

Hunc ſeruare modum noſtri nouere Libelli
Parcere perſonis, dicere de vitÿs.

Fruere igitur his, qualeſcumque fuerint aſſumpti, laboribus; & temeritati, ac impudentiæ minimè imputato, ſed humanitati, & beneuolentiæ potiùs clementer adſcribito.

Adm.

ADm. Reu. P. Magiſter Gerardus Capaſſi Studij Regens Florentiæ videat An in hoc Opere, cui titulus *De Iure Doctoratus* ſit aliquid contra Catholicam Fidem, vel bonos mores, & referat. Ex Ædibus noſtris Sanctiſſimæ Annunciatæ de Florentia die 1. Auguſti 1687.

Fr. Ioannes Franciſcus Maria Poggi Secretarius Reuerendiſs.P. Generalis Ord. Seru. B.M.V. de mandato &c.

LIber, cui titulus *De Iure Doctoratus*, quem Reuerendiſſimus P. Magiſter Iulius Arrighetti totius Ordinis Seruorum Supremus Moderator mihi cenſoriè adiudicandum iniunxit *αὐτὸς αὑτὸν αὐλεῖ* ipſe ſuimet tibicen eſt. In eo namque & ingenij acumen, & doctrinæ ſoliditas, & elegans ſtyli lepor, & omnigena eruditio mirum ita in modum coeunt, vt meritò quilibet Operis Auctorem feliciter Doctoratus iura exarantem in omni ſcientia Doctorem emeritum fateri queat, ac falſitatis redarguere Euripidis in Rhoeſo parœmiam

Vt cuncta norit nemini Mortalium datum eſt:

Quare cum nihil in eo vel Fidei Catholicæ, vel Chriſtianæ morum diſciplinæ diſſonum ſit, vt literariæ Reipublicæ prodeſſe valeat, publica luce digniſſimum cenſeo. Florentiæ 20. Nouembris 1687.

Fr. Gerardus Capaſſi in Conuentu SS. Annunciatæ Studij Regens.

Frater Iulius Arrighettus Florentinus totius Ordinis Seru. B.M.V. Prior Generalis.

CVM Opus ab A. R. P. Magiſtro Dominico Maria de Brancaccinis Florentino Ordinis noſtri Seruorum conſcriptum, cui titulus *De Iure Doctoratus* de mandato noſtro fuerit recognitum, & approbatum, vt Typis mandetur, facultatem, quantùm in Nobis eſt, concedimus; cuius rei gratia has litteras manu noſtra ſubſcriptas, ſigilloque paruo officij noſtri munitas damus. Florentiæ die 24. Nouembris 1687.

Fr. Iulius Generalis Seru. B.M.V.

Locus † Sigilli.

Reg. lib. 1. fol. 14.

Fr. Io: Franciſcus Maria Poggi Secret.

DE mandato Reuerendiſſimi P. Magiſtri Apoſtolici perlegi opus in quatuor Libros diſtributum, cui Titulus *De Iure Doctoratus*, in quo præter cætera quæ commendare opus poſſunt maximam eruditionem Lector animaduertet, cùm egregium Authoris ingenium nihil latuiſſe videatur. Monentur alij vt æquam ſuis viribus materiam aſſumant, diuque verſent animo quid ferre recuſent, aut quid valeant humeri, cùm etiam nec eadem ferat omnia tellus, aut regio; illic interdum ſegetes, illic veniunt felicius vuæ: neque enim ſolent adeò felicia eſſe ingenia, vt ſcientijs omnibus addiſcendis, colendiſque paria eſſe poſſint. Exhauſtas vires perſentiunt antequam vnius, vel alterius ſcientiæ metas attigerint. At felicior Author qui ſcientias omnes complexus ingenio collecta tenet, quæ diſpetſa beatos alios efficiunt, vt meritò ijs accenſeri poſſit, qui ob ingentem πολυμαθείαν ſcibile omne diſcuſſiſſe referuntur, & quibus patuit ſcibile quidquid erat. Nemo ſcientias colit, qui grates Authori pro ſua parte rependere non debeat, quod illius ſcientiæ quam ipſe cæteris prætulit laudes, dotes, iura, priuilegia omnia, conceſſa collegerit, vt nemo potiori Iure Doctoris titulum magno applauſu à Doctoribus omnibus deferendum vnquam promeruiſſe videatur. Nihil verò toto Opere aduerſum ſanæ Fidei, vel bonis moribus contineri, non tacenda equidem, ſed minima commendatio eſt. Ita ſentio, & in huius fidem propria manu ſubſcribo. Romæ in Conuentu Mineruitano die 10. Octobris 1688.

Fr. Antoninus Maſſoulie Ord. FF. Prædicatorum Socius Reuerendiſsimi P. Magiſtri Generalis eiuſdem Ordinis.

Imprimatur

Si videbitur Reuerendiſs. P. Sac. Pal. Apoſt. Mag.

S. I. Menattus Epiſc. Cyrenen. Viceſg.

Imprimatur

Fr. Ioſeph Clarionus Ord. Prædic. Sac. Apoſt. Palatij Promagiſter.

DE

DE IVRE DOCTORATVS
LIBER PRIMVS.

Vbi de Doctoribus, & Magiſtris in genere latè diſſeritur.

CAPVT I.

Nomen Doctoris vnde deſcendat: quibus propriè conueniat, & quibus repugnet.

CAPVT II.

Doctotis, & Magiſtri titulis, nominibuſque indiſcriminatim non omnes gaudere habent: ſed quidam ſimpliciter, & propriè: quidam cum addito; quidam verò tantùm impropriè, & abuſiuè.

CAPVT III.

Doctorum, Magiſtrorumque nomina, eorumque promotiones ſemper extitiſſe probatur; licet eadem ad meliorem, ac firmiorem regulam recens vſus deinceps redegerit.

CAPVT IV.

Non omnibus literarias Vniuerſitates, ac publicas conſtruendi, dirimendique Academias tribuenda eſt æqua poteſtas; ſed ſummis tantùm Principibus, præcipuiſque Dynaſtis.

CAPVT V.

Vrbibus, & Orbi maxima ferunt Academiæ emolumenta, atque vtilitates.

CAPVT VI.

Piſani Gymnaſij origo, œconomia, leges, mores, ac præcipua ſtudia obiter attinguntur.

CAPVT VII.

Quanta qualiſque ſedulitas ab iis, quorum cathedris aptos refert prouidere Doctores præcipuè ſit adhibenda.

CAPVT VIII.

De ſcientiæ quantitate, Doctoribus ad docendum maximè neceſſaria.

CAPVT IX.

De Scientiæ qualitate, qua vnuſquiſque Doctor in docendo præſtare debet.

CAPVT X.

De accidentali, qualitate, ſeu præcipuis eius doctrinæ, quam veri Doctores profiteri debent, requiſitis.

CAPVT XI.

Doctrinam tradere nouam Doctoribus non inhibetur; dummodò ſtabili, integræ, ſimplici, & vniformi veterum Doctrinæ non aduerſetur.

CAPVT XII.

In Doctrinis tradendis magis expedit Doctoribus, alicui determinatæ ac famoſæ inhærere ſententiæ, ſeu (vt aiunt) iurare in verba Magiſtri, quam liberè opinando vagari.

CAPVT XIII.

In Diſciplinis tradendis, vt laude præmioque dignam vitam inſtituant auditoribus, maxima diligentia à Præceptoribus adhibenda eſt. Rerum idcircò magis, quàm verborum ſatagere debent.

CAPVT XIV.

Quibus libris, quibuſque Authoribus Doctores incumbere debeant, vt ſanam, & ſtabilem vndique prodant doctrinam.

CAPVT XV.

De origine ſcribendi, imprimendique libros, eorumque cultu, atque vtilitate.

CAPVT XVI.

Scribendi cupiditas literatorum ſingulis ferè communis, critica, & cenſura ſatis compeſcitur. Quæ nam vera critica ſit, & quibus facultatibus artium ſcientiarumque præditus eſſe debeat criticus Doctor, vt rectè, & ſcitè de omnibus iudicet?

CAPVT XVII.

Quibus ex Scientificis, ac literatis, tùm ex beneficio, cùm ex officio, ſiuè publicè, ſiuè priuatè docere conueniat: Quæque requirantur vt ex officio rectè docendi ab ipſis exerceatur munus.

CAPVT XVIII.

Regulares Doctores (ceteris præhabitis requiſitis) à publica cathedra minimè ſunt arcendi: eo vel maximè, ſi diuinarum literarum, ſcholaſticæ tam ſpeculatiuæ, quam

Digitized by Google

practicæ Theologiæ, Sacrorumque Canonum præſtent excellentia.

CAPVT XIX.

Vt artium, doctrinarumque Scholæ, nominis claritudine fulgeant, famæque ſonitu dilatentur per Orbem; verſatis Doctoribus, probatiſque Magiſtris ampla rependenda ſunt præmia, & pinguia eroganda ſtipendia.

CAPVT XX.

Doctorum, Magiſtrorumque inter ſe conquiſitę (contentiones ad euitandas) diſponuntur præcedentię.

DE IVRE DOCTORATVS
LIBER SECVNDVS.

Vbi de Doctoribus, & Magiſtris in ſpecie ea traduntur, quæ ipſorum muneribus maximè expedire cenſentur.

CAPVT I.

SAcrarum Scripturarum Doctores, Magiſtrique interpretes ſicut præ cæteris primatum Theologis habent; ita virtutum omnium, maximè Catholicæ fidei, ad cuius regulam, diuina tenentur prodere arcana, & reſerare miſteria, excellentiam pariter profiteri debent.

CAPVT II.

Theologis ſymbolicam profitentibus Theologiam; Emblematum, Parabolarum, Apologorum, Enigmatum, Hieroglyphicorum, Troporumque deinde omnium peritiam neceſſariam eſſe oſtenditur: Canoneſque ad Sacræ pandenda Scripturæ ſymbola, abundè illis ſuppeditantur.

CAPVT III.

Myſticam vt doceant Sacri Doctores Theologiam; eſto ipſe Deus per ſuperna dona, huius ſaculiaris, ſolus Doctor, & Magiſter exiſtat: nonnullas tamen induſtrias, per purgatiuæ, illuminatiuæ, ac vnitiuæ præcepta viæ, Diſcipulorum mentibus tenentur ingerere.

CAPVT IV.

Theologi concionatores, ſi munus ſuum ſeduló curare cupiunt; Myſteriorum Dei veluti ſynceri diſpenſatores fideles maximè inueniantur; ac proinde fidelitatis regulam cuius præcipua hic aſſignantur, & explicantur præcepta, omnino teneant.

CAPVT V.

Theologi Scholaſtici, quibus orthodoxam incumbit tueri fidem, eiuſque truces expugnare hoſtes, vt tanti muneris ſtudia cautè exerceant; quinque præcipua ſummoperè curare debent.

CAPVT VI.

Morales Theologi, quorum propriam non tantùm, verùm etiam intereſt alienam dirigere conſcientiam; munus ſuum tunc perfectè abſoluent, cùm rectam firmabunt, erroneam, dubiam, & ſcrupuloſam penitus amouebunt; ac ſaltem morali, probabilem, certitudine fulcient.

CAPVT VII.

Sacros tractantes Canones, vt æternæ Legis ad normam, humanas dirigant actiones; charitatis, & diſciplinæ zelo ſummoperè flagrare debent.

CAPVT VIII.

Abſtractas intelligentias, eo magiſque ipſum Deum formidine abſque erroris, vt naturali lumine, Metaphiſicus, ſiue naturalis Doctor Theologus, aliquo modo valeat percipere: fide vel ſpeciali aliqua diuina illuſtratione, ſuum naturale lumen, à ſummo bonorum omnium Largitore enixè poſtulet eleuari.

CAPVT IX.

Optimi Iuris ciuilis Interpretes, quorum in Ciuitatibus honeſtam, beatamque eſt conſeruare vitam, vt muneris ſui præclara monimenta relinquant; Legum non tantùm tenentur proprium penetrare ſenſum, verùm etiam earum cenſuræ ſuos in cunctis committere actus.

CA-

CAPVT X.

Cauſas rimari, patientiam partibus, cùm in ciuilibus, tùm criminalibus, aureſque præbere, dummodo cum iuſtitia quam maximè in pœnalibus miſericordiam exerceat; perfecti Iudicis officium eſt.

CAPVT XI.

Curiales Patroni, & quique præclarè, honorificèque curant exercere cauſidicinam; modeſtiam ſeruent, cauſarum multitudinem euitent, iuſtas tantum ſuſcipiant, pauperum lites gratis agant, pacta de pretio non ineant, & ſuis clientibus fidelitatem, ac diligentiam in omnibus præbeant.

CAPVT XII.

Ex Hippocratis iure iurando, ea feliguntur vberrimè, quæ probi, & ſatagentis Medici maximè cenſentur reſpondere officio.

CAPVT XIII.

Naturales Philoſophi, abſconditos naturæ latè noſcent effectus, ſi in ſecundis, & proximis cauſis: primam, & remotam non negent eos operari; quinimò permulta quoq; concedant ſupernaturaliter agere.

CAPVT XIV.

Humanum, Mathematica (Arithmetica ſcilicet, & Geometria) vt omnes perfectè attingere ſaltem valeat ſcientias (vnde fortè inſtituta ſunt) ægrè acuent, & excitabunt ingenium, ſi numerorum, figurarumque paſſiones, proprietates non tantùm, verùm etiam myſticæ ſignificationes ab earum ſectatoribus ignorentur, & ſenſus.

CAPVT XV.

Muſici tam harmonici, quam metrici, vt talium artium perfectam ſe prodant habere notitiam, eò vel maximè ſua ſtudia collimare tenentur, quò, ad hominum deprauatos in bonos flectendos mores, ac ad virtutum dirigendos amorem, omninò eſſe ſe ſperent profuturos.

CAPVT XVI.

Quamuis ex varijs aſtrorum, planetarumque motibus, & aſpectibus liceat Aſtrologis Solis, & Lunæ certè præcognoſcere eclypſes, & alia id genus non pauca: haud tamen indubium, & neceſſarium permiſſum eſt illis de futuris effectibus afferre iudicium, etiam naturaliter, ac determinatè ſequuturis, ſaltem in particulari, cùm multis modis valeant impediri: Quare abſtinere ſe debent ab omni determinato, & abſoluto futurorum iudicio; præſertim in ijs quæ ad liberam hominum ſpectant voluntatem.

CAPVT XVII.

Vt ex ſophiſmatum latebris abditam Dialectici extrahant veritatem: non faciles in eredendo, ſed in ſcrutando ſolertes: non mutabiles, ſed rationum validitati, nullo ad differentium perſonas habito reſpectu, firmos ſectatores ſe præſtare debent.

CAPVT XVIII.

Suadendi, diſſuadendique Rhetores officio præſtabunt, ſi rei vtilitati, honeſtatique magis, quam delectabilitati conſuluerint.

CAPVT XIX.

Ad euitandos errores, quibus Hiſtoria quamplurimum labefactari ſolet; eius maximè cauere habent ſcriptores; Ne quid falſi dicere audeant: Ne quid veri non audeant: Ne qua ſuſpicio gratiæ ſit in ſcribendo: Ne qua Simultatis.

CAPVT XX.

Perfecti, doctique Grammatici, ſcriptores, ac poetas, vt eorum decet officium rectè exponere cupientes: præceptis, ſuperiùs pro Criticis exhibitis, omninò ſe ſubdere tenentur.

DE IVRE DOCTORATVS
LIBER TERTIVS,

Vbi de honoribus, gratijs, immunitatibus, ac priuilegijs, cùm in genere, tùm in ſpecie, Doctoribus exhibitis, & tributis, abundè tractatur.

CAPVT I.

Doctoratus à priuilegijs excludendi, in eiſque includendi, qui ſint Doctores.

CAPVT II.

Doctoratus priuilegia, quæ iure tradita, & conceſſa ſunt dignitati affatim, latèque recenſentur.

CA.

CAPVT III.

Omnium Doctorum tam antiquorum, quàm recentiorum, quibus ab alijs deſcriminari habent, ferè recoluntur, & explicantur Inſignia.

CAPVT IV.

Sacrarum Interpretibus Scripturarum, apud Chriſticolas, Hebræoſque non modò; verùm etiam apud Ethnicos, & Gentiles, cultus narrantur exhibiti, & honores.

CAPVT V.

Symbolicæ Theologiæ Doctores quanti fecerit olim antiquitas;& quibus honoribus ſit ex animo eos proſecuta.

CAPVT VI.

Myſticæ Theologiæ non modò, verùm etiam Philoſophicæ contemplationis veri ſectatores, religioſo cultu (eſto inæquali) adhuc viuentes manſerunt honorati: illi quidem ſacro, ſiuè Duliæ; iſti verò ſuperſtitioſo, vel Idololatriæ.

CAPVT VII.

Diuini Verbi Præcones, vtpotè Superni Regis euangelici Nuntij, cæterorum non modò Legatorum gratijs ſunt plerumque gauiſi; verùm nobilioribus præmijs adhuc oſtenduntur affecti.

CAPVT VIII.

Scholaſtici Theologi, cùm Militantis Eccleſię validi defenſores,& fortia propugnacula ſint: armatæ militiæ, omnes prærogatiuas, & gratias, Spiritualiter ſaltem habent obtinere.

CAPVT IX.

Morales Theologi Chriſti Fidelium, ſpirituali pabulo reficientes animas, eadem cum Paſtoribus ouium onera, proportione habita, ſuſcipiunt, non tamen eadem ſortiuntur præmia; ſed eò ampliora quò ouibus, rationales animæ nobilitate præſtant.

CAPVT X.

Iuſtitiæ, ac Gratitudinis lege, Canoniſtis Theologis ferè ab omnibus non vulgaria præſtita ſunt obſequia.

CAPVT XI.

Metaphyſicæ, ſiuè naturalis Theologiæ magnifica recenſentur Encomia, in quorum gratiam eius Sectatores plurimum obſecuta, & venerata eſt Antiquitas.

CAPVT XII.

Cùm Iuriſperiti ſatis appoſitè appellati ſint Sacerdotes; æquabiles cùm illis, & fortè pares, cunctas apud nationes non ſemel obtinuerunt honores.

CAPVT XIII.

Medicinam Honorabilium de genere præclaram eſſe artem, eoſque, qui ipſa benè ſunt vſi, inſignes non ſemel recepiſſe honores, rationibus, & exemplis oſtenditur quamplurimis, & probatur.

CAPVT XIV.

Naturales Philoſophi apud omnes non ſecùs præclara adepti ſunt obſequia, quam omnium aquarum Piſces (quibus illi myſticè denotantur) ſibi apud Ethnicos vnquam vſurpauerint cultus.

CAPVT XV.

Matheſis certitudinem, veritatemque plurimùm admirantes homines; fauoribus, honoribus, & gratiis, illius quoque ita venerati ſunt cultores; vt eorum nomen, famamque Cæli vſque ad ſidera, quàm ſæpiſſimè tulerint.

CAPVT XVI.

Cùm valdè Muſica Deo curæ ſit, hominibus autem ad ſtuporem perutilis: eius proindè maximo in honore, excellentes ſemper habiti ſunt profeſſores.

CAPVT XVII.

Poetæ vtpotè diuinum poſſidentes afflatum; velut ſupernæ mentis interpretes plauſus, & dona quamplurima, vndique ſunt aſſequuti.

CAPVT XVIII.

Aſtronomiæ innumeræ expenduntur vtilitates, totidemque Aſtronomorum honores.

CAPVT XIX.

Scientiarum veluti defenſores, & dominatores Dialectici colendi, & amplexandi ſunt: cùm eorum inſignis ars, Gladio, vtpotè defenſionis, & poteſtatis ſymbolo deſignetur.

CAPVT XX.

Cùm Rhetorica, atque Dialectica ex eodem quaſi proficiſcantur trunco; non minora encomia, antellationes, & præmia Rhetores, quàm Dialectici ſibi meritò coegerunt.

CAPVT XXI.

Hiſtoria hominum mores ad viuum non minùs

minùs quàm Pictura, omnium rerum cum repræſentet imagines: Hiſtorici cum Pictoribus ferè æqualia ſibi proindè retulerunt præmia.

CAPVT XXII.

Cùm ſtudia humanitatis, humani generis præcipua ſint ornamenta: Grammatici humaniſtę meritò potioribus pręmijs, & gratijs vndique ſunt cohoneſtati.

DE IVRE DOCTORATVS

LIBER QVARTVS,

Vbi de Defectibus, Vitijſque malorum Doctorum cùm in genere, tùm in ſpecie, reſpectiuè diſquiritur.

CAPVT I.

In quatuor præcipuas ſuperbiæ, inaniſque gloriæ ſpecies, peruerſi communiter offendere ſolent Doctores: pro quibus certis, ſtatiſque prorſus ſe ſubijciunt pænis.

CAPVT II.

Quilibet Sacræ Scripturæ non eſt aptandus ſenſus: ſed qui œcumenicis duntaxat Eccleſiæ præceptis, patrumque traditionibus diſcors non eſt. Eius idcircò grauiter errare oſtenduntur Interpretes, qui his neglectis ſanctionibus, pro libito ſuo, diuina temerè exponunt eloquia.

CAPVT III.

Sacris Enigmatibus, Figuris, ac Hieroglyphicis ſuperfluum, aut diminutum exhibendo cultum; Religionis virtutem Symbolici Theologi plerumque lædere ſolent.

CAPVT IV.

Quia peruerſis religioſis, ſpiritualibuſque viris, maximè inſidiari ſolet Hypocriſis: Myſtici Theologi, qui ſpiritualem, & aſceticam profitentur doctrinam, hoc plerumque vitio laborare habent.

CAPVT V.

Concionandi munùs, quò difficiliùs, eò periculoſius redditur, & timetur: cùm elationis ventus, aurique fames ipſum præſertim exturbare ſoleant. Sacri idcircò eloquij Præcones, niſi ſedulò ab illis caueant; ambitione, & auaritia, enormiter plerumque conuincuntur peccare.

CAPVT VI.

Theologicas quæſtiones, friuolis abſoluere, ac vanis argumentis: Nouitates nimis amare: Sibi quod Veterum fuit, tanquam proprium tribuere: Diſcordias in ſcholis parare: inepta inſerere iudicia: Aures ad rationes naturę prorſus occludere: Curioſas, & ſuperfluas profanę Philoſophię non amputare ſententias: Scholaſticorum hęc ferè ſunt vſitata, & conſueta Theologorum vitia.

CAPVT VII.

Moralium Theologorum portentosè eclypſantur lumina dum nimis laxas, aut nimis rigoroſas, Fidelium conſcientijs nituntur inſerere opiniones,

CAPVT VIII.

Ius Pontificium, per huius ſæculi fluctus, ceù Nauis, ad optatum ſalutis portum nos quidem ducit, & vehit: Sed probatorum, reprobatorûmque Canonum ignoratione: arbitraria, & ſuperflua Ciuilium, ac communium legum per ipſos emendatione: nec non profanis præterea ſtatutis, eccleſiaſticarum ſanctionum impia, damnataque ſubiectione, adeò peruerſi, ac falſi Canoniſtæ hanc nituntur vexare Nauem, vt penè mergi, ac naufragari ſpectatoribus videatur.

CAPVT IX.

Naturæ lumen quia naturale eſt; ad notitiam hominis naturalem illuſtrandam limitatur duntaxat. Humani proindè intellectus imbecillitate, temeritate, praua erudientium inſtitutione, alijſque de cauſis, haud parùm impediri, & debilitari, poteſt ne aliquando ſuum ſortiatur effectum. Quamobrem præfati luminis ſola illuſtratione Metaphyſici ſuffulti, dum putant quoad ſingula generum, ſiuè quoad ſingula de ſingulis perfectam ſe poſſe obtinere ſcientiam, atque ſubtiliſſima quæque de ipſis, inutili curioſitate nitun-
tur

tur indagare: non ſine graui literatorum cenſura, plerumque delinquere, & errare vehementer ſolent.

CAPVT X.

Qui leges, in docendo ſuper leges tantùm adijciunt, earum penitùs vim ignorando, atque rationem (quod aliàs nil aliud eſt, quàm plures tenere leges, intelligere nequaqnam) Non Legum interpretes, ſed ipſarum animati indices ad ſummum, & elenchi nuncupandi videntur. Quorum præſertim hìc, ad cenſuram cùm in genere, tùm in ſpecie, grauiores redduntur, & reuocantur errores.

CAPVT XI.

Qualem vtrumque crus ad ambulandum,facultatem exhibet; talem in Medicina experientia, & ratio obtinere ſolent; adeò vt earum altera, vel in Medicis deperenunte vtraque, eoſdem, quos hìc ipſi præſertim deteſtantur; ſuæ incutere arti coguntur errores.

CAPVT XII.

Dum ethnicis nimis indulgendo ſententijs, ſacram Dogmaticam naturales Philoſophi, in ſcepticam curioſè transferunt Diſciplinam, naturæque vires vanis ſuperſtitionibus augent: veram, & rectam haud parùm contaminant, & labefactant Phiſiologiam.

CAPVT XIII.

In ſupputationibus, ac diuiſionibus, vt feruetur iuſtitia, & tixæ euitentur, & contentiones; Arithmetica, & Geometria probè adinuentæ fuerunt: ſed Auaritiæ ingenio, numeros, figuraſque ad parcitatem, tenacitatem, vſuram, fraudem, dolum, ſuperſtitiones, & veneficia, deprauati Arithmetici, & Geometræ iniquè, & indebitè non verentur quandoquè applicare.

CAPVT XIV.

Muſicorum, laſciuijs ex veſtibus, diſſoluto riſu, à flexuoſo, & erratico greſſu; non tam grauia, quàm varia ipſorum, vt plurimum deteguntur vitia.

CAPVT XV.

Eadem cum Muſicis non modò participant Poetæ libidinum vitia, ſed eis adhuc præſtant rigida mordacitate linguæ.

CAPVT XVI.

Genethliaci Aſtrologi, dùm futura certò, & infallibiliter præſagire nituntur: aperta falſitate, ſuperſtitioſa diuinatione, & ſacrilega impietate laborare conuincuntur.

CAPVT XVII.

Venatorum Typo myſticè Dialectici no tantùm:ſed non minùs curando iſti,quàm negligendo illi errant Venationis, præcepta.

CAPVT XVIII.

Dialecticis, Rhetores, neglectis rationibus, veritatis iudicium ità debilitant, & extenuant; vt falſa confirment, vera reijciant; & nugacis Sophiſtæ, mendoſique potiùs Aſſentatoris munus, onuſque ſuſcipiant.

CAPVT XIX.

Hiſtoria tunc grauiter labeſcit, & hebeſcit, cùm Prudentiæ, quàm ſanè gignit, contraria ab Hiſtoricis vitia aluntur abundè.

CAPVT XX.

Grammatici, & Humaniſtæ, dum quidam ſeueriter quamplurima notare, & criticare nituntur: aut vetuſtatem extrudunt, vel ſcripturas deprauant, aut propria tandem vocabula turpiter vitiant, & corrumpunt.

FINIS QVARTI, ET VLTIMI LIBRI.

DE

DE IVRE DOCTORATVS
LIBER PRIMVS.
Vbi de Doctoribus, & Magiſtris in genere latè diſſeritur.

QVoniam abſtractis humanæ ſunt intelligentiæ notiora concreta *2. met. text. comm.* 1. Doctoratus profectò de cuius Iure hic agere percupimus, non ſegregatus, & à rebus penitùs auulſus, ſed in Doctoribus, Magiſtriſque repertus, examinandus proponitur. Cæterùm cum Ordo, ex D. Aug. *lib. 1. de ordine cap. 7.* ſit omnium rerum congruentia, & ſimul pulchritudo; vt dicendorum quoque aptam ingrediamur viam, ordinem negligere non licebit: Etenim certum deſerens ordinem, teſte Boetio *metro. 6. lib. 1.*

Lætos non habet exitus.

Ipſum autem Philoſophicum Ariſtotele *1. Elench. cap. 1. & 3. rhet. cap. 1. lib. de ſenſu, & ſenſ. in princ. 2. de gen. anim. cap. 4. 1. phyſ. text. 57. 2. de ani. text. 64. & alibi*, duplicem conſtituunt; naturæ vnum, doctrinæ alterum: Quorum prætermiſſo primo, ſecundum qui maximè Diſciplinis fauet, ipſis ſcilicet facilitatem præbens; *5. met. text.* 1. æquo, gratoque amplectemur animo; primo videlicet ingreſſu, communia, particularia deinde, & quæ ipſis poſteriora videntur, tradendo: Communia etenim, atque vniuerſalia notiora, & „ clariora cenſentur *1. phyſ. text.* 4. Hoc namque omiſſo ordine (inquit Henr. *1. p. art. 21.* „ *q. 4. num. 12. & art. 1. qu. 12. num. 12.*) magnum inſtructionis eſt impedimentum. Et qui non „ obſeruant in addiſcendo, modicum proficiunt, & ſæpius errant.

CAPVT PRIMVM.
Nomen Doctoris vnde deſcendat: Quibus propriè conueniat, & quibus repugnet.

SVMMARIVM.

1 *Ius Doctoratus eſt id, quod bonum, & aequum eſt Doctoratus excellentiæ.*
2 *Nomen Doctoris eſt nomen verbale à doceo, illi tantùm conueniens, qui ſciens eſt in actu, vel ſaltem habet habitum ſcientiæ.*
3 *Doctoris etymologica definitio per Henricum Gandauenſem tradita, vnde ſumatur.*
4 *Doctor tenetur perfectè ſcire, vel ſaltem addidiciſſe ea, quæ alios docere poteſt.*
5 *Viri ſtudioſi quantum laboris pro comparandis ſcientijs impenderint, vt cæteros erudirent.*
6 *Humana ſcientia, cum vix abſque ignorantia reperiatur permiſtione; idcirco Viri ſtudioſi minimè ſe iactabant, ſed ſumma humilitate, ſtultos ſe reputabant.*
7 *Scioli plerunque tument, ac vultuoſo ſupercilio, plenos ſapientia ſe oſtendere conantur, cum ipſa omninò careant.*
8 *Scioli, ſuis ineptijs, leues, & inanes licèt inuitè, tandem ſe produnt.*
9 *Scioli cuiuſdam ineptia verberibus, & ludibrijs corripitur, & irridetur.*
10 *Cenſura Synodi Cæſarauguſtanæ in temerè ſibi aſſumentes nomenclaturam Doctoris.*
11 *Doctores bullati, & codicillares, qui propriè dicantur; & quid de ipſis Sacra Tridentina decreuerit Synodus remiſſiue.*
12 *In Doctorellos, ſeu bullatos, & Codicillares Doctores quædam dicteria.*

DOctoratus excellentiæ quid æquum, & bonum ſit, quamobrem, & ius eiuſ-

1 dem meritò dici ſolet cupientem perdi-
ſcere (Ius namque eſt ars boni, & æqui,
l.1.ff.de iuſt.& iur.) prius noſſe oportet, vt
cum Vlpiano ibidem exordiar, vnde no-
2 men Doctoris deſcendat. Eſt autem Do-
ctor verbale à doceo, vt placet Gramma-
ticis notiſſimæ, ac decantatę ſignificatio-
nis, pro eo, qui alium docet, aut ad id po-
teſtatem legitimam habet, *Gloſſ. in proœm.
6. decret.* Idcircò ex Henrico Gand. 1. *p.
art.1.q.*10.*num.*9. illi tantùm competere vi-
„ detur, qui ſciens eſt in actu, ſeù habet ha-
„ bitum ſcientiæ, & conſiderat ſecundùm
„ ipſum: Cum nemo doctum faciat indo-
ctus, *Gloſſ. in l. 44. lib.* 10. *C. tit.*31.*de decu-
rion. Auth. de Sanctiſs. Epiſc. tit.* 17. Qua ra-
3 tione idem Henricus ibidem *q.* 9. *n.* 5. ſe-
cundùm etymologiam ipſum definiens,
„ inquit: Doctor eſt, qui in ſe habet ſecun-
„ dùm actum perfectam informationem
„ ſcientiæ. Quæ vtique definitio non pa-
rum habet fundamenti in D. Auguſtini
verbis *conc.* 17. *ſuper pſalm.* 118. dicentis:
„ Nam quid eſt aliud docere, quàm ſcien-
„ tiam dare, & hæc duo ità ſibi connexa
„ ſunt, vt alterum ſine altero eſſe non poſ-
„ ſit. Nemo enim docetur niſi diſcat, &
„ nemo diſcit niſi doceatur. Tenetur itaque
„ quilibet Doctor ea ſaltem perfectè ſcire,
4 vel addidiciſſe, quæ alios docet, vel do-
„ cere poteſt: Docibilis namque omnis
„ ſcientia videtur eſſe ſi ex præcognitis fiat,
„ 6. *ethic cap.*4. Cum omnis doctrina, om-
„ niſque diſciplina 1. *poſt.cap.* 1. ex præexi-
ſtenti fiat cognitione. Quod ſi res ſecus
euenerit, non plena malitiæ admiratione,
vt cum Chryſoſtomo hom. 48. *in Ioann.*
loquar, quam de incertata ſapientia inſi-
dioſè oſtentabant Iudæi; ſed ingenuo ſtu-
„ pore illud Ioannis 7.licebit proferre: Quo-
„ modo hic literas ſcit, cum non didicerit?
Vt perfectam igitur ſcientiæ haberēt in-
5 formationem,atq; inde alios vbertim do-
cere poſſent viri ſtudioſi (cum indoctos
„ docere debeat doctus, Gloſſ. *ad quos* 5. *Tu-
„ tores l. Titium, tit.* 7. *de adm. & peric.tut. vel
„ curat.*) ſapientiam omnium antiquorum
„ exquiſierunt, & in prophetis vacauerunt.
„ Narrationem virorum nominatorum cō-
„ ſeruauerunt, & in verſutias parabolarum
„ ſimul introiuerunt. Occulta prouerbio-
„ rum exquiſierunt, & in abſconditis pa-
„ rabolarum conuerſati ſunt. In terram alie-
„ nigenarum gentium pertranſierunt: bona
„ enim, & mala in hominibus tentaue-
„ runt, *Eccleſ.* 39. Nam, & Regina Saba,
„ audita fama Salomonis, venit ab auſtro
tentare eum in ænigmatibus,*Reg.*3. *cap.*10.
Plato, vnà cum Euripide, & Eudoxo
Ægyptum adijt, vt doctrinam de moti-
bus ſiderum, Geometriam, & Hiſtorias
ex Sacerdotibus Ægyptijs agnoſceret: In-
de in Italiam tranſgreſſus eſt,vt ab Archy-
ta Tarenti, à Timæo, & Arione, & Ceio
Locris, Pythagoræ, præcepta, & inſtituta
acciperet: & apud Gymnoſophiſtas libros
Moyſis legiſſe creditur; Volat. *lib.*18.An-
tipater Cyrenaicus, ex aſſiduo literarum
ſtudio, oculorum aciem amiſit, *Bruſ.lib.*3.
*cap.*31. Iulianus quidam, licèt grandæuus,
diſcere tamen cupiebat, & ſi alterum pe-
dem in tumulo haberet, *l. apud Iulianum,ff.
de fideicommiſſ. liberta.* vbi etiam *Gloſſ. in
hac*. Atque, vt cætera mittam, D. Hie-
ronymus, ſeù alter Plato, aut Pythagoras,
doctrinam per totum terrarum orbem ſe-
cutus, Syriam, Iudæam, atque Ægyp-
tum peragrauit, vt ea priùs oculis ſuis lu-
ſtraret, de quibus poſteà ſcripturus erat,
Fulg. *lib.* 8 *cap.* 7. cum bonum ſit ſemper
diſcere, *Gloſſ. marg. l. & ff. prædictis*. Quia
6 tamen tot erroribus vſque adeò ſcatet hu-
mana cognitio, vt nulla ſit ſine ignoran-
tiæ permiſtione ſcientia, non ſe idcircò
iactabant intelligentes, ſapientiam ſuam
buccis crepantibus ventilantes, cum mi-
nimè eos lateret; Affirmantem ſe ſapien-
tem, ſibi præiudicare, Gloſſ. *aſſeſſori. l.* 2.
*ff. quo quiſque iur. in al. &c.*ſed illud Ieremiæ
„ 51. inter ſe meditantes, quod ſtultus, ſci-
„ licet, factus eſt omnis homo à ſcientia;
„ vna cum Apoſtolo 1. *Corint.* 8. compulſi
„ ſunt proclamare: Si quis ſe exiſtimat ali-
„ quid ſcire, nondum cognoſcit quemad-
„ modum oporteat illud ſcire.
Proinde quo iure, neſcio, quibuſdam
liberaliùs otio, ac ſomno æquè ſe douanti
7 bus, quàm homines decet ſtudioſos, no-
men Doctoris conuenire queat; quinimò,
& quod iniquiùs eſt, ſibimetipſis ambitio-
ſa authoritate imponant; atque, vt aſſerit
Zaſius ad *l.* 2. *de origine iur.* §. *& vt obiter
ſciamus num. vlt.* titulos ſibi aſciſcunt, am-
pullis verborum iactanticuli, vultuoſo ſu-
percilio minabundi, peritiam foris oſten-
tant, quam aſſerere, tàm non poſſent,
quàm ſunt ab omni ſtudio alieniſſimi.
8 Quo fit, vt ſæpè ſæpius ingerendo ſe vbi-
cunque ſeuerioris doctrinæ, vel eruditæ
eloquentiæ diſcurſus varius diſtraxerit,ad-
miranti ne vulgò imperiti fiant; delirando
verbis ineptijſque garriendo, deridentium
ſapientum turbæ, ad ſummum ſciolos,
vel inuitè ſe produnt. Sed cum iam in-
eam partem, oratione delatus ſim, quæ
lepidiſſimam à me hiſtoriam præteriri non
ſinit; vtique ad rem erit ſummopere, de
qua agitur licèt feſtiuè accomodata, ſi
eiuſdem aliqua compendiaria enarratio
9 habeatur. Aderat enim, ex Maſcardo,
proluſionum ethic. 3. Franciſci Galliæ Regis
conuiuio inter doctiſſimos aulicos, lite-
tis

ris leuiter tinctus; omniſque diſciplinæ
ferè ignarus neſcio quis ſemidoctus, qui
audiendo à Rege inter prandendum, nun-
quam dulciùs, nunquam lautiùs ſe epu-
latum, quam ſuauiſſimo paſtum epigram-
mate quodam, dono, accepto; putans
infælix, nouitate vocabuli quandam edu-
lij ſpeciem eſſe poeticum illud figmen-
tum, ad eam peruenit dementiam, vt à
dapifero peteret, ſi non guſtandum, cer-
nendum ſaltem epigrammaticum illum
ſuauiſſimum bolum ſibi præberet. Res
quidem chachinno digna; ſed vtinam
idipſum cæteris eueniret, qui plenos, qua
vacant doctrina, immeritò ſe iactant:
etenim pro ineptia, verbera, & ludibria
expertus fuit. At meritò quidem, tales
in nebulones, tenebrioneſque homines
10 duodecim Epiſcoporum in Concilio pro-
uinciali Cæſarauguſtano *cap. 7.* numerus
„ decreuit: Ne quis ampliùs doctoris no-
„ men ſibi imponat, præter has perſonas,
„ quibus conceſſum eſt ſecundum, quod
„ ſcriptum eſt *ad Hab. 5.* Ne quiſquam ſu-
„ mat ſibi honorem, ſed qui vocatur à Deo
„ tamquam Aaron.

Ex quibus profectò non obſcurè elici-
tur, etiam quid aſtruendum ſit de alijs,
qui nihil ſolidæ eruditionis habent, niſi in
ſuis Diplomatibus, quorum vigore, nul-
lo adhibito experimento, nullo literatu-
11 ræ periculo, ex ſola Bulla, ſeù Reſcrip-
to, aut Priuilegio alicuius Principis, Do-
ctoratus adipiſcuntur honores, quare
communitèr Bullati Doctores, cum ad
inſtar Bullarum turgeſcant, & codicilla-
res hodie vocantur. Fortaſſe, & iſti no-
men Doctoris ſimplicitèr merentur, cum
nihil ſapiant, cum nihil doceant, ſed tan-
tùm titulo paſcantur inani? Minimè qui-
dem: nam præter ea, quæ ex Summorum
Pontificum, ac Sacræ Tridentinæ Synodi
ſanctionibus obſtant, de quibus alibi; id
etiam ſatis concinnè aptari poterit, quod
de Heliodoro, quem eloquentiæ exper-
tem, Adrianus Imperator epiſtolarum
ſuarum magiſtrum inſtituerat, aiebat Dio-
nyſius: Poteſt Cæſar pecuniam (inquit)
12 & honores tribuere, Rhetorem facere
non poteſt. Dionyſ. *in Adriano*, & Men-
doſ. *ſupra ſignat. grat. de licentia, doctorandi*,
apud Middend. *lib. 1. acad. cap. 3. §. de qui-
bus bullatis &c.*

Neque tandem de condigno (niſi veli-
mus tantum diſputare de nomine) Do-
ctoris appellatione gaudere videntur ij,
quorum idem non pigeat modo recanta-
re elogium, quod olim laureatus, Petrar-
cha, *dial. 12. de ſapientia*, in ipſos venuſtiſ-
ſimè impegit Fælicior (inquit) ætas no-
„ ſtra, quæ non vnum duoſue, vel ſeptem,
„ ſed in ſingulis Vrbibus; ceu pecudum
„ greges numerat ſapientum; nec mirum
„ ſane multos eſſe, qui tam facile fiant.
„ Venit iuuenis ſtultus ad templum; præ-
„ ceptores illum ſui prædicant, celebrant,
„ ſeù amore, ſeù errore; tumet ille, vulgus
„ ſtupet, plaudunt affines, & amici. Ipſe,
„ iuſſus in cathedram ſcandit, cuncta iàm
„ ex alto deſpiciens, & neſcio quid confu-
„ ſus murmurans: tunc maiores certatim;
„ & ceu diuina locutum, laudibus ad cæ-
„ lum tollunt, tinniunt interim campanæ,
„ ſtrepunt tubæ, volant annuli, figuntur
„ oſcula, vertici rotundus, & niger pan-
„ nus imprimitur. His peractis, deſcendit
„ ſapiens, qui ſtultus aſcenderat. Mira
„ prorſus transformatio, nec Naſoni cogni-
„ ta. Sic fiunt hodie ſapientes &c. Etenim
non ſufficit ſtuduiſſe, ſed benè, *Gloſſ. in l.
7. C. lib. 12. tit. 19. de proxi. ſacro ſcri. &c.* Id-
circo ob paruitatem materiæ, non Docto-
res, ſed Doctorelli, apud Authores nun-
cupantur. In inſipidos quoſdam proinde
luſerat Iuriſtas, neſcio, quis cauillator
apud Andream Mendo *lib. 1. ſelect. quæſt.
ad academ. q. 15.* rythmis hiſce ſatis ele-
ganter.

In Inſtitutis, comparo vos brutis;
In Digeſtis, nihil poteſtis;
In Codice ſcitis modice;
In Nouellis comparamini Aſellis;
Et tamen creamini Doctores:
O tempora! O mores!

CAPVT II.

Doctoris, & Magiſtri titulis, nominibuſque indiſcriminatim non omnes gaudere habent; ſed quidam ſimplicitèr, & propriè; quidam cum addito; quidam verò tantùm impropriè, & abuſiuè.

SVMMARIVM.

1 *Magiſtri, Doctoriſque nomina quandoque inter ſe conferuntur; quandoque diſcriminantur.*
2 *Per aliam plerumque diſtinguimus legem, vbi vna non diſtinguit.*
3 *Magiſtri nomen, ampliùs quàm nomen Doctoris ſe diffundit, & extendit.*
4 *Magiſtri, & Doctoris nomina in fauorabilibus, non autem in pœnalibus permiſcentur.*
5 *Sacræ Theologiæ Doctores abſolutè, & ſimpliciter vocari debent, & nominari Magiſtri.*
6 *Doctores Sacrorum Canonum, abſolutè quoque, & ſimplicitèr vocari poſſunt Magiſtri.*
7 *Iuriſtæ pariter, Magiſtri appellatione abſolutè, & ſimpliciter gaudere valent, licèt Chriſto iuben-*

iubenti nullum vocari Magiſtrum ſuper terram obedire malint.

8 *Medici, & Philoſophi non debent propriè, & ſimpliciter appellari Magiſtri, ſed cum addito, ſcilicet medicinæ, & Artium.*

9 *Septem artium, quas vocant liberales, nequeunt pariter ſimpliciter, & abſolute appellari Magiſtri, ſed cum addito illarum artium, quas profitentur.*

10 *Magiſtri nomenclatura cum addito, non tantum publico aliquo fungentibus item applicatur Magiſtratu; verùm etiam mechanicas exercentibus artes; licet notabili non ſine differentia.*

11 *Nomen Doctoris etiam ſuam amplitudinem habet, adeò vt rigoroſè aliquando, pro ea ſcilicet, qui per varios eruditionis gradus Doctoratum eſt adeptus: aliquando verò minùs rigoroſè, pro eo ſcilicet, qui alium docere poteſt, vel ad tale munus, poteſtatem legitimam habet, accipiatur.*

12 *Qui itaque ex bullatis Doctoribus, Doctoris nomine gaudere queat, & qui non, niſi abuſiuè.*

13 *Liberalium artium profeſſores, in fauorabilibus, duntaxat, Doctoris nomine gaudere ſolent.*

14 *Licentiati, & qui rigoroſum ſubierunt examen, in fauorabilibus pariter, tantum Doctoris titulo frui, & potiri valent.*

15 *Regulares, qui in ſuis Ordinibus, creandi Doctores poteſtate carent legendo, & ſcribenda quoque, in rigore Doctoris, & Magiſtri non adipiſcuntur nomen; licet quibuſdam ex Summorum Pontificum priuilegio, Sacræ Pœnitentiariæ aperiendi literas tribuatur poteſtas.*

ESto Magiſtri, Doctoriſque nomina inter ſe conferantur, eandemque rem, ge-
1 mina exprimant voce, Gloſſ. *Magiſtri legum in proœm. ff.* Hoſtien. *in ſumm. tit. de magiſtris*, & Gloſſ. *in clem. 2. de magiſt.* (Doctor nanque dicitur à docendo; Magiſter verò à monendo, ſiue monſtrando, ex ſuperius dictis, & ex Gloſſ. *magiſtro de magiſtris cap. 1. & l. cui ff. de verb. ſignif.* Quæ in idem redeunt, inquit Pereſpa *lib. 8. reipub. liter. num. 1168.*) Doctoris tamen, & Magiſtri, cui proprie, & cui cum addito tribuenda tantùm ſit nomenclatura minimè arbitramur ſcire ſi aliquod inter ipſa diſcri-
2 men adducere neſciamus: Quandoquidem per alteram etiam diſtinguimus legem, vbi altera non diſtinguit, Gloſſ. *Fungi. l. liberti ff. de officio aſſeſs.* Gloſſ. *iuriſdictionem l. quamuis ff. de in ius voc.* Gloſſ. *poſtea l. licet ff. de recepti. arbit.* Gloſſ. *prætor edixit, l. ab Hoſtibus §. ſed quod ſimpliciter ff. ex quibus cauſis &c.* Quamobrem Ioann. Martius à coſta *in addit. ad tractatum libellorum Caminhæ, annot. 54. num. 20.* huiuſcemodi affert diſtinctionem: nimirum, nomen
3 magiſtri, amplius quàm Doctoris ſe diffundere: hoc quippè ad docendum ido-
,, neum, & approbatum; illud verò iam docentem ſignificat: Doctor enim iuridicè
,, tantum ille eſt, qui ſuſcipit Doctoratus inſignia, licet actu non doceat, Sylu. *verb. Doctor, &* Steph. Grat. *diſcept. forenſ. tom. 2. cap. 291. num. 37.* Magiſter verò, qui magis quam cæteri, quas profitetur facultatibus, diligentiam adhibet: cum à magis, ſicut miniſter à minus, dicatur; vt tradunt Maſcardus *de probat. concl. 999. nu. 1.* & Petrus Greg. *lib. 4. de repub. cap. 3. num. 2. ex l. quibus præcipua ff. de verb. & rer.*
4 *ſignif.* Hinc non immeritò colligunt Doctores, in fauorabilibus duntaxat, talia
4 Doctoris, & Magiſtri indiſcriminari nomina. Ità præ cæteris Felin. *in proœm. decret. v. Gregorius col. 11. poſt princ. verſ. nomen appellatiuum num. 38.* vbi ſcite tradit
,, (quod ſummis labijs minimè eſt attin-
,, gendum) quandoque fieri legata merca-
,, toribus, vel ſcholaribus, & ſimilibus (in-
,, tellige Doctoribus) à quibus non exclu-
,, dentur, ſed legata percipient, qui ſunt
,, tales habitu, & nomine, licet non exercitio, Bartol. *in l. 1. C. de colleg. lib. 11. in rubri. C. de nauicul. eodem libro poſt Gloſſ. in cap. Statutum de elect. in 6.* In odioſis namque (vbi iuxta *regul. Odia, & regul. in pœnis de reg. iur. in 6.* quicquid ſancitur, ad propriiſſimam reſtringendum eſt ſignificationem) Magiſter, ſeu Doctor actu docens, cum approbato tantùm Doctore, minimè confundi ſolet, vt tradit Sanch. *tom. 2. decalo. lib. 6. cap. 8. num. 96.* Ex quo perdoctè infert: Doctores, ſi docendi munere
,, non fungantur, quamuis Doctoris gradu
,, inſigniti ſint, non incurrere excommu-
,, nicationem, quæ in *cap. vt periculoſa, ne*
,, *clerici, vel Monachi* imponitur ipſo facto,
,, Magiſtris, qui ſcienter docent, aut in ſo-
,, lijs ſuis ſcholis præſumunt retinere Re-
,, ligioſos, ſuo habitu dimiſſo, audientes
,, legem, vel phyſicam. Videantur Azor. *inſtit. moral. part. 1. lib. 12. cap. 6. qu. 6.* Aldret. *de religioſ. diſcipl. tuend. lib. 2. cap. 18. num. 12.* Graff. *in aureis deciſ. part. 1. lib. 3. cap. 5. num. 17.* Peirin. *de relig. ſubdit. to. 1. cap. 26.* Filiuc. *tract. 14. n. 33. verſ. 10. & Paul. comitul. reſp. moral. lib. 6. q. 8. num. 6.* Quæ vtique doctrina, præfatæ diſtinctioni, validum præbet fundamentum.

Quo profectò dato diſcrimine; hæc duo: Omnes, ſcilicet, Doctores actu docentes ſunt Magiſtri: & omnes Magiſtri actu docentes ſunt Doctores, nec reciproca, nec conuertibilia cenſentur; cùm à ſuperiori ad inferius, niſi negatiuè, conſequentia

non

non teneat, vt ex Philoſopho, *2. topicor.*
cap. 2. communiter docent Dialectici. Qua-
re Magiſtri huiuſcemodi latiſſima appel-
latio, Doctoribus nedum proprio munere
fungentibus, vt dictum eſt; verùm etiam
quandoque ſemel approbatis, vtque alijs
5 non paucis, conuenire iam cernitur. Hinc
Sacræ Theologiæ Doctores, ob præſtan-
tiam, maieſtatemque obiecti, quam ſectan-
tur ſcientiæ indifferenter nuncupantur
Magiſtri. Rotericus 1. *par. Decreti ad cap.*
miſerum. diſt. 61. *n.* 3. in quo ſatis aſſentire
videtur Syluestro *v. Doctor n.* 1. aſſerenti;
inter magiſtros, Theologum propriè dici
magiſtrum, alioſque verò ſecundum quid,
& Rebuff. *ad* §. 1. *de collat. v. Magiſter*. Eſt
enim Theologia rerum diuinarum ſa-
pientia, hoc ſolo genere, vis eius optimè
exprimitur, vtpotè certiſſima principio-
rum index, ampliſſima ſcientiarum om-
nium princeps, & ſapientiſſima omnium
actionum, rationumque arbitra. Diuina-
rum rerum adiectione, & obiectum eius
diuinum iudicatur, & modus eius ſuper-
naturalis, principio, actione, & effectu ſuo
notatur, ac denique finis eius perfectiſſi-
mus ſignificatur. Cæteris idcircò dignior,
ac præſtantior ſcientijs ſemper extitit, &
habita eſt, D. Tho. *1. p. q. 1. art. 10.*

Ob eandem ferè cauſam, Iuris Pontifi-
cij, ſiue Sacrorum Canonum, etiam indif-
6 ferenter magiſtri nomine vocantur pro-
feſſores, Hoſtien. *in ſumma de magiſtris*, &
Gloſſ. *in clem. 2. de magiſ.* Cæteri item Iuri-
ſtæ, vtilitatis ergo, quam reipublicæ leges
7 ferunt, præclara, inſignique magiſtri ap-
pellatione gaudere valent. Gloſſ. *magiſtri*
legum in proœm. ff. l. magiſtros C. de profeſſ. lib.
10. *& cap. 1. de magiſtris*. Quinimò (ait Re-
„ buff. ad §. 1. *de collat. v. magiſter*) ita obſer-
„ uati ex conſuetudine. Et puto (addit Ro-
„ tericus *loco ſupra citato, n. 4.*) eos recuſaſſe
„ nomen magiſtri, ne facerent contra dictũ
„ Chriſti, *Matth.* 13. Ne vocemini magiſtri,
„ quia magiſter veſter vnus eſt Chriſtus.
„ Quoniam; nihil portò eſt tam aptum ad
„ ius, conditionemque naturæ (*3. de legibus*
„ *ferè in principio* aſſerit Tullius) quam impe-
„ rium (quod pro lege ſumitur) ſine quo,
„ nec domus vlla, nec ciuitas, nec gens, nec
„ hominum vniuerſum genus ſtare, nec re-
„ rum natura omnis, nec ipſe mundus po-
„ teſt. Vnde *Faſt.* 3. lepide ſic luſerat Naſo.

Inde datæ leges, ne fortior omnia poſſet,
Cæptaque ſunt purè tradita ſacra coli.
Exuitur feritas, armiſq; potentius æquũ eſt,
Et cum ciue pudet conſeruiſſe manus.

Verùm enim verò, Medicina, quæ hominis
admirabilem fabricam, naturamque ex-
8 plicat: oſſa nimirum omnia, cartilagines,
muſculos, ligamenta; partes item nutri-
tioni famulantes, & propagandæ ſpeciei
inſeruientes: Cordis præterea ſtructuram,
& ipſius functioni miniſtrantia organa.
Cerebrum denique, & huius actionis de-
ſtinatas partes: in ſumma, corporis minu-
tiſſima quæque, horumque omnium vſus
proſequitur. Nec talia tradidiſſe conten-
ta; quomodo hæc omnia ex elementis
nata ſint, qualemque ex horum commi-
ſtione conſecuta ſint temperaturam oſten-
dit: non ergo minoris vtilitatis, dignitatiſ-
que locum inter cæteras huius generis fa-
cultates obtinere debet. Quare Vatum
peritiſſimum Homerum 2. *Iliadum*, vt
Medicis digna rependeret præconia in hæc
prorupiſſe verba ferunt.

Vir Medicus enim aliorum inſtar multo-
rum eſt,
In excedendis telis, & benigna pharmaca
inſpergendo.

Itaque, tot eſto, tantarumque pariter re-
rum peritia, ornatos eſſe oporteat Medi-
cos, non tantùm tamen à Theologia,
verùm etiam à Iuris prudentia, in hoc
cum ceteris excidere videtur facultatibus;
quòd, ſcilicet, non ſimpliciter vocentur
eius ſectatores Magiſtri, ſed, vt aiunt, ſe-
cundum quid, & cum addito, nempe
Medicinæ Magiſtri *l. Magiſtros C. de profeſ-*
ſoribus lib. 10.

„ Item, etſi Philoſophiam *3. de Orat ſect.* 85.
„ *num.* 9. iure optimo, Artium omnium
„ procreatricem quandam, & quaſi paren-
„ tem, Tullius dixerit; ob idque, Philo-
ſophi à viris Principibus adeò in hono-
re habiti, vt Lucio Lucullo (cæteris omiſ-
ſis) teſte Plutarcho *in eius vita*, tanta fuerit
in omnes liberalitas; & beneuolentia,
quòd eius domus, Græcorum Romam
venientium, Prytaneum vocaretur; ideo-
que, omnium acclamatione, etiam Ma-
giſtri ſint nuncupati, Gloſſ. *Doctoratus in*
clement. 2. de Magiſtris, *à Stephano Daoyz v.*
Doctor. num. 3. relata; non tamen ſimplici-
ter, ſed cum addito Artium, ſiue in arti-
bus, apud Pereyram *republica litter. lib. 8.*
num. 1154. Syluest. *v. Doctor. num.* 1. cum alijs
ipſos appellauit,

Cæterum, cùm ſeptem illæ inferiores
artes, hoc vnico comprehenſæ carmine,
videlicet,

9 Lingua, tropus, ratio, numerus, tonus,
angulus, aſtra;

quæ libero homine dignæ, idcirco libe-
rales dicuntur, *Patritius lib. 4. de inſtructio-*
ne reipublicæ tit. 6. & Turrecrem. in cap. de qui-
buſdam in fin. 37. diſt. apud Caſſan. catal. par. 10.
conſid. 9. adeò reipublicæ faueant, vt ob
Imperatorum, ac Dominantium incuriam
iamdiu manerent ſopitæ; Conſtantinus
Leonis philoſophi frater, eas excitauerit,
Cedre-

Digitized by Google

Cedrenus in compend. Hiſtor. Leo decimus; Romæ reſtituerit, *Iouuius in eius vita*. Maximilianus 1. Imperator in Germaniam intulerit; *Ioannes cuſpinianus in eius vita*; ac tandem omnes ferè Reges, ac Principes maximè fouerint: nullo iure, ab ipſas profitentibus magiſterij honos eſt abigendus, *l. quibus præcipua ff. de verb. & rer. ſign. & Gloſſ. Doctor in clement. 2. de Magiſtris.*

Præterea, cùm nomen Magiſtri culmen, & excellentiam vndique ſonet; qua de cauſa, *epiſtola* 65. ita Stoicus de
10 ſe teſtatur, dicens: Ego illos (Magiſtros ſcilicet) veneror, & tantis nominibus ſemper aſſurgo: Viris quamplurimis in dignitate conſtitutis cenſetur eſſe, ac ſemper fuiſſe commune. Magiſteria proinde non pauca ex tribus Codicis poſtremis efferuntur libris: Equitum, ſcilicet; Peditum, Militum pro tempore, Militiæ vtriuſque, Officiorum, Scriniorum, Cognitionum ſacrarum, Epiſtolarum, Libellorum, Memoriæ &c. quæ tantùm, honoris, præmijque cauſa conferebantur ingenuis. Quin etiam inter Mechanicos inſignioribus, ob artis peritiam, vſus, ac leges eandem Magiſtri tribuunt appellationem, Gloſſ. *appellantur, l. quibus præcipuè ff. de verb. & rer. ſignific. & l. 5. §. 3. ff. ad leg. aquil.* Stephan. tamen Grat. *tom. 4. diſcept. forenſ. cap. 692. num. 77. ex Azone in ſumma de pactis col. 4. ante medium num. 13.* hoc notabile ponit in tranſpoſitione diſcrimen: nempe, Magiſter Petrus, & Petrus Magiſter, vt primus de ſcientifico dicatur, ſecundus e.g. de carpentario, quaſi putauerint Iuris prudentes, Magiſterium in illo eſſe præferendum, in hoc autem poſtponendum.

Ex alia verò parte, Doctoris nomen ſuam etiam patitur limitationem, cùm
11 aliquam præcontineat amplitudinem: magis namque, vel minus rigorosè apud Doctores vſurpari ſolet. Magis rigorosè, vt denotat tantùm illum, qui per varios eruditionis gradus, ſummum in aliqua ſuperiori facultate apicem, apud aliquam ex publicis Academijs, ritè conſecutus eſt; ex Syluef. *v. Doctor. num. 1.* minùs autem rigorosè, vt eum ſignificat, qui alium docere poteſt, aut ad id poteſtatem legitimam habet, de quo ſuprà *cap. 1. num. 2.* Quare Doctoris nomine maximè, & in omni rigore decorari merentur, qui Sacræ Theologiæ, vel legibus cùm canonicis, tùm ciuilibus, aut alicui ex ſupremis, aut ſuperioribus, vt vocant, artibus operam nauantes; publicum de doctrina, per quod in ſupremo talium facultatum gradu, cum authoritate eas profitendi conſtituuntur, approbatæ academiæ teſtimonium acceperunt. Quod præcipuè de Theologis, Canoniſtis, ac Legiſtis planè habetur per tradita de nobilitate, priuilegijs, præcedentijs, & gratijs eorundem apud Caſſanæum *catal. glor. Mundi par. 10. ferè per totam*; alioſque permultos, vbi tam in fauorabilibus, quàm in odioſis, Doctores affatim denominantur. De Medicis quoque, ac Philoſophis, qui ſuperiorum artium dicuntur Magiſtri, quoad omnes effectus, & immunitates, cùm ſimiliter in fauorabilibus, tùm in odioſis æquè manifeſtè idem ſtatuitur per Iulium III. in fauorem Collegij Romani, diplomate quodam, anno Domini 1553. emanato, & *Bullarij tomo 1.* inſerto, vbi
„ hæc habentur: Pro parte veſtrum aſſe-
„ rentium vos à Sede Apoſtolica indultum
„ ad Doctoratus huiuſmodi gradum, tam
„ in Philoſophia, quàm in Medicina. Et
„ paulo inferiùs. Ad Philoſophiæ, Medi-
„ cinæ, ſeu earum alterum Doctoratus gra-
„ dum. Item fauet *l. reddatur. C. de profeſſ.*
„ *& Medic. lib.* 10. vbi manifeſtè ſupponi-
„ tur, Doctorem eſſe, qui in Philoſophia
„ ſupremo gradu inſignitur: Sic enim ha-
„ bet lex. Reddatur vnuſquiſque patriæ
„ ſuæ, qui habitum philoſophiæ indebitè, &
„ inſolenter vſurpare cognoſcitur, exce-
„ ptis ijs, qui à probatiſſimis approbati,
„ ab hac debent colluſione ſecerni. Idem
docent Ferre. *in ſua pract. tit. forma iuramenti, quod præſtatur à parte, parti.* Gloſſ. *fin. fol.* 66. Briſon. *lib. 11. de verb. ſignific. v. Magiſtros.* Alex. de Imola. *1. par. conſ. 94.* Bertachin. *1. p. v. Doctor.* Menoch. *conſ. 885. num. 9. atque alij.*

Hæſitant plerique, an Doctoris nomen ita rigorosè receptum, ad Codicillares, &
12 Bullatos, ſeu Principum, cæterorumque Magnatum per reſcriptum graduatos etiam extendi valeat? Veruntamen, omni ambiguitate ſemota, vtrique adhærebunt contradictoriæ, ſi hanc admittant diſtinctionem: Codicillatorum, nimirum, Bullatorumque quoſdam inani quadam ſui æſtimatione ventoſos eſſe, & inflatos; quoſdam verò modeſtia plenos, & eruditione graues. Primi quidem, Doctorum in albo, nec habendi, nec retinendi ſunt, ſecundùm Rebuff. *de nominat. quæſt. 10. num. 4.* cum Princeps, illis per reſcriptum indulgens, ſeruatis ſemper procedat ſeruandis, nec vnquam ad tale munus per abuſum cenſeatur admittere; Caſſa. *catal. gloriæ mun. par. 10. conſider.* 37. Barbat. *in proœm. clement. col.* 14. & Iaſon. *in l. ſi quis maior. num. 3. C. de tranſact.* Secundi verò, niſi fortius obſtet aliquod ius reſcripto, meritò, & in omni rigore, Doctoris aſſequentur appellationem, *Decius*

in

in cap. Clerici. num.13. de indic. Cagn. in l.ſi quis maior. num.169. C.de tranſact Bald. in l. qui ſub prætextu.C.de ſacroſanct.Eccleſ. & Petrus Lenauderius de priuil. doct. par.1.quæſt.13. num 51. Quinimò electionis cauſa, vtpotè à maiore, & digniore peractæ, maior prædictis exhibendus eſt honor; cùm maius donum, & efficacius à maiore conceſſum, cenſendum ſit, Gloſſ. *in l.reſtit.6. in verbo iudicati. C.de aduocatis diuerſ.indic in l.2.verbo conſecuti*, & ibi *Franc.tigrin.& Alex. de alb.ſcrib.*

Non ſanè in toto prædicto rigore, ſed adhuc mitiùs, & in fauorabilibus, gratiſ-
13 que duntaxat, inferiorum, ſeu (vt dicunt) liberalium artium, in Academijs nomine gaudent Doctoris, Magiſtri; quippe qui doctoralia, licet, non adipiſcantur inſignia, actu tamen docent, perfectamque habent informationem ſcientiæ, iuxta ea, quæ *cap ſuperiori.num.3.* circa huius etymologiam nominis explicata ſunt: Doctoris nanque priuilegia, ipſis ſaltem non repugnantia, ſuis Vniuerſitatibus participant conceſſa, *Archid. cap. de quibuſdam 37.diſtinct. Modeſt.in l.ſi duas §.fin. ff.de excuſ. tut. Rebuff. in priuil. ſcholaſ. priuil. vltimo. & Auguſt. Barboſ. tom. 4. collect. in procem.6.decret.num.6. apud Pereyr. de republica lit. lib.3. num.345.* Licentiati quoque
14 in aliqua ex ſuperioribus facultatibus, qui rigoroſum, ſcilicet ſubierunt examen, quo, ad lauream, & doctoratus inſignia iure habilitantur, in fauorabilibus item doctoris nomine inſigniri debent. Ita *Felin. in proœmio decret. num. 18. Tiraquell. poſt leges connubial. Gloſſ. 2. num.2. Garzia de nobil. Gloſſ 48. §.3. num.37. Phœbus decis.162. num.7. atque alij.* Nam eſto doctoralia nedum receperint ornamenta, quæ extrinſecam qualitatem potiùs, quàm rei eſſentiam præ ſe ferunt, vt ex Menoch. *lib.2. centuria 4.caſu 389. num.18. Signorell. conſ.51. & Alciat. resp.722.* ſcitè notat Pereyr. *de republ. liter. lib.8. num.1374.* In fauorabilibus tamen, nomine doctorum venire debent: ſicut Religionum, ſeu Ordinum nouitij in tali caſu, nomine profeſſorum, vt docet Sanch.*lib.6.cap.10.num.10.*

Sed nullo denique pacto, huiuſmodi ſibi aſciſcere quibunt nomenclaturam Re-
15 gulares quidam, qui pontificia, ſiue ſuprema, nulla ſuppoſita conceſſa, vel delegata facultate propter literarum dumtaxat exercitia ab eis præſtita, Magiſtri in ordinibus creantur ab ipſorum Superioribus, cum aliquibus priuilegijs, iuxta varia Ordinum inſtituta, Sanch.*lib.8.Matrimon.diſput.34. num.6. & alij.* Non enim ſunt veri Doctores, ſed tantùm in ſuis Ordinibus priuilegiati. Et licet, aliquibus tanquam veri doctores, ac Sacræ Theologiæ, Sacrorumque Canonum Magiſtri, Sacræ Pœnitentiariæ datum ſit aperire literas, quæ Theologiæ, Canonumque doctoribus ſolummodò diriguntur: hoc tamen ex præcipuo, & incommunicabili Summorum Pontificum ſequitur priuilegio, vt ſedulò præ cæteris aduertit Lezana, *volum.2.par.3. v. litera Apoſtolica. num.14.15.& 16.*

CAPVT III.

Doctorum, Magiſtrorumque nomina, eorumque promotiones ſemper extitiſſe probatur; licèt eadem ad meliorem, & firmiorem regulam, recens vſus deinceps redegerit.

SVMMARIVM.

1 *Gens Hebræa, quæ etiam Syria dicta fuit, optimarum artium, ſcientiarumque vetuſtiſſima parens, & indagatrix credita eſt.*

2 *Ea ſemper extitiſſe probantur, quæ ad primam vſque originem, nunquam mutata reperiuntur.*

3 *Tubal, antiquiſſimæ facultatis, Muſices ſcilicet inuentor, & doctor; quo ſenſu in ſacris literis appellatus ſit Pater organo canentium, & cithara.*

4 *Seth, Aſtrologiam docuit; cuius poſteri quoque binas erexerunt columnas, ibique ſcriptum reliquerunt, quicquid ad talem, aliaſque ſpectabat ſcientias.*

5 *Apud antiquos, Scientes, & Doctores vocabantur Dij; de quibus multa Sacræ Scripturæ adducuntur loca.*

6 *Enoch edidit librum de rebus naturalibus, & Angelorum natura; & Noë multa docuit de rebus diuinis, & humanis; vtpote Theologiam, Arithmeticam, Geometriam, Aſtrologiam &c.*

7 *Cham, Magiæ adinuentor fuit, ſicut Belus, ſiuè Memrod idololatriæ. Abraham, memphiticum Gymnaſium incoluit, vbi profitentes, Vates, Hierophantæ, Prophetæ, ac Sacerdotes dicebantur, varijſque inſignibus diſcriminabantur à cæteris.*

8 *Perſæ, quorum ſapientes Magos vocabant; ſicut Æthiopes, quorum item doctores Balſamati, & Tegnati appellabantur, varias condiderunt Scholas.*

9 *Vetuloniæ Gymnaſium in Italia à Noacho inſtituitur, & Etruſci ſapientes, Aruſpices nuncupati ſunt.*

10 *Moyſes Scholas, & Synagogas inſtituit, in quibus, qui profitebantur, Sanhedrin, Scribæ, & Presbyteri vocabantur.*

11 *Abrahami ex concubinis filij, Gymnaſia introdu-*

troduxerunt in Indos, quorum Doctores, ac Sapientes, Brachmanes, Germanes, Hyoboli,& Gymnoſophiſtæ ſunt appellati.

12 *Græci, quando literis fuerint imbuti; quotque, & quæ inſtituerint Gymnaſia, quorum Sapientes Philoſophi ſunt appellati.*

13 *Aphri, vndè literas acceperint, quæ Gymnaſia habuerint, & qui ex præcipuis Philoſophi in ipſis ſint profeſſi.*

14 *Germania per Thogormam Gomeri filium bonis artibus exculta fuit, & deinceps per Tuiſconem, & Marſum. Gallia ſimiliter per cęteros Noachi nepotes literis,& Gymnaſijs fuit illuſtrata; vbi Sapientes Samothei, & Sarronidæ, Bardi, & Druidæ, olim fuerunt vocati.*

15 *Tubal Noachi ex Iapheto filio nepos, bonas artes intulit in Hiſpaniam: quare Philoſophiam, cæteraſque ſcientias, ſeptingentos ferè annos antequam in Græciam peruenirent in Hiſpania floruiſſe, colligitur.*

16 *Quo tempore Academiæ, & Vniuerſitates per certas, & determinatas leges reformatæ fuerint: vbi Bononienſis, & Pariſienſis Academiæ, formata narrantur initia.*

CVM gens hebræa, quæ (teſtante Plinio *lib.7.cap.56.*) olim ſyria dicebatur,aliorum hominum parens, optimarumque
1 artium vetuſtiſſima ab omnibus ferè credita, & habita ſit indagatrix: nulla prorſus faciliori methodo, Doctorum, Magiſtrorumque nomina, atque promotiones ſemper oſtendetur extitiſſe, quàm à prima rerum tradendo molitione, eiuſdem gentis Sapientes, talibus nunquam non inſignitos fuiſſe: Ea nanque, ſemper exti-
2 tiſſe probantur, quæ ad primam vſque originem nunquam mutata reperiuntur, *Gloſſ. decurritur l. quædam §. nummularios ff de edendo C. de teſtamentis. l. ſancimus* §. 1. Et quidem, vt ab omnium antiquiſſima facultatum, quæ ex Timagenis ſententia,
3 Fabio Quintiliano *lib.1. inſtit. cap.8.* Muſicam fuiſſe probatur, ſumamus exordium; Tubal, ex Ada filio Lamech, ſacræ literæ *Geneſis* 4. eius tribuunt magiſterium. Le-
„ gitur enim: Ipſe fuit pater canentium ci-
„ thara, & organo. Non quod Citharædos genuerit, vt ibidem notat Tonſtatus, ſed quod ipſos docuerit, & in harmonicis affabrè inſtituerit. Quandoquidem Pater, non ſemper genitorem, ſed pręceptorem
„ plerumque, atque magiſtrum, ſacris in
„ codicibus ſignificare conſpicitur, vt *Gene-*
„ *ſis* 46. Qui fecit me quaſi patrem Pharao-
„ nis. *Prou.*4. Audite filij diſciplinam patris,
„ & attendite vt ſciatis prudentiam. 6. Con-
„ ſerua fili mi præcepta patris tui. *Et* 8. Ipſi
„ enim didicerunt à Patribus ſuis.

Seth deinde Adami filius, poſt elapſum mundi annum trigeſimum ſupra centeſi-
4 mum, ex diuturna, prolixaque ſiderum obſeruatione cum nongentos duodecim vixiſſet annos, *Geneſis* 5. filios, ac nepotes aſtronomicis imbuit diſciplinis, *Ioſeph. antiq. lib.1. cap.3.* Qua in re,vbi haud parum, profeciſſent, duas diuerſarum materiarum columnas conſtruxerunt, hanc ex lateribus, vt igni; ex lapidibus illam, vt reſiſteret aquæ; in vtraque ea, quæ ſummo labore, & induſtria inuenerant, ad poſteros tranſmittenda conſcripſere: Prædixerat Adamus fore,vt aliquando aqua,aliquando ignis propter hominum peccata, omnia prorſus euerterent. Lapideam ſuo adhuc tempore in Syria perduraſſe teſtatur ibidem idem Ioſephus. Lateritiam verò diluuio periſſe veriſimile eſt. Quamobrem ipſum parentem, & authorem, propter peritiam ſimul, ac pietatem;
5 Deum hoc eſt ſcientem, ac Doctorem homines appellabant. Dij namque
„ *Pſalm.* 81. Iudices vocantur, & ſapientes,
„ de quibus diſertè habetur, Deus ſtetit in
„ Synagoga Deorum,in medio autem Deos
„ diiudicat. Et Moyſi dum ad erudiendum,
„ iudicandumque mittebatur Pharaonem,
„ dictum legitur, *Exodi* 7. Ecce conſtitui te
„ Deum Pharaonis. Vndè omnes poſteri
„ Seth, vtpotè ſcientijs, varijſque artibus
„ præditi, Dij quoque nuncupati ſunt, *Ge-*
„ *neſis* 6. Videntes filij Dei filias hominum,
„ quòd eſſent pulchræ &c. Vbi Euthymius
„ Monachus *in Moamethica tom.12.Bibliot.PP.*
„ ita inquit: Filios Dei poſteros Sethi ap-
„ pellans: ſic enim ille nominatus eſt ob
„ imitationem Dei, & ſtudium virtutis,
„ vitamque religioſam. Quod ex eo non inepte poteſt inferri, quia ſapientes, ac ſcientes, veluti Dij, ipſis iam Protoplaſtis, à callidiſſimo Angue fuerant præſentati. Eritis ſicut Dij ſcientes &c. *Geneſis* 3.

Ex quibus præ cæteris Enoch Iaret fi-
6 lius, *Geneſis* 5. de rebus naturalibus, Angelorumque natura, etiam librum conſcripſit, cuius authoritatem, Iudas Apoſtolus in *Epiſtola ſua catholica*, vſurpat. Et Noè, Lamech Matuſalemis filius, *Geneſis* 5. vniuerſalem poſt cathaclyſmum, liberos ſuos, & diuinarum, & humanarum rerum ſcientiam docuit. Quare Beroſus *lib. 5. antiquit.* omnium Gigantum ſapientiſſimum,& Matheſios peritiſſimum fuiſſe fatetur, qui per totum annum euentura, vt Prognoſtici noſtri etiàm conijciunt, prædicere potuerit. Multaque rerum naturalium, quæ à maioribus ſuis acceperat, literis mandauit, ne res tam neceſſariæ, propter memoriæ imbecillitatem paulatim interirent, præſertim quæ Geometricam concernebant artem, vt ſciret quiſ-

que

que in ſuas Orbis partes, Colonias deducere. Sic Noachi poſteri, optimarum artium doctrinam, Ægyptiorum Sacerdotibus, & Græcorum Philoſophis (ſic enim apud tales nationes vocabantur ſapientes, vt inferius dicetur) fideliter quaſi per manus tradiderunt, quemadmodum Euſebius *de euangelica præparatione lib. 9. cap. 4.* Iuſtinus, & Tertullianus *in apolog. contra gentes,* elegantiſſimè demonſtrant. Nam cum de deducendis per vniuerſum Orbem, qui iam diluuio perierat, colonijs Noachus cogitare cœpiſſet, tribuſque filijs ſuis ita ipſum diſtribuiſſet, vt Semo, Aſiam; Chamo, Aphricam, Iapheto, Europam, atque aliquam Aſiæ partem colendam, & rectè gubernandam tribueret; *Io: Mag. Gothus in Suenonum Hiſt.* Inde factum eſt Aphricam adeunte Chamo, finitimam Aſiæ regionem illam, quæ ab Ægypto Beli filio, ſiue ſecundum D. Aug. 16. *de Ciuit. cap. 3.* Nembrodi, ipſius Chami nepotis, poſtea Ægyptus dicta fuit, *Sabell. enne. 1. lib. 4.* nobilibus, præclariſque
7 excoluerunt diſciplinis. Verùm enim verò, Perfidus, & maledictus ille Chamus, maiorem ſibi reputans gloriam reliquis eſſe futuram, ſi diuinæ naturæ etiam particeps crederetur; optimis artibus ad magicas ſuperſtitiones abuti cepit. Nec ſatis ipſi fuit per ſe huiuſmodi exercere turpitudinem, verùm etiam in poſteros venenum infuſurus (ita enim perditi, & arrogantes ferè homines ſunt) vt æternam poſt ſe relinqueret memoriam libros, & carmina de Magia, & incantationibus conſcripſit, *Serenus Abbas apud Caſſian. collat. 8. cap. 21.*

Diffundebatur intercà per totam quoque Chaldæorum prouinciam exorta à Chamo contagioſa lues, quæ Beli, ſiue Membrodi idololatria permiſta, adeò pios, & rectos afficiebat ignominia, vt Dei iuſſu cum Thare patre, fidelis Abraham inde cogeretur diſcedere, Ioſephus *lib. 1. antiq. cap. 8. ex Geneſis 12.* At, cùm deinde, fame, vbi peregrinus tabernaculum fixerat, Meſopotamia premeretur, Ægyptum petijt, congreſſuſque illis cum Sacerdotibus, & ad rerum cognitionem, & ad pietatem, rationemque morum, eis valdè profuit, Viues *in lib. 18. D. Aug. de Ciuit. cap. 2.* Memphim nanque aliquandiù Incoluiſſe legitur apud Hieronymum *in Iſaiam 19. & Ezechielem 30.* cuius Gymnaſio, quos ſapientum operam dabant, Vates, *Hieronymo ibidem*: Hierophantas, *Tertulliano contra Iudæos*: Prophetas, & Sacerdotes, *Clemente alex. ſtrom. lib. 6.* teſtantibus, Ægyptij vocabant. Quique inſuper, non ab Abrahamo, circumciſione tantùm recepta, vt tradit *Pier. val. Hierogl. lib. 6.* verùm etiam diuerſis, à cæteris diſcriminabantur inſignibus, & inſtitutionibus, ſicut adhuc ferè apud noſtrates retinetur vſus, vt ibidem diſertiſſimè idem docuit Alexandrinus. Haud item minori ſtudio
8 Perſæ, quàm Ægyptij bonas artes, ab Aſſyrijs, & Babylonijs, vt placet quibuſdam apud Middendorpium *accad. lib. 2.* licet deprauatè perceptas colere cœperunt, eorumque ſapientes Magi vocabantur, *Hieronym. in cap. 2. Danielis*. Vndè factum, vt apud alias quoque gentes, doctrina excellentes viri, Magi dicerentur, *Boſ. lib. 6. cap. 2. de ſtatu*. Et ſicut Babylone, Zameis Nanias, Semiramidis Reginæ filius, quòd doctus, & ſtudioſus eſſet, eruditorum hominum ſcholas liberaliter condidit, & auxit, *Middend. vt ſupra*; ita & in Perſide, ſapientiſſimi Reges, ad excolendos adoleſcentium animos, magiſtros, & præceptores inſtituerunt, *Xenoph. lib. 1. de inſtit. Cyri*; qui etiam eum ſummo Reipub. diſcrimine, Perſarum hanc veterem intercidiſſe ſenſim diſciplinam, *lib. 8.* latè deplorat. Eodem labente ſæculo etiam Æthiopes artium, ac ſcientiarum adeò ſtudioſi extiterunt, vt literas inſuper ipſas, ex Æthiopia Ægyptios accepiſſe, quidam apud Viues *in cap. 3. lib. 18. D. Aug. de Ciuit.* aſſeuerent. Quorum Doctores Balſamati, & Tegnati (inquit Middend. vbi ſu„pra) quando ad ſupremum eruditionis „gradum conſcenderint, omne doctrina„rum genus diligentiſſimè interpretantur; „præſertim apud illos, qui Ægypto vicinio„res Abyſſini vocantur.

Cum autem Noachi, ex Iapheto filio, & Gomero nepote poſteritas, vniuerſam repleuerit Europam, iamque duodecim Lucumones, hoc eſt Coloniarum Principes, totidem condiderint Vrbes, *Leand. alber. in deſcript. Italiæ*: Noachus ipſe, inſtaurata Aſia, eam præcipuè nobiliſſimam Europæ prouinciam, quæ nunc Italia nuncupatur, diutiſſimè coluit; *Blondus, & Poſtellus in Etruria*. Quia verò Chamus (*ex Middend. acad. liter. lib. 3.*) in Aphrica, & Ægypto, falſam, & impiam doctrinam, prioris ante diluuium Orbis euomuit, ac paulatim in Italiam progreſſus, eam inibi quoque tradere incipiebat: tunc
9 Noachus publicum Vetuloniæ Gymnaſium erexiſſe creditur, vbi diuina, & humana iura, diſciplina morum, artes mathematicæ, & ſacrificiorum, cultuſque diuini rationes traderentur: vt vera religione, & ſapientia imbuti, contra hæreſes Chami, & falſas malorum hominum ſuperſtitiones, quas aliquandò exorituras eſſe prævidebat, ſatis muniti, atque confirmati eſſent. Hinc totam Italiam à Noachi poſte-

ris, Phyſicæ, Aſtronomiæ, cæterarumque
artium doctrina, Theologia, & religione
fuiſſe repletam, varijs argumentis, *Annius*
lib. 6. de Ferd. 1. Reg. Neap. comprobauit.
His nanque in artibus Etruſci præcipuè
poſt mortem Noachi ſie elaborarunt, vt
vniuerſus mundus, eorum admiraretur ſa-
pientiam. Quapropter *Plinius lib. 3. Hiſt. nat.*
„ *cap. 5.* terrarum omnium, & gentium pa-
„ rentem vocat Itallam, numine Deúm
„ electam, quæ cælum ipſum clariùs face-
„ ret, ſparſa congregaret imperia, vtriuſque
„ molliret, & humanitatem homini daret.
„ Hinc huius gentis Sapientes, & Docti, eò
„ quòd ſecundùm *Halicarnaſſeum hiſt. lib. 1.*
omnis Diuinationum generis cum ex re-
bus cæleſtibus, tùm ex iis, quæ in aere
fiunt, & terra eſſent periti, Haruſpices vo-
cabantur. Ob idque *Tullius, de Haruſ reſ-*
pon. in ſena. orat. 30. ſect. 248. num. 20. diſertè
„ dixerat: Mitto Haruſpices, mitto illam
„ veterem, ab ipſis Dijs immortalibus, vt
„ hominum fama eſt, Etruriæ datam diſci-
„ plinam. Quandoquidem non ſemper in
„ deterius accipitur Diuinatio, cùm *Prou. 16.*
„ expreſsè habeatur: Diuinatio in labijs Re-
„ gis, in iudicio non errabit os eius.

Dum ergo in Ægypto, atque Italia per
Noachi poſteros, bonarum artium hæc
10 agerentur ſtudia, Moyſes, quem Sacræ li-
teræ, omni ſapientia Ægyptiorum inſtru-
ctum aſſeruut fuiſſe, *Actor. 7.* diuina acce-
dente illuſtratione, Gymnaſia illa, quæ
Synagogas vocabant (nam alind antea
vetuſtiſſimum, nomine Dabir in Phænicia
extitiſſe paſſim legitur Ioſue 15. & Iudic.
1.) vbi leges publicè docerentur per totam
Paleſtinam, introduxit, *Actor. 15.* earum-
dumque Profeſſoribus ordinarijs, ſecre-
tiora quædam myſteria reliquit, quæ ſi fi-
deliter conſeruarent, maximis præmijs; ſi
autem reuelarent, grauiſſimis pænis affi-
ciebantur; *Hilar. in pſal. 2. Rabbi Moſes*
Aegyptius lib. 3. cap. 5. Directoris. & Galati-
nus lib. 1. de arcan. cath. verit. cap. 1. 2. & 3.
Nuncupabantur autem, ficut & modò,
Rabini, Scribæ, legiſque Doctores, *Hie-*
ron. epiſt. ad Alger. Quorum poteſtas, ma-
gna aliquando fuit circa traditionem le-
gis, correctionem aliorum, immo & ex-
communicationem, ſiue extra Synagogam
eiectionem, *Sigon. lib. 2. Reipub. Hebræorum*
cap. 8. Ampliùs, facultatem habebant alios
ad gradus promouendi, & in ſuum ada-
ptandi conſortium, idque per manuum
complebant impoſitionem, Moyſis ad
exemplum, qui ſucceſſori ſuo, manum
palam impoſuit, *Numer. 27.* & Cathedræ
collocationem, quam ceremoniā quidem
agnouit *Naz. orat. de S. Baſilio*, quæ erat
Cathedra Moyſis, de qua *Chriſtus, Matth.*
23. Tandem Dei iuſſu, *Num. 11.* Septua-
ginta ſeniores, ætate prouectos, ac ſcientia
probatos conſtituit, qui ipſius Moyſis in
populi regimine coadiutores eſſent, ad
quos & omnes legis, ac fidei difficultates,
ſeu dubia declarare, ac definire, & in re-
bus grauibus, atque cauſis arduis iudica-
re pertinebat; de quibus il ud *Deuter. 17.*
„ ſcriptum intelligitur: Si difficile, & ambi-
„ guum apud te iudicium eſſe perſpexeris,
„ inter ſanguinem, & ſanguinem, crimen, &
„ crimen. Et poſt pauca: Surge (inquit) &
„ aſcende ad locum, quem elegit Dominus,
„ & ſequaris ſententiam eorum, nec decli-
„ nabis ad dexteram, nec ad ſiniſtram. Hi
autem Sanhedrin vocabantur, quos nos
Iudices ordinarios appellare poſſumus;
dicebanturque quoque Scribæ, ſiue legum
latores, eò quòd quicquid tradebant, tam-
quam lex ab alijs haberetur, *Galatinus lib. 4.*
de arcanis cathol. verit. cap. 5. Appellabantur
pariter, alio vocabulo Presbyteri, vt ha-
betur *Exo. 1. cap. 6. Iudith. 6. 8. & 10. &*
Eccleſ. 4. 6 & 8.

Tunc & in India, nobiliſſima, ampliſſi-
ma, & feraciſſima ſecundum *Solinum po-*
11 *lyhiſt. cap. 53.* Aſiæ parte, ſapientum, eru-
ditorumque Semi poſterorum adhuc flo-
rebant Scholæ: nam Abrahami Patriarchæ
ex concubinis filij, qui in Orientem à pa-
tre ſuo cum donis oblegati aſſeruntur, *Ge-*
neſis 25. amplius illic perfecerunt artes, *ex*
Ioanne Metello in ea, quam Oſorij hiſt. de rebus
Emmanuelis Regis præfixit Epiſtola. Quando-
„ quidem (inquit ipſe) dona proculdubio
„ maxima, & ampliſſima fuere artes, & di-
„ ſciplinæ reconditæ aſtrologia vera, ipſa
„ denique magia naturalis; Quos ex One-
ſiciriti ſententia, *Strabo lib. 15. & Plin. lib. 7.*
partiuntur biſariam alios Brachmanas vo-
cantes, alios Germanas. Brachmanes ex
generis ſucceſſione, ſapientiam velut hæ-
reditariam ſectabantur. Germanes alter
eorum genus, electione, ad Philoſophiæ,
profeſſionem adſumebantur. Eorum ta-
men honoratiſſimi Hyoboli, quòd in ſil-
uis, Indiæque ſolitudinibus ſubdio age-
rent appellati. Solis frondibus, & ſylue-
ſtribus frugibus viuebant: ab omni carne
abſtinebant: nudis incedentibus (vnde no-
men Gymnoſophiſtarum) veſtis fuit arbo-
rum cortex, vel lineum è mollibus filis
indumentum. Qui futuras ſiccitates, ven-
tos, pluuias, & variorum morborum ge-
nera Regibus prædicturi, ab ortu Solis vſ-
que ad occaſum, fixis oculis, corpora
cæleſtia contuebantur. Alij inter hos Ger-
manes extitere, qui tamquam Medici cir-
ca corpus hominis ſuam Philoſophiam
exercerent. Alii Germanes fuere diuina-
tores, & incantatores. Oppoſitum om-
nibus

nibus hiſce Gymnoſophiſtis, Philoſophorum id genus fuit, quos Pemnas appellarunt: contentioſi erant iſti, totique in reprehendendo poſiti. Horum alios, Strabo, Montanos, alios Gymnetas, alios ciuiles, ac domeſticos nominari, ſcribit apud eumdem *Ioan. Metellum, vbi ſupra*.

At Græci, licèt in ſumma optimarum artium ignoratione verſarentur, donec
12 ab eis acciperent, qui Sacerdotum monumenta in græcam linguam tranſtulerunt, *Strabo lib.* 7. Sapientum tamen ipſorum, Orpheus ſcilicet, & Linus, temporibus Iudicum, anno mundi 2523. ab vrbe verò condita Athenarum 136. Homerus, tempore Salomonis Regis: Ioſiæ, Thales: Septem Sapientes ad finem captiuitatis Iudæorum, anno mundi 3430. Æſopus eodem tempore: Pythagoras tandem Samius, qui ſecundùm *Iſocratem in Buſiride*, ex Ægypto liberales artes, & Philoſophiam, quinimmo & Philoſohi nomen primus in Græciam intulit, temporibus Cyri, anno mundi 3447. ex *Bellarmini Cronologia p.* 1. colligi poteſt, dicuntur floruiſſe. Propterea, non tantùm per totam Græciam, Athenis, nempe, Academia, Lyceum, & Stoa: Gynoſarges, Cauponium, Prytaneum, & Tempe. Corinthi, Cranium, atque Lacædemoniæ, Rhodi, Thebis, Cretæ, Macedoniæ &c. apud *Midden. lib. 2. acad.* verùm etiam Ieroſolymis, 1. *Mach.* 1. Muſæum, Serapium, Iſeum, Alexandriæ, *Strabo lib.* 17. Romæ Atheneum, *Volat. lib.* 12. *Geograph.* Neapoli, cui veluti ad optimarum artium matri, ex Græcis, & Latinis adhærebant non pauci: Mediolani vbi Maronem, literis operam aliquando dediſſe fertur: ac tandem in Sicilia Pythagoræ diſciplinis optimè inſtituta, Græcorumque colonijs ſummè dilatata; apud *Middend. vbi ſupra*, plurima leguntur inſtituta Gymnaſia.

Verùntamen, non preſſo pigeat ad Chamum Noachi filium, pro nunc redire
13 pede, qui primus poſt diluuium, Aphricam non tam inſtituerat, quàm ſceleribus, ſuperſtitionibus, artibuſque magicis deſtituerat, vt dictum eſt ſupra: Nam & Aphri, vt author eſt *D. Hieronym. in epiſt. quadam ad Paulam, & Euſtochium*, Philoſophiam ſuam, à Phænicibus accepiſſe videntur, quorum literis, & lingua, & ſi non nihil corruperint, paſſim vtuntur. Vbi tandem ab eiſdem Phænicibus, ex *Cronolog. Bellarm.* 1. *p.* Dauidis temporibus anno mundi 2928. famoſiſſima extructa Carthagine, ita bonis artibus, & moribus, huius excelluit Academia, vt Aphricæ prouinciæ, venerabilem magiſtram, muſam cæleſtem, camænamque Togatorum, antiquitùs appellatam fuiſſe, *Antiquar. lect. lib.* 18. *cap.* 38. ſcripſerit Rhodig. Nec minoris notæ Cyrenenſe Gymnaſium ibidem extitiſſe creditur, dum in omni literarum genere Philoſophos erudierit: etenim Crattippus, cyrenaicæ philoſophiæ author, & princeps; Areta, eius filia, quæ in ſchola ipſi ſucceſſit; Ariſtippus nepos Aretæque filius, diſcipulus, & ſucceſſor; Callimaeus, & Erathoſthenes; Carneades; Cronus Apollonius; Leonides, & alij maximè floruerunt; apud *Middend. acad. lib.* 2.

Tandem, vt vnde huc digreſſa eſt, eodē redeat oratio; cū Noachus poſt diluuium
14 colonias, vt dictum eſt, in Europam reduxiſſet; Germania per Thogormam Nepotem Gomeri filium, *Geneſis* 10. bonis artibus, moribuſque exculta fuit. Nam vt *acad. lib.* 5. ſcitè notat Middend. Si hebraica puncta attendamus; non per o. pronunciabimus Thogorma, ſed per a. Thogarma. Vnde ſi *Tho* auferamus, quod initio ſuperadditum eſt, vt norunt Hebræi, relinquitur Garma, quod paulatim, vitio loquentis, factum eſt Germa, ex quo Germania deriuatur. Diuinas inde, humanaſque leges, primus Germanis tulit Tuiſcon, de quo Tacitus, *Opuſculo de moribus Germanorum*; qui ſecundum aliquos apud eumdem Middendorpium fuit Aſcenez, à primogenitura Tuiſcon appellatus, Frater germanus eiuſdem Thogormæ, *Geneſis* 10. Marſus autem eorum Rex Principum, Sacerdotumque cætus, & communium conciliorum rationem introduxiſſe fertur. Quare factum eſt, vt Germania florentiſſima euaderet, cum inibi nulla non literarum cognitio, legum, diſciplinarum, bonarumque artium, & doctrinarum ſtudia florerent, vt etiam modò nobiliſſimæ teſtantur eiuſdem Academiæ. Noachi item cæteri nepotes, vt ex Middend. *academ. lib.*6. habetur, bonas literas cum vera religione, primi poſt diluuium in Galliam quoque importarunt. Publica verò Gymnaſia, & Scholas, Sarron introduxiſſe putatur, vt eam gentem humaniorem, & mitiorem redderet, *Beroſ. lib.* 5. Vnde, & diuinarum, & humanarum literarum profeſſores Samothei, & Sarronidæ, ſicut & alio nomine Bardi, & Druidæ,
„ olim fuerunt vocati, *Diodor. ſicul. rerum*
„ *antiq. lib.* 5 *.cap.* 9. Bardi (inquit *Strabo, Geogr.*
„ *lib.* 4.) laudationibus, rebuſque poeticis
„ ſtudebant: Druidæ verò, præter cauſarum
„ naturalium ſtudia, moralem diſciplinam exercebant. Nec idcircò ab re penitus erit affirmare, ipſam Noachi poſteritatem, Angliam, & Scotiam, Theologicis, ac Philoſophicis inſtituiſſe præceptis, cum *Iulius Caſar de bello galli. lib.* 6. Druidarum doctrinam

nam ex Brittania in Galliam aſſeruerit fuiſſe translatam.

Religionem item, & artes ex Strabone, Iſidoro, Nauclerio, & Annio, primum in
15 Hiſpaniam, Tubalem Noachi ex Iapheto filio nepotem, *Geneſ.* 10. intuliſſe, idem Midd. *academ. lib.* 7. abunde probat. Is nanque ex Armenia egreſſus primus Hiſpaniarum regnum obtinuit, vbi & ſedem conſtituit. Quare Philoſophiam, & literas in Hiſpania fuiſſe ſeptingentos fere annos antequam in Græciam peruenirent: & Saguntum antiquiſſimam Hiſpaniæ Vrbem, à Sagis, ſiue Ianigenis (hoc eſt Noachi
„ poſteris) authoribus, denominatam, ex
„ Annio tradit. Deinde Iubelda (inquit
„ ipſe) tertius Hiſpaniarum Rex Iberi filius,
„ hæc omnia, quæ Tubal introduxerat, egre-
„ giè promouit.

Cum denique, ſucceſſu temporis, academiarum, doctorumque numerus per orbem in immenſum excreſceret; tunc de certa, & meliori profitendi ratione, de numero annorum, ſeucrioribuſque legibus, quæ ad varios adimendos abuſus, vbique obſeruarentur, Summi Pontifices, Imperatores, Reges, ac Principes deinde cogitationem ſuſceperunt; vt nimirum authoritate publica, à Scolaſticis conuentibus ſolemni, & accurata diſquiſitione prius facta (nam codicillares Doctores, qui Pontificum, aut Principum diplomate, honorarios titulos conſequuntur poſt acceſſerunt) certum virtutis, atque eruditionis teſtimonium habituri, crearentur. Quod expreſsè factum legitur cum Bononiæ, olim Felſinæ, anno Domini 423. die 9. Maij ſub Theodoſio iuniore, *ex priuilegio Academiæ Bononienſi conceſſo*; tùm Pariſijs anno Domini 791. ſub Carolo Magno, *ex epiſtola eiuſdem Religioſis lectoribus demandata, atque alibi, apud Midd. acad. lib.* 4. *& 6.* Nec veneranda idcircò erubeſcere tenetur antiquitas, ſi quid meliùs horum, quæ ipſa tradidit, nouitas adinuenit, *auth. col.4. de nupt. in proa. §. nos autem.* Nam paulatim hæc ad melius per eruditionem accedunt, *vt in authen. coll. 1. de mona. §. finali verſ. oportet* cum omne artificium per exercitium recipiat incrementũ, *ff. de l. 3. l. legatis ſeruis §. ornatricibus, & C. lib. 12. de re milit. l. milite s.*

CAPVT IV.

Non omnibus literarias vniuerſitates, ac publicas conſtruendi, dirimendique Academias, tribuenda eſt, æqua poteſtas, ſed ſummis tantum Principibus, præcipuiſque Dynaſtis.

SVMMARIVM.

1 *Academiarum, quædam ſunt imperfectæ, quædam perfectæ, quædam autem perfectiſſimæ.*

2 *Academia imperfecta eſt, cui nec omnes famulantur diſciplinæ, neque gradibus literarijs, vt inſigniantur ſtudioſi, aliqua ineſt facultas.*

3 *Academia perfecta eſt generale ſtudium, cui eſto non omnes, ſed certæ, ac determinatæ præſcribantur ſcientiæ; Pontificijs tamen, & regalibus ex priuilegijs, graduum conferendi ſtudentibus titulos, quacunque ad obeunda munia, eoſdem probandi, aptoſque teſtimonialibus declarandi literis poteſtas omnino traditur.*

4 *Academia perfectiſſima eſt, quæ vltra prædicta, omnium ſcientiarum, ingenuarumque artium profeſſores habet.*

5 *Ingenuis, licèt priuatis viris, imperfectas condere academias, nullum ius eſt, quod prohibeat.*

6 *Perfectas, eoque magis perfectiſſimas condere academias, ad ſupremos Principes ſpectare, late probatur.*

7 *Authoritas ſumma, & publica, non penes ſubditos, & priuatos, ſed penes Magiſtratus, & Principes ſtare cenſetur.*

8 *Perfecta, ac perfectiſſima academia duo præcipuè conueniunt, Tribunal, ſcilicet academicum, & poteſtas literarios conferendi gradus.*

9 *Qualibet academia ſuum peculiare ius, præcipuaſque leges habere debet, cum vnaquæque ſuo abundet ſenſu.*

10 *Tribunal academicum, fori priuilegio gaudere hebet, dummodò non vltra dictas, ſeù academicæ ditionis, extrahatur diſtrictum.*

11 *Noua erigere tribunalia, legeſque inſtituere, atque gradus conferre, nulli priuato niſi de ſuperioris mandato, ſelno iure tribui ſolet.*

12 *Principi inferret iniuriam, qui ea, quæ Principis ſunt, quæque ipſe, ſui in ſignum dominij, ſibi Princeps retinuit; facultate non obtenta, in alios arroganter transferret.*

13 *Togata, & armata militia inter ſe maximam affinitatem habent, cum non tàm Milites, quam Doctores in ſuo genere militare dicantur, atque indifferenter inuicem præferantur, adeò vt in doctrinalibus, & indifferentibus actibus Doctores præcedant; in militaribus Milites.*

14 *Armatem inſtituere militiam, congregare, gradibuſque condecorare, priuati omninò non eſſe viri, pro comperto habetur; quod pariter de togata aſtruendum videtur.*

15 *Furioſi, ac dementis eſt affirmare, Deum omnium eſſe conditorem, minimè verò conſeruatorem, cum inter creationem, & conſeruationem, apud Theologos, non detur realis diſtinctio.*

16 *Principes ſummi, academias quoad immunitates*

Digitized by Google

*nitates , & priuilegia conſeruare tenen-
tur.*
17 *Academiarum deſtructio eiſdem conuenit , qui-
bus non repugnat inſtitutio . Quod va-
rijs expenditur exemplis .*

LIterariarum Vniuerſitatum, ſeu (quod
fere redit in idem) publicarum Acade-
1 miarum , quaſdam imperfectas eſſe, perfe-
ctas quaſdam, quibus etiam perfectiſſimas
addunt, ex *Pereyra lit. reipub. lib.* 1. *num.* 12.
dixerunt non pauci . Quare illud quale-
2 cunque pro imperfecto vſurbatur ſtudiũ ,
cui neque omnes famulantur diſciplinæ ,
neque gradibus , vt literarijs inſigniantur
ſtudioſi, aliqua ineſt facultas, qualia apud,
Italos (ne ſepta vltra nationis videar tran-
ſilire) Intronatorum Senis, Sitientum Bo-
noniæ , Conſtantum Patauij , Furfurario-
rum Florentiæ, aliorumque alibi , quibus
inſuper referri ſolent Seminaria Cathedra-
lium ſtudia , & id genus per multa , vt de-
ciſum tradunt *Nicolaus Garzia de benef. par.*
3. *cap.* 2. *num.* 117. *& Armendar. num.* 124.
apud Barboſ. de poteſt. Epiſc. par. 3. *alleg.* 56.
3 *num.* 23. Perfecta verò Academia generale
ſtudium erit, cui eſtò non omnes, ſed cer-
tæ , ac determinatæ præſcribantur ſcientię,
pontificijs tamen, & regalibus ex priui-
legijs, graduum conferendi ſtudentibus ti-
tulos, quæcumque ad obeunda munia,
eoſdem probandi , aptoſque teſtimoniali-
bus declarandi literis , poteſtas omninò
traditur ; cuiuſmodi extiterunt omnes fe-
rè iampridem Academiæ, ipſarum (vt ita
dicam) in crepundijs , ac natiuitatis veſti-
bulo , vt ex pluribus Summorum colligi
poteſt Pontificum , pro Romana inter cæ-
teras præcipua Vniuerſitates priuilegijs,
cui Innocentius IV. generalis Studij iura
quidem conceſſit *cap.* 2. *de priuil. in* 6. Suis
tamen in exordijs Sacræ Scripturę , ac Iu-
ris vtriuſque tantùm profeſſores habuit.
Innocentius alius , deindè in Concilio
Viennenſi , vt habetur *Clement.* 1 *de Magi-
ſtris* , Hebraicæ linguæ, Caldaicæ, & Ara-
bicæ , illi profeſſores adiecit . Denique
Eugenius IV. vt in ipſius vita refert Platina ,
dictæ curiali Academiæ , omne literarum
genus adhibuit . Ita *Suarez tom.* 4. *de relig.
tract. de ſociet. lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 1. *& ex l. ne-
mini licere C. de aduoc. diuerſ. iudic. & Petrus*
4 *Greg. de repub. lib.* 18. *cap.* 9. *num.* 1. Perfe-
ctiſſima tandem illa erit Academia , quæ
literarios gradus non tantùm conferendi
omnes, dandique probatis teſtimoniales
literas præſtat facultate ; verùm etiam om-
nium ſcientiarum , ingenuarumque ar-
tium , profeſſoribus maximè abundat , &
magiſtris : Qualiter apud Italos Bononien-
ſis , Patauina, Peruſina, Piſana : apud Gal-
los Pariſienſis, Andegauenſis, Aurelianen-
ſis : apud Hiſpanos Salmanticenſis, Conim-
bricenſis &c. Academiæ, Vniuerſitateſque
ſummoperè florent , *Pereyr. lib.* 1. *reipubl.
lit. q.* 2. *num.* 14.

Quibus poſitis , ſeduloque perpenſis , in
5 literarijs ad exercenda palęſtris iuuenum
ingenia (exercitio enim augetur ſcientia ,
*Gloſſ. exercitu l. milites C. de re milit. & l. le-
gatis §. ornatricibus ff. de leg.*) priuatis verùm
tamen ingenuis iuris , imperfectas ſaltem
condere Academias, nullum ius eſt , quod
prohibeat . Quandoquidem, cùm natura-
le omnibus inſit ſciendi deſiderium, 1. *poſt
tex.* 1. lex , quæ cedit , fauetque naturæ ,
ff de aqua pluu. arcead. l. 2. minimè aduer-
ſatur . Et omnia profectò licent , quæ ex-
preſsè non prohibentur à lege , *Gloſſ. par-
ticipium tit.* 1. *§. de nepotibus , authen. collect.
quibus modis.* Quare, ex *Minois Celſi hypomne-
mate ad Fratrem Bettum* . Sex nobiles Se-
nenſes , licèt priuati , anno redemptionis
1525. Intronatorum: Celſus Sozinus 1554.
Sitientum : Quidam nobiles Patauini ,
1556. Conſtantum ; ac tandem quinque
nobiles Florentini , videlicet , Ioannes Ba-
ptiſta de Detis , Antonius Franciſcus de
Grazzinis , Bernardus de Canigianis , Ber-
nardus de Zanchinis , & Sebaſtianus de
Roſſis , 1582. Furfurariorum , *ex monumen-
tis eiuſdem Academiæ* , præclariſſima illa lite-
ratorum Lycea , fęliciter inierunt.

Perfectas verò , eoque magis perfectiſſi-
6 mas condere Academias (valet enim à
minori ad maius deductum argumentum,
*Auth. multo magis C. de Sacroſ Eccleſ. Euerard.
in top. leg. loc.* 63. *Pet. Andreas Gammar. dia-
lect. legal. lib.* 2. *loc. à min. ad ma. &c.*) ſubie-
ctæ nequaquam , priuatęque erit poteſta-
tis , cùm earum inſtitutio , ingeniorum
tantùmmodò culturæ ne torpore ſylue-
ſcant , cauſa priuata non ſit ; ſed publicæ ,
ac ſupremæ, cùm reipublicæ totum emo-
lumentum , rerum omnium commune
decus, publicumque negotium ſit , *Sapien-
tia* 6. vbi legitur : „ Multitudo Sapientum ,
„ ſanitas eſt Orbis terrarum . Publica nan-
que , ac ſuprema negotia , non priuata ,
ſed publica fulciri item debent authoritate,
l. ſi in publico ff. de aqua pluuia arcenda , vbi
7 *Gloſſ. niſi dominus.* Authoritas verò ſumma,
& publica , non penes priuatos , & ſubdi-
tos, *l. confeſſiſſe, ff. de iudicijs*, ſed penes Ma-
giſtratus, & Principes ſtare cenſetur, *Accurſ.
gloſ. o. extra. lib. de pace conſtantia*, cùm in
ſuo Territorio Principe maior exiſtat ne-
mo, *l. minor. §.* 1. *ff. de min.* 25. *ann.* Et Prin-
cipi æquipolleant Senatores, *l. quod Princi-
pes , ff. de aqua pluu. arcen. Et Accurſ. gloſſ. o.
inſtit. lib.* 1. *tit.* 12. nomenque commune
poſſideant , *ff. de excuſ. l. ſpadonem , §. ſi Ci-
uitatis* .

nitatis. Quare abſolutè Summorum Pon-
tificum, & Imperatorum tamen, Regum,
& abſolutorũ Principum ſatis ſer. ſer. per-
fectas tantùm erit academias inſtituendi,&
conſtituendi poteſtas, *S. Tho. tract. contra
impugnan. religio. Gloſſ. ad §. item quoad dictas
duas partes ad verbum Vniuerſitates de collat. in
pragmat. ſanct. Ariſt. 10. ethic. Barto. Bald. &
alij communiter in proam. ff. §. tria*. Athenis
idcircò, Sophocles olim legem tulerat,
vt neque Scholæ erigerentur, neque Phi-
loſophorum quiſquam præeſſet abque de-
creto Senatus, *Laert. lib. 5. in Theoph.* atque
inhibitum quoque fuiſſe habetur ex An-
tonini Pij reſcripto, cuius diſertè memi-
nit Modeſtinus *l. ſi duas, §. de excuſ. tut.* vbi
vniuſcuiuſque Ciuitatis ſtudia, & profeſ-
ſores deſignare ad Principem ſpectare de-
claratur.

Nam præ cæteris, duo in qualibet per-
8 fecta Academia indiſpenſabilia arbitran-
tur, quorùm alterum academicum eſt tri-
bunal iuxta *leg. vnic. C. de ſtud. liber. Vrb.
Roma lib. 11.* Alterum literarios gradus
conferendi poteſtas, *ex Suarez, & alijs ſupe-
rius num. 3.* pro definitione perfectæ acade-
miæ allegatis. Quandoquidem cùm quæ-
libet Vniuerſitas, proprio abundet ſenſu,
9 nec vna,& communi lege prouideri poſſit;
operæ pretium erit, vt ibi profitentes, ſi-
bi ipſis ius particulare faciant, vt latè pro-
bant ex Theologis *Sotus de iuſt. & iure lib. 4.
quæſt. 5. art. 2. & Salas de legibus diſp. 8. ſect. 17.
num. 89. ex Iuriſtis Bartol. in l. omnes populi
num. 6. de iuſt. & iur. Bald. in l. 2. num. 3.
C. de conſt. Alex. in l. 1. col. 3 ff. de iur. omn.
iud. & in conſ. 177. col. 2. vol. 2. Surd tom. 1.
conſ. 59. num. 14. Menoch. conſ. 28. num. 20.
Tuſc. lit. S. concl. 453 atque alij.* Quamobrem,
vt rectè docet Alphonſ. de Eſcobar *tract.
de iuriſd. in ſtud. cap. 33. num. 10.* omni ſe-
moto dubio, academicum tribunal fori
10 ſtudioſorum, omninò gaudere habet pri-
uilegio; adeout reus quilibet ſubditus, ad
illud, ob quamuis obligationem, ſeù pæ-
nam eidem tribunali, aut academico fiſco
debitam, trahi poſſit; dummodò non vl-
tra dietas, ſeù academicæ ditionis extra-
hatur diſtrictum. Ex quibus profectò, li-
terarios quoque prodit gradus conferendi
abſoluta facultas, cùm legum vigore,non
tantùm ſupplicia vitijs, verùm etiam pro-
poſita ſint virtutibus præmia, *Cicero, 1. de
orat. ſect. 194.* Gradus quippè, & honores
præmia virtutum ſunt, *4. ethic. cap. 4.* No-
ua verò tribunalia, legeſque inſtituere gra-
11 dus, ac dignitates conferre, nullo priua-
to, aut ſubiecto, niſi de Superioris man-
dato, ſaluo iure tribui ſolet: Solus enim
Princeps, leges, condere poteſt, *Gloſſ. non
ambigitur l. 9. ff. de leg. & Senat. conſ.* hono-
ribus atque, gradibus, & dignitatibus,
alios condecorare, *l. propter multas C. lib. 11.
de metropoli Beryto.* Priuati verò, atque
ſubiecti (qui poteſtate, ſcilicet, dignitate-
que carent, *Gloſſ. in cap. denique 4. diſt. & in
cap. qui contra pacem 24. q. 1.*) prædicto mu-
nere penitus abſtinere debent: Cùm alijs
nemo conferre valeat, quod in ſe non ha-
bet, *l. traditio ff. de acquirend. domin. & l. ne-
mo, ff. de regul. iur.* niſi facultatem fortaſſe,
à Principe delegatam habeat: tunc enim
ipſe Princeps per ſe iudicatur agere, *l. 2.
§. quicumque C. de veter. iur. enucl.* Secùs nan-
que ſummam Principi inferret iniuriam,
12 qui ea, quæ Principis ſunt, quæque ipſe
in ſignum ſui dominij, ſibi Princeps reti-
nuit, facultate non obtenta, in alios arro-
ganter transferret, vt ſcitè tradit *Fermoſ. ad
cap. ſignificaſti 18. de foro compet. q. 8. num. 15.
16. & 17.* qui etiam alios refert.

Togatam, & armatam militiam inter
13 ſe maxima affinitate vinciri, *orat. 23. pro
Lucio Murena ſect. 129. num. 22.* Marcus Tul-
lius Cicero, his verbis venuſtè ſuaſit, di-
» cens: Vigilas tu de nocte vt tuis conſul-
» toribus reſpondeas; ille, vt eò quò inten-
» dit, maturè cum exercitu perueniat. Te
» gallorum: illum buccinarum cantus exu-
» ſcitat. Tu actionem inſtituis: ille aciem
» inſtituit. Tu caues ne tui conſultores: ille
» ne Vrbes, aut Caſtra capiantur. Ille te-
» net, & ſcit, vt hoſtium copiæ: tu vt aquæ
» pluuiæ arceantur. Ille exercitatus eſt in
» propagandis finibus; tu in regendis. Ce-
cinit idcircò Piſoni Lucanus

—— Tamen, & ſi bella quierunt,
Non perijt virtus: licet exercere togatæ
Munera militiæ; licet & ſine ſanguinis hauſtis,
Mitia legitimo ſub iudice bella mouere
Hinc quoque ſeruati contingit gloria Ciuis,
Altaque victrices intexunt limina palmæ.

Proptereà de literario ſtudio quod de mi-
litari, idem (adhibita proportione) cen-
ſendum, & aſſerendum erit; cùm non tam
milites, quàm Doctores in ſuo genere mi-
litare dicantur, vt ex pluribus diligenter
colligit authoribus *Marc. Ant. Sabell. in
ſumm. diuerſ. tract. tom. 1. litt. A. §. 40. num. 7.*
Indifferenter itaque inuicem præferuntur;
adeò vt in doctrinalibus,& indifferentibus
actibus doctores præcedant; in militaribus
milites, *Grat. diſcept. forenſ. cap. 111. num. 84.
& 85. Tuſch. lit. D. concl. 550.* Qua profe-
14 ctò data, & omnium recepta votis analo-
gia; armatam militiam (quæ ſecundùm
D. Tho. 2. 2. q. 48. art. 4. ad tuitionem bo-
ni communis eſt ordinata) inſtituere, con-
gregare, gradibuſque condecorare, priua-
ri, ac ſubiecti non eſſe viri, pro comper-
to omnino habetur; quin potius armorum
vſus, priuatis omnibus penitus inhibetur,

vt

vt ex *Menoch. de arbitr. caſ.394.num. 18. alijſque permultis tradit idem Sabell. loco ſuperiùs cit. n. 3.* (eſt enim meri imperij armorum delatio, ex *Auth. de armis*) ſed ſupremæ duntaxat poteſtatis, vt ſatis probant Iuriſtæ ex *l. vnica C. vt armorum vſus lib. 11. & l. 3. verſ. eadem lege ff. ad leg. iul. Penna ad d. l. vnic. verſ. in conſultis col. 1. Balthaſar Ayala de iur. & offic. bellic. lib. 1. cap. 1. Marta de iuriſd. 1. p. cap. 39. Sixtin. de regalib. lib. 2. cap. 1. n. 16. Caſtald. de imperat. q. 110. num. 112. Zecchius de princip. lib. 4. cap. 5. n. 4. & cum multis alijs Ramirez, tract. de leg. Reg. §. 26. n 64.* Quamobrem eiuſdem ſupremæ poteſtatis erit quoque inſtituere, literarijſque inſignire gradibus togatam militiam, quales perfectæ ſunt academiæ, cùm non minùs ad publicam literarum conferant vtilitatem, vt ex profeſſo dicetur infra, quàm armorum militaria ſtudia: valet enim à ſimili depromptum argumentum; *Euerardus in top. leg loc. 10. Pet. And. Gammar. dial. legal. lib. 2. in loc. à ſimili Pet. Enriq. conſ 14. n. 6. Decian. conſ. 31. n. 47 vol. 1. & alij apud Barboſ. in locis commun. argum. iur. loc* 101. cùm de ſimilibus idem ſit iudicium. *l. non poſſunt, & l. ſequent. ff. de leg. §. rectè. Albert. in tract. de hæretic. qu. 24. n. 9 Farin. fragm crimin. p. 1. litt. E. n. 188.*

Maniæ furoriſque eos putabat laborare vitio Saluianus Maſſilienſis Epiſcopus *lib. 3.*
15 *de gubernat. Dei. tom. 5. Bibliot. P. P.* qui rerum omnium, Deum ponebant conditorem, conſeruatorem verò, ac gubernatorem, nequaquam. Quid enim (inquit) tam furioſum eſt, quàm vt aliquis, cùm Deum creatorem rerum omnium non neget, & gubernatorem neget, & cúm factorem eſſe fateatur, dicat negligere, quæ fecit: quaſi verò hæc ei faciendorum omnium cura fuerit, vt negligeret, quæ feciſſet. Eſt enim conſeruatio ſecundum D. Thomam *p. 1. q. 104. art. 1. ad 4.* atque alios, continuata rei productio; nec aliqua inter creationem, & conſeruationem ſaltem in diuinis, realis datur diſtinctio, vt ex ipſo D. Thoma, docet cum multis *Suarez tom. 1. met. diſput. 21. ſect. 2. n. 8.* quo ſenſu illud intelligitur *Ioann. 5.* Pater meus vſque modo operatur, vt D. exponit Aug. 4. *Geneſis ad literam cap. 12.* Quarè ſi eius de quo *Pſal. 47.* planè legitur, Ipſe reget nos in ſæcula, cunctorum eſt gubernatio, & conſeruatio; erit quoque productio, & creatio. Non enim (inquit D. Primaſius in *epiſt. ad Hebr. cap. 5. tom. 1. Bibliot. P. P.*) minùs eſt gubernare mundum, quàm creaſſe: nam in creando, ex nihilo ſubſtantiæ rerum productæ ſunt; in gubernando verò, ea quæ facta ſunt, ne ad nihilum redeant continentur. Hoc idem profectò animalia, & ſenſibilia quoque fatentur, atque aſtra minimè negant, dum illa filios, & catulos alendo ideò conſeruent, quia genuerunt: Hæc autem gemmas, & foſſilia perficiant, quia produxerunt. Cæterùm in ſua ditione Princeps cuncta ordinantis eſt ſimulacrum Dei, ex *Plutarcho ad princ. indoc.* Patrem verò patriæ, vt ſciat datam ſibi poteſtatem patriam eumdem appellauit Seneca, *de conſol. ſapient. cap. 14.* Et qualem cælo Deus ſolem, ſupra modum venuſtam illigauit ſui effigiem, & lunam: eiuſmodi in vrbibus ſimulacrum, & lumen, eſſe Principem, loco ſuperius allegato, idem ſubintulit Plutarchus. Quamobrem nul-
16 lo reclamante iure fiet indè Supremorum Principum munus eſſe, erectas in ſuis diſtrictis Academias, earumque ſtudioſos conſeruare ſcholaſticos, nec non ab iniurijs omnibus vindicare.

Quid tandem de Academiarum extinctione, diremptioneque ſit aſtruendum:
17 planum quippè eſt, cum imperfectæ, tùm perfectæ, ſeù perfectiſſimæ conditorem Academiæ, peremptorem einſdem etiam eſſe poſſe: adeò vt priuatas, & imperfectas; priuati, ſubiectique homines: perfectas verò, ſeu perfectiſſimas; ſupremi tantùm Principes euertere, & abolere valeant. Per eaſdem nanque cauſas, quibus res fit, deſinere quoque poteſt, cùm idem quandoque contrariorum ſit cauſa, vt *ex 2. Phyſ. tex. 30. & 5. Met. tex. 2.* communiter tradunt Philoſophi; quod in phyſicis non tantùm, verùm etiam in theologicis, ac moralibus habet veritatem. Nam ſicut qui legem condit, ipſam quoque poteſt abrogare, vt ex communi Doctorum ſententia diſcretè oſtendit *Pereyra, q 11. de leg. art. 5.* Lex enim (inquit *Chryſoſt. Hom. 21. in cap. 8. Matth.*) Legislatori ſubiecta eſt: ità qui Academiam inſtituit, deſtruere etiam poteſt.

Idcircò apud Hebræos extinctas legimus, teſte *Petro Gregor. de republ. lib. 17. cap. 10. num. 5.* academias quamplurimas, ad quas ex toto Occidente, Aphrica, Ægypto, & Hiſpania confluebant Iudæi, quas interijſſe, Chriſtianis Imperatoribus deſtruentibus, vel ſaltem earum conſentientibus ruinæ, Authores tradunt non pauci ab ipſo citati. *Theod. Lector lib. 2.* author eſt, Ediſſenam Scholam, quam Perſicam vocabant, Zenonis Imperatoris iuſſu fuiſſe abolitam, funditusque euerſam, eò quod Neſtorij nefariam hæreſim doceret. In ſua vniuerſali hiſtoria refert Chacon. *apud Pereyram. de republ. lit.* Alphonſum cognomento Sanctum, Studium generale, quod Alphonſus octauus Caſtellę Rex,

Pal-

Pallantiæ erexerat, per neglectum quendam deſtruxiſſe, vt illius deſtructio cederet in augmentum Salmantinę Academię; Denique, excidium, iuſſu ſupremorum Principum, paſſas Academias, Veronenſem, Bononienſem, Roſtochienſem, & alias, tradunt Æneas Syl. *cap. 38. hiſt. Boem. & Canzius lib. 11. Metropol. cap. 22. & lib. 11. Vandalia cap. 32.*

CAPVT V.

Vrbibus, & Orbi maxima ferunt Academiæ emolumenta, atque vtilitates.

SVMMARIVM.

1 *Summa à Principibus exhibenda eſt cura, ne Regnis, & quibus præſunt Ciuitatibus, ſapientes, doctique deſint Viri, cùm omnia à ſapientia, & doctrina procedant bona.*

2 *Reſpublicæ diutiſſimè ſemper floruerunt illæ, quæ optimorum ſtudiorum ſedulam habuerunt curam, & in quibus ingenuarum artium, atque linguarum extiterunt ſcholæ; ſecus verò aliæ, quæ talia neglexerunt; quod multis, & varijs oſtenditur exemplis.*

3 *Totius politicæ, & ciuilis regiminis, cùm pace, tùm bello æquè diſponitur vſus, quare ſummoperè fauent bonarum artium, ſcientiarumque diſciplinæ.*

4 *Ad componendas reſpublicas, depravatoſque mores, varijs in locis plurimi ſapientes fuerunt accerſiti.*

5 *Sapientes, & docti plerumque quieti, ac pacifici ſunt; quarè optimi cenſentur ad publicam tuendam pacem: quod Romanorum exemplo ſufficienter probatur.*

6 *Liberalium artium, cæterarumque doctrinæ literarum, ſcientiæ militari, & rebus bellicis vtiliſſima ſemper, & propè neceſſaria fuit: quod exemplo Græcorum latè oſtenditur.*

7 *Ars militaris à Philoſopho inter ea de quibus conſilia tractari ſolent computatur, quare maximè indigens eſt ſapientia.*

8 *Conſilium eſt aliquid faciendi aut non faciendi excogitata ratio. Et quid ratio conſiderata ſit. Et quid tandem fortitudo.*

9 *Hercules ſimul Muſagetes dictus fuit; quia Muſarum quies, Herculis defenſione, & virtus Herculis, Muſarum voce mutuò tueri debent.*

10 *Quinam bonas artes, odiò proſecuti ſunt; & qua de cauſa virtute præditos afflixerunt.*

11 *Cùm rerum bonitas, & rectitudo bonis placeat maliſque diſpliceat: validiſſima ratione, id eſſe bonum probabitur, ſi malos aliqua afficiat moleſtia.*

12 *Mundus totus, commune oppidum eſt omnium noſtrum.*

AD Rempublicam (inquit Tullius *1. de inuent. ſect. 63. num. 5.*) plurima commo-
1 da veniunt, ſi moderatrix omnium rerum
,, præſto eſt Sapientia. Quæ profectò ſem-
,, per in promptu aderit, ſi nunquam ab-
,, fuerint Sapientes: cùm in labijs ſapientis
,, inueniatur ſapientia, *Prouerb. 10.* Certatim
idcircò Principes, eorumque Optimates,
ne Regna, & quibus præſunt Ciuitates,
& Oppida, tanto fraudentur emolumen-
to, vndique venari eruditos tenentur vi-
ros, ac plurimi dum habentur ipſos face-
re, ne à docendo reſiliant, atque in alia,
non ſine grauiſſimo earum, quas ſpreti
tunc desererent vrbium dedecore proficiſ-
cantur gratiora loca. Glorioſa enim ſcien-
tia eſt literarum, & in hominibus mores
purgat, eloquentiæ gratiam ſubminiſtrat,
& multiplici ſui luminis beneficio, rem-
publicam mirificè ornat: Imminentia
quandoquidem diſcrimina propellit pro-
uida ſapientis cautela, & aduerſos fortu-
næ caſus, ſalutaris medicatur doctrina.
Quare *Polit. 5. cap. 9.* aiebat Philoſophus:
,, Nihil proſunt vtiliſſimæ leges, quæ à Gu-
,, bernatoribus decernuntur, niſi moribus
,, inſtituti, & diſciplina imbuti in republica
,, homines fuerint. Quam ſententiam for-
tè prompſerat ex Platone, cùm *1. de con-
ſol. philoſ. proſ. 4. Seuerinus Boet.* ita teſtatus
,, ſit: Sententia Platonis eſt Beatas fore reſ-
,, publicas, ſi eas vel ſtudioſi ſapientiæ rege-
,, rent, vel earum Rectores ſtudere ſapien-
,, tiæ contigiſſet. Cuius præclaræ authori-
tatis, quæ *Iuſtinus Martyr in parenesi ad gen-
tes, & Euſeb. in præp. Euangel. & Theod. de
græcor. affect.* cautè ſcribunt; Platonem
ſcilicet ex Hebræorum libris multa tran-
ſtuliſſe in ſuos, ab re minimè erunt: Dum
Prouerb. 8. ipſa de ſe ita loquatur Sapien-
,, tia: Meum eſt conſilium, & æquitas: mea
,, eſt prudentia: mea eſt fortitudo. Per me
,, reges regnant, & legum conditores iuſta
,, decernunt. Per me principes imperant,
,, & potentes decernunt iuſtitiam,

Ea propter, ſi temporum memoriam
vel leuiter refricare velimus. Reſpubli-
2 cas illas diutiſſimè ſemper floruiſſe, quæ
optimorum ſtudiorum diligentem habue-
re curam, & in quibus ingenuarum ar-
tium, atque linguarum extiterunt Scho-
læ: contra verò, quæ eas neglexerunt,
res ſuas parùm fæliciter gubernaſſe, vtique
repetiemus. Hinc ſapientiſſimus ille, ac
reipu-

reipublicæ gubernandæ peritiſſimus Mo-
ſes amicus, & propheta Dei, populum
ſuum Iſrael, quem legibus formarat, diù
in pace, & ſyncera religione conſeruatu-
rus, in ſingulis Ciuitatibus Synagogas in-
ſtituit, quibus viri ſapientes, diuinas in-
terpretarentur leges, vt oſtenſum eſt ſu-
prà *cap.3. num.*10. Salomon quoque Re-
gum ſapientiſſimus, Hieroſolymis, ſeptem
palæſtris inſtructam Academiam, vbi
ſeptem cum doctrina legis profitebantur
liberales artes, ad Regni tuendam fælici-
tatem, magnificè excitauit apud *Pinedam
de rebus Salom. lib.3. cap.28. num.5. & Car-
thag. tom.2. de ſacris arcan. reipubl. lib.10. ho-
mil.* 10. interpretantes illud *Prouer.* 9. Sa-
pientia ædificauit ſibi domum &c. excidit
„ columnas ſeptem. Et Ioſaphat Rex Iu-
„ dæ, vt Regnum confirmaret primò, or-
naret deinde quoque, & verum Dei cul-
tum longè, lateque propagaret, anno im-
perij ſui tertio, doctos miſit viros, qui
per vniuerſam Iudæam, populum in Sy-
nagogis leges docerent: qua ratione fa-
ctum eſt, vt regnum Iudæ pacatum red-
deret, & Iudæorum reſpublica, nihil am-
„ pliùs ab hoſtibus detrimenti caperet. Fa-
„ ctus eſt itaque pauor Domini ſuper om-
„ nia regna terrarum, quæ erant per gyrum
„ Iuda, nec audebant bellare contra Ioſa-
„ phat. Sed & Philiſtæi, Ioſaphat munera
„ deferebant, & vectigal argenti; Arabes
„ quoque adducebant pecora arietum ſe-
„ ptem millia ſeptingentos, & hircos toti-
„ dem. Creuit ergo Ioſaphat, & magnifi-
„ catus eſt vſquè in ſublime, 2. *Paralip.* 17.
Verùm vbi traditam ſibi à maioribus pro-
feſſionem intermitterent Iudæi, veraſque
leges in Synagogis interpretari ceſſarent,
in horrendos errores, & quod omnium
turpiſſimum eſt, idololatriam prolapſi,
in Babylonem, vt digni erant, adducti
ſunt. 4. *Reg.* 24. *&* 25. Quod aduertens pru-
dentiſſimus, ac pijſſimus Eſdras Sacerdos
poſt reditum à captiuitate, in peſſum ite-
rum penitus ne abirent, Sacros Scriptu-
ræ libros in ordinem redegit, denuòque
collegit, atque Synagogis ſummo Zelo
reſtituit, *Eſdræ 2. cap.8.* Intellexerat enim
Sanctiſſimus ille vir, ſine eruditione, ſa-
criſque literis, ſynceram religionem, ve-
rum Dei cultum, & reipublicæ tranquilli-
tatem conſeruari nullatenus poſſe. Quam
veritatem vnanimes amplectuntur om-
nes ſuæ mentis viri compotes, ne dum
religioſi, & eruditi: vt Bartol. *in l.1. ad
fin.num.30.ff.ſolut.matrimon. Albericus nu.*11,
*Augel.num.12. Roman.num.31. Alex.de Imola
num.51. Iaſon. num.45. Vincen. de Herculan.
num.61. Pet. barb.7.par.eiuſdem legis.num.51.
Accur.in l.vnic.C.de ſtud.liberal.Roman.lib.11.
Panormit. cap.vlt. de Iudic. Rebuff.de priuileg.
ſcholar. priuil.3. num.1. Steph.Grat. diſcept. fo-
renſ. cap.186.num.13. Oldrad.conſ.117.Perey.
lib.1.reipubl.lit.diſput.3 quæſt.1.num.83.& tan-
dem Baldus Seruita quodlib. 1. qui latiſſimè.
quæſt. 3. diff.1.2.3.4. & 5. pluribus nititur id
oſtendere rationibus.*
Cæterùm, cùm ſecundùm Ægidium
Roman. *3. de regim.Princip.par.2,cap.1.* totiùs
3 politicæ, ciuiliſque regiminis, tùm pace,
tùm bello æquè diſponatur vſus; præſen-
tis argumenti, vtique abſolueretur circu-
lus, ſi reipublicæ vtroque pacis ſcilicet,
& bellorum tempore aliquid ſemper vti-
litatis attuliſſe, bonæ oſtendantur literæ.
Pacis itaque, *diffic. 2. tertiæ citatæ quæſtionis
num.* 8. hoc in primis excogitato dilem-
mate oſtenduntur à Baldo Seruita: Ciui-
tates enim, reſque publicæ, aut rectè ſunt
inſtitutæ, aut perperam: ſi hoc accidat
poſterius literæ, ac doctrinæ eas reforma-
re poſſunt, vt exemplis quamplurimis
cautum eſt, ad dirigendas, in quibus,
Reſpublicas, Ciuitateſque, Scientes, &
4 Sapientes ſunt accerſiti, eis qui regulas,
legeſque imponerent: vt Cretenſibus,
Minos; *Plutarch. in minoe*: Lycurgus, La-
cedemonijs; *idem in Lycurgo*: Solon, Athe-
nienſibus; *Elian. lib.8. de var. hiſtor.* atque
alij, alijque apud Authores, qui etiam
labantes Reſpublicas reſtituerunt, non
paucas. Quare factum legitur apud *He-
rod. lib.4.* vt cùm ſub Arceſilao Batti filio
Rege Cyrenæorum, Pœni Cyrenæos, ma-
gna ſtrage, cæcidiſſent; Cyrenæi ob acce-
ptam calamitatem, Delphos miſerint in-
terrogatum, quam rationem ineuntes,
præclariſſime habitarent. Pythia iuſſit
ex Mantinæa Arcadum adducerent mo-
deratorem. Itaque petentibus Cyrenæis
Mantinæi, Demonacem dederunt virum
probatiſſimum, qui legibus eos regeret,
5 & inſtitueret. Si autem è contra Reſpu-
blicæ, ac Ciuitates rectè, ritèque fuerint
inſtitutæ: Viri literati, vtpotè quieti, ac
pacifici ſedulò incumbentes, manu te-
nent, ac in bonitate, & natiua honeſtate
ampliùs ſeruant. Ita quippè præ cæteris,
Romanæ ditionis contigiſſe vrbibus, *l. 2.
ff. de orig. iur.* latè teſtatus eſt Pomponius:
cuius rei ſcitu, pauca hæc audire, com-
pendio, quæſo neminem pigeat. Romæ,
ſcilicet, poſt exactos Reges, Sextus Pa-
pyrius, leges curiatas (quas Regum tem-
pore, populus in triginta curias à Romu-
lo diuiſus, à Regibus ſcriptas, ſuo calcu-
lo confirmarat) ſine ordine latas, in vnum
compoſuit, & ab eo Ius ciuile, Papyria-
num fuit appellatum. Deinde, omnes hę
leges, lege tribunitia exoleuerunt, & in-
certò iure populus vſus eſt fere per vigin-

Digitized by Google

ri annos . Decem viri inde creati , qui ab
Athenienſibus , leges decem Tabularum
peterent ; quas eburneas perſcriptas in ta-
bulas,pro roſtris compoſuerunt . Sequen-
ti anno , alias duas tabulas adiecerunt , &
leges duodecim tabularum ſunt , appella-
tæ ; quarum ferendarum authorem fuiſſe
Decem viris Hermodorum quendam
epheſium exulem , aiunt . Ex his legibus
actiones natæ ſunt , quarum formulæ. vti
& legum interpretatio , apud ſolos fuit
Pontifices ferè per centum annos. Poſteà,
cum Appius Claudius ad formam redigiſ-
ſet has actiones ; Gneus Fabius ſcriba ſub-
reptum librum, populo tradidit . Hic igi-
tur liber , qui actiones continet , Ius Fla-
uianum appellatur . Augeſcente deinde
Ciuitate , quia deerant quædam agendi
genera ; Sextus Ælius, alias actiones com-
poſuit , & librum populo dedit , qui ap-
pellatur Ius Ælianum . Deinde cùm plebs
à Patribus ſeceſſiſſet , ſibi iura conſtituit ,
quæ Plebis ſcita dicuntur . Mox cùm re-
uocata eſt plebs , pro legibus placuit , &
ea obſeruari , lege Hortenſia lata . Cæpit
poſteà Senatus ſe ſe interponere , & quic-
quid conſtituiſſet , id obſeruabat, & Sena-
tus conſultum dicebatur . Eodem tempo-
re , & Magiſtratus iura reddebant : & vt
ſcirent Ciues,quòd ius de quaque re quiſ-
que dicturus eſſet , ſeque præmuniret,edi-
cta proponebant , quæ Ius Honorarium
conſtituerunt : Honorarium enim dici-
tur , quod ad honorem Prætoris venerat .
Conſtituto poſtea Principe , datum eſt ei
ius , vt quod conſtituiſſet ratum eſſet ,
quod ius principale dicitur , ſiue princi-
palis conſtitutio . Hæc apud illum . Ideó-
que Valerius Maximus *lib.3.cap.3.* vbi do-
cuiſſet quantum clariſſimorum Imperato-
rum , & optimorum virtutes ciuium, rei-
publicæ profuiſſent , in hanc fortè ſen-
tentiam perbelle prorupit , dicens : Eſt &
„ alia vehemens , & conſtans militia, literis
„ pollens, venerabilium doctrinæ ſacrorum
„ antiſtes Philoſophia , quæ vbi pectore re-
„ cepta eſt hominum,inhoneſto,atque inu-
„ tili affectu depulſo,totum in ſolidæ virtu-
„ tis munimento confirmat .

Quòd verò liberalium artium , cætera-
rumque variarum literarum doctrina ,
6 ſcientiæ militari , rebuſque bellicis (vt ſe-
cundo loco propoſitum erat) vtiliſſima
ſemper , & propè neceſſaria fuerit ; duo-
bus ferè integris libris , nono , ſcilicet , &
decimo, Polybius Megapolitanus elegan-
tiſſimè , copioſiſſimèque probauit ; adeò-
ut *lib.9.* id etiam hoc pacto , expreſsè aſ-
„ ſeruerit : Hæc quidem , & hiſce ſimilia
„ poterunt forſam Imperatores , vſu mili-
„ taris exercitij conſequi, alia ex proprio la-
„ bore , alia ex hiſtorijs , rebus ſcilicet, ſpe-
„ ctatis , alia per experientiam . Opus au-
„ tem eſt , & cognitione mathematum , ac
„ theorematum , & maximè Aſtrologiæ ,
„ & Geometrices . Quodque nec vniuerſa
potuit ignorare Græcia : quinimò tempo-
re Xerſis Perſarum Regis , non abſque ſui
iactura , omninò experta eſt , dum ſcili-
cet,ſolus illam Themiſtocles philoſophus
(teſte Plutarcho in eius vita) metu perſi-
co liberauit , & potentiſſimum hoſtem ,
qui cum infinita lectiſſimorum virorum
multitudine in Græciam venerat turpiter
in Perſiam redire coegit . Quare ſummæ
ipſius laudes præ reliquis omnibus Duci-
bus , quos Græcia clariſſimos habuit , re-
feruntur . Quem cùm ingratiſſimi Athe-
nienſes vrbe expulerunt , nihil laude di-
gni geſſere . Themiſtocles verò apud Xer-
ſem tanta authoritate fuit , vt diceret,non
poſſe malum aliquod grauiùs optare ſe
ſuis hoſtibus , quàm , vt hac dementia ex-
cęcari,huiuſmodi Sapientes viros à ſe alie-
narent . Sicut Thebani (referente Polybio
epitom. lib.6. hiſtor.) Epaminondæ grauiſſi-
mi philoſophi , clariſſimique Ducis pru-
dentia , cæteris ciuitatibus præcellere , &
imperare potuerunt : Sed eo mortuo , in
priſtinam ſeruitutem relapſi ſunt: vt The-
banorum gloria cum illo nata , & rurſus
videretur extincta . Horum autem pro
cauſa, Tacitus , *Hiſtor.3.* dictum afferri ſo-
„ let : Rationem , nimirum , & conſilium
„ eſſe proprias Ducis , & Imperatoris Ar-
„ tes . Ageſilaus propterea , quid Ducem
„ belli præcipuè exornaret iamdudum per-
„ contatus , reſpondit : Aduerſus hoſtes
audacia , & in oblata opportunitate ratio,
& conſilium , *Stob. ſerm.12.* Quandoqui-
dem , inter ea , de quibus conſilia tracta-
7 ri ſolent , Ariſtoteles , *1.Rhet.cap.3.* etiam
bellum recenſet , cuius deliberatio longè
grauiſſima , maximæ indigens eſt ſapien-
tiæ : Claudiano , de bello getico ita ca-
nente :

——— Ductorque placebat ,
Non qui pręcipiti traheret ſimul omnia caſu
Sed qui maturo,vel læta,vel aſpera rerum
Cōſilio momēta regens, nec triſtibus impar,
Nec pro ſucceſſu tumidus,ſpatiiſq;morandi,
Vincendique modū,mutatis noſſet habenis.

8 At quia ſine ratione conſilium bonum
ſtare non poteſt, *6.Ethic. cap.9.* (conſilium
„ enim ex Tullio, *1.de inuent.sect.* 50.*num.*36.
„ eſt aliquid faciendi, aut non faciendi verè
„ excogitata ratio) . Perfecta autem,& con-
„ ſiderata ratio , omnibus virtutibus præſi-
„ det, omnibus fines ordinat, omnibus ſuo-
„ rum tempora denunciat officiorum , ex
„ Hildeberto Cœnom. *tom. 3. Bibliot. PP.*
„ *Epiſt.* 25. Bonas idcircò artes , earumque
Pro-

Digitized by Google

Profeſſores, ac ſapientes, rebus bellicis maximè iuuare adeò compertum eſt, vt à ſapientia ſeiunctam, nullam, vel ad ſummum temerariam omnem fortitudinem eſſe militarem, *Philippica 13. ſect. 247. nu. 6.* Tullius dixerit: cùm ex eodem, *2. de inuent. ſect. 82. num. 163.* Fortitudo non ſit caſualis ſed conſiderata periculorum ſuſceptio, & laborum perpeſſio. Meritò quidem Fuluij nobilioris ſummis laudibus, prudentia extollitur militaris: nam, vt tradit Frontinus, *lib. 1. ſtratagem. cap. 11.* cùm aduerſus Samnitium numeroſum exercitum, & ſucceſſibus tumidum, paruis copijs neceſsè haberet decertare; ſimulauit vnam legionem hoſtium à ſe corruptam ad proditionem: imperauitque, erudita oratione (ad eius rei fidem) Tribunis, & primis ordinibus, & Centurionibus, quantum quiſque numeratæ pecuniæ, aut auri, argentique habent, conferret, vt repræſentari merces proditoribus poſſet; ſe autem his, qui contuliſſent pollicitus eſt, conſummata victoria, ampla inſuper præmia daturum. Quæ ſua eloquentiſſima ſuaſio, Romanis alacritatem attulit, & fiduciam; vnde etiam præclara victoria, commiſſo ſtatim bello, peracta eſt. De qua profectò re, periculum nunquam feciſſet, niſi Herculem ſimul Muſagerem,
9 hoceſt Muſarum comitem, ac eſſe ducem prouidè cognouiſſet: Nam mutuis operibus, & præmijs tueri, ornarique debent, nimirum Muſarum quies Herculis defenſione, & virtus Herculis Muſarum voce: *Eumen. Rhetor. apud Cartarium in adnot. Lauren. Pignoria ad Deorum Imagines.*

Hoc tandem, aſſertorum pro coronide, haud inefficaci ad ea comprobanda
10 vtar argumento: quòd, ſcilicet, Licinius Imperator, authore *Plateolo lib. 10. hereſi 3. & Baron. tom. 4. ann. 316.* adeò literis infeſtus fuit, vt virus, & peſtem publicam ipſas appellaret. Iulianus, cognomento, Apoſtata, vt memorant *S. Auguſt. 18. de Ciuit. cap. 52. Niceph. lib. 10. cap. 25. & Socrates lib. 3. Hiſtor. Eccleſ. cap. 16.* cupiens omnem perimere literaturam, Chriſtianis Scholas cunctas claudi præcepit. Horum inſiſtens veſtigijs, Hubdalas Syriæ tyrannus, referente Paulo diacono, *lib. 22.* Chriſtianis ſub ſua poteſtate degentibus, literarum ſtudium prohibuit. Tandem (vt cæteros mittam) quod, armis, & facultate iſti regia geſſerunt, lingua ſacrilega deteriùs egit Vuiclephus, qui (vt in Concilio Conſtant. *ſeſſ. 8. & 29. traditur*) Vniuerſitates, aſſeruit, Studia, Collegia, Graduationes, & Magiſteria à Summis Pontificibus, & Epiſcopis, eſſe vana gentilitate introducta, nec pluſquàm Diabolum Eccleſiæ prodeſſe. Quam ſententiam ita Lutherus hauſit poſteà ſectator, vt (ex Bulla Adriani *tom. 5. Concil.*) impudenter dixerit: Chriſtianas Scholas eſſe Sodomas, & Gomorrhas, malorumque omnium ſentinas. Quinimmò contrà ipſam Philoſophiam ſic inuexit, vt (Toloſano teſte *lib. 17. Reipubl. cap. 12. num. 4.* ad germanicam ſcripſerit nobilitatem, Ariſtotelis Phyſicam, Metaphyſicam, & Ethicam protinus aboleri debere. Nouerant enim maligni, & peruerſi homines, quantum Catholicæ religioni, omniumque Reipublicæ nationum, bonarum ſtudia vtilitatis afferrent artium: Iuratis idcircò veluti cunctorum ſectatoribus malorum; quod optimum vniuerſaliter putabatur, nequaquam placere poterat. Quandoquidem; ſolus virtutis amicus (inquit Philo Iudæus. *lib. quòd deter. potior. inſid. ſoleat*) cum Caino, ſeu quoquo vafro homine gerit bellum ſine inducijs. Validiori namque nulla ratione, rerum bonitas, & recti-
11 tudo ſuaderi poſſe videtur, quàm vt bonis placeant, maliſque diſpliceant. Claudij probitatem, ſociorumque propterea in Hiſpanijs Magnus Gregorius ſatis probaſſe eſt reputatus, dum *Regiſt. lib. 7. epiſt. 124* ita ſcriptum reliquit. Magna veſtræ laudis datur aſſertio, quia excellenti Gothorum Regi, veſtra gloria ſedulo adhærere perhibetur: quia dum malis boni ſemper diſpliceant; bonos vos eſſe certum eſt, qui bono placuiſtis.

Cæterùm ſtudioſorum, literatorumque hominum Academiæ, ſi Ciuitatibus,
12 Rebuſque publicis tam præclarè fauent; Orbi quoque toti prodeſſe haud dubiè cenſebuntur; præſertim cum Mundum, omnium oppidum eſſe noſtrum dixerit Tullius *de fin. bon. & mal. lib. 4. ſect. 107. num. 7.* Quare Socrates (*5. Tuſc. ſect. 249. num. 108.* idem ſubdit) cùm rogaretur, cuiatem ſe eſſe diceret, Mundanum, inquit; totius enim mundi ſe incolam, & ciuem arbitrabatur.

CAPVT VI.

Piſani Gymnaſij origo, Æconomia, leges, mores, ac præcipua ſtudia obiter attinguntur.

SVMMARIVM.

1 *De celebrioribus terrarum Orbis formatis Academijs, earumque legibus, ac ſtudijs remiſſiuè.*

2 *Perfectum ſemper imperfectum præcedit. Et perfe-*

perfectum illud dicitur, quod formatum, & completum eſt.

3 *De Piſana tractandi obiter Academia decens, & congrua aſſignatur ratio.*

4 *Piſæ, quando, & à quibus condita fuerunt: earumque Gymnaſium perantiquum quoquè reputatur; quod non infirmo ſub anno Domini 1132. vel circiter, elargitarum Pandectarum oſtenditur argumento.*

5 *Piſanæ Academiæ, hoc alio, antiquitas ſuadetur argumento: quia nimirum, probabile eſt, Ioannem Faſeolum, ibidem quandoque iura fuiſſe profeſſum.*

6 *In obſcuris, & dubijs, quod veriſimiliùs eſt inſpici ſolet.*

7 *Henricus Septimus Romanorum Imperator, ante annum 1315. in quo fertur, vitam cum morte commutaſſe, Lyceum Piſanum magnificè reſtituit.*

8 *Veriſimilitudo eſt cognata naturæ, & in ſe continet veritatis imaginem; & qui arguit à veriſimili, dicitur arguere à ratione naturali.*

9 *Piſanum Lyceum, anno Domini 1320. vel 1339. indubitatum eſt denuò fuiſſe inſtitutum, in quo Sapientiſſimi floruerunt viri, quorum clariora ſaltem hìc recenſentur nomina. Quare à Clemente VI. Pontifice Maximo, fauoribus, & Priuilegijs cumulatum fuit.*

10 *Ob armorum ſtrepitum, eouſque Piſana tacuit Academia, donec per Florentinos, ſub quorum ditione ab anno 1406. iam venerat reſtituta fuit. Piſis item, graſſante lue, Piſtorium, Pratum & Florentiam transfertur: quo tamen tempore, pleroſque celebres Sapientes, in ea, iura profeſſos eſſe ſatis oſtenditur.*

11 *Laurentius Medices, Petri filius, Gymnaſium Piſanum prouidè excitauit; quò omnium ſcientiarum, & artium Sapientes acciuit; quarè in eo celeberrimi nominis aſſeritur floruiſſe Doctores. Et ſummis fauoribus, ſpecialique tutela, ipſum idem ſemper eſſe proſecutum, quorundam eiuſdem argumento geſtorum latè probatur.*

12 *Philippus Decius, tanti fecit Piſanam Academiam, vt eſto ampliùs in ipſa non profiteretur, ac Senis iam obijſſet; Piſis tamen, vbi adhuc viuens condiderat Sepulchrum, humari iuſſit.*

13 *Coſmus Medices, Primus Magnus Etruriæ Dux, Piſanum Gymnaſium magnificè excoluit; quo Clariſſimos in omnium facultate ſcientiarum, Magnis exhibitis conduxit præmijs; quorum ſi non omnia, famoſiſſiora tamen hìc recenſentur nomina.*

14 *Magni Coſmi, Franciſcus, & Ferdinandus filij Patris exempla ſecuti, ad erudiendos iuuenes, Celeberrimos item viros conduxerunt, aut ſaltem inuitarunt: Quod etiam per cæteros Magnos Etruriæ Duces, vſque adhuc factum fuiſſe, Lectorum ex albo Piſani Gymnaſij, ſufficienter oſtenditur.*

15 *Profitentibus in Piſana Academia, pinguia ſoluuntur ſtipendia, atque honorifica diſpenſantur Priuilegia. Tenentur autem docere, & explicare quotidiè (feriatis tamen diebus exceptis) omnes ſcientias, & licitas artes, totidemque de ipſis habere circulatorias diſputationes.*

16 *Ad alendos ſtudioſos quamplurimos iuuenes, quatuor ſunt inſtituta Collegia, quibus honorifici redditus à Fundatoribus ſunt aſſignati.*

17 *Bibliothecæ duæ, expoſitæ ſunt publicæ vtilitati, quarum & ſi ius apud ipſarum retineatur Conditores; vſus tamen eruditis viris humaniſſimè conceditur.*

18 *Cùm ac præcipuè commendentur Bibliothecæ, quibus amænus adhæret hortus; Sereniſſimi M. Ducis Ferdinandi I. beneficentia, voluptuoſum ad Botanices exercitium, Viridarium eſt inſtitutum.*

CElebrium ſaltem vniuerſi terrarum Orbis Academiarum origines leges, ac
1 præcipua ſtudia hic recenſere opportunitas me forſitan impegiſſet, ni fæliciori, vberiorique calamo Iacobus Middendorpius, Andreas Mendo, ac plerique alij Nobiliſſimi Scriptores id penitus abſoluiſſent. Quandoquidem, veterum informes illæ (vt ità dicam) Vniuerſitates, quæ ad vſque Theodoſij Iunioris floruerunt tempora (de quibus hactenus) non maiori dignantur indagine, quàm tot Pontificum, Imperatorum, Regum, ac Principum le-
2 gibus, atque fauoribus, quæ adhuc extant formata Gymnaſia: Cùm perfectum, ſemper imperfectum præcedat ex Philoſopho 1. *Cæli text.* 12. & 2. *eiuſdem text.* 23. & perfectum illud dicatur, quod formatum, & completum eſt *ff. de iudicijs &c. l. confeſſiſſe l. Planè ſi perfecta vbi Gloſs. ex Philoſopho 3. Phyſ. text.* 63. & 64. Quod tamen alij intentius, remiſſius alij, prout magis, minuſque genialis ſtudij, eruditioniſque ipſis impendebat, peregerunt affectio: Cum nemini prò ſe Tullianum illud ad *Attic.* 14. *Epiſt.* 23. prohibeatur aſſumere: Meum
3 mihi placebat, illi ſuum. Quamobrem, exterarum cæteris nationum (vt ſuo quiſque gaudeat ſtudio) miſſis Gymnaſijs; Piſarum duntaxat etruſcam exponendam ſuſcepi Academiam, cuius res, bonaſque artes, etſi diſperſas apud clariſſimos variorum monumenta referant Authores; congregatas tamen, atque in vnum tradere collectas; mea, cui Florentia, eiuſdem Medicei tribuit conſortia Cæli, haud ineptè intereſſe putaui.

Piſas igitur (vt ſcribit Volaterranus *comm. vrban. lib.5. cap. de rebus Piſanor.*)
4 Dionyſius, à Pelaſgis conditas dicit. Plinius, Virgilium ſecutus à Piſeis Peloponneſi. Strabo autem ab his Piſanis, qui è Peloponneſo cum Neſtore aduerſus Ilium militauerunt: eo ferè Mundi anno iuxta *Supplementum Cronic. lib.4.* quo Heli, aut Samuel, Iudices imperabant Iudæorum 2878. ſecundum *Bellarm.Chronolog. p.1.* Vbi eſto apud Scriptores (quibus Piſanorum parum abundat antiquitas) Martis potius, quàm Muſarum legantur floruiſſe exercitia, vt videre eſt vbi ſupra ex Volaterrano: literatorum tamen Academijs, Piſanam Ciuitatem, antiquitus etiam penitus non caruiſſe, eo argumento ſatis probari poterit, quod anno redemptionis 1132. vel circiter cum gens Piſana Innocentium Secundum, Pontificem Maximum, & Lotharium Cæſarem, item ſecundum, claſſe, aduerſus Normannum Rogerium, maxime iuuiſſet; Pandectarum, ſeù Digeſtorum perantiquum volumen, priùs omnem ſupra memoriam Amalphi aſſeruatum, egregiæ nauatæ operæ retulit monumentum; *Franciſcus Taurellius in epiſt. nuncupat. edict. Pand. florent. ad Coſmum Med. & Panzirol. de clar. leg. interp. lib.2. cap.3. atque alij*. Quod quidem inſigne Volumen, non idcircò, tunc Piſis, & ab anno deinde ſalutis ſexto, & quadrigenteſimo ſupra milleſimum, ſumma cum cura, ac religone, tanquam Ancile de Cœlo lapſum, Florentiæ meritò cuſtoditur, quia ſcilicet ab ipſo Iuſtiniano, ſeù à Triboniano fuerat conſcriptum, vt forte de leui putarunt aliqui apud Antonium Aug. *emendat. lib.1. cap.1.* Sed quia, omnium iuris ciuilis ſtu-
,, dioſorum hominum (inquit ipſe) ea eſt
,, à maioribus per manus ad nos tradita
,, ſententia, illos libros, integritatem ſcriptu-
,, ræ ſemper ſeruaſſe, totoſque Piſis fuiſſe,
,, quamuis cæteri, mendoſi, mancique cir-
,, cumferantur. Itaque ipſum Bartolum
,, traditur, cum eſſet ei cum peruſino Baldo,
,, magna de re contentio, & de cuiuſdam
,, capitis ſcriptura dubitaretur: Piſas, ad ho-
,, ſce libros miſiſſe; vulgoque fabula neſcio
,, quæ de Baldo iactatur, manus eum in
,, bonos libros intuliſſe, capiteque Cornelia
,, lege, damnatum. Sed hæc, vt dixi, fabula
,, tanto viro minimè digna, faceſſat. Illud
,, ſine dubio eſt, in optimorum virorum
,, controuerſia, Piſanis Digeſtis obtempera-
,, tum. Quod nunquam feciſſent, niſi ex eo libro, cæteros ortos eſſe arbitrarentur. Hæc ille, Idque proinde, eidem quoque cum Franciſco Accurſij, non quidem gloſſatoris, vt parum accuratè aliqui exiſtimant, ſed Regienſis filio, adamuſſim contigiſſe Bartolo, quo tempore docuerat Bononiæ, tradir Panzirol. *lib.2. de clar. leg. interp. cap.42.* Quandoquidem, orta ſuper cuiuſdam legis lectione, difficultate; Piſas, qui veteres Pandectas inſpicerent, miſerunt. Quamobrem, tam præclarum, ac celebre munus, ioco ſe fortaſſe prò laboribus benemeriti recepiſſent Auxiliatores, ni prodigi Largitores, eorum, quæ ab antiquo profitebantur ſtudia, bonaſque ar-
,, tes, optimè nouiſſent. Vtique cauebimus
,, (inquit Seneca *lib.1. de Benef. cap.11.*) ne
,, munera ſuperuacua mittamus, vt fæminæ,
,, aut ſeni arma venatoria, aut ruſtico libros:
,, aut ſtudijs, ac literis dedito retia. Ranis profectò vinum perminiſtrat nemo; niſi Socratem, ſpacioſam aream, in qua ſibi ædificaret domum, Alcibiadi dono offer-
,, renti, item exprobantem, audire velimus.
,, Quid (inquit) ſi mihi calceis opus non
,, eſſet, num corium mihi dares, vnde mihi
,, calceos conficerem? Et ſi dares, an non
,, ipſe ridiculus eſſem, ſi acciperem? *Eraſm. lib.3. apophr.*

Nec huiuſcemodi Piſani Gymnaſij, diaglyptica marmorea Signa Ioannis Faſcoli,
5 cælata Sepulchro, parum antiquitati fauent: nam cum altè ex ſuggeſtu, ipſe oſtendatur docere; auditoreſque ex ſubſellijs, alij grandiores, exigui alij prout ab eo diſtant, dicentis ſe excipere verba repræſentent: publicè ibidem, quæ profitebatur iura dictaſſe, hæc omnia ſatis innuere haud improbabſle cenſeo. Quandoquidem, in
6 obſcuris, quod veriſimilius eſt inſpici ſolet *l. in obſcuris ff. de regul. iur. Rom. conſ.355. in caſu præſenti num.5. Tuſch. lit.O. concl.55. num.4.* Quo verò tempore, ſuę doctrinæ, ciuiliſque prudentiæ ſpecimen dederit, ex inferius exarato ibi, facilè quis educeret Epithaphio, ni caries, ipſum antiquitatis ferè redegiſſet corroſum: Hoc tamen eiuſdem habetur fragmentum.

Legunt Doctoris Faſcoli Tumba Ioannis
Doctorumfloris dedir hunc natale Ioannis
Annis millenis ſex octuaginta ducentos
Vixit . . . .
Chriſti; vita ſenis defecit tam ſapientis.

Cæterum hoc vnum eſt, quod ſi in Ebrodunenſi Archiepiſcopatu, Henricus, deinde Cardinalis Hoſtienſis, eidem ſucceſſit, vt tradit Panzirol. *loco citato lib.2. cap.33.* Innocentij Quarti, qui ſecundum eumdem Panzirol. *lib.3. cap.13.* ipſum Henricum promouit, vſque ad Pontificatum, quem anno ſuſcepit 1243. vitam produxit. Si verò quis, & fortè tutius, alia permotus authoritate, anno 1286. octauo Kalendas Iulias, Prodromi, Ioannis natalitio die; æuum, aſtruere velit ipſum inchoaſſe vitale: maximè cum ijs, quæ de Piſanorum

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

erga Henricum Septimum, Romanorum Imperatorem, pia gratitudine, apud Vghellium *Ital. Sac. tom.3.* de Archiepiſcopis traduntur Piſanis, id cohærere videbitur. Inquit enim: illi, ſepulchrum
7 pro temporum illorum more arte, & magnificentia magna conſtructum excitauere Piſani ad acceptorum ab eo beneficiorum memoriam conſeruandam; in quorum numero collocabant celeberrimam illam Academiam, quæ poſteà omnium artium gloria, virorumque doctiſſimorum commendatione, ad maieſtatem efflоruit. Cùm autem, huius poſt Imperatoris obitum, duobus elapſis annis, ab Odone de Sala Archiepiſcopo, corpus exanime Piſas eſſet delatum, anno ſcilicet 1315. vt honorifici tumuli iuxta Matricis elati fores Eccleſiæ, cernere eſt in proſpectu: Faſcolum, eodem cum Imperatore Henrico extitiſſe tempore, ac in paterno Gymnaſio, profeſſum aliquando fuiſſe, vtique comperiemur. Hæc itaque verba ibidem adhuc cernuntur.

Hoc in Sarcophago
Non quidem ſpernendo
Henrici
Olim Lucemburgenſis Comitis
Et poſt hæc
Septimi eius Nominis
Romanorum Imperatoris
Oſſa continentur
Quæ ſecundo
Poſt eius fatum anno
Videlicet MCCCXV.
Die vero xxv.
Sextilis Piſas translata
Summo cum honore fuere
Hoc in fano
Ad hanc vſque diem
Collocata permanſere
Quicquid facimus
Venit ex alto.

Sed ex veriſimilitudine, tanquam ſatis
8 probata abducantur iſta: Veriſimilitudo nanque, eſt cognata naturæ, & in ſe continet veritatis imaginem: & qui arguit à veriſimili, dicitur arguere à ratione naturali, vt ex multis tradit Barboſ. *de præſump. num.6. apud Fermoſ. ad cap.8. 9. & 10. de præſumpt. quæſt.1. num.3.* Hoc autem, videlicet, Andream Ciaffi filium vel, vt alijs placet, cognomento Zaffium, gente Piſanum, atque Franciſcum Tigrini conciuem, omnium virum integerrimum, ac ſapientiſſimum, qui Baldium erudijt, & omnia ſingularia (mirabile dictu) in iure
9 memoriter tenuit: annum circa 1320. (ſiue tunc denuò, ſiue potiùs 1339. vt notant Volaterranus, geogr. *lib.5. Middend. in acad. piſ.* & *Andreas Mendo, de iure acad. lib.2. quæſt.9.* probante Pontifice Benedicto XII. Piſanum Gymnaſium erectum fuerit) magno omnium plauſu, ibidem egregiè docuiſſe, omnibus compertum, & exploratum eſt, ex Panzirolo *lib.2. cap.61.* Quibus, non infæcunda nominis fama, cùm in eodem præ cæteris, Nicolaus Mattarellus Mutinenſis, Rainerius Arſendus Foroliuienſis, & Ioannes Andreæ Bononienſis ſubyſſent lyceo, vt ex eodem Panzirolo *lib.2. cap.59. & 62. & lib.3. cap.19.* ſupputare licet: 1343. incarnationis anno; Clemens, huius nominis Papa VI. locum honoribus, gratiiſque impertire conſtituens; Archiepiſcopo Piſano, eiuſque Vicario, ad Doctoratus apicem in omni promouendi facultate, cæterarumque Academiarum decorandi priuilegiis, poteſtatem fecit. Quinimmo Doctoribus, Scholaribuſque eccleſiaſticis, & ſi reſidentiæ aſtrictis (ſupremis tamen dignitatibus exceptis) Beneficiorum redditibus, participationibuſq; fruendi largitus eſt facultatem, Scipio Amm. *Hiſt. flor. lib.9. propè fin.* Cuius diplomatis etiam meminit Alex. Tartag. *lib 6. conſ.110.* Inceptis intereà ſtudijs, ardore tanto, talique auiditate ferunt operam nauaſſe eos, quibus fuerat docendi demandata cura, vt inter ipſos Bartolus à Saxo Ferrato, ætatis anno 26. non tantùm impiger ibi iura profitebatur, Panzir. *lib. 2. cap. 67.* verum etiam commentarium *in l. is, qui pro emptore ff. de vſucap.* lucubrationum ſuarum primitias edidit, *Middend. in acad. Piſana.*

Quia verò, omnia iſta nobis ſtudia (inquit Tullius *pro Lucio Murena, orat. 23.*
10 *ſect* 131. *num.* 30.) de manibus excutiuntur ſimul atque aliquis motus nouus bellicum canere cæpit: armorum namque furijs agitata Etruria, vſque adeò Piſana in ſilentio iacuit Academia; donec ſub Florentinorum Imperio ab anno 1406. iam Ciuitate recepta; inde 1472. ſummo rurſus in honore viguit, *Middend. vt ſupra.* Sed vtique talem in lætitiam fruſtrà coniecta fuit, dum anno 1479. ſæuiſſima graſſante lue, cui præter cætus, congreſſuſque fugam (à qua præcipuè abhorrent Academiæ) efficacius nullum expedit adhiberi remedium, vt monet Ficinus *in epidim. antidot. cap.5.* aliò ſe transferre compulſa fuit. Quapropter Piſtorij primùm: anno deinde 1481. Prati; ac tandem 1497. vſque ad 1527. aut 28. & ſi non iugiter, continuèque, ſed aliquo, vt plurimum temporis interpoſito ſpatio, Florentiæ quoque peregrinas ſedes incoluit, *Panzirol. loco citato lib.2. cap. 125.* At ſanè, tot licet

licet infortunijs quaſſata, tamen eiuſdem vſquequaque non perijt Literatorum turba, ſed ceù ſopitus ſuperimpoſitis cineribus ignis, identidem reuixit, dum conſpicuos non paucos, ſaltem Iuris peritos apud Panzirol. loco ſæpe citato *cap.* 57. 95.103.125.134.*&* 138. adhuc in ipſas profeſſos fuiſſe, diſtinctè comperio: Franciſcum, ſcilicet Ramponum, anno 1400. Petrum Thomaſium 1440. Franciſcum Accoltum 1446. Petrum Philippum Corneum 1473. Baldium nouellum 1470. & Bulgarinum Seneuſem, 1480.

Verùm enim verò cum pax omnium mater profectò ſit artium, Lypſius *cent. ſing. ad Germ. & Gallos epiſt.* 96. Piſanorum
11 rebus ritè compoſitis: Laurentius Medices, Petri filius, Magnique Coſmi præclariſſimus nepos, redemptionis vertente circiter ſalutiferæ anno 1482. ipſorum Scholam prouidè excitauit, clarosque Sapientiæ ſtudijs homines, amplis præmijs magnificè allexit, qui Iuris ciuilis prudentiam, & Philoſophiam, ac cæteras liberales artes, ibidem profiterentur, quos quidem & ipſe cùm à Republica otium eſſet adhibebat quandò grauioribus de rebus, præſertim de ijs, quæ ad religionem, vitæque inſtitutionem pertinent, diſſerebat; Michael Brut. *lib.* 8. *Hiſt. Flor. & Iouius lib.* 1. *in Leo.X.* Quare inter tot Sapientes, illam ſummoperè coluerunt Vniuerſitatem, Bartholomæus Sozinus Senenſis; Lancellottus Decij Mediolanenſis; Felinus Sandeus Ferrarienſis; Iaſon Maynus Mediolanenſis; Marianus Sozinus iunior Senenſis; Philippus Decius Mediolanenſis; ex Panzirol. *loco cit. lib.* 2. *cap.* 126. 127. *&* 162. *& lib.* 3. *cap.* 42. atque alij non obſcuræ famæ quamplurimi, vt in Profitentium Conductorum albo apud Florentinatum Reformationũ Archiuium, latè cernere eſt. Piſanæ verò Academiæ ipſi Laurentio, decorem, ac dignitatem ſemper curare quàm familiare fuiſſe; Sozini, eiuſdemque Præfectorum Academiæ, quædam non ſatis probata geſta, facilè inſinuarunt. Sozinus namque, mille aureorum honorario, ad veſpertinam interpretandam lectionem, Bononia à Laurentio Piſas reuocatus; cùm Iaſonem Maynum, eodem ſtipendio, ad matutinam, eò conductum explicationem, parem ferre nequaquam potuiſſet; oblato ſibi Patauij ampliore ſtipendio; ante conuentionis tempus, clam diſcedere conſtituit. Verùm in itinere deprehenſus, ad tantæ Scholæ vindicandam iniuriam, Laurentij vrgente authoritate, conuentis omninò ſtare, vel ſquallido carcere compulſus fuit. Sed eùm propterea in Florentino Senatu, de imponenda ob Stellionatum pæna diſceteretur, neque defuiſſet qui eum criminis læſę maieſtatis inſimulatum, ſeuera ſententia, capite plectendum eſſe diceret: Laurentius vir mitioris ingenij; Si hunc (inquit) perdiderimus, vbi alium Sozinum inueniemus? Decius item, cùm ob ipſius eximiam eruditionem, Felino antagoniſtæ, Piſis diſcedendi anſam tribuiſſet, Antonius Bernardi, atque alij Gymnaſij Præfecti, qui cauſa diſceſſus cognita, vt Felino ſatisfacerent, Philippum Decium per literas increpatum, ſequenti anno, qui in eorum erat arbitrio, dimiſerunt. Hoc tamen nomine à Laurentio adeò reprehenſi fuere, vt eum, Piſas vnde dimiſſus conquerebatur; ſeuera fronte, licet aucto ſtipendio, re-
12 petere monerent, Panzir. *lib.* 2. *cap.* 126. *&* 135. Quanti autem Piſanam Academiam, & ipſe Decius nihilominùs fecerit, ex eo profectò licebit colligere, quòd Senis octuagenarius, & vno ampliùs, 1535. vita functus; Piſas in magnificentiſſimo ſepeliendus monumento, quod ſibi adhuc viuens ex candido marmore cum imagine, apertum librum tenente poſuerat in Campo Sancto, hoc inſuper, appoſito Epitaphio, deferri curauit.

Philippus Decius, ſiue de Dexio Mediolanen.
Iuris conſultus celebris, fama notiſſimus
Cum primum locum ſtudij in iure canonico,
& ciuile
Tenuiſſet Piſis, Senis, Florentię, Padnę, & Papię
Et demùm vltra montes in Gallia
Reuocatus in Italiam
Ab excelſa Florentinorum
Republica
Poſtquam ſtipendium mille quingentorum
aureorum in auro
Pro lectura conſecutus fuiſſet;
De morte cogitans
Hoc ſepulchrum ſibi fabricari curauit
Ne Poſteris ſuis crederet.

Anno denique 1492. cùm finem, omnium mærore, lachrymiſque, ſuæ vitæ Laurentius feciſſet; nouiſſimum etiam bonarum
13 artium, ſtudiorumque terminum, Piſanum vtique inueniſſet Lyceum, ni Coſmus Medices, Etruriæ Magnus Dux primus, „ iterum ei initia reſtituiſſet. Coſmus enim „ Medices, Dux noſtra ætate Florentinus „ (inquit Ioannes Caius apud Middend. loco „ citato) anno Dominicę incarnationis 1542. „ me vidente, atque ſentiente, Scholas Piſa„ nas iam ante multos annos deſertas reſti„ tuit; & per Matthæum Curtium excellen„ tis doctrinæ virum, alioſque doctos, ma„ gna pecunia conductos, omnium ſcientia„ rum profeſſione claram, celebremque fe„ cit. Tantorum autem virorum nomina

apud

apud Illuſtriſſimorum Locumtenentis, Conſiliatorumque Florentinæ Ciuitatis Cancellarium extant in albo. Ex quibus eorum duntaxat (vt breuitati ſtudeam) qui poſteritati, ſuæ doctrinæ præclara reliquerunt monumenta, quædam referam celebriora. Ad cathedram igitur Sacræ Theologiæ, vt à nobiliſſima exordiar facultate, conductus legitur Magiſter Romulus Laurentianus Florentinus Ordinis Seruorum;
„ Cui (inquit Gianius *annal.lib.1.c.11.cent.4.*)
„ primaria cathedra commendata fuit, ſuper
„ quam tam altè, tam eminenter, doctrinam
„ Scoti enucleauit, atque ſuſtinuit, vt qua-
„ cunque opportunitate ſibi propoſita, Sco-
„ tum cum Ariſtotele conciliaret, alterum
„ per alterum explicando, vt iure optimo,
„ ab omnibus Scotiſtarum, & Peripatetico-
„ rum Princeps acclamaretur. Typis quoque plura mandaſſe teſtatur Pocciantus in ſua Chronica; cuius tandem laudes, lepidè carminibus extulit Quintianus Stoas Poeta laurearus apud eumdem Gianum, loc. citato. Huic autem ſucceſſit Magiſter Ioan: Baptiſta Milliouacca Aſtenſis; quem, eius ſolertiſſimi ingenij, & eminentis doctrinæ audita fama, Sereniſſimus Coſmus, ab Auguſtino Bonuccio Arretino (præfati Ordi-
„ nis Generale, ſponte efflagitauit. Hic enim
„ inquit Gianius locô citato *lib.4.cap.2.*) Ge-
„ neralatus dignitati præpoſitus, Sacroſanctæ
„ Tridentinæ Synodo interfuit, vbi ſuæ do-
„ ctrinæ teſtimonium reddidit. Tandem,
„ Magiſtratu depoſito, ab Inuictiſſimo Sa-
„ baudiæ Duce Carolo in Academia Montis
„ Regalis Subalpinæ regionis, cathedra pri-
„ maria Metaphyſicæ donatur; quam poſteà
„ Auguſtæ Taurinorum, quò Studium tran-
„ ſtulerat, in Sacram Scripturam (vt dice-
„ batur) tranſmutauit. Item ad ius dicendum; Medicinam, Philoſophiam, cæteraſque ad explicandas artes, acciti inueniuntur, Ioannes Franciſcus Vegius Ticinenſis; cuius ad perpetuitatem, hæc intuentur.

Io. Franciſco Vegio Patricio
Ticin. Iuriſconſulto Clariſſimo
Qui ſub optimo Duce Coſmo
Magnis præmijs decoratus
Per XII. annos Piſis
Princeps in docendo fuit
Auguſt. F. mæſtus D.
Obijt anno MDLXIV. vixit LXV.

Ioannes Boncompagnus, cui Gregorius XIII. conſobrinus frater, Piſis, vbi maxima celebritate ius interpretatus fuerat, iucundiſſimæ in agnationis memoriam, plenum maieſtatis, Mauſoleum, hoc elogio erexit decoratum

Gregor. XIII. Pont. Max. Patria Bonon.
Præſtantiſs. Iurisconſulto Io: Boncompagno
Fratri Patrueli præſtantiſſimis moribus
Eximia pietate omnibus denique animi
Dotibus ornatiſſimo. Piſis cùm in primo loco
Maxima celebritate Ius interpretaretur
Anno ætatis ſuæ XLI. ſal. hum. MDLIV.
Extinctus hoc ad retinendam iucundiſſimæ
Agnationis memoriam fieri mandauit
Anno ſalut. MDLXXIV. Pontif. ſui III.

Franciſcus Robortellus; Ioannes Baptiſta de Aſinis; Matthæus Curtius, quem tanti fecit Sereniſſimus Coſmus, vt ære proprio, Monumentum, huiuſmodi elogio inſculptum extruendum curauerit.

Matthæo Curtio Ticin.
Qui Hipp. Galenique
Vindex: ſalutis;
Augurium fecit
Medicinamque
Exercendo, & docendo
Ipſe valens ſemper
Exercuit
Mon: hoc amplius
Quam filius
T. P.
Coſmus Mediceus Flor.
Dux II.
Ære ſuo P. C.
Anno MDLIV.
Vixit ann. LXX.

Antonius Montecatinus; Antonius Cioſius; Simon Portius; Gabriel Faloppia; Petrus Angelius Bargeus; Thomas Cornachinus; Andreas Ciſalpinus; Bartholomæus Romuleus, cuius encomia, his paucis
„ *Middend. acad. lib.5.* ita recenſuit. Bartho-
„ lomæus Romuleus Florentinus, Iuris
„ vtriuſque Doctor, Eques, & Comes Pala-
„ tinus, qui poſtquam Ingolſtadij publicè
„ leges profeſſus fuit, atque multas lucubra-
„ tiones in lucem edidit; conditionibus ho-
„ neſtiſſimis, & ampliſſimo ſalario inuitatus
„ fuit ad profitendum in antiquiſſima, & no-
„ biliſſima Academia Piſana. Item Franciſcus Bonamicus, alijque quamplurimi.

Magnum autem Coſmum Ducem, Franciſcus, & Ferdinandus Medices, ipſius veſtigijs vtique perſecuti ſunt filij, cæterique Magni Etruriæ Duces, dum adeò Piſanum coluerint Gymnaſium, vt ſtatim ac famam alicuius in literaria penetrauerint facultate; maximis exhibitis præmijs, eos ſi non conduxerint, ad ſe allexerint ſaltem. Hoc enim de Iacobo Menochio Papienſe latè aſſerit Panzirol. *lib.2. citato cap.194.* dicens:
„ Eo tempore, amplum ei à Franciſco Ma-
gno Etruriæ Duce oblatum ſalarium, quod

alijs

alijs fidem obſtrinxiſſet, recuſauit. Et Lypſius *cent. ſing. ad Italos, & Hiſpanos epiſt.* 1. Hieronymo Mercuriali ſuo, de ſeipſo ita ſcribit. De Magni Ducis Etruriæ (Ferdi„ nandi ſcilicet I.) honeſta conditione, quam mihi defert, nihil adhuc accepi, præter ea, quæ literæ tuæ ſtrictim delibant. Tamen, vt nunc valetudo, & res meæ ſunt parere, & obſequi vix poſſum, & ſi benigniſſimè vocanti &c. Ab anno idcirco 1576. tempora ad vſque recentia, in omni facultate eximios ſemper floruiſſe Doctores, abundè reperio. Profitebantur itaque præ cæteris Iacobus Tauantius à Caſtro Plebis Seruita, cuius Gianius *cent.4. ann.lib.6. c.15.* ita meminit: „ Impiger, & indefeſſus Tauantius, nunquam à ſtudijs, tempus, & operam remittebat; id planè indicant lucubrata ſtudia tam varia, tam doctrinis referta, & tam multa, vt ſi ederentur, Diui Auguſtini ferè volumina æquarent. Poſteritati igitur hæc magna ingenij ſui monumenta reliquit. Tractatus &c. Item Rodericus Fonſeca, Pirrus Maureus, Aldus Mannuccius, Sfortia Oddus, Galileus Galilei, iam ſuper æthera notus; Antonius Cutinus; Hieronymus Mercurialis; Andreas Fachineus; Ioannes Antonius Marta; Petrus Accoltus; Robertus Titi; Claudius Berigardus; Antonius Merenda; Iulius Cęſar Beliugerus, Paganinus Gaudentij, cuius ad plauſum à Sapientiſſimo Cheſio, huiuſmodi poſitum fuit Elogium.

Paganino Gaudentio Peſclauienſi inclyti nominis, Philoſopho Theologo, I.V. Conſ. probitate, naturali ingenuitate, ſtudio Politicæ ad inuidiam, quas in Piſano Gymnaſio per annos XXI. profeſſus: Exteros multos ad ſe vocante fama, pertractos, præſenti eruditione obijt, poſteros edito multiplici volumine, locupletauit, editurus plura ſi dies adfuiſſet: qui de re quacumque conſultus, indeficientem pandebat ex tempore diſſertationis doctiſſimæ venam, de ſe tantùm parcus, ſic habens fato propinquus, & quaſi præſcius

Rhætia me genuit, docuit Germania, Roma
Retinuit, nunc audit Etruria culta docentem.

Obijt Piſis impauidus, anno MDCII. III. non. Ian. natus ann. LII.
Bartho. Cheſius Piſan. I.C. & in Piſano Gymnaſio I. C. Ord. Profeſſor
Executor teſtamentarius, rantam Literarum iacturam deplorans P.

Item ex Seruitarum Inſtituto, M. M. Lælius Balleonus Florentinus; Henricus Burgus à Caſtro nouo Scripiæ, vterque munere Generalatus, ſcholaſticiſque lucubrationibus, ſpectabiles, & Gherardus Baldius Florentinus, qui nouo opinandi ſcholaſtico genere aduerſus celebriores ſcholas, Eminentis Theologi agnomen eſt adeptus; plerique denique alij, ſcriptorum varietate, doctrinæque profunditate celebres; quorum tamen, non inuidiæ liuore, aut renouitate famæ reticentur nomina, ſed ne prolixitate, immoderata fiat oratio, ſeu blanditijs, & aſſentationibus, præſentis adhuc ſpatia ſaltem decurrentium vitæ in gratiam immergi velle, legentibus videar. „ Beneuolentiam namque blanditijs, & aſſentationibus colligere, turpe eſt. *Tull. de amic. ſect.107.n.61.*

Cæterùm, vt cunctis pateat Sapientiæ Domus, nec vllus Antiſthenes, Diſcipulos
15 virga depellar argentea (magna ſcilicet, deterreat mercede) *Laert. de vit. Phil. lib.6.*
ipſorum profectò ſupplendo vicem; conductis Lectoribus, tali, tantaque copia, emerita, Principis ſtipendia, munificentia ſoluit, vt ex illis, aureorum, vel ſupra mille, qui annuam gaudeant ſe recepiſſe ſummam, numerentur non pauci, *ex allegato conductorum Doctorum albo.* Nec gratijs præterea, priuilegijſque carent; cum honoribus, præcedentiarum, ſcilicet, titulorum, dignitatum &c. exemptionibuſque, vtpote, Domorum, armorum, fori, pedagiorum &c. quibus celebrium Gymnaſiorum fruuntur Scholaſtici, & ipſi conſequenter potiantur, & gaudeant: *Ex diplomatibus apud Piſana Vniuerſitatis Cancellarium.* Profitentur autem ibi in omni facultate permiſſa, ferè numero 60. Doctores, qui à) Kalendis Nouembris, ad vſque nonum Kalendarum Iulij, diebus ſingulis non feriatis, per tres antemeridianas, totidemque pomeridianas horas, Theologiam poſitiuam, Scholaſticam, Canonicam, & Moralem: Ius ciuile, & criminale: Metaphyſicam: Medicinam theoricam, & practicam: Philoſophiam naturalem: Mathemata: Humanas literas: Linguarum Idiomata, græca ſcilicet, arabica, etruſca, & quandoque hæbraica: Chirurgiam: Anathomen, & Botanicen, non tantùm docent, verùm de ipſis acriter etiam circulando diſputant, *Ex Scheda, ſeu rotulo conſueto lectionum &c. apud eiuſdem Vniuerſitatis Cancellarium.*

Quia verò, teſte Iuuenale Satyra 3.
16 Haud facile emergunt, quorum virtutibus obſtat
Res anguſta, Domi ———
Coſmus Medices, Etruriæ Magnus Dux I. honorificè ad alendos ſuæ ditionis ingenuos quadraginta Iuuenes, eorumque Re-

ctorem: Perduellium, Exulumque bonis publico Fiſco addictis, amplum Collegium inſtituit, *Ioan. Bapt. Adrian. hiſtor. Florent. lib. 3.* vnde legitur.

Coſmo Med.
Floren. Duci II.
Gymnaſio hoc
Magnificè
inſtaurato,
ac Collegio Ingenuorum
ſuæ Ditionis
adoleſcentium
liberaliter inſtituto.
A. M. D. L.

Nec tanti regiminis negligens, ſuorumque improuidus vnquam extitit gubernator Ferdinandus I. dum publicæ vtilitati conſulens, Ædes Bartoli, vt hac oſtenditur Inſcriptione, Studentium Domus in vſum conuertit.

Ferdinandus Medices,
Magnus Dux Etruriæ III.
Has Ædes, quas olim Bartolus iuris
interpres
Celeberrimus incoluit, nunc renouatas,
& inſtructas
Adoleſcentibus, qui ad Philoſophorum,
& Iuris conſultorum
Scholas miſſi, publico Vrbium,
atque Oppidorum
Suorum ſumptu ſeparatim alebantur;
publicæ vtilitati
Conſulens addixit, legeſque quibus
in victu, veſtitu,
Vita ſimul degenda vterentur, tulit.
Anno ſalutis MDLXXXXV.

Luſtris iam ſupra quinque delapſis, eamdem ob cauſam, ſex etiam decreuerat compatrios adoleſcentulos in vno conuictu alendos, Cardinalis Ioannes Riccius Politianus, vt expoſitis conſtat his literis,

Collegium Riccium Politianum
Ioannis Riccij Card. Politiani
Patriæque Patris pietate, ac
In Ciues ſuos liberalitate
Inſtitutum
Anno Domini M.D.LXVIII.

Pro ſubalpinis item Allobrogis Carolum Antonium de Puteo Archiepiſcopum Piſanum, huiuſmodi extruxiſſe Collegium teſtatur hæc Epigraphe.

Collegium Puteanum
Pietate, & liberalitate
Caroli Antonij Putei
Archiepiſcopi Piſani
Fundatum: & dotatum
Anno MDCV.

Tardior equidem apud Piſanos, Bibliothecarum, librorumque publica cura,
17 aut ſtudium fuit, cùm quilibet ex Literatis, quantum ſibi Scriptorum eſſet opus priuatis tantùm concluderet Domibus: Nam quæ de Aldi, Piſanæ Academiæ donata feruntur *à Scotto in Italiæ itinerario apud Middend. loco citato* Bibliotheca; fabuloſa iactantur, cùm non in Archiuijs memoria, nec in Lyceo vlla extent veſtigia; eò vel maximè, quòd ipſam Venetijs, Romam vbi deindè profitebatur transferendi cauſa, cum ſui iactura notabilem à Campſoribus recepit pecuniam; vt tradit *Ianus Auictus, eſtò damnatæ memoriæ, in ſua Pinacotheca*. Verùm tamen eſt, quòd artium tantam Matrem, hoc diù publico carere ſolatio, Iacobus Tauantius, Seruitarum celeberrimus, qui tunc Piſis, vt dictum eſt, primariam Theologiæ cathedram ſuſceperat moderandam, minimè eſt paſſus, cùm trium millium ferè liberalium diſciplinarum librorum cateruam, Diui Antonij in ædibus, publicè ad legendum præbuerit, *Gianius cent. 4. ann. lib. 6. cap. 15.* Cuius tanti Viri, Bartholomæus Cheſius Ciuis Piſanus, celeberrimus Iuris conſultus, illuſtria proſequutus exempla: dum in Patria ordinaria legum anno 1680. aliquando fungeretur, interpretatione; ad augmentum conſtitutæ Bibliothecæ, octingenta, & ampliùs, vtriuſque iuris volumina pio, & gratioſo legato, liberaliter reliquit. At ſanè Illuſtriſſimi Equitis Franciſci Mariæ Ceſſinij Florentini (innata cuius affabilitate antè quam è vita migraret, enarrata quamplurima, Piſanæ Academiæ monumenta accepi) ſeptem propemodùm, voluminum myriades, immenſo emptorum precio, ſumptuosè complectens, longè emicat inſignis Bibliothecæ. Ipſe enim, parem cum nobilitate ſcientiam coniungens; vt alijs generosè prodeſſet, & ſibi doctè placeret, ex remotiſſimis Mundi plagis, celebriores omnium generum Scriptores ſedulò coegerat. Ibique à quotidianis curis; vel ſcilicet Iurium explicationibus, quibus vt primarius incumbabat, vel Sacræ Diui Stephani Religionis conſilijs, quæ tanquam ex duodecim vnus, ſuppeditabat; vel ciuilibus eiuſdem cauſis, quibus vt Iudex præerat delegatus; vel Sancti Officij diſquiſitionibus, quarum intererat vt Conſultor; vel Maris Conſulibus, quos dirigebat vt Aſſeſſor; vel tandem Monialium negocijs, quæ perficiebat vt Operarius; ſi quando ſibi otium dabatur; ita ex animo cum ijs, qui velut ad Muſarum Ædem, eò ventitant verſabatur Sapientibus, eorumque congreſ-

greſſibus adeò lepidè ſe immiſcebat, vt Piſas non obiter, aut perfunctoriè luſtraſſe gloriari vix potuiſſet, quem non aut pœnitentia fuerit, aut pudor ſubiturus, ſi Ceſſinium Muſeum, aut ignorare ſe, aut neglexiſſe profiteretur. Ex quibus profectò cernimus, velut publicas eſſe has Bibliothecas; & quamquam ius, mancipiumque ſibi retineant Conditores; vſus tamen, eruditis minimè prohibetur.

Varroni ſuo, ita ſcripſerat Tullius *lib. 9. epiſtol. 4.* ſi hortum in Bibliotheca habes, nihil deerit, quare factum rectè putatur, ne Piſis demùm quarum Gymnaſium, tam præclaris decoratur Bibliothecis, herbis quoque, varijſque fruticibus conſitum deeſſet Viridarium; dum Ferdinandus Medices, Magnus Dux Etruriæ III. ad profectum Botanices, locum inſtituit aptum, ipſumque mineralibus, ſalibus, piſcibus, ſerpentibus, cæteriſque id genus naturæ ſtuporibus ornauit, ibique Poſteritati ita ſcribendum mandauit.

Ferdinandus Medices,
Magnus Dux Etruriæ III.
Vt Adoleſcentes ſtudioſi paratum habeant
Locum, in quo fruticum herbarumque
Facultates, & naturas pernoſcerent.
Hortos inſtruendos
Curauit, Domumque, ſua pecunia
emptam, &
Scitè inſtauratam adiunxit, per quam eos
Ingredi cupientibus, aditum patere voluit
Anno ſalutis M.D.V.C.

Vtinam ergo ad animorum culturam Piſanum ſemper vireſcat Gymnaſium; ſi corporum ad incolumitatem, ſuis in hortis, non areſcunt frutices.

CAPVT VII.

Quanta, quáliſque ſedulitas, ab ijs, quorum cathedris aptos refert prouidere Doctores, præcipuè ſit adhibenda.

SVMMARIVM.

1 *Cathedrarum, lectionumque varietate, Academia maximè refulgent; quod pluribus, varijſque latè oſtenditur exemplis.*

2 *Doctorum, Magiſtrorumque profunditas in docendo, Scholas reddit illuſtriores, cùm non Doctorem cathedra, ſed cathedram Doctor faciat, quod Ariſtotelis, Malebionis, Epiphany Sophiſtæ, aliorumque inſignium virorum oſtenditur exemplo.*

3 *Summorum Principum intereſt, Cathedris bonos aſſumere Doctores; quod apud diuerſas nationes, ſtricta etiam lege cautum fuit.*

4 *Non tantùm ad Supremos Principes, verùm etiam ad Academiarum Conditores ſpectat pro ſuis Scholis eligere Magiſtros.*

5 *Prouiſio, & electio duplex eſt, propria ſcilicet, & impropria: hac ſecunda, queunt Principes, etiam in foro conſcientiæ, relictis melioribus Magiſtris; ad cathedras aſſumere bonos, & dignos; non tamen peſſimos, & indignos.*

6 *Principes tamen, non excuſantur à culpa, ſi in tali electione, non exquirant Prudentum conſilium, & iudicium. Quarè Cæſar Auguſtus, optimo iure decreuerat, ne quis publicè ad docendum accederet, niſi præuio examine, Principis inſuper accedente authoritate, ad huiuſmodi munus aſſumeretur.*

7 *Propria autem, & ſtricta electione, eligendi ſemper ſunt meliores, & qui à Scholaſticis probati per examen inueniuntur, cùm ille Doctor verè dicatur doctus, quem Studioſi referunt Doctum, & quem labor prolixior, vel ſtipendia meliora fecerunt anteire.*

8 *Eligendo peiores ad Officia Iuſtitiæ, eos eligentes peccant lethaliter, tenenturque ad reſtitutionem damni. Quare indaganda non tantùm eſt eligendorum ſcientia, verùm etiam fama, & mores.*

9 *De ſtricta quoque loquendo electione, Princeps, tuta conſcientia poteſt eligere idoneum, meliori relicto, cùm Princeps, ne nimia afficiatur moleſtia non teneatur ita ſtrictè diſcutere, ſicut ij, qui ex officio ad id tenentur; nec tam firmè relatoribus credere obligatur, vt de falſo nequeat dubitare.*

10 *Paraneſis ad Principes, vt ab Adulatoribus caueant, & ſemper fideliores Miniſtros, integerrimoſque Conſiliatores ſibi adſciſcant.*

ACademicæ facultatis eo magis nomen refulget, quò cathedrarum, inſigni va-
1 rietate, vberius illuſtratur, vt ex *l. 3. §. pen. ff de Decur. l. magiſtros C. de profeſs. & medic. lib. 10.* diſertè tradunt Alciat. *reſp. 91. n. 7.* & Menoch. *conſ. 80. n. 20.* Quarè etiam antiquitùs præclaræ, celebreſque illæ habebantur Scholę, quæ omnigena, cæteras præſtabant, eruditione, vt memphitica apud Hieronymum *in 19. cap. Iſaiæ, & 30. Ezechielis.* Vbi è Meſopotamia Abraham in Egyptum profectus habitaſſe, eoque variarum artium doctrinam importaſſe creditur, vt ſuperiùs *cap. 3. n. 7.* Alexandrina, quæ Strabone teſte *lib. 14.* olim omnium liberalium diſciplinarum Scholas amplectebatur: Et

vt meminit Euſeb. Cæſar. *lib. 5. hiſt. Eccleſ.*
Sacræ literæ, ſtatim poſt tempora Apoſto-
lorum ibidem floruerunt. Athenienſis,
quam quidam Græcorum dixerunt Græ-
ciæ Muſeam: Pindarus culmem, fir-
mamentumque: Tucidides, Græciæ Græ-
ciam: Pythius, Veſtam Græcorum, &
Prytanæum, *Cælius lib. 18. cap. 23.* Roma-
na, vbi, referente Gellio *lib. 17. noct. attic.*
cap. 21. Rhetores, & Philoſophi cathedras
habuerunt, omneque Doctrinæ genus,
quod hominum deceret ingenium, illuc
inuectum fuit. Præter has, cæteraſque,
Europæ inſigniores non defuerunt quam-
plures, vt Druydum in Brittannia; *Hector.*
Boeth. lib. 2. de rebus Scoticis. Banauenſis.
Meacenſis. Caiana. Negruenſis. Hoiama,
& Frenoiamę in Iaponia Indiæ Inſula, qua-
rum ſingulæ ter mille, & quingentis, & eo
ampliùs auditoribus frequentantur; eam-
demque ob cauſam, illis quoque remotiſ-
ſimis plagis, magnæ ſemper extiterunt exi-
ſtimationis; *Ioannes Metellus in ſua Epiſtola*.

Cùm autem, non tam Cathedrarum va-
2 rietas, ſpectabiliſque multiplicitas, verùm
etiam ſummoperè Magiſtrorum, Doctri-
narumque profunditas, celeberrimas ſcho-
las efficiat (non enim Cathedra, Magi-
ſtrum; ſed Magiſter, Cathedram, verſa
vice conſtituit: *Gloſſa maiorem cap. 21. 8. q. 1.*
ex 40. diſt cap. vlt.) ſumma cura, maxima-
que ſedulitas ab ijs quorum vniuerſitati-
bus intereſt aptos prouidere Doctores, præ-
cipuè eſt adhibenda: Quandoquidem nec
Chalcidica, nec Antiochena, nec Laodi-
cea, nec Cæſarienſis, neque Nicomedien-
ſis, aliæque id genus vetuſtiores, illuſtrem
amplius perfunderent famam, niſi Ariſto-
teles, *Strabo lib. 10. Geog.* Malchio: Epipha-
nius Sophiſta, & Apollinarius: Iulianus, &
Gallus martyres. Baſilius Magnus, & Na-
zianzenus, Lactantius, & Libanius, bonas
artes inibi profeſſi fuiſſent *Euſeb. lib. 7. Hi-*
3 *ſtor. Eccleſ. cap. 29.* Huiuſcemodi profectò ad
Cathedras eligendi munus, ſummis Prin-
cipibus in ſuis dictionibus, Eccleſiaſticam,
ſiuè Laicam obtinentibus dignitatem (vni-
uerſitatum idcircò ſemper habita ratione)
„ maximopere conuenire, nemo eſt qui am-
„ bigat. Nam magni intereſt ad bonum re-
„ gimen, & conſeruationem Reipublicæ
„ (inquit Pereyra *de repub. lit. lib. 8. diſp. 11.*
„ *q. 1. n. 1243.*) attendere, quibus ſubditi do-
ctrinis, & per quos magiſtros inbuantur.
Quamòbrem, apud noſtrates non tantùm,
ſed & olim quoque apud Thurios, & om-
nem fore Græciam lege cauebatur, vt
pueris cùm primùm adoleſcerent, magi-
ſtros ſtudiorum doctos ætate, & vſu, in
primo tyrocinio, publica impenſa præfice-
rent, atque plures vnius curę, ac diſci-
plinę mandarentur, qui Magiſter eſſet, &
comes, ſicut de Tuſcis, & Maſſilienſibus tra-
ditur. Idem apud Iberos, Sertorius fecit,
vt Magiſtris ſcientiſſimis, qui artes doce-
rent liberales, ingenuoſque educarent, ſti-
pendium de publico daret. Alexander
Macedo, multis millibus puerorum ex
Perſide Magiſtros dedit, qui græca inſtitu-
ta, mores, militaremque diſciplinam præ-
ciperent. Veſpaſianus, græcis, latiniſque
Rhetoribus, annua centena dedit. Mar-
cus Antonius Pius, Rhetoribus per om-
nes prouincias, annua ſalaria conſtituit.
Traianus quoque, adoleſcentes ad quin-
que millia bonæ indolis, ex omni Imperio
ſelectos, publicè ali, & parentis affectu,
paribus diſciplinis, erudiri curauit, ex *Alex.*
ab Alexan. lib. 2. cap. 25. Quæ tamen leges,
4 non adeo compreſsè, ſummos ſunt arbi-
trandę concedere principes, vt tali eligendi
munere, Academiarum Conditores, fun-
datoreſque omninò cenſeantur vacare:
Quandoquidem, æquitatem oppidò po-
ſtulare tradit Petrus Gregor. *lib. 18. de re-*
pub. cap. 2. n. 18. vt Magiſtri deſignentur in
„ Academijs per earum conditores, vel ijs
„ præſentibus ſaltem: Poſſunt (inquit) & re-
„ quiri perſonæ Eccleſiaſticę, vt Summus
„ Pontifex, vel eius Vicarij, vel Patriarcha,
„ & alij in eligendis Magiſtris ſcholarum.
„ quæ ſunt ex illorum fundatione, & eorum
„ aluntur ſtipendijs, ne ſit in poteſtate alio-
„ rum contra illorum intentionem, aliòs
„ quàm ipſi ſtatuerint præponere. Non mi-
„ nus (inſuper addit) quam in Eccleſia pa-
„ tronata, nullus admitti, vel inſtitui debèt,
„ ſine pręſentatione Patroni, vel in eius ne-
„ gligentia, per Epiſcopum.

Cæterum, quia prouiſio, ſiue potiùs ele-
5 ctio, ex Fermoſino *tit. de elect. ad rubric.*
præmiſſum. n. 5. biſariam vſurpari ſolet; pro-
priè, ſcilicet. pro ea, quæ plurium conſen-
ſu per vota vel ſuffragia fit ſecundùm Ca-
nones, de qua, *Gloſ. in rub. de poſtula. Prælat.*
lib. 6. & in cap. 1. eodem titul in verbo vera po-
ſtulatio. Vel impropriè, pro ea, quæ à ſolo
fit Superiore, & quę proprie in Beneficijs
vocatur collatio, Inueſtitura, ſiuè inſtitu-
tio iuxta textum *in cap. Adrianus, cum alijs*
ſequen. 63. diſt. Viri quoque Principes, ac
Conditores patroni, ſuis Cathedris, mo-
dis duobus prędictis, iuxta locorum pra-
xim prouidere valebunt. Si ergo, ſecunda
hac electione id agere maluint; ipſis profe-
ctò ſufficere arbitror ſi dignos, habiles, ca-
paceſque duntaxat (dignioribus, habilio-
ribuſque relictis) docendi aſſumant ad opus
vt docent *Bartol. in l. cùm quidam ff. de leg. 2.*
per textum in l. cùm pater. §. ergo ff eodem, & l.
ex facto § ſi quis rogatus 2. ff. ad trebellian §. eas
autem in auth. vt indic. ſine quoquo ſuffragio
auth-

auth·de defenſ.ciuitat.In princ.& in l.2.C. de de-
*curio.lib.*10. *Molina de Hiſpanor. primog. lib.2.*
cap.5. in princ.& n.65.Peguera in pract. cap. 7.
n.9.& 10. Quod, & in foro conſcientiæ vi-
dentur ſentire, *Caiet.in ſumma.v. electio* 5. *ad*
eligendum autem meliorem Vaſq.in opuſc. de be-
neficijs cap.2.§.5.dub.13.n.97. Turrian.in ſele-
ctis diſput cent.2.conſ.theolog. dub. 87. Nam ſe-
cus, Reges, Principes, cæterique Dynaſtæ,
anxij corde continuò vagarent, vt dignio-
rem inuenirent, quòd à Papa, & Rege exi-
gere durum eſſe aſſerit Reginal. *tom. 2. lib.*
20.tract. 3. cap.14. n. 179. quem ſequuntur
Ægid.Trullench. in opere morali lib. 7 cap. 11.
dub.8.ſub n.4.Diana p.1.tract.15.Miſcell.1. re-
ſol.4.in fin.contra Leſſium lib. 11. de iuſt. & iur.
cap 34. dub.14.n.64.apud Fermoſ. ad rub. de
elect.q.7.n.26. Nimis tamen abſurdum in
vtroque foro, quinimmo & iniuſtum, quod
præferrent imperitos peritis, nouellos an-
tiquis, ac rudes emeritis, ex traditis per
Ioannem de platea *in l.1.codic.de princ.agent.*
in rebus lib.10.Boet.de diſciplina Schol. cap. 6.
apud eumdem Fermoſ.ibidem n.27.

Verùm enim verò Rex, ſiue Princeps à
culpa euacuabitur nequaquam, ſi ſuper eli-
6 gendorum vita, literis, moribus, & apti-
tudine à melioribus iudicium, vel non ex-
quirat conſilium *Aules in proœm. cap. prætor.*
n.3.Maſtrillus de magiſt.p.2.cap. 1. n. 42. cùm
„ Eccleſiaſ.32. habeatur: Fili ſine conſilio ni-
„ hil facias; & poſt factum non pæniteas. Et
„ Tobiæ 4. Conſilium ſemper à ſapiente
„ perquirito. Et Prouerb. 8. Ego ſapientia
„ habito in conſilio, & eruditis interſum co-
„ gitationibus. Et 12. Via ſtulti recta in ocu-
„ lis eius; qui autem ſapiens eſt, audit con-
„ ſilia. Et 13. Inter ſuperbos iurgia ſunt, qui
„ autem agunt omnia cum conſilio, regun-
„ tur cum conſilio. Ideoque Adrianus Au-
guſtus, teſte Dionyſio Caſſiano in eius vi-
ta, de quolibet negotio libenter patiebatur
admoneri, & corrigi, ne dum à Magiſtra-
tibus, verùm etiam à quolibet gregario.
Quod, & initio ſui regiminis Tiberium
Cæſarem non renuiſſe aſtruit Suetonius in
eius vita. Nam, vt *Epiſtola* 110. ad amicum
„ Lucillum ſcribit Seneca, quaſi interrogan-
„ ti reſpondens: Quid ſapiens ſapienti pro-
„ derit. Impetum illi dabit, occaſiones actio-
„ num honeſtarum commoſtrabit. Præter
„ hæc, aliquas ſuas cogitationes exprimet,
„ docebit quę inuenerit: Semper enim ſa-
„ pienti reſtabit, quod inueniat, & quò ani-
„ mus eius excurrat. Qua de cauſa, & meri-
tò quidem futura cauens, tempeſtatiſque
ſuæ præſentia mala coercens, Cæſar decre-
uit Augustus apud Middendorpium *de ac-*
cademijs, vt deinceps docendi, ne quis ſibi
vſurparet facultatem, niſi Principis autho-
ritas accederet, interueniente publicorum
Gymnaſiorum examine. Et Adrianus Im-
perator (*ibidem apud eumdem*) Viris quibuſ-
dam prætoris, citrà examen de iure reſpon-
dendi (vt nunc codicillares pręſumunt Do-
„ ctores) munus petentibus reſpondit: Eam
„ rem non peti, ſed præſtari ſolere: Princi-
„ pes non conferre, niſi priùs ſe idoneos eſ-
„ ſe demonſtrarent, & publica authoritate
„ optimorum Curialium conſenſu promo-
„ uerentur. Sicut Iulianus Imperator etiam
„ *in l. magiſtros C.de profeſs.& medi. lib.*10. ita
„ reſcripſit: Quia ſingulis Ciuitatibus adeſſe
„ ipſe non poſſum; iubeo quiſquis docere
„ vult, non repentè, nec temerè proſiliat ad
„ hoc munus, ſed iudicio ordinis probatus,
„ decretum Curialium mereatur, optimo-
„ rum conſpirante conſenſu.

Si autem prima illa, & propria electio-
7 ne, idem agere permittant, atque adeò
Scholaſticorum votis auditorum, qui Op-
poſitorum, ſeu Competitorum mores, ac
ſcientiam maximè callere ſolent vt par eſt,
vndecunque cōmittant (Scholaribus enim,
& ſtudioſis, de Doctoribus creditur ſcien-
tia, vt ex Ioanne de platea *in l.ex agentibus*
C.de princ.agen.in rebus lib. 12. *tradit Rebuff.*
*priuil.*68.) Meliores inter bonos, & inter
„ meliores, optimi vt eligantur, Principes
„ ſedulò curare debent. Nam quo pręeſſe
„ oportet (inquit Philoſophus *3.Polit.cap.12.*)
ita ſunt præficiendi vt cuſtodes legum, at-
que miniſtri. Et lex profectò, meliores ad
honorifica pręſtanda munia, iubet eſſe vo-
candos, *cap.cùm dilectus de elect. vbi gloſ. di-*
gniores, ex 8.q.1.Illud.& 63. diſt.metropolitano
61.diſt Imitamur ad fin. Et is, gradu cæteros
antecedit, quem labor prolixior, vel ſti-
pendia meliora, fecerunt anteire *C. de offic.*
l.nemo. Quod & latè tradunt Doctores *ad*
text.in l.ſi ſeruus ſeruum §.fin. & §. ſi fornica-
rius ff.ad legem aquiliam. Quinimmò dignio-
res non aſſumentes, in foro conſcientię, à
mortali non eſſe exemptos diſertè tradunt
Bann.*2.2.q.63.art.2.dub.6.Salon.ibidem art.5.*
8 *cont.9.concl.2.Leſſius de iuſt.& iur.lib.2.cap.32.*
dub.3. n. 17. Et ſi ad officia iuſtitię, vt ad
rem noſtram ſummopetè facit (cùm ex
Accademijs Conſules, Iudices, Magiſtratus,
ac Prælati non rarò extrahantur) meliores,
ac digniores non eligantur, eligentes ad
damnum teneri, non ineptè putarunt præ-
fati Doctores, alijque non pauci apud Fer-
moſ. *ad rub.de elect. q.7.à n.52. vſque ad* 57.
Harum autem diſcrepantia inde oritur ele-
ctionum, vnde Principum, cęterorumque
munera diſcriminantur eligentium. Te-
nentur itaque iſti, Oppoſitorum, Candi-
datorumque actus indagare omnes, famam
diſcutere, mores, literaſque perpendere,
ac plenam omninò carpere notitiam, ea-
que omnia, quibus confirmatio, vel ap-
pro-

probatio incumbit, fideliter præſentare, ex
cap. bona Clem. 2. de poſtul. præla. vbi Abbas not.
12. aſſerit quòd eligentes non ſaluant con-
ſcientias ſuas eligendo illum, cuius ple-
nam non habeant notitiam, cùm ad eos
ſpectet Principem conſulere circa officia-
lium electionem. *Ioannes de platea in rub. que-
madmodum ciuil. muner. in fine lib.* 10. *Afflictis
in conſtit. vniuerſ. n.* 50. *Bobadilla in polit. cap.* 3.
n. 4. *ex cap. Epiſcopis* 63. *diſt. & ex tex. in l. ſed
& ſi ex improuiſo ff. de re milit. vbi* habetur.
,, Inſpecto eius præcedentis vitæ actu, & ex
,, *text. in l. non omnes §. barbarius ff. eodem*, vbi
,, dicitur: Sed licet hoc liquidò conſtare non
,, poſſit argumentis, tamen cognoſcendum
,, eſt, & ſi bonus miles antè exiſtimatus fue-
,, rit; propè eſt vt affirmationi eius credatur,
,, ſi emanſor, aut negligens ſuorum, aut ſe-
9 gnis, aut extra contubernium agens, non
,, credatur. Summi verò Principes cùm
non ſemper propria inſpectione adhibitam
(ne anxio nimis, vt diximus, flectantur la-
bore) ſed procerum in eligendo conſilio,
relationeque tantum inſpecta plerumque
iudicent; ſuo muneri penitus ſatisfeciſſe
cenſentur ſi, meliori etiam relicto, ido-
neum ſaltem aſſumant ad opus: eo vel ma-
ximè, quòd Principum aures: veluti men-
dacijs, vt plurimum aſſuetæ; veritatis ali-
quando perceptę ſtupent nouitate, ac falſi-
tatis vice, ipſam non ſemel arbitrantur at-
tigiſſe veritatem. Siquidem, nimia reue-
rentia, ſeu potius maximo latenti dolo, ex
Principis familiaribus ferè quiſque per
motus, vix tandem inuenitur, qui ipſi ve-
ra prænunciet, *Bald. conſil. vlt. col.* 5. *par.* 1.
Dec. conſ. 89. *in fin. Petrus Greg. de conceſſione
feudi p.* 1. *in princ. n.* 7. *Aniles in procem cap. præ-*
,, *tor à n.* 1. *&c.* Quare Seneca *de Benef. ad Eu-*
,, *butium lib.* 6. *cap.* 30. Monſtrabo tibi (inquit)
,, cuius rei inopia laborent magna faſtigiam,
,, quid omnia poſſidentibus deſit: ſcilicet il-
,, le, qui verum dicat. Quibus etiam adden-
,, dum non pigeat illud *Gloſſæ. qualitatem ne-
gocij cap. ſi quando deſcriptis ex C. de peti. bo ſubla
l.* 1. *lib.* 10. nimirum, ob procacem quando-
que petentium importunitatem, magna-
tum fauoribus gratijſque plerumque ſtipa-
tam; ne talia paruipendat officia, iuſtis de
cauſis, aliàs niſi melioribus non conceden-
da; Prouidus Princeps, ſaluo collationis
iure, interpellatus concedit.

Hoc tamen præcipuè Summi Principes
ſibi cauere debent, ne apud ipſos oblocu-
10 tores, adulatores, ac maledici (quorum
minimè ætas noſtra laborat inopia) impe-
trent, quæ digni conſequi nequeunt: nam
ſic frequenter res virtutis defraudatur à
vitio, vt adulatio præmia præripiat, & lin-
guax occupet dignitatis faſtigia. Quiſque
noſtrum, ſui primus adulator eſt, ideò &
adulatoribus gratus, & maledicis genero-
ſus, quaſi de alienæ gloriæ obſcuratione
nobis effulſerit ſplendor, & de adulatione
amplior emicuerit fulgor. Vnde Plutar.
opuſc. quemadmodum adulatorem ab amic. &c.
,, Cùm ſit aſſentator (inquit) quiſque ſui pri-
,, mus, & maximus, haud grauatim recipit
,, externum, quem exiſtimat, & vult teſtem
,, iuxta, atque ſtipulatorem ſibi accedere.
,, Opportunè ſatis, citato loco coſſis, vermi-
,, culiſque adulatores idem Plutarchus etiam
,, comparauit: Vt coſſi (addit) potiſſimum
,, in teneris lignis, & dulcibus naſcuntur; ſic
,, ingenia generoſa, proba, & lenia, adulato-
,, rem admittunt, aluntque adhęrentem.
Quare, cùm nulli magis, quàm Princi-
pes, vrbiumque Rectores inter mortales
emineant, atque ideò improbi adulatoris
magis exponantur blandimijs: æquum eſt,
optimos ſibi adhiberi conſiliarios, atque
miniſtros, quibus haud aliter, quàm ſtabi-
li nitantur fundamento; quibuſque tutò
aliquarum rerum delegata cura in Princi-
pi obediendo ſit tota ſolertia, & auaritiæ
,, peſtis non officiat. Neceſſarium probatur
,, eſſe reipublicæ (ſcribit Caſſiadorus 10. *va-*
,, *riar.* 6. perſonas dignitatibus aptas eligere,
,, vt cui iuſtitia committitur, malis moribus
,, non grauetur; alioqui ineſſicax eſt ab ho-
,, mine exigere, quòd agnoſcitur non habe-
,, re: contra confidenter quæritur, quod ineſ-
,, ſe ſentitur. Quandoquidem, ab incepto
,, ne recedamus inſtituto. Quæſtuoſa res cæ-
,, pit eſſe Scholarum regimen (vt ſcirè *lib.* 1.
,, *de cauſ. corrupt. artium*, admonuit Viues) &
,, emptum eſt non ſecus ac mercimonium
,, pro mercede, vt reuenderet, qui erat mer-
,, catus, quæſitum eſt prætio, ambitu, & ne
,, quid deeſſet dedecori, ac indignitati, armis
,, quoque. Qui erat adeptus agebat propter
,, quod quæſierat: nullus locus, nullus ho-
,, nor, nulla dignitas denegata eſt ei, qui nu-
,, meraret. Sed vt ſciretur quanti ordinariè
,, emeretur dignitas, ſtatuta eſt certa ſumma
,, pecuniæ, qua minorem nefas eſt accipere,
,, de maiore fas eſt liceri: definitum etiam
,, tempus, & aſſignati, qui examinarent.

CAPVT VIII.

De ſcientiæ quantitate, Doctoribus ad docendum, maximè neceſſaria.

SVMMARIVM.

1 *Perfectum dicitur illud, cuius extrà non eſt aliquid accipere, vel cui nihil deeſt: quarè, aut idem eſt cum toto, aut ferè idem.*

2 *Scientia, triplici modo conſiderari poteſt; vel ſcilicet, vt eſt eminens, vel mediocris, vel de-*

1 *denique vt ſufficiens. Et quæ nam vnaquæque prædictarum ſit.*

3 *Eminentem ſcientiam, nullus Doctor poſſidere tenetur, cùm ſit Sancti Spiritus gratuitum donum.*

4 *Difficillimum, quandoque pro impoſſibile apud Iuriſtas vſurpatur.*

5 *Sufficientem ſcientiam, quilibet Doctorum tenetur habere, qui præceptoris, & magiſtri officio, rectè fungi præſumit.*

6 *Maior Doctorum, quàm diſcipulorum, ſemper debet eſſe peritia, quæ multis lucubrationibus, laboribuſque, non autem ſomno, & otio comparatur.*

7 *Mediocrem poſſidens ſcientiam, perfectam tamen eiuſdem ſcientiæ informationem dicitur habere.*

8 *Perfectum diuiditur in perfectum in quantitate, in qualitate, & ſecundùm finem, & quomodò eorum vnum excellat aliud, & vnumquodque in ſuo genere perfectum ſit.*

9 *Mens humana, nycticoraceis oculis (ſenſibus ſcilicet) plerunque diuina, & cæleſtia cernere præſumit, in qua obtutus corporeus, & ſi eleuatus penitus hebetatur.*

10 *In varios errores, temerarios eſſe prolapſos, dùm cæleſtia, & diuina ſcrutati ſunt nimis, oſtenditur abundè; vnde meritò obiurgantur.*

11 *Ad Deum per cognitionem accedere, non prohibentur homines, ſed non Diuinæ Maieſtatis veluti conſortes; ſed eius ſummæ gloriæ tanquam veri contemplatores.*

12 *Nimia quorundam lepidè irridetur curioſitas, vana, & ſuperflua, quàm par eſt diligentiùs ſcrutantium.*

13 *Odibilius nil eſt ſubtilitate, vbi eſt ſola ſubtilitas; cùm ſubtilitas, iuris impoſſibilitas ſit, & quàm maximè noceat veritati.*

EA perfectè ſcire, vel addidiciſſe Doctorem, quæ alios docet, vel docere poteſt,
ſuperiùs *cap.1.n.4.* cùm dictum ſit; forſan
quis arbitrabitur, ita doctrinæ apicem, ac
ſcientiæ neceſſe ſit attigiſſe limitem, vt
tranſilire, aut ab eodem, nullo pacto deſi-
1 lire liceat. Perfectum ſanè dicitur illud ex
Philoſopho 5. *met.tex.21.* cuius non eſt ex-
tra aliquid accipere, cùm nihil illi deeſſe
poſſit: vel vt habetur *ff.1.de orig.iur.l.1.* quod
ex omnibus ſuis partibus conſtat; eò vel
maximè, quòd perfectum, & totum, vel
ſunt idem, vel ferè idem, 3. *phyſ. tex.64.*
Quamobrem non erit inutile id ſedulò
perpendere, quod rectè notauit Panor.
cap.qualiter de elect. §. cum in cunctis: Scien-
2 tiam, nimirum], qua noſter intellectus fæ-
cundari ſolet, triplici modo conſiderari
poſſe. Primò, vt eminens eſt, quatenus,
ſcilicet, per ipſam promptè abſque præuia
librorum volutatione definimus, explica-
mus, ac difficillimas, & flexuoſas reſolui-
mus quæſtiones; vt de Salomone legitur 3.
„ *reg.* 10. Quòd non fuit ſermo, qui eum
„ poſſet latere, & non reſponderet. Secun-
„ do modo, vt mediocris eſt, per quam dif-
ficultates, & quæſita vtique reſoluimus
non vulgaria, licet Authorum volumina
non ſemel meditando; quemadmodum
aliqua facultate, cæteris præſtare ambien-
tes, velint nolint, quotidiè tenentur expe-
riri. Tertiò denique, vt ſufficiens; quæ le-
gitimè requiritur ſecundùm qualitatem
officij, ſiue beneficij, iuxta loci conditio-
nem, vbi quis viuere, & conuerſari habet.
3 Eminentem quidem ſcientiam illam, vt
nomine Doctoris inſignitus exiſtat, nemo
poſſidere tenetur, quippè quæ Sancti Spi-
ritus cùm donum gratuitum ſit, vel ſaltem
naturaliter non parùm ſecum afferat dif-
ficultatis; neque deſidia, neque ignauia,
qui eius omninò caret aſſecutione videtur
„ notandus. Spiritus enim vbi vult ſpirat,
4 *Ioan* 3. & cùm difficillimum humanis in
legibus pro impoſſibile quandoque vſur-
petur, *Diſt.61. Catanenſis Eccleſiæ ff. de verb.
ſignif.l.nepos proculo* ad ipſum nemo tenetur,
5 *6. decret.de reg.iur reg. 6.* Sufficiens autem
ſcientia, ſicut indigna videtur maiora, &
nobiliora ſtudia profitentibus ita neceſſa-
ria eſt, vt ſine ipſa penitus ignoretur, quo-
modò docentis præceptoriſque munere,
quilibet fungi valeat. Maior enim Do-
6 ctoris quàm Diſcipulorum debet eſſe pe-
ritia, *ff. vet.proœm.§. his igitur.* Aliàs quippè,
fiet inde, aduerſus talia molientes, vt cum
„ Socrate apud Platonem *in Alcibia.4.* de vno-
„ quoque dicatur eorum: Furioſum quidem
„ aggredi ò vir optimè, ſtatuiſti docturus illa,
„ quæ neſcis, neque diſcere cures. Cæterùm
cùm nullus Ericus, fælicitatis tam ſecun-
dę ampliùs exiſtat, qui omnium rerum co-
gnitionem, (admirando modo) ex epulo
colubrino adeò ſit adeptus, vt teſte Saxone
grammatico *lib. 5. Hiſt. Danorum* ferarum
quoque, & auium voces intelligeret; ſed
rigidis potius laboribus, crebriſque lucu-
brationibus, quęlibet ars, & ſcientia com-
7 paretur: perfectam cuiuslibet ſcientifici
habitus, ille profectò habebit informatio-
nem, qui mediocrem prædictam ſcien-
tiam ad plenum obtinuerit, *Gloſ.magis vtile
2.decret.tit.29.de appell. cap. 46. & gloſ. marg.
l.19.§.illud ſciendum ff.21.de ædilitio edicto.* Et
licet extra talem mediocritatem aliquid
videatur eſſe accipiendum, illam videlicet
eminentem ſcientiam; non idcircò in per-
8 fectione putandum eſt iſtam deficere. Quo-
niam ſicut ex eo, quòd perfectum in quan-
titate, in qualitate perfectum excedat (tali
enim diſtributione, à Philoſopho, perfe-
ctum diuiſum fuit 5.*met.tex.21.*) & hoc rur-
ſus,

ſus, perfectum ſecundum finem, tamen non ſequitur aliqua imperfectio, cùm nihil ipſis in ſuo ordine deſit, & omnes ſuas amplectantur partes: ità ſeruata paritate; & ſi eminens doctrina mediocrem vincat, & hæc item, ſufficientem, quælibet perfecta in ſuo genere nihilominus erit, cùm extra ipſas in proprio genere, nil aliud accipiendum ſit.

Compertum tamen eſt pleroſque ita ſciendi cupiditate eſſe affectos, vt mentis
9 humanæ impedimenta conniuentes, nicticoraceis oculis, æterni Solis nitorem collimare præſumant, in quem licet eleuatus corporeus obtutus penitus hebetatur, *D. Tho.p.p.q.*12.*art.*3.*&* 4. ideoque opprimuntur à gloria dum ſcrutantur, *Prou.* 25. Vt enim, qui fulgidiorem ſolis rotam, apertis oculis præſumit aſpicere, temerariæ audaciæ dat pœnas, ipſo lumine repercuſſus, & fulgoribus obcæcatus: ita, qui lucem illam, diuinitatis candore fulgidam, & interminato iubare ſcaturientem præſumit diſcu-
10 tere, pro pœna tulit errare. Turpiter idcircò Epicurus offendit, dum curioſa ſcrutatione numinis dotes venatur; ne eius magnitudini quid detraheret, ſeptum ingenti quodam, & inexplicabili muro, diuiſumque a contractu, & conſpectu mortalium, prorſus deſertum, ſine animali, ſine homine, ſine re aliqua cogitauit: Immo non exaudire vota, nec erga nos, curioſa agere prouidentia. Petulantem quidem vitum, 4. *de Beneficijs* 19. ſtrenue iam impegerat Seneca, qui talia dixerat, ita redarguens: Tu Deum inermem facis, omnia illi tela, omnem detraxiſti potentiam, & ne cuiquam metuendus eſſet, proieciſti ipſum extra metum. Nec leuiùs ipſo eiuſdem indaginis cæteri quoque errarunt inquiſitores: Deum nanque ex eo quòd Iudæ dicerent promiſſum, *Geneſ.* 49. Ligabit ad vitem aſinam ſuam; & quia aſina Balaam pro Iudæis, Deique populo ſteterat, *Numer.* 22. aſinina forma præditum eſſe, fædiſſima Gnoſticorum ſecta putabat, *Epiph. hær.*26. Precibus flecti poſſe, negarunt Stoici, *Nemeſius de nat.homi.cap.*44.*tom.*12.*Bibliot. PP.* Ad inſtar hominum, animaliumque membra poſſidere corporea aſtruxerunt Antropomonphitæ, ſiue ab Audæo inſtitutore, Audæani, *D.Aug.lib.de Hæreſ.cap.*86. Atque vt de reliquis ſileam; ſemel quotidie iraſci cùm Galli criſta ſcilicet, expalleſcit, cùm *Iobi* 28. Quis dedit Gallo intelligentiam? expreſsè habeatur: quotidiè aliquid legendo diſcutere, diei ſcilicet horis quatuor primis: hieroſolymitani poſt excidium Templi, ſoli niſi tres, vel quatuor ad ſummum, vbi lecturus ſederet, ipſi non remanſiſſe cubitos: Quid plura! Minorem ſole, grauiter peccaſſe condendo lunam; atque alia non pauca ſimilia figmenta; Talmudiſtæ apud Hieronymum à ſancta fide, ex iudæo chriſtianum *lib.*2.*contra Iudeos cap.*4.*p.*1.*tom.*5.*Bibliot.PP.* delirando ſomniarunt. Hanc proinde temeritatem, ſatis inculcat, ad *Rom.*12. ita ſcribens Apoſtolus: Duo enim per gratiam, quæ data eſt mihi, omnibus qui ſunt inter vos; non plus ſapere, quàm oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem, vnicuique ſicut Deus diuiſit menſuram fidei. Deo vtique accedere iubemur: Accedite ad eum, & illuminamini, *Pſal.*33. at non maieſtatis cenſores, ſed eius
11 voci obſequentes; vnde Seraphim, & libratis volabant pennis, & oculorum aciem operiebant alis, *Iſa.* 6. quò nos erudirent, Deo non accedendum tam ingenij acumine, quàm affectionis amore: oculorum aciem, alijs idcirco perſtringunt, ne immerſo gloriæ pelago naufragentur: amoris expandunt alas, quo arctiùs per momenta vniantur. Ego opinor (*Serm.* 4. *de verbis Iſaiæ* propterea addit Bernardus) non incongrue pennas iſtas agnitionem, & deuotionem intelligi poſſe, quibus in eum, qui ſupra ipſos eſt, Seraphim rapiuntur. Leuat quippè cognitionis ala, ſed ſola non ſufficit. Ruit citius, qui vna tantùm ala volare contendit, & quo magis attollitur peiùs colliditur. Experti ſunt hoc Philoſophi gentium: qui cùm cognouiſſent Deum, non ſicut Deum glorificauerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum. Denique traditi in reprobum ſenſum, vſque in ipſas etiam paſſiones ignominiæ corruerunt. Eorum idcircò, ad comprimendam vlteriùs iactantiam; apologum ipſis, eundem proponere quoque liceat, quem Eſdræ 4. *cap.*4. Vriel, Dei ſuperni nuntius, pro ſolutione narrauerat: Condixerant enim (inquit) aliquando ſyluæ; venite, & eamus, & faciamus ad mare bellum, vt recedat coram nobis, & faciamus nobis alias ſyluas. Et ſimiliter fluctus maris, & ipſi cogitauerunt cogitationem, & dixerunt: venite aſcendentes debellemus ſyluas campi, vt & ibi conſummemus nobis met ipſis aliam regionem. Et factus eſt cogitatus ſyluæ in vanum: venit enim ignis, & conſumpſit eam. Similiter & cogitatus fluctuum maris: ſtetit enim arena, & prohibuit eos. Quòd ſi cum ipſo Eſdra, rectè reſpondentes, dixerint: Vtique vanam cogitationem cogitauerunt; terra enim data eſt ſyluæ, & mari locus portare fluctus ſuos: Certè putarem, Vrielis dicta, ad rem optimè cadere, cuilibet illorum, ſic improperando. Quare non iudicaſti tibimet ipſi? Quemadmodum enim terra ſyluæ data eſt, & mare fluctu-

,, ctibus ſuis: ſic qui ſuper terram inhabitant,
,, quæ ſunt ſuper terram intelligere ſolum-
,, modò poſſunt : & qui ſuper Cælos, quæ
,, ſuper altitudinem Cælorum.

Nec gradum ſiſtit ex hoc, humani inge-
nij deſultoria curioſitas: amat inſtabilis vo-
12 litare per omnia, & maiora ſuis tentare
viribus, adeò vt, otium in ludicra, & vana
omninò terendo, id quærat, quod non eſt,
& quod eſt non inueniat. Indagare pro-
inde non pauci ſunt enixi : Si verè, ligno
interfectus fuerit Abel; & qua ligni ſpecie.
Ex qua inſuper arbore, virga Moyſis, mi-
raculorum effectrix fuerit exciſa, à quo-
dam Antonino Conſule vrbis Romæ, tra-
dit ſaltem quæſitum fuiſſe *Galat.lib.16.cap.
17.apud Nicol.cauſ.de eloqu.item lib.16.cap.17.*
Nimia pariter, eſto fruſtranea ſubtilitate
ſcrutati ſunt alij, apud eumdem ex eodem
Galat.*lib.8.cap.5.* quas veſtes, ſcilicet, & cal-
ceos habuerit Deipara Virgo : an ſecum
in bethlemitica peregrinatione Bouem, &
Aſinum duxerit, qui poſtea Dominum fo-
uerent in præſepio: aurum ne in maſſa, an
nummos aureos à Magis acceperit. Quæ
quidem, vel certè ad rem non pertinent;
vel curioſitatis, ac ſubtilitatis plurimum,
parùm certè fructus & ſoliditatis habent.
13 Odibiliùs quippe nihil eſt ſubtilitate, vbi
eſt ſola ſubtilitas. Quid enim prodeſt in
illis expendere dies, quæ nec domi nec mi-
litiæ nec in foro, nec in clauſtro, nec in
Curia, nec in Eccleſia, nec alicubi proſunt.
Scribens enim Seneca ad Lucillum *Epiſt.*
,, 83. Quid eſt (inquit) acutiùs ariſta, & in
,, quo eſt vtilis? Tale vtique eſt ingenium,
,, quod ſola ſubtilitate laſciuiens, nulla in ſe
,, reſidet grauitate. Reprobatur idcircò cùm
in verbis, tùm in rebus, ſi æquitas præci-
puè contrarium ſuadeat, *gloſ. marg. l. ſi tibi
pecuniam ff. de rebus credit. ſi cert. pet.* Cùm
nimia ſubtilitas iuris impoſſibilitas ſit, *gloſ.
nimiam ſubtilitatem, l.ſi mulier. §. ex aſſe. ff. de
iur.dot.* Sapiant ergo qui eam affectant (vt
tandem cum ipſo Seneca, *epiſt.* 88. ſcientia-
rum anathomiſtas, & arcanorum moneam
exploratores) Quantum malifaciat nimia
ſubtilitas, & quàm infeſta veritati ſit.

CAPVT IX.

De Scientiæ qualitate, qua vnuſquiſque Doctor in docendo præſtare debet.

SVMMARIVM.

1 *Quantitas eſt ratio, quâ ſubſtantiæ qualitas ad-
hæret; ideirco pro Doctoribus, aſſignata ſcien-
tiæ quantitate; de eiuſdem ſcientiæ qualitate,
hoc loco rectè differendum videtur.*

2 *Qualitas, vel ſubſtantialiter, vel accidentaliter
qualificat: quarè vel ſubſtantialis, vel acci-
dentalis dicitur. De ſubſtantiali ſcientiæ
qualitate agitur hic præcipuè; de accidenta-
li verò tantum remiſſiuè.*

3 *Qualificatiuum eſſentiale, ſiuè conſtitutiuum
ſcientiæ in propria ſpecie, nil aliud eſt, quam
media, & principia, ex quibus talis deriua-
tur ſcientia, intra eandem abſtractionem à
materia; quæ vtique, vſque ad vltimas con-
cluſiones, tenetur vnuſquiſque ſcientificus
non ignorare.*

4 *Qualibet ſcientia, eſt de ſpecie habitus, qui da-
tur ad intellectiuam facilitandam poten-
tiam, vt ea ſuauiter attingat, quæ vel ex ele-
ctione, vel ex impoſito ſibi munere inquirit.*

5 *Quilibet Doctor, ea tantùm ſcire tenetur, quæ
ratione ſui officij, vel ſtatus alios docere
habet.*

6 *Incaſſum laborant, qui ad pompam ſcientias con-
fundunt tradendas; quare potiùs nimio ſtre-
pitu diſcipulorum obtunduntur aures, erro-
res, qui verborum in abundantia labuntur
vt plurimum, ne percipiant; quam aliquid
dignum, neceſſariumque illis communicent.*

7 *Dictum illud: Omnes ſcilicet artes inter ſe com-
mune habere vinculum, quomodo intelligen-
dum ſit oſtenditur; vnde oportet in doctrinis
tradendis; lectionum copia, & nimia vani-
tate ſemota, ipſum tantùm curare fructum,
diſcipulorumque vtilitatem.*

8 *Inferiores ſcientiæ, quo pacto dicantur mutuare
ſua principia à ſuperioribus: & in quo ſen-
ſu ſcholaſtici, Venatoribus aſſimilentur.*

9 *In quo formaliter conſiſtat ratio mutui, latè oſten-
ditur. Ex quo proindè facilè oſtenditur,
quomodo vnius facultatis Doctores, quadam
aliena valeant mutuare præcepta.*

10 *Vnuſquiſque, vt ſibi benè conſulat, nec aliquod
famæ, nominiſque ſubeat periculum; propriæ
quam profitetur arti incumbere tenetur.*

11 *Artes omnes, & ſcientiæ ſunt veluti tabula pi-
cta: nam ſicut pictura aliquid addendo, vel
adimendo, ſtatim in ipſa perijt ideatum:
ita ſcientiæ ſi propria negentur, & aliena
ſupererogentur, non eadem, ſed à ſe ipſa di-
uerſa penitùs reputabitur.*

12 *Pictor quidam gregarius, & inſulſus; ob pleo-
naſmum in pictura commiſſum, Bonarrotio
ſtupenti, immoderati riſus, opportunam ma-
teriam præbuit.*

QVantitatem ſcientiæ, iure ſequitur qua-
litas: etenim, cùm quantitas (ſiue mo-
1 lis, ſiue fuerit virtutis) medium, & tota
nuncupetur ratio, cur ſubſtantiæ qualitas
adhæreat, *Henr. Gand. p. 3. art.68. q.1.n.11.*
hactenus commenſurata, ſcientiæ ad do-
cendum quantitate, Doctoribus penitus
neceſſaria, comes eiuſdem indiuidua qua-
2 litas, ſtatim examinanda videtur. Perpen-
di-

ditur autem, vel vt accidentaliter qualifi-
cat, cuiuſmodi perfectiones omnes ſunt ac-
cidentales; vel vt ſubſtantialiter conſtituit,
ſicut eſſentialis quælibet differentia, ſupe-
rius diuidendo genus propriam conſtituit
ſpeciem. Primò modo accidentalem, ſe-
cundo ſubſtantialem idcirco denominant
qualitatem, *Henr. ibidem art. 66. q. 4. n. 4.* Prio-
ris conſideratio tunc redibit, cùm de tra-
dendis doctrinis opportunitatem ſuggeſſe-
3 rit in ſequentibus materies. Poſterioris
verò vberrimè abſoluetur tractatus, ſi ſciē-
tiarum omnium conſtitutiuum indagabi-
tur eſſentiale, quod prçter ipſarum diuerſa
media, & principia, ex aliquo primo, vel
ex alterutris nequaquā deriuata intrà eam-
dem, vt vocant, à materia abſtractionem;
ex Philoſopho *1. poſt. cap. 23. tex. 42. vbi D.
Thomas lect. 41. & alibi*, nihil aliud eſſe pu-
tatur. Talia itaque media, & principia,
non quomodocunque, ſed quatenus ſpe-
cialem, & ab alijs ſeiunctam, intra propriam
lineam conſtituunt ſcientiam, tenetur dun-
taxat ad vltimas vſque concluſiones, non
ignorare ſcientificus quiſque, eaque reij-
ciendo, quæ nihil, vel parum affinitatis ha-
bent cum ea, quam profitentur ſcientiam.
,, Homo docens extra (inquit *Henr. p. 1. art. 1.
,, q. 6. n. 13.*) ex habitu ſcientiæ, quo debet eſ-
,, ſe perfectus in actu, habere debet in prom-
,, tu conceptus in ſe ordinatos, à primis prin-
,, cipijs, vſque ad vltimas concluſiones: ali-
ter enim non eſſet idoneus Doctor. Qua-
4 mobrem, cum quælibet ſcientia, ſimul &
habitus ſit, atque habitus idcircò tribuatur
potentiæ, vt ea, non quomodolibet ſuaui-
ter attingat, ſed vel quæ tantùm voluptate
ambit, vel ex impoſito ſibi munere inqui-
rit, *2. ethic. cap. 3.* qualitatem profectò ſcien-
tiæ ad docendum poſſidebit neceſſariam,
,, qui ea tantummodò callere ſtudet, quibus
,, alios erudire tenetur. Etenim quilibet
5 ſcire debet ea quæ ſibi competunt, vel ra-
,, tione officij, vel ſtatus, vel alio modo, *Pa-
,, nor. in cap. qualiter de elect. §. cum in cunctis* cùm
ſcholaſticis, ſiue ijs, qui ſunt de ſcholis, vel
eius ſocietatibus, vt notat *Gloſ. ſcholaſticis, l.
2. de lucris aduoc. & concuſ. offic. C. 12.* abſcon-
ditum nihil eſſe debeat in ea arte cui ſtu-
dent, *ff. proæm. §. & quod iam*.

Gratis igitur laborant plurimi, littuſque
6 penitùs arant, qui multitudinem demul-
centes, aliena eruditione adeò propriam
refarciunt, vt non præſcriptam ſibi doctri-
nam, ſed nouam quandam, & inopina-
tam encyclopçdiam, ventoſi, ac tumidi
edere videantur. Quarè, ſicut in *Didaſc.
,, lib. 3. cap. 5.* Hugo teſtatur: Nulli arti, quod
,, ſuum eſt, tribuere nolunt, ſed in ſingulis
,, legunt omnes. In Grammatica, de Syl-
,, logiſmorum ratione diſputant. In Diale-
,, ctica inflexiones caſuales inquirunt; &
,, quod magis irriſione dignum eſt, in titulo
,, totum ponunt, legunt librum, & ince-
,, ptum, tertia vix lectione expediunt. Fru-
ſtrà quidem labore teruntur: nam rerum
tam diuerſarum ſtrepitu, & fragore, di-
ſcipulorum potiùs obtunduntur aures, ne
diſſona, quibus plurimum ſcatere ſolet
oſtentata peritia, percipiant; quàm ſuaui
oblectentur harmonia veritatis. Sicut
enim eorum, qui ad tibiam canunt, erro-
res plerique latent auditores, ità abun-
dans, atque ornata ſuperbiens eruditio,
animum auditoris perſtringit, ne rem de
qua agitur intelligat. Quoniam non po-
pulus ſequendus, ſed docendus eſt. *62. diſt.
§. docendus, & 61. diſt. §. miramur, Gloſſ. popu-
li de elect. &c.*

Nec tullianum illud, ad ſui tutelam
7 obijciant dictum pro Archia poeta *orat. 26.
,, ſect. 186. num. 2.* nimirum, quod omnes
,, artes, quæ ad humanitatem pertinent ha-
,, bent quoddam commune vinculum, &
,, quaſi cognatione quadam inter ſe conti-
,, nentur: quamobrem non integram, ſed
mutilam plerunque traderent diſciplinam,
ſi à cæteris bonis artibus ipſam amputa-
rent: Etenim eruditio, ſi parcè adhibea-
tur, ſtylum exhilarat, ſi inferciatur, obruit;
lectioniſque ſalubritatem, varijs diſtra-
,, ctionibus confundit. Ad quas igitur res
,, (inquit idem Tullius *Offic. 1. ſect. 23. n. 114.*)
,, aptiſſimi erimus, in ijs potiſſimum elabo-
,, rabimus. Sin aliquando neceſſitas, nos
,, ad ea detruſerit, quæ noſtri ingenij non
,, erunt: omnis adhibenda erit cura, medi-
,, tatio, diligentia, vt ea ſi non decorè, at
,, quàm minimum indecorè facere poſſi-
,, mus. Nec tam eſt enitendum, vt bona,
,, quæ nobis data non ſunt ſequamur, quàm
,, vt vitia fugiamus. Proinde oportet, nimia
lectionis copia, & vanitate remota, ipſum
proſequi fructum, imitarique non eas,
quæ ſeria plectunt mulierculas, ſed apes:
illæ enim florida, & odorata ſectantes fo-
lia conſerunt, atque pertexunt opus, iu-
cundum quidem illud, ſed in diem dun-
taxat durans, atque infrugiferum: hæ ſæ-
penumerò prata peruolitantes, hyblçarum
roſarum, hyacinthorumque copia conſi-
ra in Tymum aſperrimum, atque guſtus
acerrimi deferuntur, eique aſſident mel
meditantes flauum, perceptoque vtili ſuc-
co, ad ſuum reuolant opus. Sic itaque
ſyncerus, artiſque ſtudioſus Doctor, in-
fructuoſa, & vana omninò reſpuere tene-
tur, documenta, eaque fucorum ſophi-
ſticen ambientium pro pabulo putare; ani-
mo autem in ipſos ſibi aſcriptæ lectionis
ſenſus penetrare, & quod vtile eſt, atque
commodum, ad ſe trahere, & exinde di-
ſci-

ſcipulos docere. Familiarem hanc vanita-
tem, fatuumque laborem, non ſemel
Regum ſapientiſſimus execratus eſt Salo-
mon, qui plurimos aduertens, in his præ-
cipitanter corruere, *Eccleſ.* 1. ita teſtatus
,, eſt: Agnoui quòd in his eſſet labor, & af-
,, flictio ſpiritus, eò quòd in multa ſapientia,
,, multa ſit indignatio, & qui addit ſcien-
,, tiam, addit & laborem.

Me tamen minimè latet, permultas
8 ſcientias, ità ab alijs mutuare media, ac
mendicare principia, vt illis peremptis,
vix ſubſiſtere queant. Quocirca Philoſo-
phus 2. *poſt. cap.* 7. *tex.* 20. cautè ſic fatur:
,, Omninò quòd vnius ſcientiæ eſt conueni-
,, re alteri non poteſt; niſi fortè cum vnã
,, erit ad alteram affecta, vt in vna alterã
,, contineatur, quomodò ad Geometriam
,, Optice, & ad Arithmeticam Muſica affe-
,, cta eſt. Venatoribus idcircò aſſimilantur
Scholaſtici, *Ext. de verb. ſign. cap.* 2. *vbi
Gloſſ.* Eorum nanq; principia, quæ aſtruunt,
& cauſas; quibus in latebris conſtiterint,
,, explorare nituntur. Quemadmodum ca-
,, nes venatici (inquit Philo Iudæus *lib. de
,, ſomnijs à Deo immiſſis*) à longinquo ad feras
,, perueniunt odorem ſequentes, cuius exi-
,, mio ſenſu à natura ſunt præditi: eodẽ
,, modo à iuſtitia, cęteriſque virtutibus,
,, exhalantes ſuaues auras, amator ſapientiæ
,, veſtigat, cupiens originem tantæ volupta-
,, tis aſſequi, hùc illùc curſitans, & vel ipſo
,, honeſtatis odore, tanquam ſacro nidorẽ
,, ſe recreans. Ea propter, Iuriſtæ ex Sacræ
Theologiæ penu, non pauca produnt, vt
in *C. de ſumma Trinitate, & fid. Cath. de Sa-
croſ. Eccleſ. de Epiſc. & Cler. & in auth. mul-
tis tit.* vbi de diuinis tractatur: cùm Iuris
prudentia ſit diuinarum, atque humana-
rum rerum notitia, *l.* 10. *de iuſt. & iur. ff.* 1.
Et Phyſicus, finem phyſices, in principijs
Medicinæ ſtatuit, *Ariſt. lib. de repub. cap.* 7.
& lib. de ſanit. tuenda.

Verumtamen eſt, quòd ſi principia hu-
9 iuſmodi ſcientiarum, vt vocant, inferio-
rum, earumque media, à ſuperioribus
ſunt mutuata ſcientijs; mutui ratione, ne-
quaquam orbari debent, ſed ditari quam
maximè. In mutui autem datione, opor-
tet dominum eſſe dantem: & mutuũ
damus recepturi non eandem ſpeciẽ,
quam dedimus (alioquin, aut commoda-
tum erit, aut depoſitum) ſed idem genus,
l. 2. *de reb. cred. ſi cert. pet. ff.* 12. Non enim
qui mutuat, quod ſuum non eſt erogare
poteſt, cùm appellata ſit mutui datio ab
eo, quod de meo tuum fit, *ibidem*: neque
recipere teneatur diuerſum genus rei mu-
tuatæ; cùm mutuum contrahatur datione
rei conſiſtentis pondere, numero, vel men-
ſura, non in alijs: quia in eis, aut repu-
gnat natura mutui, aut regula iuris, quæ
aliud pro alio, inuito creditore ſolui, non
patitur, *Alex. ibidem* §. *mutui datio*. Inferio-
ribus itaque ſcientijs nullum ius, impe-
rium nullum, ſuper hæc ineſt mutuatã
principia (hæc enim non ab inferioribus,
cuius ſunt principia, ſed à ſuperioribus,
cuius ſunt concluſiones oportet probari,
ex Phil. 1. *poſt. cap.* 10. *vbi D. Tho. lect.* 25.)
ideoque ſi à ſuperioribus repetantur ſcien-
tijs, eadem genere, puta Theologico,
Mathematico, Arithmetico &c. cuius ſunt
concluſiones, minimè verò eadem ſpecie,
inferioris ſcilicet ſcientiæ, cuius ſunt prin-
cipia, reſtituentur. Quamobrem cauſã
penitus ignoratur cur tanti plerique aliena
faciant, vt quod ſua intereſt ignauè, ac
deſidioſè negligant? Falcem nefas eſt iñ
alienam mittere meſſem, *Gloſſ. collectores,
extra comm. ne ſede vaca. aliquid innouetur.*
Hoc quidem non aſtruxit, neque vnquam
ſomniauit Philoſophus, qui potiùs oppo-
ſitum, licet non tam clarè, ſapienter ta-
,, men omninò docuit, 1. *met. cap.* 2. Arbi-
,, tramur (inquit) ſcire omnia ſapientem,
,, ſicut contingit, non ſecundùm vnum-
,, quodque ſcientiam habentem ipſorum.
,, Vbi dicit antiqua translatio: Non ſingu-
,, larem eorum ſcientiam habentem; Quod
mirificè, 1. *par. art.* 3. *quæſt.* 3. *num* 4. ex-
,, plicuit Henr. Gand. ità ſcribens: Vndè &
,, Philoſophus, qui hoc benè ſentiebat,
,, quandò occurrebant ei talia, quæ ſcien-
,, tiam philoſophicam excedebant, de hoc
,, ſe non intromiſit, ſed conſiderationi alte-
,, rius commiſit; ſecundum quod de hoc
,, habemus vnum exemplum clarum 1. *ethic.
,, cap.* 13. vbi quærit inter alia, de fælicitate,
,, an ſit donum Dei; dicit ſic: Siquidem
,, aliquod aliud Deorum eſt donum homi-
,, nibus, rationale eſt fęlicitatem donum
,, Dei eſſe maximum, quantò optimum:
,, ſed hoc erit alterius perſcrutationis magis
,, proprium.

Quò plerumque fit, vt Catonis fortu-
10 nam pauci aſſequentes, qui cùm ars nul-
la, neque priuatæ, neque publicæ rei ge-
rendæ ei defuerit; natum ad id vnum di-
ceres quodcumque ageret, *Liuius lib.* 39.
plurimi, vel ferè omnes, dùm alienas eru-
ditè non ſatis peragendo doctrinas, ſe Fa-
mæ putant fore vehendos ad arcem; ludi-
briorum ad ima ab omnibus exploduntur
inglorij. Ad rem idcircò erit illud Lucia-
ni *aduerſus indoctum* fortaſsè commentum:
quod Neanthus Pittaci Tyranni Mitylen-
ſium filius, Orphei ex Apollinis templo
clam ſublata lyra, aliam ſimilem ſubſti-
tuit, ſperans ob ipſam, ſe diuina quædam
carmina, quibus ſyluæ, atque feræ mul-
cerentur cantaturum: Verum cùm inter-

diù, ſe in Ciuitate parum tutum eſſe arbitraretur; noctu in ſuburbio citharam inconditè pulſans, canes exciuit, qui infęlicem citharędum diſcerpſerunt. Itaque Orpheum non modulis, ſed mortis genere imitatus eſt; niſi quòd is à mulieribus, hic verò à canibus laceratus eſt. Vtinam & illi mordaci detractorum non dilaniarentur dente, qui alias ab alijs, quas profitentur artes ineptè, imprudenterque do-
„ cent: cùm fieri non poſſit, vt qui multas
„ artes exercent, multa præclarè faciant, *Xenoph. de inſtit. Cyri. lib. 8.* Verùm enim verò, eſto perfectè, ſtrenuèque fecerint, quid ampliùs ipſorum doctrinis ornamenti, & decoris tandem aſciſcent, quam perforando aures, nares, ac labia, lapillos atque illis in locis, varijs infigendo diſtinctos coloribus, humanæ formæ Braſilienſes tribuerint venuſtatis? *Oſor. lib. 2. rerum Em.*

Ceù tabulam eleganter depictam, lite-
11 rarum quamlibet ſe habere facultatem, eſt qui ambigat nemo: nam quod de Pictura, & Poeſi, ſcitè dixerat Plato *lib. 10. de repub.* illam, ſcilicet, eſſe poeſim tacentem, hanc autem picturam loquentem, cuilibet doctrinarum generi appropriari non dedecet: etenim pictura, quæ exprimit planè repreſentat; Scientia verò omnis, quæ tradit vehementer imprimit. Illa oculos: hæc mentem paſcit, & recreat. Illa intuentes: hæc audientes mirificè oblectat. Fiet indè, quod ſicut picturæ addendo, vel adimendo quicquam, perit facilè ideatum: eodem exploratè modo, ſi extraneum tradendæ doctrinæ ſupererogetur, proprium autem denegetur; non eadem quidem, ſed
12 liquidò apparebit diuerſa. Mirandum illud Simulachrum Noctis, Bonarotij ſcalpro affabrè elaboratum, atque in D. Laurentij ſacratio Florentiæ magnificè erectum, rudi penicillo imitabatur quidam Iulianus ſatis iactabundus Pictor apud Vaſari *par. 3. de Vitis Pict.* qui ſculptæ Nocti adiunctam Bubonem inſufficiens ad diſtinguendum reputans ſignum: ita Aluconibus non tantùm, Noctuis, Nicticoracibus, Oditibus, ac Veſpertilioribus, verùm etiam candelabris, lucernis, lampadibus, laternis, ceruicalibus, puluinaribuſque à ſe deductam vlteriùs circundedit imaginem, vt non amplius Noctis, ſed propolarum officina, vel nundinarum atrium facilè crederetur. Inopinato itaque aſpectu Bonarrotius, qui aderat, ſummoperè delectatus, ſimplicitatem admirans vndecumque artificis; tanta delectatione illicò affectus fuit, vt niſi in ſolutos erupiſſet riſus, iam dilatata, oppreſſa corruiſſent præcordia. Deridentur idcirco, & meritò quidem ij vagi, inſtabileſque Doctores, qui latebras ſcientiarum omnium inutiliter perſcrutantes, vix tandem, quam cupiunt (infęlices) inueniunt doctrinam. Quamobrem ipſorum excogitatis commentis, literariam rem aut quatiunt, aut deformant. Proderit igitur eis, ſi inexpletè, illud Horatij poeticæ in principio adhæſerit memoriæ:

Sumite materiam veſtris, qui ſcribitis ęquam
Viribus: & verſate diù, quid ferre recuſent,
Quid valeant humeri. Cui lecta potenter erit res,
Nec facundia deſeret hunc, nec lucidus ordo.

C A P V T X.

De accidentali qualitate, ſeù præcipuis eius doctrinæ quam veri Doctores profiteri debent, requiſitis.

S V M M A R I V M.

1 *Scientiæ, quæ vt à Doctore procedit nuncupari ſolet doctrina, duo ſunt genera ſumma; ars ſcilicet, & diſciplina: ſicut & ignorantiæ, incapacitas, & error. Quæ etiam, ipſi ignorantiæ remedia ſint adhibenda, ex Platone aſſignantur.*

2 *De Diſciplina, Iuſtitiæ parte potentiali ſub humanitate comprehenſa, quatenus & Humanitas ſub amicitia reponitur, remiſſiuè.*

3 *Doctrina, quæ etiam poſitio dici ſolet; vt in diſcipulo recipitur ratio ſciendi, ſeù diſciplina ſolo accidente à doctrina diſtincta, ab omnibus nuncupatur.*

4 *Mens humana, quæ à Platone gratiarum ſedes, ac progenies quædam illius cauſæ, quæ omnium cauſa eſt, dicta fuit; non omnem indifferenter, vel impuram auet doctrinam, ſed tantùm dignam ſe.*

5 *Doctrinæ baſis, & fundamentum eſt veritas, quam in tradendis ſcientijs quilibet doctor, maximè curare debet, cùm falsò, & malignè docere decipere ſit; quarè in omnibus veritas ſpectanda eſt.*

6 *Veritas formalis, & tranſcendentalis quid ſint. Formalis ſemper immobilis eſt: idcircò à Iudæis, pedibus quadratis, & ſolidis ad differentiam mendacij, effigiata fuit.*

7 *Immutabilitas, ex incorruptibilitate; incorruptibilitas ex ſimplicitate, & ſimplicitas ex vniformitate naſcitur, quæ omnia veritati conueniunt, vt ex ipſius icone latè colligi poteſt.*

8 *Propter firmitatem, & conſtantiam, veteres Doctrinam per Cathedram exprimebant, quod per decretum Numæ Pompilij, & Marci Aurelij Antonini numiſma ſufficienter oſtenditur.*

Do-

9 *Doctrinarum ſaltem naturalium certitudo omnis, & inuariabilitas à principijs deſumitur, cum principium vniuſcuiuſque rei ſit potiſſima pars. Quare ille Doctor in nulla perſiſtet ſententia, qui per diuerſa principia vagatur.*

10 *Doctrina integra, & incorruptibilis, ſiue ſana debet eſſe, cùm ſanitas integritatem ſignificet; quæ vtique talis erit, ſi ex integris, ſaniſque pendeat principijs: nam error in principijs fit longè maior in progreſſu.*

11 *Graue malum, plerumque periculis committitur ſcandalum, dum non humana, & philoſophica, per ſacra, & theologica, ſed vice verſa; ſacra, & theologica, per humana, & philoſophica oſtenduntur principia, quod multorum, & præcipuè Origenis, ſuadetur erroribus.*

12 *Doctrina pariter integerrima, & nuda debet eſſe, non falſitatis, erroriſque lenocinijs ornata: quare Doctoribus ſub graui intimatur pæna, ne adulterinam diſcipulis tradant doctrinam, quod vtique Veteres libenter fecerunt; Neoterici verò ab hoc non parùm abhorrent.*

13 *Plus ſtudendum eſt proficere, quàm placere, cùm verboſi euitandi ſint commentarij: quare ſermo phaleratus, ſubaratæ monetæ comparatur, quæ ad ſpecimem ditat, re vera depauperat. Non idcircò verba, ſed magis ſenſus attendere æquum eſt.*

14 *Doctrina demum vniformis, & in ſe æqualis debet eſſe; & quomodò ei contingat talem ſeruare, vel amittere vniformitatem.*

15 *Quantùm à veritate aberrent, qui eam aliter philoſophicè, aliter mathematicè, aliterque theologicè inſinuant, cum veritas, alia philoſophica, alia mathematica, aliaque theologica non ſit; ſed vna, & ſimplex, in quacunque ſumatur facultate.*

SVbſtantiali ſcientiæ qualitate ſufficienter
expoſita, accidentalis opportunus erit
1 vtique locus, ſi doctrinæ perfectiones, im-
perfectioneſque aſſignentur aduentitiæ:
etenim, cui accidunt ſcientia, dum à Do-
ctore ſcatet, doctrina nuncupatur, *Heur. 1.
p. art. 1. q. 10. n. 12.* Doctrinarum autem,
duo eſſe genera ſumma, ſi ignorantiam,
cuius pharmacum doctrina eſt, geminam
eſſe conſideremus, *Plato in Sophiſta*: putæ
ſcilicet negationis, & prauæ diſpoſitionis:
vna ſcientia caret, altera erronea afficitur,
vt 1. met. text. 32. vberiùs docet Philoſo-
phus. Sicut idcirco erga corpus, his duo-
bus malis (inquit Plato) duæ quoque ar-
tes ſunt repertæ; aduerſus, ſcilicet defor-
mitatem Gymnaſtica, aduerſus morbum
Medicinæ peritia: ita geminis his animæ
defectibus, hæc ſunt adhibenda remedia,
nimirùm, priorem aduerſus ignorantiam,
artium doctrina; poſteriorem verò, diſci-
2 plina. Cum autem diſciplina, iuſtitiæ pars
ſit potentialis, ſub humanitate compræ-
henſa, & hæc ſub amicitia; in diſcipulo-
rum emendationem, caſtigationemque
ordinatur duntaxat ex amore, puroque af-
fectu, dum præceptores, quorum intereſt
,, eruditio iuxta illud *Matth. 24.* Fidelis ſer-
,, uus, & prudens, quem conſtituit Domi-
,, nus ſuper familiam ſuam, ſedulò tuean-
,, tur, *D. Thom. 2. 2. q. 80. art. 1. ad arg.* Cæ-
terùm, Diſciplinæ tractatus, cum alibi ex-
prodendus ſit; de artium doctrinis ad im-
buendos addiſcentium animos, quibus
cenſentur vacui, vtpotè neceſſarijs, omnis
in præſentia eſt adhibenda cura.
Id itaque huiuſmodi doctrina valet, quòd
Poſitio, *Clem. 1. §. porrò, de Summ. Trin.* eo
3 quod per Magiſtrum in diſcipulorum po-
natur, & condatur mente: idcirco, vt in
diſcipulo eſt, diſciplina etiam vocatur,
non quidem, vt humanitati ſubiecta cum
hæc moralis virtus præceptoris ſit; ſed vt
ſciendi ratio, accidentali ſolo diſcrimine
4 diſcrepans ab ipſa doctrina, *1. poſt. cap. 1. &
2. phyſ. cap. 3. tex. 19.* Mens autem humana,
cuius in gremio reclinatur doctrina, cùm
vtriuſque naturæ intellectualis, ſcilicet, &
,, corporeæ Confinium ſit, gratiarum ſedes,
,, ac progenies quædam (vt cum Platone
,, in Philebo, loquar) eius cauſæ, quæ cauſa
,, dicitur omnium; non communis cuiuſ-
cunque rei, vel impuræ, ſindonis ad inſtar
ſubmiſſæ de cælo, ac Beato Petro immun-
dum ſerpentium pabulum deferentis, *Act.
10*, ſed eorum duntaxat, quæ in difficulta-
tum oceano cynoſuras, in artium litore
pharos, atque in tenebris, ne ignorantiæ
impingamur ſyrtibus lumina ſe produnt,
decorum receptaculum ſemper eſt haben-
da. Quamobrem, ea mens noſtra maximè
fragare viderur videtur doctrina, quam ſe
minime reſpuat, vt indignam.
Ignorandum ideoque non eſt, doctrinæ
baſim, ac fulcimentum veritatem exiſte-
5 re *4. met. tex. 4.* quo remoto, ipſa quoque
facilè corruet; cùm enim doctrina eò col-
limetur, dirigaturque à Doctore, quo au-
ditorum mentes rectè informari queant;
conſentaneum quoque videtur, vt omni
fuco, ac falſitatis lenocinio defæcetur. Se-
cus nanque, non tam Doctor, quàm erit
ſeductor: non imbuet, ſed inficiet; non
informabit, ſed deformabit; non inſtituet,
ſed deſtruet: quoniam malignè docere,
decipere eſt, *l. rectiſſimè ff. de liberal. cauſ.*
Quocirca *Exod. 28.* diuina ſanciebatur le-
ge, vt Rationali iudicij, vnde Summus
oracula fundebat Sacerdos ſecundum *D.
Aug. q. 116.* hæc duo nomina, Vrim, &
,, Tummim, hoc eſt, doctrina, & veritas ſi-

mul

,, mul inſcriberentur: Veluti omnino infa-
,, me ſit (inquit Arnoldus *trac. de ſept. vlt.*
,, *verbis*, *tom. 1. Bibliot. PP. verbo 7.*) abuti
,, ratione, & corrumpere doctrinam, & cir-
,, cumuentionibus, vel technis opprimere
6 veritatem. Quia in omnibus veritas ſpe-
ctanda eſt *l. ſi fortè vxor. ff. de caſtrenſi pecu-
lio*. Veritas autem, quam formalem, vt ex
oppoſito à tranſcendentali differat, nomi-
narunt ſcholaſtici, in adæquatione intelle-
ctus ad rem, ad ſuam veluti regulam, men-
ſuram, & principium, proprium nanſciſci-
tur eſſe; quemadmodum de rebus cogni-
tis ab ipſomet intellectu ſpeculatiuo crea-
to, quæ intelligibiliter in eo exiſtunt tan-
quam cognitum in cognoſcente, planè
conſtat. Quare *cap. de ſubſtantia in categ.* aie-
,, bat Philoſophus: Ex eo, quod res eſt, vel
,, non eſt, oratio dicitur vera, vel falſa. Tul-
,, lius inde *2. de inuent. ſect. 82. n. 162.* Verita-
,, tem eſſe teſtatur, per quam immutata ea,
,, quæ ſunt, aut ante fuerunt, aut futura,
,, ſunt dicuntur. Si nanque hoc eſſe creditur
,, eò magis inuariata, immutataque veritas
,, ipſa erit: cum propter quod vnumquod-
,, que tale, & illud magis, *1. poſt. cap. 2.* Ete-
,, nim, mutationi obnoxia non eſt, ſed con-
,, ſtans, Tertull. *lib. de ſpectac. cap. 20.* Et quod
ſemper ſic ſe habere videtur, verum vide-
tur, *Ariſt. 2. rhet. ad Theodec. cap. 9.* Idcirco
ſenior gens hebræa apud Pereyr. *lib. 8. de re-
pub. lit. diſp. 5. qu. 1. nu. 1417.* ſuis characteri-
bus Mendacij pedes acuminatos effigiauit,
proindeque debiles; Veritatis autem qua-
7 dratos, atque adeo ſolidos, & conſtantes.
Quia verò rei immutabilitas, ſeu inuaria-
bilitas ex incorruptibilitate naſcitur (id
enim tantùm variatur, quod mutationi, &
corruptioni ſubeſt; cùm omnis variatio
mors, & corruptio ſit; ſicut omnis im-
mutabilitas, & æternitas vita eſt, *Henr. p. 2.
art. 31. q. 1. n. 8.*) incorruptibilis autem ex
ſimplicitate; ſimplicitas tandem ex vnita-
te, ſiue vniformitate, idem *Henr. p. 3. art. 28.
q. 1. n. 5.* hæc omnia ita veritati ſunt adne-
xa, vt vno, vel altero deficiente, & ipſa de-
ficere neceſſe ſit. Quod planè totum, veri-
tatis in Icone apud Cæſarem Ripam, *ico-
nol. p. 2.* adamuſſim exprimitur, dùm mun-
di globum, dextero calcare pede, ſolare
ſidus ſimili geſtare manu, nullo induta
operimento, & læua pingitur auream tra-
ctare libram. Res quidem humanas, non
ſolùm iactatione, ſiue oſtentatione; ſed &
ſimulatione, ac diſſimulatione, vt globis
tumentibus vehementer agitari conſtat, *Ec-
cleſ. 2.* Atque vtræque ſunt mendaces, illæ
augendo, hæ minuendo. De vtriſque im-
mobilis, inuariataque veritas triumphat,
ſtabili idcircò eas conculcat pede Sol, nul-
la afficitur contrarietate, vel qualitate alte-
ratur, *11. met. tex. 43.* quamobrem incor-
ruptibilitatis ſignum plerunque creditur,
Bern. de Buſtis ſerm. 5. de Concep. B. Virg. p. 3.
Quem veſtibus exuta item eleuat, & attol-
lit, vt firmam ſimul integritatem, ſimpli-
citatemque oſtentet. Trutina denique
aptatur eidem, vniformitatis, æqualita-
tiſque ſymbolum, *Bercor. reduct. moral. lib.
5. cap. 16.* cùm veritas ex dictis, intellectus
cum re vnitas, & ſumma adæquatio ſit.
Igitur, ſi artium, ſcientiarumque doctrina,
dignam receptaculo mentis, animæque
manſione tunc aſſequitur veritatem, dum
ab omni erroris, falſique deformitate, ve-
ritatis cohoneſtatur decore (quandoqui-
dem, ſcire rei veritatem, verè, & propriè
ſcire eſt, *Henr. p. 1. art. 1. q. 2. n. 15.*) operæ
pretium erit, vt & cum ipſa communes
ſortiatur affectiones: Nam cum veritas
ſcientiæ, conſequenterque doctrinæ per ſe
ſcopus, & obiectum ſit, *Henr. ibidem art. 7.
q. 2. n. 4.* eiuſdem profectò cenſebitur qua-
litatis: quoniam actus, & habitus, ſpeciem
recipiunt ab obiecto, & rationem, *D. Tho.
1. p. q. 50. art. 2.*

Verum enim verò, vt à ſoliditate ſuma-
8 mus exordium, Cathedræ, ſediſque hiero-
glyphico, haud perperam veteres explica-
bant Doctrinam: quandoquidem ſella,
cuiuslibet generis fuerit perennitatem, æter-
nitatem, & ſecuritatem apud romanam
portendebat gentem, *Pier. valer. Hierogl. lib.
41.* Idcirco, vt Ioui Flaminem perennem
Sacerdotem inſtitueret Numa Pompilius,
ei præter alia ornamenta, ſellam etiam de-
creuit. Et in quodam nummo, in quo
Romæ ſimulachrum eſt in ſede cum an-
cili hucuſque legitur: Romæ æternitas.
Sicut in Marci Aurelij Antonini Brit. nu-
miſmate, Dea ſedens inſpicitur, caput
manu ſuffulciens, dextera radium tenens;
quæ verò manus caput ſuſtentat, eadem
ſellæ innititur, cuius inſcriptio eſt: Secu-
ritati perpetuæ, *apud eundem Valerianum ibi-
dem*. Itaque leuis, valdèque erratica diſci-
plina nuncupabitur illa, quæ parum, aut
nihil firmitatis habet: Nam cui etiam pla-
cuit cæleſtis Præceptor doctrinam Moyſis
cathedram vocitare *Math. 23.* eiuſdem pa-
riter inuariabilitatem, ſtabilitatemque cu-
ſtodiens, vt omnia quæcumque Scribæ, &
Phariſæi in ea dixerint ſedentes ſeruarent,
,, & facerent, Diſcipulis imperauit; cùm non
,, venerit ſoluere legem, aut prophetas, ſed
9 adimplere, *Math. 5.* Quia verò omnis do-
ctrinarum certitudo, atque immutabilitas
(naturalium ſaltem) veritati, ac firmitati
primorum principiorum ſpeculabilium,
ex rebus creatis acceptorum innititur,
Henr. 1. p. art. 7. q. 2. n. 5. cum certiſſimæ
ſcientiarum maximè primorum ſint, 1.

n. tt.

met. cap. 2. Illa quippe ſcientia nequaquam ſtare poterit, cuius vacillare principia, & claudicare media cernuntur. Sicut enim in Mechanicis, vitiatis,infectiſque ſubſtentaculis, moles quibus fulciuntur egrè tolluntur ad ſumma: in doctrinis ità, niſi firma iaciantur principia, ea quæ habentur citò deprimuntur ad ima. Profectò, cùm principium vniuſcuiuſque rei ſit potiſſima pars *l. 1. ff. de origine iuris*; cuiuſmodi hæc fuerint, quicquid ſuperſtruetur, vel inchoabitur ſperandum eſt eiuſmodi fore. Ideoque vagabundus, & malè fundatus Doctor,in nulla perſiſtit ſententia,ſed arundinea quadam mobilitate, modò in hanc, modò in illam impellitur partem; & ſecum diſcors eidem aſſentiendo, & diſſentiendo; illud plerumque Lirici, 1. *carm. ode* 34. tenetur canere.

Inſanientis dum ſapientiæ
Conſultus erro: nunc retrorſum
Vela dare, atque iterare curſus
Cogor relictos———

Preceptoribus itaque huiuſmodi, eadem quilibet addiſcens, rependere valebit obſequia, quæ Diodoro Metellus, cui rhetorices fuerat inſtitutor, dum Coruum lapideum, eiuſdem iam defuncti impoſuerat ſepulchro; vbi Tullius apud Plutarchum *in roman. apophi.* lepidè ſatis ſic luſerat: Iuſtum (inquit) præmium retulit: nam volare ipſum docuit, non dicere. Metelli notans inconſtantiam, & leuitatem. Vt igitur ab hoc caueamus incommodo; Apoſtolus, *ad Epheſ.* 4. Vt iam non ſimus paruuli fluctuantes,& circumferamur omni vento doctrinæ, in nequitia hominum,in aſtutia ad circumuentionem erroris, cordatè monet.

Vera inſuper doctrina, non firma tantùm, & inconcuſſa; ſed integra, atque
10 incorruptibilis, ſicut & ipſa Veritas, neceſsè eſt, vt ſit; vndè ab Apoſtolo 1. *Timoth.* expreſſiori vocabulo Sana appellatur: etenim Sanum, illam non ſemper connotat ſanitatem, quæ ſecundùm Galenum *lib. 1. de ſanit. tuenda, cap. 1. & 4.* eſt calidi, frigidi, humidi, & ſicci Symmetria; ſed plerùmque integritatem deſignat; quo ſenſu, Tullius *Orat. 32. pro Sextio, ſect. 23. num.* 97. de Optimatibus dixerat. Quiqui integri ſunt, & ſani. Idcircò idem Apoſtolus,Adulterium,Mendacium, Periurium &c. Timotheo ſcribit loco citato, ſanæ aduerſari doctrinæ; Quia omnia illa vitia ſunt animæ penitus corruptæ, *D. Chryſoſt. ibidem ſerm.* 2. Erit igitur ſana vndecumque doctrina, atque integra, ſi infirmis, mutilibuſque non adhæſerit principiis: cùm paruus error in principijs fiat longè maior in progreſſu 1. *Cæli. cap. 5. text.* 33. & quælibet in ipſis parua mutatio, in reliquis magna fiat. 1. *de gener. animalium cap.* 2. Sunt autem ſcientiarum, doctrinarumque principia integra penituſque ſana, Quotieſcumque in regulis (inquit Henr. 1. *par. artic. 1. quæſt.* 1. *num.* 26.) ſiuè rationibus conſiſtunt æternis, incommutabilibus exiſtentibus in Deo, quatum participatione, per intellectualem cognitionem cognoſcitur quicquid ſyncerè veritatis in creaturis cognoſcitur: vt ſicut ſua entitate eſt cauſa omnium exiſtendi inquantum ſunt;ſic & ſua veritate eſt cauſa omnium cognoſcendi inquantum vera ſunt. Quod vtique de perenni hauſiſſe D. Auguſtini fonte 12. *de Trinitate cap.* 14. manifeſte fatetur. Quamobrem veræ omnes artes, atque integræ doctrinæ, ab omnium ſuprema reuelata Theologia regulari, ac certificari habent, *idem Gandau.* 1. *par. artic. 7. quæſt 6. num. 2. & quæſt. 9. num.* 9. Ideòque Apoſtolus, loco ſuperius adducto, Sanam vocat doctrinam, quæ ſecundùm Euangelium eſt: cùm omnis veritas Euangelio concordet, *Gloſſ. ibidem*. Mirum inde nullum, nullus
11 penitus ſtupor, ſi tot erroribus vndique ſcatent humanæ ſcientiæ, vt inſtar Noeticæ columbæ *Gen.* 8. pura, & ſyncera mens, ampliùs vbi quieſcat præ tabe, pedeſque ſuæ contemplationis confirmet, inuenire nequeat: Quandoquidem, quibus regulantur principia, deteriora in dies paulatim effecta, ad ſummam peruenerunt diſſimilitudinem, atque omninò ab imitando defecerunt exemplari. Proh ſcelus! vt infallibilem diuinamque normam reliquiſſe pleroſque tantùm non pudeat, quinetiam præpoſtera ratione ad trutinam variabilium, humanarumque rerum ipſam trahere nitantur: Putant enim futilem, ludicramque eſſe omnem Philoſophiam, ſi modico licet principio vix adhæreat theologico: adeout ſimplicium, & veluti piorum commentum longè abijciant, & illudant. Eam tamen ex animo amplectuntur, ſummiſque extollunt laudibus Theologiam, quæ Platoni, vel Stagiritæ ſummoperè conſentire videtur; quaſi hæreſum condimentarium Tertullianus *lib. de anima cap.* 23. Platonem non dixerit; & ſtruendi, & deſtruendi artifex verſipellis Ariſtoteles non ſit appellatus, *Themiſtius apud Poſſeuinum Bibliot. ſelect. lib. 12. tract. 3. cap.* 1. Quòd ſi vera quandoque philoſophi dixerunt (inquit *Auguſt. lib. 2. de Doctrina Chriſt.*) ab eis ſunt tanquàm ab iniuſtis poſſeſſoribus in vſum noſtrum vindicanda. Quid ergo

exe-

exectabiliùs, quàm caducis ſubdere im-
mortalia, & falſitati obligare veritatem,
cùm ordo in omnibus ſeruandus ſit, *Gloſſ.
ordo, l.ne quicquam, §.obſeruare, ff. de offic.
procon.& leg. l.generaliter. §.quis ergo.de fidei-
commiſſ.libert.& l.vltrà modum.C.quemadmo-
dum ciuilia munera indicuntur.* Hoc turpiter
,, exciderunt ordine quotquot doctrinam
,, Balaam, qui docebat mittere ſcandalum
,, coram filijs Iſrael, *Apocal.* 2. ſecuti ſunt;
,, quorum clades, miſerandaſque cataſtro-
phes ſi recenſitas haberem, incepto haud
parùm ab instituto reſilirem. Vnius ve-
rumtamen caſus deplorandus Origenis
fiat in poſterum eruditio multorum. Huic
quidem licet infantulo, diuina auſpican-
te gratia, tanta fuit præcocitas ingenij, vt
ipſum dormientem pius genitor pluri-
mum adiens, ac pectus intuens mirabun-
dus, quaſi Sancti Spiritus templum deo-
ſculabatur, ſeque, tali filio beatum iudi-
cabat, *Euſeb. lib.6. cap.3.* At ſane Nume-
nio Pythagorico, & Platoni nimium in-
dulgens, *Calius lib.30. cap.57.* hæreticus
potiùs, an obierit catholicus, adhuc hæ-
ſitatur apud Dionyſium Carth. *enarra. in
Joannem artic.3.* Vtinam & apud noſtrates,
Apoſtoli diuinatio 2. *Timoth.*4. conſum-
,, mationem non eſſet adepta, dum prædi-
,, xerat, quòd Erit tempus cum ſanam do-
,, ctrinam non ſubſtinebunt, ſed ad ſua de-
,, ſideria coaceruabunt ſibi Magiſtros pru-
,, rientes auribus, & à veritate quidem au-
,, ditum auertent, ad fabulas autem con-
,, uertentur: Cùm omne non ſanum illud
ſit, quod eſt contra præceptum legis, 17.
diſtinct.cap.concilia.

Hæc profectò euangelica regula, & lex
Domini eſt immaculata, teſtimonium
12 fidele, lucidumque præceptum, *Pſal.* 18.
,, quià Eloquia Domini, eloquia caſta, ar-
,, gentum igne examinatum, probatum
,, terræ purgatum ſeptuplum, *Pſal.*11. vbi
,, Nicephorus apud Barbarum *in cat. aurea
,, græc. ſuper Pſal.* Sicut argentum in terra
,, (inquit) hoc eſt in conflatorio, & ſæpè
,, fuſum, ab omni labe, & permiſtione
,, ſeiungitur: ita eloquia Dei nullum deci-
,, piunt. Quamobrem verus, & catholi-
cus Doctor, Chriſti Euangelio ſua con-
ferendo ſtudia, ab omni dolo, omnique
verſutia, vt ſe reddat immunem, ſimpli-
cem, nudam, puramque doctrinam am-
plecti, ſectari, & profiteri tenetur: Cùm
Doctoribus omninò prohibeatur ſub in-
terminatione pœnæ, adulterinam diſci-
pulis tradere doctrinam, §. *hac autem tria
ff.proœm.* Quocirca primi, qui foro lite-
rario, poſt ſuperiorum ſeculorum infan-
tiam, ſuam deſtinarunt doctrinam, cùm
eſſent authoritate graues, eruditione ce-
lebres, & ciuilium artium diſciplinis præ-
clariſſimè inſtructi; præcipua quadam
ſimplicitatis, ac puritatis maieſtate, emi-
nere viſi ſunt. At ſecus Neoterici, ac no-
uatores, quibus magis vanitas, quàm ve-
ritas arridet, docendi genus longè diſpar
conſectantur ornatum, ſubtile, clima-
tum, & venuſta periodorum concinnita-
te vndique ſectum, quod & ſi minus ha-
beat ſeueritatis, minus tamen putant ha-
bere ineptiarum; atque animos ità titil-
lat hoc nouitatis oblectamentum, vt la-
tiùs in perniciem ſimplicitatis, quàm par
eſt, ſui veneni ſuauitatem diffundat. Non
13 enim hoc veritatis, quam maximè ſecta-
tur doctrina, eſt cumulare prouentus
(quandoquidem ſtudendum plus eſt, ipſa,
proficere, quàm placere; cùm in omni re
verboſi commentarij ſint vitandi *l. 1. in
proœm. ff. de orig. iur.*) ſed potiùs afferre diſ-
pendium. Quamobrem, non ex eloquen-
tiæ floſculis, ſed veritatis fructibus, ſoli-
ditas omninò doctrinæ auſpicanda vide-
tur. Propterea, literaria quondam in
arena, cùm de Pauli, & Platonis præſtan-
tia, acriter dimicaturi duo deſcendiſſent
non ſatis verſati Athletæ, quorum Chri-
ſtianus alter, Paulum in docendo præ-
ſtantiorem eſſe Platone tuebatur ineptè,
quia dicebat eloquentiorem: Ethnicus
ſecùs, id totum conſtanter renuebat. Cùm-
que tali inopinato diſcrimini Chryſoſto-
mus fortuito intereſſet; hanc ſanè de puri-
tate, ac ſimplicitate doctrinæ, ſermoniſ-
que, ipſe retulit cenſuram *homil. 3. 1. Co-
,, rinth.*1. dicens: Siquidem quæ oportebat
,, chriſtianum dicere, ea gentilis afferebat;
,, & quæ gentilis partes erant, eas chriſtia-
,, nus adducebat in medium: Nam ſi Pla-
,, tone diſertior Paulus fuiſſet; multi non
,, immeritò aſſerere potuiſſent, non gratia
,, viciſſe Paulum, ſed facundia. Quas igi-
tur virtutes nutriet phaleratus ſermo ab-
ruptæ ſententiæ, & ſuſpicioſæ, in quibus
plùs intelligendum eſt, quàm audiendum?
Imitatur planè monetæ viciſſitudinem
ſermonis vſus (ait Plutarchus *de Pythia
oracul. propè fin.*) qui probatus eſt, ſi ſit vſi-
tatus & notus: at cultus, & nimis electus,
ſubærata moneta eſt, quæ ad ſpeciem di-
tat, ſed verè depauperat, cùm artificioſa
obſcuritate periodos quidem concinnet,
ſed ſenſus tegat, & confundat. Non enim
verba, ſed magis ſenſus attendere æquitas
eſt, *Gloſſ.marg.§.ſi quis.l.dedi tibi pecuniam.ff.
de cond. cauſa data, & gloſſ.ſequendum eſt.§.ſi
fundus. l.ſed celſus ff.de contrahen.empt.& ven-
ditio.*

Cùm denique immutabilitas, integritas,
& ſimplicitas, ab vna radice prodeant vni-
14 tatis; inuariabilis, ſana, & ſimplex Do-
cti-

Digitized by Google

ctrina, non niſi vna, æqualis, & vniformis in ſe eſſe quidem poterit; quandoquidem, vnus dici intelligendus eſt, qui nunquam à ſemetipſo alter efficitur, *Orig. Homil. vnica in lib. reg.* Dupliccm tamen *lib. 8. de republ. liter. quæſt. 2. num. 1428. Pereyra, ipſi præſcribit* vniformitatem; reſolutionum, ſcilicet, & ſtyli; cuius ego, ne plura recogitem, verba ſubijciam. „Vniformitatem reſolutionum habebit (inquit ipſe) quando fuerit ſtabilis, conſtans, ſibique ſemper in dicendo cohærens: ſecus, ſi in reſoluendo variauerit, ſtatuens pugnantia inter ſe, modo affirmans quod anteà negauerat, vel è contrà. Vniformitatem ſtyli habebit, quando ſeruauerit eumdem tractum, contextum, modumque proponendi, diſputandi, ac decidendi, ita vt ſemperque appareat ſui ſimilis, ſibique concors. Ab vniformitate ergo ſtyli abhorrebit, qui in eadem diſputatione partim breuis, partim longus, modò clarus, modò obſcurus, iam omninò certus, iam omninò perplexus reſoluerit: & quidem maiorem notam, ſcilicet notam temeritatis ſubibit, ſi Doctrinæ methodum, & ordinem non ſeruauerit; ſed primo loco, verbi gratia, quod ponendum erat, ſecundo poſuerit: Apud Canoniſtas, temerarius dicitur is, qui præpoſterat ordinem, & primo loco ponit id, quod debet poni ſecundo, *Can. ſi quis præpoſtera diſtinct. 30.* Hæc ille. Hoc tamen extremo piaculo,
15 conſuetam nituntur nonnulli expiare protectuiam: Non pauca, videlicet, philoſophicè, vel mathematicè aſtruendo verificari, quæ theologicè, vel iuridicè repugnant; ſicque varia reſolutione, varioque ſtylo, prout dictauerit ratio, eſſe iudicanda, vel proferenda. Falluntur tamen, nec ſuſpicatum effugiunt incommodum; ſicut huiuſmodi eos carpit argumentis Stephanus Patiſcorum Præſul. *1. par. tom. 4. Bib. P. P.* inquit enim: „Dum cupiunt vitare Scyllam incidunt in Caribdim: dicunt enim ea eſſe nota, & vera ſecundum Philoſophiam, ſed non ſecundùm, Fidem catholicam; quaſi ſint duæ veritates contrariæ, & quaſi contra veritatem Sacræ Scripturæ ſit veritas in dictis gentilium damnatorum, de quibus ſcriptum eſt: Perdam ſapientiam ſapientum, quia vera ſapientia perdet falſam ſapientiam. Vtinam tales attenderent dictum Sapientis, ſeu conſilium dicentis: Si tibi eſt intellectus, reſponde proximo tuo: ſin autem, ſit manus tua ſuper os tuum, ne capiaris in verbo indiſciplinato, & confundaris.

CAPVT XI.

Doctrinam tradere nouam, Doctoribus non inhibetur, dummodò ſtabili, integræ, ſimplici, & vniformi veterum Doctrinæ non aduerſetur.

SVMMARIVM.

1 *Multum debet Poſteritas ſuis Maioribus, qui adeò diſciplinarum flexuoſam direxerunt viam, vt in eoſdem, vel fortè deteriores, in quos gentiles Philoſophi plerumque prolapſi ſunt errores, ampliùs incidere nequeant.*

2 *Antiquorum nonnulli ex grauioribus recitantur errores, qui dum nihil certi in ſuis dogmatibus poſſiderent, ità per varia, diuerſaque vagarunt placita, vt de illis præcipuè illud habeatur ſcriptum, nimirum, quòd Deus mundum tradidit diſputationi eorum.*

3 *Catholicæ Doctores Eccleſiæ, orthodoxique Patres, facillimam, tractabilemque omnium ſcientiarum reddiderunt facultatem, quæ anteà difficillima, aſperaque cunctis videbatur. Quare maximoperè diligendi imitandique ſunt.*

4 *Veterum lucubrationes viri ſapientes præ manibus ſemper habebant, plurimumque in eis delectabantur, & vt tantis dignas doctoribus, ſummis laudibus extulerunt.*

5 *Antiquorum tamen veſtigia non ita ſequenda ſunt, vt ipſa neque vngue tranare liceat; cùm veritas, & eruditio, non ad temporis, ſed ad rationis trutinam examinandæ ſint: eſto plurimi, vel ob ingenij tenuitatem, vel ignauiæ torporem, antiquis nihil addendum putent.*

6 *Turpe valde eſt, ſemper ex commentario ſapere: nam omnibus veritas patet, nec adeò tota occupata eſt, vt multum ex illa cæteris non ſit relictum; dum pluuiæ ad inſtar, ſua notitia ſuccedentibus guttis, modò huius, modò illius vberrimè aſpergat ingenia.*

7 *Meminiſſe tamen ſemper oportet eorum per quos ad nos peruenerunt ſcientiæ, quibus tot plauſerunt ſecula; nec ſuperbiendum eſt, ſi aliqua de noſtro addantur. Iuuentis autem addere nemini prohibetur, dummodò ſanæ, ſtabilique veterum non aduerſetur doctrinæ.*

8 *Illa verò prorſus abolenda eſt Nouatorum temeritas, quæ à recta deflectit Sacrarum Scripturarum via, vtpote Deo valde odibilis, cùm vtilitatis nihil, iacturæ verò, & exitij non parum habeat.*

9 *Hæreticorum, Schiſmaticorumque, quædam*

Digitized by Google

varia recenſentur exitia, qui ambientes ſanæ aduerſari doctrinæ, horridas experti ſunt clades.

10 *Optima quæque doctrina fiet, ſi vel antiqua per nouam exornetur, vel noua per antiquam roboretur, cùm in reſoluendis difficultatibus, antiquæ regulæ ſint petendæ, ex quibus ad nouas fiat inde deſcenſus.*

GRatiarum plurimum Maioribus debet
cuncta poſteritas, dum ſanæ eruditio-
1 nis ex inopia, qua miſeranda ipſorum la-
borabat tempeſtas, tam vberem, ingen-
temque collegerint, nobiſque abundè
copiam demandarint. Diſciplinarum qui-
dem ſemita non ita libero tunc calcabatur
greſſu, vt errorum flexibus, & ignoran-
tiæ ſcopulis haud parùm non implicare-
tur, vel diſcriminibus ſaltem pleriſque
non redderetur prærupta. Quandoqui-
dem, non leuibus eorum obligabatur er-
2 roribus, qui cum Talete, aut Heraclito,
omnium originem ignem eſſe, aut dice-
bant aquam: cum Pythagora, & Archi-
ta cauſam ponebant in numeris: cum
Platone animam diuidebant, incorpora-
leſque conſtituebant formas: cum Ariſto-
tele quintum elementum, principalibus
applicabant cauſis: cum Epicuro, Demo-
crito, & Metrodoro, indiuiduis corpori-
bus aſtruebant, & deſtruebant mundos:
cum Arceſilao, & Carneide nihil ab ho-
mine comprehendi, atque omnia cæcis
obſcuritatibus autumabant eſſe inuolu-
ta: & cum innumeris alijs apud Arno-
bium *lib. 2. aduerſus gent. tom. 15. Bibliot. P. P.*
vanas, & aniles ſcrutati ſunt ineptias.
Nec item aliorum minus obſidebatur
ignorantia, dùm Dicæarchi, & Protago-
ræ adhærentes ſententiæ, de Deo an ſit,
nec ne (modo ferueat Olla) vt *3. de eloquen-
tia cap. 5. teſtatur Cauſſi.* inquirendum non
eſſe ignominioſè, turpiterque putabant.
„ Adeòque tandem, tam varijs interclu-
„ debatur opinantium difficultatibus, vt vi-
„ deretur Deus, mundum præcipuè tradi-
„ diſſe diſputationi eorum, *Eccleſ. 3.* Ipſam
tamen Diſciplinarum ſemitam, arte, in-
3 genio, iteratiſque lucubrationibus, ita
rectam, præ cæteris, facilem ſtrauerunt,
& planam Clemens, Gregorius, Baſilius,
Chryſoſtomus, Auguſtinus, Hieronymus,
& quot quot chriſtianæ pietatis gradibus
ad id doctrinæ, & eruditionis venerunt,
quod ſuperiora non viderunt ſecula, po-
ſteriora admirari magis, quàm imitari
poſſunt; vt celeri, & inoffenſo curſu om-
„ nes inuadere queant, quin potius allician-
„ tur blandè, *Iſaiæ 6.* dum legitur: Inter-
„ rogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via
„ bona, & ambulate in ea. Illi nanque
cùm eſſent, & ſanctiori doctrina exculti,
& Sacrorum Librorum aſſidua lectione
conditi, plures habuerunt, & fortè nunc
habent imitatores, qui ſe veluti ad vnius
Principis exemplar, quantum maximè
poſſunt nituntur effingere: etenim maio-
rum præcepta, antiquorumque mores ſer-
uandi ſunt, *ff. de iuriſdict. omnium iudic. l. mo-
re Gloſſ. more, & C. de teſtamentis l. teſtamenta
omnia.* Vnde *Prouerb. 22.* planè dicitur:
„ Ne tranſgrediaris terminos antiquos; cùm
„ In antiquis ſit ſapientia, & in multo tem-
„ pore prudentia, *Iob. 12.*
Cæterùm, quantùm honoris, venera-
tioniſque apud ſapientes habiti ſint præ-
4 tereundum nequaquam eſt: Quandoqui-
dem Sanctus Hieronymus *ad Latam de in-
ſtitut. filiæ*, inquit; Cypriani opuſcula ſem-
„ per in manu teneat: Athanaſij epiſtolas,
„ & Hilarij libros, inoffenſo decurrat pe-
„ de; illorum tractatibus, illorum delecte-
„ tur ingenijs, in quorum libris pietas fidei
„ non vacillet. Diuus verò Cyprianus in
Tertulliani lectione tam fuit aſſiduus, vt
nullum diem abſque eius lectione præ-
termitteret; & notario Paulo ſæpè dice-
ret: Da Magiſtrum, Tertullianum ſcili-
cet, *Hieron. catal. viror. illuſtr.* Iulianus Car-
dinalis S. Angeli, qui Baſileienſi Conci-
lio præfuit, libros veterum cùm in Bi-
bliotheca lectitaret, acceſſit quidam qui
diceret: Quid tu hìc inter mortuos lati-
tas? ad nos tandem, qui viuimus exi. Ei
Iulianus: immo (inquit) ij fama viuunt;
tu neque nomine, neque re viuis, *Æneas
Sylu. lib. 3. comm. Alphonſi.* Item, idem Æ-
neas, qui poſtea Summus Pontifex, Pius
Secundus nuncupatus fuit: veterum li-
bros pluſquam ſapphiros, & ſmaragdos
charos habuit, quibus chryſolitorum ma-
gnam ineſſe copiam aſſerebat, *Platina in
eius vita.* Tandem, cæteris miſſis, vt an-
„ tiquiora adeamus ſecula: Eſſeni Iudæi,
„ ſummum ſtudium veterum ſcriptis adhi-
„ bebant, ea maximè inde, quæ animæ, &
„ corpori expediebant eligentes: Hinc illis
„ morborum remedia, ſtirpes Medicæ,
„ quamque vim propriam ſinguli lapides
„ habeant, rimantibus, conquirebantur,
„ *Ioſeph. lib. 2. belli iud.* Homines quippe
„ erant Magni virtute, & prudentia ſua
„ præditi, nunciantes in prophetis digni-
„ tatem prophetarum, & imperantes in præ-
„ ſenti populo, & virtute prudentiæ, po-
„ pulis ſanctiſſima verba. In peritia ſua re-
„ quirentes modos Muſicos, & narrantes
„ carmina Scripturarum, *Eccleſ. 44.* Idcir-
cò ſummis laudibus extollenda, digniſ-
que obſequiis inceſſanter veneranda anti-
quitas eſt. *ibidem*; & *cap. quanto vbi Gloſſ.*

de

de tranſlat. Epiſcop. & cap. conqueſtus, vbi
Gloſſ.9.quæſt.3.

Hoc tamen, non ea religione, obſeruan-
tiaque tanta exhibendum putatur, vt di-
5 ſcedere ad vnguem minimè liceat, quaſi
veteres, omnes ſcientiarum latices exhau-
ſiſſe credantur: Fluunt nanque impetuo-
ſæ vndæ de Libano, nec vnius poſſunt,
quantùmuis magna putei profunditate
concludi, *Adrichom. in deſcript. Terræ San-*
ctæ ex Cantic. 4. vbi per Fontem, & pu-
teum, plurimi Patres apud Cornel. à La-
pide, *in Cant. cap. 4. verſ. 15. ſenſ. 1.* Sacrarum
Scripturarum intelligunt ſcientiam, quæ
ſic aquam generat ſapientiæ, vt & potan-
tes ſemper reficiat, & tamen manare non
deſiſtat. Veritas enim, & eruditio, non
ad temporis, ſed ad rationis æquam tru-
tinam examinandæ ſunt, cùm nunquam
Veritas moleſta ſit, quæ probata eſt,
Caſſiod. 3. variar. 17. Præceſſerunt quidem
celebres ingenio, ac doctrina viri, qui in-
ter exempla poſiti ſunt, Seculo ſuo noui,
noſtro antiqui; conandum nobis idcircò
eſt, quo tempore ſequimur, eruditione
antecellere, ne ſint ad inertiam patroni,
ſed ad laborem ſtimuli. Quamobrem,
1. *Corinth.* 12. dicitur: Æmulamini cha-
riſmata meliora, & adhuc excellentiorem
viam vobis demonſtro. Vbi Chryſo-
ſtomus *Homil.* 32. Sedulitatem (inquit)
deſiderat maiorem. Veruntamen, quia
plurimi, vel ingenij tenuitate, aut igna-
uiæ torpore, nihil antiquis addere potue-
runt, ſequendos adamuſſim clamant, &
inertiam ſuam honeſto nomine colorant,
quaſi magnum antiquis præſtent obſe-
quium, ſi deſides ignauique, in antiquo-
rum aris, ſuam obtulerint negligentiam.
Hùc perbellè ſpectat non tam blanda,
quàm acris Valerij Martialis querela *lib. 5.*
epig. 9. ad Regul. licet non inertiæ, ſed
criticorum inuidiæ, ipſam tribuat cen-
ſuram.

Eſſe quid hoc dicam, viuis quod fama ne-
gatur?
Et ſua quod rarus tempora lector amat?
Hi ſunt inuidiæ nimirum Regule, mores:
Præferat antiquos ſemper vt illa nouis.
Si veterem ingrati Pompeij quærimus vm-
bram,
Et laudant Catuli vilia templa ſenes:
Ennius eſt lectus, ſaluo tibi Roma Marone:
Et ſua riſerunt ſecula Mæonidem.
Rara coronato plauſere Theatra Menandro:
Norat Naſonem ſola Corynna ſuum.

Qua de re, hac inter cæteros apud Cauſſ.
3. de eloqu. 11. Lucium Apuleium aliqui
6 mulctarunt nota, dum ex Luciano ferè
omnia tam accurate, fideliterque deſcrip-
ſerit, vt ſolo Luciani fabularum pabulo,
ſuum aureum vndecunque cenſetur refer-
ſiſſe Aſellum. Pulchrè Seneca ad rem no-
ſtram ſcribit *epiſt. 33.* Qui alium ſequitur
nihil inuenit, imo nec quærit. Quid er-
go? Non ibo per priorum veſtigia? Ego
verò viar via veteri, ſed ſi propiorem,
planioremque inuenero, hanc muniam.
Qui ante nos iſta nouerunt, non domini
noſtri, ſed duces ſunt. Patet omnibus
veritas: non dum eſt occupata: multum
ex illa etiam futuris relictum eſt. Turpè
quidem, ſemper ex commentario ſapere:
vtrunque enim de prudentia venit, & an-
tiqua doceri, & nouis radiare. Pluuie,
guttis non immeritò D. Iſid. *lib. de Mundo*
cap. 33. comparauit doctrinam: ſicut nan-
que illis ſenſim cadentibus, non ita terra
madet prioribus, quin ſuccedentibus no-
uis, amplius fæcundari valeat: Doctrina
pariter non ità diffunditur tota, vt tem-
poris progreſſu ad imbuendos auditorum
animos magis, magiſque extendi, ac dila-
tari prohibeatur. De ſuperna, & reuelata
doctrina (quod de cæteris quoque inferio-
ribus conuenientius ſentire tenemur) id
manifeſtè protulit Henr. *part. 3. art. 60. q. 3.*
num. 31. dum aſſerit: vſque in finem mun-
di ſemper magis, ac magis declarabitur, &
cognoſcetur doctrina veritatis. Et ne mo-
dica licet in hoc præbeatur ratio hæſitan-
di; Magni authoritate Gregorij *lib. 27. mo-*
ral. ſuper illud Iob. 36. Auſert ſtellas pluuiæ
(vt ex græco colligit) & effundit imbres
ad inſtar gurgitis: prolatum ſolidauit,
confirmauitque. Hæc itaque Gregorius:
An non Moyſes aſtrum pluuię extitit? An
non Iſaias? An non Hieremias, & prophe-
tæ cæteri aſtra pluuiæ fuerunt? Qui in præ-
dicationis culmine erecti, quaſi verborum
guttis obcæcationis humanæ puluerem,
rigando, preſſerunt? Cum Prophetas ab-
ſtulit, eorum vice, Dominus Apoſtolos
miſit, qui in ſimilitudinem gurgitum
pluerent, poſtquam ſubductis antiquis pa-
tribus, exteriora legis prædicamenta ta-
cuiſſent &c. Quia dum prædicatores legis
ad ſecreta intima retulit, per dicta ſequen-
tium, vberior vis prædicationis emanauit
&c. Reductis etiam ad ſuperna Apoſtolis
per expoſitorũ ſequentium linguas fluen-
ta diuinæ ſcientię diù abſcondita, largiori
effuſione patefecit. Nam quod illi ſub
breuitate locuti ſunt, hoc exponendo iſti
multipliciter auxerunt &c. Quia dum
multorum præcedentium dicta colligunt,
ipſi in eo quod aſtruunt, profundius præ-
dicatio dilatatur. Nam dum teſtimonia,
teſtimonijs iungunt, quaſi ex guttis gur-
gitem faciunt &c. Pluuiales Hyades exti-
terunt profectò Panthænius, Libanius,
Arnobius, Donatus, Manlius, Albertus,

Digitized by Google

Varro, & quot, quot vetera vnquam re-
cenſuerunt ſecula; quippe qui omnium
limpidiſsimis doctrinarum ſtillicidijs, fæ-
licia fæcundarunt ingenia Clementis, Ba-
ſilij, Lactantij, Hieronymi, Auguſtini,
Thomæ, Henrici, Scoti, aliorumque per-
plurium apud Scriptores, qui bonarum
cunctarum artium copioſi imbres, altique
gurgites, vehementiori ſtudio, acriorique
ingenio deinceps euenerunt.

Veruntamen, hoc à me non ità dictum
7 velim, vt omnes continuò veteres autho-
res repudiandos putem, quaſi id, quod
ſcripſerint magno labore multorum an-
norum circulo, ingentique elaborauerint
ſtudio, nihil poſteris profuturum affirmē,
cum æternitati vtiliter ſcripſerint, atque
ità maioris tumoris occaſio recentiorum
nimię exhibeatur procacitati; nequaquam
ſanè: quinimo cum eodem Pontifice, ibi-
dem, ſentio; vt ſe Apoſtolis, expoſitores
„ in ſcientia minimè præſerant, cum expo-
„ nendo latius loquuntur. Meminiſſe quip-
„ pe (inquit ipſe) inceſſanter debent per
„ quos eiuſdem ſcientiæ inuentiones acce-
„ perunt. Quia ſi ex Sanctis Apoſtolis vis
„ intelligentiæ non inciperet; nequaquam
„ per ora doctorum largior manaret. Adu-
letur propterea ſibi quiſque recentiorum
hominum quantum valet, & nouos inge-
nij ſui fætus, vt partus ſimiæ ſolent, de-
miretur; nunquam tamen hoc aſſequetur,
vt antiquos illos, quibus coronatis tot ſæ-
cula plauſerunt, de gloriæ hereditate di-
moueat: nam qui ex veterum mente lo-
quitur plus habet modeſtię, quàm qui ſui
ingenij inuenta Auditoribus venditat.
Audax tamen, & acre quorundam inge-
nium, nullis clauſtris arctandum eſt, dum-
modò ſanam antiquorum ſectando do-
ctrinam, fidei, ac rationis non excurrat
terminos, neque prudentiæ metas auda-
cter rumpat, aut fidei carceres impuden-
ter tranſgrediatur. Omnia quidem noua
placent. *Auth. de conſul. §. quantacunque in
fin.* Et per pulchritudinem ſunt decorata,
nullo inutili, nullo deſueto in his penitus
inueniendo *ff. proam. §. ſecundo autem anno
in fin.*

Hinc eliminandam, prorſuſque abolen-
8 dam nouitatem fore, vel vtilitatis nihil,
iacturæ quidem habentem plurimum, vel
à recta flectentem via, ex oppoſito licebit
inferre: cum nullo decore, pulchritudine
nulla videatur ornata. Quamobrem Ti-
motheum, ab eius Paulus deterret gym-
naſio, Epiſ. 1. cap. 6. hortaturque ad anti-
„ quitatis palæſtram; dicens: Depoſitum cu-
„ ſtodi, deuitans profanas vocum nouitates.
„ Hebræoſque item commonet. 13. vt Do-
„ ctrinis varijs, & peregrinis nolint abduci.
Hæc profectò nouitas, mater temeritatis,
ſoror ſuperſtitionis, & filia leuitatis, *epiſt.*
174. à Diuo nuncupatur Bernardo. Idcir-
cò audax, & impudens; cum audacia, im-
pudentia, atque temeritas, ſaltem in malo,
coeant in idem, *4. diſt. 6. dec. cap. 2. de cenſi.*
atque ità Deo ipſi ſummoperè inuiſa, vt
Strom. 5, ex Sacris ægyptiorum paginis,
ſymbolicè teſtatur Alexandrinus; Porrò
Dioſpolei, quæ eſt vrbs Ægypti, in ęde
ſacra, quæ vocabatur Pylon expreſſus fue-
rat vna cum ſene, accipitre, piſce, & cro-
codilo, puellus: hic generationis, ſenex
interitus, accipiter Dei, odij piſcis, & im-
pudentiæ crocodilus ſignum portendens:
quæ omnia ſimul poſita, hoc ingenioſè
„ ſignificabant; nimirum: O qui naſcimini,
„ & interitis; Deus odio impudentiam ha-
9 bet. Idcirco tales in impudentes, petulan-
teſque nouatores, odium plerumque, di-
uinamque ſæuitiam irruiſſe, cum ex ſacris,
tum ex profanis manifeſtè habetur lite-
ris; nam 1. *Mach.* 1. vix huiuſmodi nouita-
ti, patefacta ſecundùm nationum leges,
Ieroſolymis ſchola, illicò crudelis appulit
„ Antiochus in multitudine graui, qui per-
„ cuſſit ciuitatem plaga magna, & perdidit
„ populum multum ex Iſrael, & accepit
„ ſpolia ciuitatis, & ſuccendit eam igni, &
„ deſtruxit Domos eius, & muros eius in
„ circuitu, & captiuas duxerunt mulieres,
„ & natos, & pecora poſſiderunt. Simon
Magus, cum populo perſuadere conaretur
ſe Dei amicum, & ad eum corporaliter
poſſe deuenire, vt qui volandi artem, & ſe
per aera librandi ſcientiam aſſecutus fuiſ-
ſet, atque repentè per Dęmones eleuatus
in aere luderet omnibus qui aderant ob-
ſtupeſcentibus, & Simonem Dei amicum
deprecantibus: oratione Sancti Petri deci-
dit, fractiſque cruribus, mox ignominioſa
morte, vitam finiuit, *Egeſipp. lib. 3. excid.
ieroſol. cap. 2.* Manichæus, viuus à Rege
Perſarum excoriatus interiit, *Epiphanius
hære.* 66. Montanus, Theodorus, eorum-
que Propheтiſſæ, laqueis ſe necarunt, *Eu-
ſeb. lib. 5. Hiſt. cap.* 16. Arius ſimul cum
excrementis, inteſtina, animamque effu-
dit, *Athan. orat. 3. contra Arianos.* Heraclius
Imperator, eo quod Monothelitarum
doctrinam in Eccleſiam Dei primus inue-
xerit, horrendam ſenſit pœnam, quæ in
hodiernum vſque diem, totum terrarum
infeſtat orbem: excitauit enim is, ſua teme-
ritate Arabum, Saracenorumque impe-
tus, qui & religionem, & imperium mi-
ſerè dilacerarunt, *Paul. Diac. Hiſt. lib.* 18.
Item Ioannes Caluinus, pediculari mor-
bo, miſerum emiſit ſpiritum, *Bolſecus in
eius vita cap.* 22. Tandem, innumeris omiſ-
ſis alijs: Martinus Lutherus, cum veſpere
lautè

Digitized by Google

lautè cænaſſet, ac lætus ſomno ſe dediſſet, in nocte ſuffocatus interijt, ſeù potiùs, laqueo necem ſibimet ipſi intulit, *Tho. Bozius de ſignis Eccleſ. lib.23. ſigno 96. cap.3.* Propterea impudentes has nouitates fore euitandas, expreſsè etiam habetur *in gloſs. fin. ad cap. 3. de regular.* Et quod reprehendendi ſunt eas inducentes tenet *gloſſ. fin. ad cap. cum conſuetudinis, de conſuet.* Cum pacem ac vnitatem ſcindant, & diſcordiæ aditum prębeant, *Extra. inter cunctas in princ. de priuileg. inter communes.*

Optima ergo doctrina fiet, ſi vel anti-
10 qua per nouam exornetur, vel noua per antiquam roboretur. In quo quidem rectè præcipere, mihi videntur, qui rerum fundamenta, quo tota operis ſubſtructio fæliciter aſſurgit, per ſolidum ſubdere decreuerunt; Sicut enim in extruendis ædificijs, eò ſecutius attolluntur moles, quò firmius fuerint ſolidatæ: ità ſanè doctrinarum recentia ſtabilientur inuenta, quò magis veterum inconcuſſis adhærebunt ſententijs. Quod maximè ijs cohæret, quæ *cap. 1. de clericis peregr.* habentur: nimirum, In deciſionibus, antiquas regulas eſſe petendas, ex quibus ad nouas fiat inde
„ deſcenſus. Sic enim docendo quiſque,
„ juxta illud *Matth. 13.* profert de theſauro
„ ſuo, noua & vetera. Noua quidem ad
„ decorem, at vetera ad examen, docente
„ Tertulliano, *contrà Marcio. cap. 13.* quòd
„ res chriſtiana, ſancta antiquitate ſtat; nec
„ ruinoſa rectiùs reparabitur, quàm ſi ad
„ originem cenſeatur. Optimè quidem

cadit ad rem *Emblema* 25. apud Cauſſ. *polyſt. ſymbol. lib.* 10. Nam herba quædam eſt in Pactolo creſcens, Chryſopole vulgo nuncupata, cuius examine, vicinarum vrbium incolæ, purum aurum ab adulterino diſcernunt. Nam ipſo tempore, quo id conſlant, hanc herbam admouere ſolent; cuius folia, ſi adulteratum non ſit aurum, inaurantur: quòd ſi corruptum ſit, intingi ſe non patiuntur. Ita ſanè veterum doctrina, ſi recentiorum aureis inuentis patiatur imbracteari, nequaquam nouitas abijcienda cenſetur: ſin autem, tanquam adulterina, ſibilis eſt explodenda: nam rarò benè loquitur, qui contra omnes loquitur, *Bald. conſ. 112. lib. 2.*

CAPVT XII.

In doctrinis tradendis, magis expedit Doctoribus, alicui determinatæ, ac famoſæ inhærere ſententiæ, ſeu (vt aiunt) iurare in verba Magiſtri, quàm liberè opinando vagari.

SVMMARIVM.

1 *Tam effrenis ſciendi cupiditas mortalibus inſita eſt, vt lubrica ipſorum mens, rerum nouitate diſtracta, plerunque, quod in opinione eſt, pro vero omninò recipiat.*

2 *Cùm opinio res incerta ſit; non tam falluntur, qui per diuerſas vagantur ſententias, quàm ſecum cæteros in idem trahant exitium. Quare, vir probus, & ſapiens ſententiam ſuam acriter examinare tenetur; & ne offendat in aliquo, alieno ductu, magis illi expedit progredi, quàm nouas explorando vias, turpiter cadere.*

3 *Materiali, ſimilis eſt rationis enauigatio; idcircò, ſicut illa, vt proſperè fiat luminibus, ſyderibuſque indiget: ita hæc, vt falſitatis ſyrtes, ſcopuloſque euitare, atque veritatis iter, tutum peragere queat; Doctoribus, & Magiſtris, qui ſana iubare effulgeant doctrina, minimè carere debet.*

4 *Eorum, quæ delectant imitatione maximè gaudemus, vnde Plato Socratem, Herodotus, & Tucydides Homerum, Tullius Demoſthenem, & Hortenſium, atque alios alij, in qualibet facultate non pauci imitati ſunt: nam quærenda ſunt in alijs, quæ nobis deſunt, quod vtique, ipſorum regulis, ac præceptis facilè aſſequimur.*

5 *Arbor quædam indica, fabuloſa profectò, affabrè deſcribitur, quæ ex ſe vna, cuncta tamen hominibus neceſſaria ad nauigandum præbet, cuius ad inſtar, nullus hominum in diſciplinis ſe habet: cum nullus omnibus ingenij, naturæque dotibus ità opulentus exiſtat, vt nihil illi deſit.*

6 *Illa vtique ſchola, illud plerunque fluctuabit ingenium, quod famoſa alicuius ſapientis non dirigitur doctrina. Quo periculo prudentiores effecti noſtri maiores, in verba iurare Magiſtri, minimè ſunt veriti.*

7 *Regularium etiam ſtudia, ſuum in re literaria, elegerunt Anteſignanum, cuius pro viribus tenentur doctrinam ſectari; quod latè oſtenditur, ipſorum præcipuis legibus, & inſtitutis.*

8 *Non tamen ità ſtrictè, maiorum præceptis, placitiſque alliganda ſunt literatorum ingenia, vt dum ſibi, genioque vacant, ſcholaſticorum ad exercitia, noua nequeant excogitare inuenta: contrarium enim innumeris poſſet probari exemplis.*

9 *Studioſorum hominum ſectando veſtigia, artes firmantur, & in tradendis doctrinis, tutiori gradimur via: cùm à vulgata recedere opinione difficillimum ſemper, valdèque periculoſum arbitretur eſſe.*

Ex

10 *Ex diſputatione, ſicut veritas ſummopere clarei, & patet: ita non parum ex altercatione obſcuratur, & latet.*

TAm altè inſita mortalibus eſt à natura ſciendi cupiditas, tam effrenatè in no-
1 uitatem ferimur ſpecie cognoſcendi, 1. *Met. cap.*1. vt intolerabilis opinionis errore veritatem, ipſa vix intelligentia perceptibilem, ac ſemper lubricam, manibus tenere nos, arctéque conſtringere plerunque ſomniamus: quandoquidem pro vero, quod eſt in opinione non raro ponitur, *Gloſs. admittatur*, §. *ſi pater l.*3. *ff. de bon.*
2 *poſs. contra tabulas*. Fallimur idcircò quàm ſæpiſſimè, cum infirma ſemper, atque incerta opinio ſit, 1. *poſt cap.*26. *Tex.*44. & quod deterius eſt, cauſam exhibemus quibus vis errandi, quos cæcus curioſitatis impulſus ad nos ſequendum coegerit. Nemo ità cadit (aiebat Seneca *de vita beata cap.*1.) vt non alium in ſe attrahat: primi, exitio ſequentibus ſunt. Nemo ſibi tantum errat, ſed alieni erroris cauſa, & actor eſt. Cæterùm, cum

Ex vitio alterius ſapiens emendet ſuum, vt Publius mimus, *Fragm. veter. poet. latin. de pruden. & ſagagit. in reb. agend.* non inconcinnè cecinit: Vir probus, & ſapiens, ſententiam ſuam ſeucrioris examinis cenſura, ad amuſſim explorare tenetur, & errata ſi inueniat ſedulò liturare. Vtilis nanque experientia eſt, quæ non proprijs, ſed alienis detrimentis eſt nata: Scopulus quidem inoffensè vitatur, quando alter offendiſſe dignoſcitur: vnde mari temerè rates committitur, vbi inſidiantibus alia ſcopulis impegiſſe videtur. Graue enim eſt ſapienti offendere, vbi alterum repetit incidiſſe *Caſſiod.*8. *varior.*20. Verum enim verò, aſtrorum lumine, optimè vitantur ſcopuli; & via, inuio itinere tenetur certa, non de greſſu, ſed de intuitu oculorum ſecura. Longa maria traycientibus (ſcribit Baſilius Seleucienſis *orat.*8.) ad curſum regendum pro teſſera ſunt, aſtrorum vndequaque ſplendentium motiones, & gubernator incumbens gubernaculo, tollit in cælum oculos, aſtrorum motibus aurigans nauim, curſumque per mare, cæleſti lumine contorquens, fertur in portum. Ma-
3 teriali diſſimilis nequaquam eſt rationis enauigatio: vt enim maria traycientes aſtris indigent, quorum certis motioni-
5 bus gubernentur: ita qui opinionum, ac ſententiarum pelagum, rectè ſtudent percurrere, indigēt rationabilibus aſtris, quorum lumine ducti, valeant confuſos ſecare fluctus, & ſecuros veritatis intrare portus. Et quid enim faceret homo, tot errorum, ac periculorum adſultibus impetitus, ni à Deo conſtitueretur Helice; Doctores ſcilicet abſque errore, omnique puritate initiarentur Magiſtri, qui ſanæ iubare doctrinę, humanos adeò informaret aſpectus, vt falſitatis ſyrtes, ſcopuloſque vitare, & tutum veritatis iter indagare poſſet? Quare *Danielis* 12. habetur: qui autem docti fuerint, ſulgebunt quaſi ſplendor firmamenti, & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates.

Omnis quippè vitæ ratio ſic conſtat, vt quæ probamus in alijs, eadem ipſi facere
4 velimus; cum Imitari non pigeat, quod celebrare delectat, *D. Auguſt. ſerm.* 47. *de Sanct.* Habemus enim in eo, quem ſequimur effigiem propoſitam ob oculos, quam exprimamus: atque hinc eſt, vt omnes, imitatione, quaſi via compendioſa, ad quaſcunque facultates vtamur, quam & in ſcribendo, & in pingendo, & quibus vis in artibus ducem præficimus: Plato nanque, Socratem vſque adeò ſuis ſcriptis imitatus eſt, vt iunior Socrates paſſim appellatus fuerit, *Laert. in eius vit.* Herodotum, ac Tucydidem ſummos fuiſſe imitatores Homeri, tradit Demetrius Phaler. apud *Victorium lib.*28. *var. lect. cap.*21. Tullius, è græcis Demoſthenem imitatus eſt, è latinis. Q. Hortenſium, *vt in Bruto* ipſe teſtatur. De cæteris, vt tandem de Pictoribus, Sculptoribuſque loquar; adeò qui ſolerti imitatione pollent, vt ipſa cum natura, cuius inanem ſpeciem coloribus, ſcalproque tantùm ſibi fingunt, certare contendant. Hinc de Apelle traditur, Alexandrum Fulmiferum pinxiſſe adeò expreſsè; vt diceretur: Duorum Alexandrorum alterum à Philippo, inuincibilem eſſe genitum, alterum ab Apelle, nullo artificio imitabilem eſſe, productum, *Plutarch. orat.*2. *de Alexand. fort. ſeù virt.* Et de Zeuſi prætereundum minimè videtur, qui cum Parrhaſio certamen dum exerceret artis; vuas tam ſcitè effinxit, vt in ſcenam aues aduolarent: Parrhaſius è contra, linteum ità veritate repræſentata, detulit pictum, vt ipſe Zeuſis tandem flagitarit à tabula remoueri, picturam inſpiciendi gratia. Scriptores denique, imitatione tanta, haud rarò animatorum corporum venari ſunt ſymmetriam, vt Dædali (cæteris prætermiſſis) ſigna, miro quaſi artificio ſpirantia, niſi ligarentur, diſcedere, & aufugere etiam dixerit Plato *in Menone prope fin.* Profectò Doctrinę totum, quoddam magnum eſt, multiſque partibus conſtans; proindè nec ab vno homine, vno ſeculo, nec ab omnibus, multis ſeculis, ad faſtigium deduci potuit; quinimò multis ætatibus, conſpirantibus ſtu-

dijs,

dijs, ac ingenijs plurimorum eſt conſtitu-
tum: idcircò quærenda ſunt in alijs, quæ
nobis deſunt, quod vtique ipſorum regu-
lis, præceptiſque aſſequimur. Etenim,
quæ tam læta, quæ tam fælix indoles, in
qua hæc plurima connexa concurrant,
cùm ſcientiæ propemodùm ſint infinitæ,
1. Elench. cap. 8.

Arbor eſt indica, apud Authores Re-
ginæ palat. eloquen. *exercit. 1. lect. 3. punct. 1.*
5 quæ non minùs habet nouitatis ad mi-
raculum, quàm fidei ad veritatem: ſola
nauim inſtructam, oneratamque partu-
rit: dat illa truncum, & remos, & in
malum aſſamenta, clauoſque commodat;
comam in vela, in rudentes, funeſque
optimos, pila, ignibus alimenta; texen-
dis veſtibus materiam è ſinu pandit, &
explicat. Bibliopolis papyrum ſubmini-
ſtrat, hominibus cibum potumque largi-
ter fundit ad alimenta: ex illa liquores
innumerabiles olei, vini, medicinæque
commoda extrahuntur; & quod mirere
magis, hæc in arma, & tela repente con-
uerſa, pugnare ſcit, & vincere. Hæc de-
mùm, miraculo quodam, omnibus pe-
nè rebus ex ſe ſe apta eſt, & inſtructa.
Homo ſanè eſt hæc arbor inuerſa, cùm
nullus, omnibus ingenij, naturæque do-
tibus ita opulentus exiſtat, vt nihil illi
deſit; quin potiùs maiora ex alijs mendi-
care comprehendatur, quàm de ſuo ali-
quid diſpergat. Quamobrem fælicius, fa-
ciliuſque Doctrinarum flexuoſam gradie-
tur viam, quoties maiorum amplectendo
præcepta, regulaſque tenendo, in ipſo-
,, rum firmetur authoritate. Non enim
,, poſteriorum Doctorum vocatio, vllo
,, modo eorum induſtriæ aſcribi poteſt:
,, quin certum eſt hoc, quod dicunt non
,, eſſe verum, niſi in authoritate priorum,
,, quam in ſcripturis ſuis nobis reliquerunt,
Henr. 1. par. artic. 11. quæſt. 7. num. 12. Ad per-
ſiſtendum propterea in eadem norma do-
ctrinę, ad Philippenſes 3. monet Apoſtolus,
,, ſcribens: Vt idem ſapiamus, & in eadem
,, permaneamus regula.

Nec arbitrandum videtur, doctrinæ
hanc vnitatem, regulamque duntaxat in
6 ijs fore ſectandam, quæ euidentia, vel in-
fallibili ſaltem certitudine, communiter
acclamantur; minimè verò in ijs, quæ li-
berè philoſophantium opinioni relicta
ſunt: quandoquidem deſignato non ſe-
mel aberrabit à ſcopo Schola illa, illud
plerùnque fluctuabit ingenium, quod fa-
moſa alicuius Sapientis doctrina non diri-
gat, vel præcepta non confirment. Le-
,, ctio enim certè prodeſt, varia delectat:
,, Qui, quò deſtinauit, peruenire vult, vnam
,, ſequatur viam, non per multas vagetur:
,, non ire iſtud, ſed errare eſt, *Sen. epiſt. 45.*
Quo periculo prudentiores effecti, qui li-
teris priores nauarunt operam, in verba
etiam iurare Magiſtri, penitùs non ſunt
veriti: Hinc Socratici à Socrate, à Py-
thagora Pythagorici, Platonici à Plato-
ne, ab Epicuro Epicurei, ab Ariſtotele
Ariſtotelici, alijque huiuſmodi, quorum
profitebantur doctrinam, nuncupati ſunt.
Itaque, & quæ nam amplius Academia
floret, vel vnquam fama claruit Vniuer-
ſitas, quæ D. Thomam, Henricum, Sco-
tum, Bonauenturam, Durandum, Hip-
pocratem, Galenum, Ariſtotelem, Eu-
clidem, cæteroſque Veteres non ſuſcepe-
rint tuendos. At, ſummis labijs tanquam
delibanda, mittamus iſta, cùm latiſſimè
Iacobus Middendorpius, Andreas Men-
do, & Benedictus Pereyra, præ cæteris,
idem recenſuerint argumentum. Reticc-
7 re tamen libeat nequaquam, quæ ad rem
noſtram, quorundam Regularium ſan-
ciuerint inſtituta. Dominicanis nanque
par. 2. Conſtitut. cap. 43. ità præcipitur: Qui-
,, cunque verbo, vel ſcripto, à ſolida do-
,, ctrina D. Thomæ receſſerit, contrarium
,, aliquid dicendo; officio lectoratus, &
,, quocunque alio gradu, & dignitate pri-
,, uetur perpetuo. Seraphici Sancti Patris
Franciſci alumnis, *Conſtitut. vrb. cap. 5. re-
gulæ tit. 4. num. 14.* ſic expreſsè mandatur;
,, nimirum, vt Primus Regens, controuer-
,, ſiarum diſputationes, ſiue ex Scoto, D. Bo-
,, nauentura, Alexandro de Ales, Franci-
,, ſco de Maironis, & Richardo, ſiue ex
,, alijs quibuſcunque, Ordinis inſignioribus
,, Doctoribus reſoluat. Diui Auguſtini Pa-
,, tribus Eremitis; ſtatuitur hoc pacto. Vo-
,, lumus, vt Magiſtri Regentes in lectioni-
,, bus, & determinationibus diſputationum,
,, in omnibus ſequi, & tueri debeant ſa-
,, nam, & catholicam doctrinam fundatiſſi-
,, mi Doctoris noſtri Ægidij Romani, quon-
,, dam noſtri ſacri Ordinis Generalis. Vbi
,, verò eius ſcripta non reperiuntur, ex
,, D. Thomæ Aquinatis ſuppleatur, *par. 5.*
,, *Conſtitut. cap. 20.* Item Carmelitæ Studen-
,, tes omnes, *1. par. Conſtitut. cap. 18. §. 4.* ad-
,, monentur, In primis, Doctorum Ordi-
,, nis terminationes ſuſtinere, & allegare,
,, & præſertim Ioannis Bacconij, Michae-
,, lis de Bononia, & Thomæ Valdenſis.
Ordinis verò Seruorum Beatæ Mariæ
Virginis; Sacræ Theologiæ Regentibus
præſcribitur, *Conſtitut. cap. 13.* Vt in
,, triennio explicent totam ſummam Diuæ
,, Thomæ, aut Henrici Gandauenſis; Qui
,, eximius, celebriſque Theologus, tanquam
,, præcipuus, in generalibus comitijs Ro-
,, mæ habitis 1609. publico Antonij Viuoli
,, de Corneto Generalis Seruorum, & Pa-

„ trum decreto, fauſtaque omnium accla-
„ matione, iam denuò Magiſter agnitus,
„ & ſolemnis Seruorum Doctor receptus,
„ mirifique laudibus commendatus. Le-
„ ctoribus, Auditoribuſque huius Ordinis
„ mandatum fuit, vt priſcorum exemplo
„ omnes, eius explicandæ doctrinæ, ſedu-
„ lo intenderent, *Hieron. Scarparius Medulla in Henr. proœm.* Anno verò 1633. erudita tanti Doctoris, neminem ne laterent monumenta; ſelectum in Vrbe, titulo Sancti Marcelli Gymnaſium, Collegiumque inſtituendum curarunt; quòd cùm varijs temporum viciſſitudinibus; huiuſmodi decretum, ad vſque annum 1668. executioni mandari minimè quiuerit; eodem illicò anno, optatum Gymnaſium in lucem fœliciſſimè prodijt. Cui profectò; doctiſſimi, ac diſertiſſimi; vt publicæ vtilitati ipſorum nuper reſtantur demandata ſcripta, priores præ cæteris; etiam indulſere Magiſtri; Georgius ſcilicet Soggia Turritanus nunc Epiſcopus Bolanenſis; atque Hyacinthus Maria Grandel Vienenſis, quippe qui, adeò ſtrenuè, diligenterque, Sacris, Humaniſque literis nauarunt operam, vt Clemens Nonus Pontifex Maximus, Studentium iuuenum, tam celeri permotus profectu; Illuſtriſſimo ac Reuerendiſſimo Domino, Domino Ludouico Giuſtiniani Aſiſinate Epiſcopo, qui tunc Supremi Seruitarum Magiſtratus fungebatur munere, inſtante; anno deinde 1669. Pontificatus verò II. nono Februarij Kalendas, præfatum Collegium literis approbarit, *ex Regiſtro Ordin.* Denique, vt Doctoris ſolemnis Henrici, ſcilicet, Gandauenſis, præclaram omnes, ex Seruitano inſtituto ſectarentur doctrinam, Reuerendiſſimus idem Georgius Soggia, ex Platone *de regno propè fin.* optimè callens, in literaria quoque repu-
„ blica, Vnius dominationem, bonis con-
„ iunctam conſtitutionibus, quas leges vo-
„ camus, omnium optimam eſſe; vix ſummo, ſuarum ob virtutum præſtantiam, eiuſdem inſtituti ſuſcepto regimine: anno deinde 1679. has leges pro moderandis Collegijs conſultò ſanciuit, ita man-
„ dans: Et ſi noſtræ Religionis Conſtitu-
„ tiones *cap. 13. de Studen.* optionem Regen-
„ tibus dent docendi ſummam, aut Henri-
„ ci noſtri Gandauenſis, aut S. Thomæ, id-
„ que meritò, quia cùm ipſæ emanarunt,
„ adhuc non erat doctrina Henrici explana-
„ ta: tamen cùm eandem nunc ſatis decla-
„ ratam, & propugnatam dederimus, tam
„ in Theologicis, quàm in Philoſophicis,
„ præcipimus omnibus Regentibus, & Le-
„ ctoribus ſub pœna priuationis officij, vt
„ non aliam, quam doctrinam Henrici in
„ materia Scholaſtica, tam Philoſophica,
„ quàm Theologica ſtudentibus ſuis di-
„ ctent, publicèque defendant &c. *ex leg. ſtudior. & collegior. cap. 6.* Itidem, nec ſanctitate celebres, in ſcholis huiuſmodi, vnquam iurandi renuere morem, dùm S. Ignatius de Loyola, *4. par. Conſtit. cap. 14. §. 1.* Patribus Societatis diſtrictè mandat, vt in Theologia legatur vetus, & nouum Teſtamentum, & doctrina ſcholaſtica D. Thomæ. Quod etiam diſtrictiùs præceptum fuit in quinta Congregatione ge-
„ nerali *Can. 9.* his verbis: Sequantur noſtri
„ Doctores in ſcholaſtica Theologia doctri-
„ nam D. Thomæ; iuxtà praxim in libro
„ de ratione ſtudiorum ponendam, & à
„ P. Præpoſito generali explicandam. Ne-
„ que deinceps ad cathedras Theologicas
„ promoueantur, niſi qui D. Thomæ do-
„ ctrinæ benè affecti fuerint, ab ea verò alie-
„ ni, à docendi munere repellentur. Diſcalceatis denique Carmelitis (vt alios quamplurimos omittam) *2. par. Conſtitut. cap. 4. num. 6.* ſic obſeruandum traditur.
„ Lectores Theologiæ operam dabunt, Sa-
„ cram Theologiam à Sanctis Patribus,
„ præcipuè à D. Thoma traditam edocere;
„ idemque Lectores artium obſeruent; ſin
„ minùs ab officio Lectorum priuentur.

Prodeſt ergo non mediocriter, eruditos homines diù, multumque exercita-
8 tos ſtudioſè ſæpiùs audiuiſſe, eorumque expertam excoluiſſe doctrinam, vt cecinit Menander, *fragm. vet. græc. poet.*

Sapienti à viro, oportet ſapientem quid diſcere.

Quod adiumentum à quibuſdam neglectum, acerbè ſatis arguit, & conque-
„ ritur *Plin. iun. lib. 8. epiſt. ad Auitum*: Statim
„ (inquit) ſapiunt, ſtatim ſciunt omnia;
„ neminem verentur, imitantur neminem,
„ atque ibi, ſibi exempla ſunt. Nec tamen putandum hæc dixerim, quaſi in ingenia tyrannidem exercens, aurea expoliando libertate, ipſa ferreis neceſſitatis nexibus ad ſtatuta documenta velim penitus alligare: nam præter quàm præcedentibus apertè contradiceretur aſſertibus; vt cæli facies nocturnis ſideribus ornata, eam pulchritudinis pompam oſtendit, in qua tametſi vulgares flammæ, ipſa multitudine obrutæ deliteſcant, emicant tamen illuſtriores quædam faces, oculoſque inuſitatæ lucis ſplendore percutiunt; ſic in admirabili ingeniorum varietate, licet præcipua quædam genera intueri, quibus homines agi ſolent, ac propemodum componi, ſimulque à cæteris, inſigni diſcrimine ſeparari. Ex qua pulcherrima diuerſitate exiſtit quidem, oriturque quam ſimillima varietas artium, quas dum varij homi-

hominès, pro eà, quam in ſe experieban-
tur facultate varij ſtudijs incumberent, ad
ſummum laudis faſtigium adduxerunt.
Pindarus quocirca feſtiuiſſimus Vates,
cùm alijs pleriſque locis, tùm præcipuè
Nemeis apud Pierium Valerianum *Hie-*
„ *rogl. lib.* 19. Ingenij promptitudinem, &
„ velocitatem per aquilam, oſtendit, ſum-
„ pta ab eo comparatione, quòd prædam
„ etiam valdè procul diſtantem, mira per-
„ nicitate nanciſcatur, viſuque ita polleat,
„ vt profundiſſima quæque proſpectet, quæ
„ omnia ingeniorum acumini ſunt acco-
„ modata. Idcircò quamplurimi, non
quibus tantùm moderandæ cathedræ nul-
la debebatur præſcriptio, verùm etiam
quos in verba iurare Magiſtri vinciebat
inſtitutum, poſt ſuſceptam prouinciam,
dum ſibi genioque vacarent, noua exco-
girarunt inuenta, altiores, vt ipſorum
teſtantur volumina, poſteris dederunt
ſpeculationes.

Talia me conſuluiſſe nihilominùs fa-
teor, non quidem ingeniorum acumini
9 ad ſcientiarum apicem, cauſa flectendi
viam, ſed tutiorem, firmioremque ſtruen-
di duntaxat, cùm ſcriptum ſit *Eccleſ.* 5.
„ Non ventiles te in omnem ventum, &
„ non eas in omnem viam. *Et Ierem.* 6.
„ State ſuper vias, & videte, & interroga-
„ te de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona,
„ & ambulate in ea, & inuenietis refrige-
„ rium animabus veſtris. Quandoquidem
„ a vulgata recedere opinione difficillimum
„ eſſe arbitratus eſt Pauſanias *in Lacon. ſiue*
hiſtor. lib. 3. Quò ſanè fit, vt opinandi tot
varietatibus, altercandi gliſcat occaſio,
ſciendi deficiat; cùm veritas ſcientiæ amo-
ueatur ſcopus. Ideòque diſputantium mo-
res, hoc ingenioſè expreſſit emblemate
Pier. Valer. *in Hierogl. collect. lib.* 2. Arti-
„ fices (inquit) induſtrium ad ſilicem, & fo-
„ cum lucernas ſuas accendunt, & operi ſe
„ accingunt alacres. Contrà nugatores à
„ verbis ad verbera, & cædes deueniunt
„ frequenter. Vt veritas ex diſputatione pa-
„ tet, & eluceſcit; ſic altercando amittitur.
10 Inde Bochij Epigramma.

De ſilicis venis excuſſa vt ſemina flammæ
Excipit atenti fomite materia;
Inde ſuam accendunt pro ſe ſibi quiſque lucernam
Extemplo, & cæcas diſcutiunt tenebras
Sic diſceptando ſtudioſi in luminis auras,
Verum ipſum è latebris excutiunt facilè:
Contrà altercando nimis id plerunque Sophiſtæ
Funditus euertunt, inſidioſa cohors.

Tolletur igitur huiuſmodi opinandi, &
altercandi effrænata libido, ſi maiorum
placitis firmiter hæreatur: Etenim, Antiquis quod placuit, & nobis placere debet, *Gloſſ. veteribus placet. l.* 1 *ff. de pactis. C. de teſtamentis l. teſtamenta omnia, & C. de appellat. l. præcipimus in fin.*

CAPVT XIII.

In diſciplinis tradendis, vt laude premioque dignam vitam inſtituant auditoribus maxima diligentia à Præceptoribus adhibenda eſt. Rerum idcircò magis, quàm verborum ſatagere debent.

SVMMARIVM.

1 *Præceptorum non tantùm eſt, eas quibus incumbunt tradere diſciplinas, ſed inſuper moribus, & exemplis, diſcipulos ad ipſas, & virtutes incitare.*

2 *Diſciplina, de qua præcipuè in præſenti diſſeritur, eſt pars potentialis iuſtitiæ ſub humanitate comprehenſa, quatenus ipſamet humanitas cum amicitia, ſeù potius affabilitate coniungitur, cuius affabilitatis etiam finis, & media aſſignantur.*

3 *Multi ex præceptoribus erga ſuos auditores in docendo affabilitatem indagare ſtudent; paucis tamen eiuſdem conceditur aſſecutio: quod varijs plurimorum oſtenditur exemplis.*

4 *Cauſa cur diſcipuli parùm vt plurimum, vel nihil imbuuntur diſciplinis, duæ aſſignantur à Seneca; nimirum, non ea in præceptore videre, quæ audiunt, & prauum eiuſdem exemplum. Quare prouidus, & ſedulus Doctor, vt affabilis ſit, mores, motuſque ſuos, omninò componere debet.*

5 *Suos motus, moreſque componet ſedulus præceptor, ſi tria præ cæteris præſtabit; nimirum, vt dicenda proferat, & tacenda reticeat: deinde, vt Auditorum ſe aptet capacitati: tertiò denique, vt ſine ſuperbia, & arrogantia doceat.*

6 *Non minus nocet incauta locutio, quàm indiſcretum ſilentium. Diſcretum autem ſilentium non eſt nihil loqui, ſed diſpenſatio ſermonis, & ſilentij: quod pluribus oſtenditur.*

7 *Doctorum, præceptorumque finis præcipuè catholicorum, auditorum debet eſſe vtilitas, atque emolumentum: quod cùm ex ſacris, tùm ex profanis literis latè deducitur.*

8 *Cùm ſcientia plerunque inflet, idcircò præceptores non pauci, docendo ſuperbiunt: quare verba, motuſque ſuos tunc ritè component, ſi humiles auditoribus, ſe præbebunt.*

9 *Quæ tamen humilitas ità ſeruanda eſt, vt regendi non frangatur authoritas: quia nec ſæuiendi audacia debet concedi, nec paterna omitti diligentia; quod non tantum Chriſti Domini, atque Apoſtolorum, verùm etiam aliorum quamplurium oſtenditur exemplis.*

NOn herclè dubium, quin plurimùm in
animis valeant humanis monita, & ad-
1 hortationes, quas idcirco commendat Pla-
to *in Euthydemo*; complures leguntur apud
Iamblichum *de ſecta Pythagoreorum*, quibus
quoque Pythagoras vti ſolebat; ac varias
itidem Ariſtoteles ſcripſit, vt ex Laertio,
Alexandro, & Stobæo conſtat. Quare in
docente non quidem ſufficit ea tradere, quę
ad aliquam pertineant facultatem, ſed in-
ſuper exigitur, vt voluntati ſciat ſubdere
faces, quibus accenſus diſcipulus, amore
ardeat ſapientiæ; quod vel maximè fiet,
dùm opera, doctrinæ ex æquo reſpondeant
,, nam eos, qui virtute ipſi ornati non ſunt,
,, eam nunquam vel ratione, vel exemplo
,, poſſe docere, Ficinus *in eiuſdem euthydemi*
,, *ſynopſi*, rectè ex Platone comperitur. Cùm
enim Doctor non ſemper vtrumque valeat,
vel præſtet, vel etiam velit: *Ex iis*, quæ
,, ſunt, Seneca *epiſt.* 52. amicum hortatur Lu-
,, cillum, vt eligamus non eos, qui verba,
,, magna celeritate præcipitant, & commu-
,, nes locos voluunt, & in priuato circulan-
,, tur: ſed eos, qui vita docent, qui cùm di-
,, xerint quid faciendum ſit, probant facien-
,, do: qui docent quid vitandum ſit, nec vn-
,, quam in eo, quod fugiendum dixerint de-
2 prehenduntur. Hæc vtique illa ab omni-
bus expetita diſciplina eſt, quam D. Tho.
2. 2. *q.* 80. *art.* 1. *ad* 3. Iuſtitiæ partem poten-
tialem fecit, ſub humanitate comprehen-
ſam amicitiæ coniuncta, cuius examen
cap. 10. *huius libri n.* 2. ad præſentia manda-
uimus: Etenim cùm humanitas, cui con-
feritur diſciplina, beneficentia quædam ſit,
,, quà nos inuicem tuemur (Humanus quip-
,, pè, ex D. Iſidoro *lib.* 10. *etymol. cap.* 8. dicitur
,, aliquis, qui habet circa hominem amorem,
,, & miniſtrationis affectum) amicitia quo-
,, que non immeritò nuncupata eſt: Non
,, quidem rigoroſè (vt ex Philoſopho 8. *eth.*
,, *cap.* 4. his verbis docet Angelicus 2. 2. *q.* 114.
,, *art.* 1. *ad* 1.) pro mutuo, ſcilicet, illo affe-
,, ctu, ſeu amore, quo alium quis diligit, ſed
,, pro ea virtute, quæ conſiſtit in ſolis exte-
,, rioribus verbis, vel factis, quæ quidem non
,, habet perfectam rationem amicitiæ, ſed
,, quandam eius ſimilitudinem in quantum
,, aliquis habet decenter ſe ad illos, cum qui-
,, bus conuerſatur. Vnde expreſſiori voca-
bulo, etiam affabilitatem, ipſam appellauit
ibidem *q.* 80. *art.* 1. Quæ quidem duo exi-
,, git (ſubdit ex Philoſopho 4. *ethic. cap.* 6.
,, Caiet. ſuper *q.* 114. *art. primum*) quorum
,, vnum ſe habet vt finis, alterum vt medium
,, ad finem: nam finis eius eſt, delectabilem
,, ſe alijs exhibere in ſerijs: medium autem
,, eſt componere verba, moruſque ſuos in ſe-
,, rijs, vt decet ipſum reſpectu illorum, cum
,, quibus conuerſatur, conſiderata qualitatè
,, negotiorum, & temporum. Ità quòd ſi-
,, cut iuſtitia in ijs, quæ fiunt, facit vt ſine
,, iniuria alicuius verba, negotiaque fiant:
,, ita affabilitas efficit, vt in his, quæ dicun-
,, tur, & fiunt, homo non ſit homini, cum
,, quo conuerſatur moleſtus, nec etiam in
,, modo dicendi, ſed ei delectabilem ſe in
,, omnibus ſerijs exhibeat, ſecundum tamen
,, quòd eundem, & negotium decet. Et hi
,, vulgariter gratioſi appellantur. Non ar-
,, cet tamen affabilitas hominem quin quan-
,, doque ingerat quis triſtitiam illi, cum quo
,, conuerſatur quando, ſcilicet, oportet. Hæc
,, ille.
Hanc profectò delectabilitatem, & gra-
3 tiam Doctorum, Præceptorumque nullus
extitit vnquàm, qui delectabilem, & gra-
tum ſe diſcipulis, auditoribuſque exhibere
cupiens, ſedulà diligentià, ſtudiò peruigili,
& acri ſedulitate non ſit proſecutus, haud
,, ignarus: Moleſti, vel non ſuauis conuer-
,, ſatione, neminem vti poſſe, 8. *etich. cap.* 5.
Verùntamen optatam huiuſmodi paucis
datum eſt adire Corinthum: quin potiùs
humanitatis, & affabilitatis ab omnibus
elongati finibus, moleſtos, & inſuaues tan-
dem ſe præbuere quamplurimi. Quarè
impudentiam pro diſciplinis, iactantiam
pro modeſtia, cæteriſque virtutibus, ſuis
aſſeclis intulerunt plerunque. Infauſtum
itaque rei euentum, Senecæ præ cæteris
accidiſſe Neronis educatori, *Dion. nicaus, in*
,, *eius teſtatur vita*, dicens: Senecæ datum cri-
,, mini, quòd Agrippinæ congrederetur, &
,, quod aliud ſcriberet omninò, aliud ſeque-
,, retur: nam tyrannos lacerans, tyranno di-
,, daſcalum ſe præſtabat: Quin ditium lo-
,, cupletatum calumnijs, ingentes congeſſiſ-
,, ſe opes, ac cedrinæ materiæ tripodas ha-
,, buiſſe quingentos, eburneis pedibus, æqua-
,, les vniuerſos, ſimileſque, ſuper quibus ve-
,, ſcebatur. Adoleſcentibus porrò lætaba-
,, tur intempeſtiuis, ad idque ipſum Nero-
,, nem impellebat, quem & in matris necem
,, creditur adhortatus. De Leonida quo-
que, & Lyſimacho, Magni Alexandri præ-
ceptoribus tradit Quintilianus *lib.* 1. *inſtit.*
cap. 1. eorum negligentiæ, multos temu-
lentiam Alexandri adſcribere, quòd adu-
lari magis, quàm Regem inſtituere vide-
rentur. Nec relinquendum videtur id,
quod ad rem noſtram Hector Boethius *lib.*
9. *de rebus ſcoticis*, diſertè ſcribit, ſcilicet
Cor-

Digitized by Google

Cormanum monachū à Denoualdo Scotorum Rege, ad Northumbros religionis propagandæ cauſa miſſum: anno ferè toto, cùm ſublimia arcana pietatis, rudi populo, maioris eruditionis oſtentatione, quàm pietatè, proponeret, abſque profectu tandem rediiſſe. De quibus ſanè, non ambigere liceat; poſſe id affirmari, quod de quibuſdam apud Gellium *lib.17.cap.9.noct.attic.*
„ dixerat Epictetus, nimirum, Factis pro-
„ cul, verbis tenus: Qua de cauſa, conſpi-
„ ciens quendam impuris moribus; confiten-
ti lingua, improbo tamen ſtudio philoſo-
„ phantem: O homo (inquit) vide quò
„ mittas, num purgatum ſit vas: nam ſi ad
„ arrogantiam iſta immiſeris, intereant, &
„ computreſcant neceſſe.

Iacturæ huius, miſerandæque animo-
4 rum cladis geminas ſuo Lucillo, *Epiſtola-*
„ *rum* 6. cauſas expoſuit Seneca, ſcribens: Pri-
„ mùm, quia homines ampliùs oculis, quàm
„ auribus credunt: deinde, quia longum iter
„ eſt per præcepta, breue, & efficax per
„ exempla. Zenonem Cleantes non expreſ-
„ ſiſſet, ſi eum tantummodò audiſſet; vitæ
„ eius interfuit, ſecreta perſpexit, obſeruauit
„ illum, an ex formula ſua viueret. Plato,
„ & Ariſtoteles, & omnis in diuerſum itura
„ ſapientum turba, plus ex moribus, quàm
„ ex verbis Socratis traxit. Metrodorum,
„ & Hermachum, & Polyænum magnos vi-
„ ros, non ſchola Epicuri, ſed contubernium
fecit. Cùm autem plerique mortalium in excolendis diſcipulorum animis, aliud agant, aliud aſtruant, verbiſque proſint, exemplis officiant; diſciplinam tandem proiiciunt, labefactant doctrinam. Quamobrem prouidus Doctor, ſeduluſque magiſter, carum affabilemque ſe præſtandi in ſerijs verè finem tunc aſſequetur, cùm componendi mores, motuſque ſuos, apta
5 media penitus non reiiciat. Id verò ex Gloſſa, *doctor in proœm.6.Decret.* triplici obſeruatione optimè fiet; dùm ſcilicet cautus
„ Non proferat tacenda, nec dicenda reti-
„ ceat, 43. *diſt ſit rector, in princ.* Si ſeipſum,
„ & verba ſua ſecundùm audientium capa-
„ citatem, & ingenium coaptet, *8.q.1.oportet.*
Ac tandem ſi non ſit arrogans, ſed humilis, *de maiorit. & obed.cap.vlt. in princ.* Vtilis huius ſilentij ex vna, atque liberæ locutionis ex altera parte (vt ab ipſis ſumamus
6 exordium) *cura Paſtor.q.2.cap.4.* D. Grego-
„ rius plenam edidit rationem, dicens: Nam
„ ſicut incauta locutio in errorem pro-
„ trahit; ità indiſcretum ſilentium hos, qui
„ erudiri poterant in errore derelinquit. Di-
ſcretum autem ſilentium, ſimpliciter non erit nihil loqui, ſed diſpenſatio, ſiue compenſatio ſermonis, & ſilentij, ſiue ſcientia tacendi, vbi tacito opus eſt. Neque enim loquendi id; quod oportet maior eſt laus, quàm id tacendi, quod prudentia ſupprimitur: iuxta illud Naſonis 2. *arte amandi*;

Eximia eſt virtus præſtare ſilentia rebus:
Et contra grauis eſt culpa, tacenda loqui.

Diuus idcircò Paulus; Epheſinæ cathedræ Timotheum inſtituens Epiſcopum, *Epiſt.*
„ *2. cap.2.* vt Profana, & inaniloquia deui-
„ taret admonuit luculentè: Etenim, qui
„ moderatur ſermones ſuos, doctus, & pru-
„ dens eſt, *prou.17.* cum tempus tacendi, &
„ tempus loquendi ſit; *Eccleſ.3.* Quamobrem
Ieſus filius Sirach, dùm efficere nequiret, ne interloquendum, peccato aliquo non implicaretur, ſic in Eccleſiaſtico ſuo 22.
„ conqueritur, & expoſcit. Quis dabit ori
„ meo cuſtodiam, & ſuper labia mea ſigna-
„ culum certum, vt non cadam ab ipſis, &
„ lingua mea perdat me. Hoc ipſum peri-
„ culum, quod in ſe deprehenderat alios ca-
„ uere iubet, ſubdens *cap. 28.* Aurum tuum,
„ & argentum tuum confla, & verbis tuis fa-
„ cito ſtateram, & frenos ori tuo rectos, &
„ attende ne fortè labaris in lingua, & cadas
„ in conſpectu inimicorum inſidiantium ti-
„ bi, & ſit caſus tuus inſanabilis in mor-
„ tem.

At quidem, ne quis propterea alio ex capite, ſemper tacere operæ pretium ſibi exiſtimet: Iſaiam lamentantem audiat *cap. 6.* Væ mihi (inquit) quia tacui. Reprehenſibilem ſe agnoſcit Propheta, quòd Ozeam Regem, populumque in vitia præcipitim, verbis non corripuerit: iuxtà illud: Ne
„ reuerearis proximum tuum in caſu ſuo,
„ nec retineas verbum in tempore ſalutis,
„ *Eccleſ.4.* Ea de re Ieremias, *tren.2.* iniquita-
tum, ſcelerumque omnium, quæ iudaicum inuaſerant populum, Doctorum, ac Præ-
„ ceptorum culpam taciturnitati, ſic lachry-
„ mans, aſciuit. Prophetæ tui viderunt tibi
„ falſa, & ſtulta, nec aperuerunt iniquitatem
„ tuam, vt te ad pœnitentiam prouocarent.
„ Vbi D. Gregorius *p. 2. cura Paſtoral. cap. 4.*
„ his interpretatur verbis: Prophetæ quip-
„ pe in ſacro eloquio nonnunquam Docto-
„ res vocantur, qui dùm fugitiua eſſe præ-
„ ſentia indicant, quæ ſunt ventura manife-
„ ſtant. Quos diuinus ſermo, falſa videre
„ coarguit: quia dum corripere culpas me-
„ tuunt, in caſuum delinquentibus, pro-
„ miſſa ſecuritate blandiuntur, qui iniquita-
„ tem peccantium nunquam aperiunt,
„ quia ab increpationis voce conticeſcunt.
„ Clauis quippe apertionis, ſermo corre-
„ ctionis eſt; quia increpatio culpam detegit,
„ quam ſæpè neſcit ipſe etiam, qui perpe-
trauit. Quod adeò ſemper ratum, firmumque habitum eſt, vt viri, non tantùm ſanctitate pollentes, quibus ſacræ abundant literæ: verùm etiam Ethnici ipſi, ſummo

ſtudio id operi mandarint. Hinc Theodori Gadarei in Tiberium Cæſarem loquendi libertas apud Suetonium *duod. caſar. Tib.* 57. ſatis extollitur, qui reputans præceptoris à munere valdè deſciſcere, niſi eiuſdem redargueret crudelitatem: aſſimilaſſe optimè viſus eſt in obiurgando, dum ipſum lutum appellauit, ſanguine maceratum. Luto quippè, tarditatem innuens, ſanguine verò immanitatem: Quandoquidem Magiſterij munus cenſura eſt; cùm nomen ipſum à monendo, ſiue à monſtrando dicatur, *Gloſ. magiſtro de magiſ. cap.* 1. *& ff. de verb. ſign. l. cui &c.* vt dictum eſt ſuperius, *cap.* 2. *huius lib. n.* 1.

Cæterùm, vt alterum compeſcendi mo-
7 tus, & verba, qui docent, præceptum curare valeant; ſæpè meminiſſe oportet: Diſcipulorum ſaluti, vtilitatique, maximè eſſe conſulendum (Magiſtrorum enim, Doctorumque finis præcipuè catholicorum, auditorum emolumentum eſſe perhibetur, *Henr. p.* 1. *art.* 11. *q.* 5. *n.* 7.) quod planè aſſequentur, ſi ſeipſos, vt dictum eſt, ſuaque verba, audientium capacitati, & ingenio coaptent: Qui nanque ea docet, quæ ab auditoribus intelligi non valent, non eorum vtilitatem, ſed ſui oſtentationem facit, *Gloſ. doctor. in proam.* 6. *decret. ex* 43. *diſtin. cap. vlt.* quamobrem ſpiritus ille paraclytus, vtpotè ſummus omnium Magiſter, qui omnia docet, & ſuggerit, *Ioann.* 14. cæleſtem in ſcripturis ſanctis ita diſpoſuit diſciplinam, vt non obtunderet perſpicaces, ſimplicesque lateret. Quod ſedulò animaduertens S. Hipponenſis Epiſcopus Auguſtinus, 6. *confeſ. cap.* 5. hæc erga Deum verba disertè protulit: Eo mihi illa venerabilior, & Sacroſancta Fide dignior apparebat authoritas, quò & omnibus ad legendum eſſet in promptu, & ſecreti ſui dignitatem in intellectu profundiore ſeruaret, verbis apertiſſimis, & humillimo genere loquendi ſe cunctis præbens, & exercens intentionem eorum, qui non ſunt leues corde, vt exciperes omnes populari ſinu, & per anguſta foramina paucos ad te traijceres, multò tamen plures, quàm ſi nec tantò apicè authoritatis emineret, nec turbas, gremiò ſanctæ humilitatis hauriret. Ipſum item Verbum Patris, quod in aſſumpta mortalitatis carne, hæc commendans, diſcipulis loquebatur; Vos, ſcilicet vocatis me Magiſter, & Domine, & benedicitis; ſum etenim, *Ioann.* 13. adhuc tamen, non omnibus omnia indiſcretè promebat; ſed quædam domeſticis tantùm, dicens: Vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei, cæteris verò in parabolis, *Luca* 8. Et ipſis quoque, quæ tunc non poterant portare cautè reticebat, *Ioann.* 16. Quædam verò oſtendebat per ſigna, ſubdens: Niſi ſigna, & prodigia videritis, non creditis, *Ioann.* 4. Et plura tandem Patri docenda remiſit, vt: De die autem illo, & hora, nemo ſcit, niſi ſolus Pater, *Math.* 24. Nemo nouit Filium, niſi Pater, *Math.* 11. Omnis, qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me, *Ioann.* 6. *&c.* Hanc proindè accommodam, aptamque docendi, quibus etiam ſupernæ veritatis nullum vnquam emicuit iubar, prætereà quamplurimi ſibi aſſumpſerunt artem: Quandoquidem recondita, rudibus ne paterent myſteria, ſed eruditis duntaxat; non ſcriptam, ſed acroamaticam Pythagorici tradiderunt doctrinam *Plutarch. in vita numæ*. Apud Romanos teſte Valerio maximo *lib.* 2. *cap.* 1. maiores natu in conuiuijs ad Tibias, egregia ſuperiorum opera, carmine comprehenſa pangebant, quoad ea imitanda, iuuentutem alacriorem redderent; quippe inde oriebantur Camilli, Scipiones, Fabritij, per quos res romana, aucta ita fuit, vt vniuerſo imperaret Orbi. Ne Procerum mollia nimium defatigarentur ingenia, apud Perſas ſimplici quandoque adhortatione vſi ſunt Inſtitutores: idcirco Rex, puerum habebat cubicularium, qui mane regium thalamum ingreſſus, his illum expergeſaciebat verbis: Surge Rex, ac negotia cura, quæ te Meſoromaſdes curare iuſſit, *Plutarch. in lib. ad princ. imperit.* Vt blandientium omnem euitaret fraudem, Demetrius Phalereus, Ptolomæum Regem admonuit, commentarios de Regno, & Imperio compararet, volueretque: Quæ nanque dubitant ſubire Regibus adulantes amici, hæc deſcripta in commentarijs ſunt, *Stob. in admon. de Regno ſerm.* 48. Prolixitatem, garrulitatemque vt effugerent, in Delubro Apollinis Pithij, non Iliadem, non Odyſſeam, non denique Pindari carmina deſcripſerunt Amphyctiones, ſed Noſce te ipſum: Ne quod nimis: Sponde: Proxima eſt noxa: admirantes dictionis ſuccinctam tenuitatem, quæ in breuibus verbis, ſententiam ſolidam complectitur, *Plutarch. de garrulit.* Verrius Flaccus libertinus, docendi genere maximè inclaruit: etenim ad exercitanda diſcentium ingenia, æquales inter ſe committere ſolebat, propoſita non ſolùm materia, quam ſcriberent, ſed & præmio, quod victor auferret: id erat liber aliquis antiquus, pulcher, aut rarior, *Sueton. de illuſt. gramm.* 20. Ac tandem, relictis alijs, vt facilius, ac fælicius per ſenſibilia ad intelligibilia, cunctis aditus pateretur, Notas, Imagines, Signa, & Hierogliphyca in Egyptios, cæteraſque nationes antiquitas inuexit, *D. Auguſt. Epiſt.* 119.

Cùm denique, vt charitas, non ſemper ædi-

8 ædificet ſcientia, ſed inflet plerunque *ad Corinth. 1. cap. 8.* idcirco præceptorum non pauci, cathedra tumeſcunt, ſuggeſtu ſuperbiunt: Nam habet hoc proprium doctrina arrogantium, vt humiliter neſciant proferre, quæ docent; & recta, quæ ſapiunt, rectè miniſtrare non poſſunt, *Gloſ. doctor. in proœm. 6. decret. ex 46. diſt. cap. 1. in princ.* Quare verba motuſque ſuos ægrè component, vt delectabiles, affabileſque ſe præbeant in ſerijs: quandoquidem ex Claudiano *de quarto Honorij aug. conſulatu*.

Inquinat egregios adiuncta ſuperbia mores

Euripides in Glauco vnde concinnè, lepidèque in quoſdam hæc protulit tumentes.

Quicunque ciuium vir arrogans fuerit
Is nec amicis, nec toti ciuitati familiarem ſe prębet, aut affabilem.

Nam quantò ſibi quiſque eſt vilior, tantum alijs fit carior, & pretioſior. Sunt igitur ſedulò monendi ſcholaſtici (verba enim ſunt D. Auguſtini *lib. de Catechizzandis rudib.* quæ etiam habentur, 38. *diſt.*) vt humilitate induti Chriſtiana, diſcant non contemnere, quos cognouerint morum vitia magis, quàm verborum deuitare; ſed cordi caſto linguam exercitatam non conferre audeant, quam etiam præferre conſueuerunt. Hæc quidem canonica termina illa, Doctoribus, & Magiſtris exhibita cautio eſt, cum per Gloſſam *Doctor. in proœm. 6. decret.* allegatam ſuperiùs; tùm per Gloſſam *Humilis doctrina, de maior. & obed. cap. 17. ex 45. diſt.* Quæ ita ſeruanda eſt (ſubdit
9 D. Gregorius *lib. 1. regiſtri cap. 24.*) vt non non ſoluantur iura regiminis: ne, dùm Prælatus quiſque, plus ſe quàm decet deijcit; ſubditorum vitam reſtringere ſub diſciplinæ vinculo non poſſit: & ſic ſeruanda eſt diſciplinæ ſeueritas; ne, dùm pluſquam neceſſe eſt zelus accenditur, manſuetudo funditus amittatur. Etenim nec ſæuiendi audacia debet concedi, nec paterna diligentia omitti 23. *diſt. q. 5. circumcelliones ad fin.* Quia dùm nimiùm ſeruatur humilitas, regendi frangitur authoritas 86. *diſt. quandò neceſſitas &c.* Sic profectò ſuam profitetur doctrinam Magiſter, & ſeruator noſter, *Math. 11.* Diſcite à me (dùm inquit) quia mitis ſum, & humilis corde: vbi Hugo *lib. 3. de clauſtro animæ*, ita docet Ecce mel humilitatis, cum dulcedine manſuetudinis: ſicut enim mel concordat in confectionibus medicinæ cum omnibus diuerſitatibus ſpecierum, ſic humilitatis dulcedine condiuntur omnia genera virtutum. Idipſum pariter docuit Timotheum, *Epiſt. 2. cap. 2.* hiſce verbis gentium Doctor: Seruum Domini non oportet litigare, ſed manſuetum eſſe ad omnes, docibilem, patientem, cum modeſtia corripientem eos, qui reſiſtunt veritati. Quod, vt celebri ſuipſius aſtrueret etiam exemplo, donis ſibi diuinitus conceſſis, minimè ſuperbiens, fratrum orationibus plurimum confidens, 2. *Corinth. 1. Roman. 15. & 1. Theſſal. 4.* His ſanè verbis 1. *Corinth.* 15. humilitatem ſuam omnibus expreſſit. Ego ſum (inquit) minimus Apoſtolorum, qui non ſum dignus vocari Apoſtolus. Et 1. Timoth. 1. Ieſus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere, quorum primus ego ſum. Socrates item (vt præclara de Ethnicis geſta quoque recenſeam) ex Philoſophis omnibus ſummus glorię contemptor, quàm ſeſe quotidianis congreſſibus humilem præſtiterit, docent Platonis Dialogi. Tandem minimè reticenda videtur Ioannis Pici Mirandulani nunquam peritura memoria, qui tantùm propriam magnifecit doctrinam, quantùm vtilitati Eccleſiæ, & eliminandis, explodendiſque aduerſis erroribus conduceret: quin etiam ad eam perfectionis metam peruenit, vt parùm curaret, ſi eius commentationes non ſub proprio ederentur nomine, dùm tamen idipſum, quod ſub Pici nomine facturæ, fuerant, afferrent hominibus emolumenti, *Ioannes Franciſcus in eius vita*.

Hæc itaque ſunt, quæ bonus tenetur obſeruare Præceptor, vt homine dignam, rationique conſonam vitam ſuis inſtituat auditoribus. Faceſſant igitur, qui docere nihil poſſunt, quo melius, ſapientiuſque viuamus, ex Tullij fragmentis *de philoſophia, ſiue Hortenſius*.

CAPVT XIV.

Quibus Libris, quibuſque Authoribus, Doctores incumbere debeant, vt ſanam, & ſtabilem vndique prodant doctrinam.

SVMMARIVM.

1 *Promethei fabella à Platone inuenta ſatis explicatur; vbi per facem, humanum ingenium, cui artium appropriatur indagatio; ſcite ſignificatur. Curandum idcirco eſt ne illi vnquam deficiant ſtudiorum alimenta, ſi eiuſdem maiora expetimus incrementa.*

2 *Lectio alit ingenium, & lectura per exercitium ſuſcipit incrementum, vnde melior, & doctior quis literarum ſtudio fit, in quo, nimia delectatione vt plurimùm non tàm vitam producimus, quàm prodigimus: cùm ſtudio nimium incumbere, ſoleat egritudines*

&

Digitized by Google

& mortem inducere. Quare certis legibus nimia coercenda eſt legendi cupiditas.

3 *Non refert quàm multos habere libros, ſed quàm bonos: certis enim ingenijs immorari, & innutriri oportet, ſi volumus aliquid trahere, quod in animo fideliter ſedeat; cum diſtrahat mentem librorum multitudo: quarè probatiores ſemper legendi ſunt, omiſſis gregarijs.*

4 *Ad Sacram, Sanctorumque ſcientiam, vnus; quin etiàm, nullas requiritur liber, cùm à Deo plerùnque infundatur. Cæterùm ad alias ſcientias, & artes, plurimi, & optimi neceſſarij ſunt; quod celebrium numeroſis hominum bibliothecis, per totum diffuſis orbem ſatis oſtenditur.*

5 *Libri, quibus ad ſtudium, literarumque exercitia vti oportet, debeat eſſe boni, determinati, neceſſarij, & probati: quare bonitate vtpotè carentes, damnantur in primis, hæreticas prauitates, aut falſam continentes religionem, ſuperſtitioſi, obſceni, & famoſi, ſiue infamatorij.*

6 *Lectio malorum librorum hamus quidam eſt, quo ineſcantur imprudentiam mentes, quod diuerſorum cladibus, & ruinis latè oſtenditur. Quare è medio omninò tollendi ſunt, cùm ad inſtar ſcintillæ, cineri doloſo ſuppoſita, ſi aſpiciantur quidem latent, ſi verò commoueantur acriter vrunt.*

7 *Nil vetat, quin potiùs maximè iuuat in laſtratione bonorum librorum, vnam nobis, eumque optimum, in facultate, quam conſectamur principem eligere, cuius pabula potiſſimum iauutriamur; quod ſpectatiſſimis quoque viris contigiſſe videtur, qui ſingulares aliquos habuerant authores in delicijs, eoſque è ſinu rarò deponebant.*

8 *Libri quantùm ſatis eſt permittuntur. Plerique tamen, qui non tàm diſciplinæ, quàm voluptati, & iactantiæ libros quærunt, hanc ſtomachantur facultatem; vndè à Luciano meritò irridentur. Nam ſi eodem modo Doctor ſe habet ad libros, quò miles ad arma; non minus apud illos librorum, quàm apud hos armorum inutilis eſt ſuperfluitas.*

9 *Cum non omnes probentur libri, maximè cauendum eſt, ne Muſæis atque ſtudioſorum Bibliothecis, inutiles, & pernitioſi approximentur. Quare meritò fabulatum legitur, Parnaſſi ad radices, Conſule Torquato, in quodam conſtituto hoſpitio, antequam ad faſtigium admitterentur montis, omnes libros, qui edebantur, per quatuor ſaltem dierum decadas, conſultò fuiſſe detentos.*

10 *Multa dantur in codicibus, quos etiam ſummi viri, nobiliſſimique Authores ſcripſerunt, ſeuera animaduerſione digniſſima, vt plurimis, varijſque oſtenditur exemplis. Quare in legendo, maxima cura adhibenda eſt, ne quadam, quæ aliàs inutilia, & mendoſa iure videntur, ab incautis, & inexpertis, tanquam probata, purgataque recipiantur.*

HVmani facultatem ingenij, per facem
eſſe explicandam non immeritò ſenſe-
1 runt Antiqui: hoc enim Promethei cen-
„ ties decantatà fabulà, *in Protagora, ſiue*
„ *Sophiſta* primus docuit Plato: Ex qua nar-
„ ratione colligimus (inquit Cælius Aug.
„ Curio *lib. 1. Hieroglyph. comm. ad Pier. Valer.*
„ *lib. 59.*) per Prometheum facem accenſam,
„ quæ ignis furtum ſignificet, tenentem;
„ ingenij vim in inueniendis artibus, ar-
„ tiumue inuentionem, & ipſum inuento-
„ rem denotari. Fax enim animæ illa vis
„ eſt, quam Ariſtoteles intellectum agen-
„ tem vocat, quam Plato in Egyptiorum
„ Theologia cæleſtem igniculum, lumenue
„ extrinſecùs adueniens appellarunt; cuius
„ proprium munus eſt artium inuentio.
Quia verò Fax, ſiue Lucerna (Fax enim in
eundem cum lucerna venit vſum; *ad Quin-*
ctum fratrem lib. 3. epiſt. 7. ſcribente Tullio,
Aliquid ſe ad ligneum lychnum, non ſine
delectatione ſcripſiſſe) ſi oleo, aut quo
vis alio, ad luminis viuacitatem, quo
paſcitur deſtituatur liquore, citò deficit,
& extinguitur: ita ſanè hominum ingenia
niſi debitis foueantur alimentis, hebeſcunt
ſtatim, & arent: Nam vbi incremento
„ locus non eſt, vicinus occaſus eſt, *Seneca*
2 *de conſol. cap. 23.* Alit autem lectio ingenium
„ & ſtudio fatigatum, non ſine ſtudio tamen
„ reficit, *idem epiſt. 84.* Quandoquidem Le-
ctura per exercitium ſuſcipit incrementum
Gloſſ. diſtractione. extra. de ſent. excomm. C. de re
milit. l. milites ff. de legat. legatis ſeruis § armatri-
cibus: Sic, & per contrarium ſuſcipit de-
trimentum. *ff. de iure fiſci l non intelligitur.*
§. diui fratres. Et melior, & doctior quiſque
literarum ſtudio fit. *ff. ad exhibendum l. penult.*
ad exhibendum. Cęterùm, cùm tam ſuauis,
dulciſque ſit per ſapientum membranas,
ac literas meditatio noſtra, vt inter libro-
rum aceruos per vigilias ac labores ple-
„ runque vitam non tàm producamus,
„ quàm prodigamus: Studio enim nimium
„ incumbere, ſolet ægritudines inducere.
„ *Gloſſ declarauit, clement. 5 tit. 11.* Et nunquam
„ morbi poſſunt, cauſis manentibus, deleri,
„ *Fernel. pathol. lib. 1. cap. 11.* Statis idcircò, cer-
tiſque monitis, nimia coercenda eſt legen-
di cupiditas, & inſanabile deſiderium, hel-
luonibuſque librorum imperandum, vt
ſibi temperent, & meminerint breuem
eſſe mortalium vitam, libroſque propè
infinitos.

Quamobrem præ cæteris in hac re, ma-
3 turo iudicio, Philoſophum Senecam au-
dien-

diendum puto; qui *Epiſt.* 45. ſapienter omninò, hæc Lucillo documenta præbuit. Non refert (inquit) quàm multos libros habeas, ſed quàm bonos. Quod iam *Epiſt.* 2. diffuſius huiuſmodi expreſſerat verbis: Illud vide ne iſta lectio multorum authorum, & omnis generis voluminum habeat aliquid vacuum, & inſatiabile. Certis ingenijs immorari, & innutriri oportet, ſi velis aliquid trahere, quod in animo fideliter ſedeat: Nuſquam eſt, qui vbique eſt. In peregrinatione vitam agentibus hoc euenit, vt multa hoſpitia habeant, nullas amicitias. Idem accidat neceſſe eſt iјs, qui nullius ſe ingenio familiariter tranſmittunt. Non prodeſt cibus, nec corpori accedit, qui ſtatim ſumptus emittitur. Nihil æque ſanitatem impedit, quàm remediorum crebra mutatio. Non venit vulnus ad cicatricem, in quo crebro medicamenta tentantur. Non conualeſcit planta, quæ ſæpè transfertur. Nihil tàm vtile eſt, quod in tranſitu proſit. Diſtrahit animum librorum multitudo. Itaque cùm legere non poſſis quantùm habueris, ſat eſt habere quantùm legas. Sed modò inquis, hunc librum euoluere volo, modo illum. Faſtidientis ſtomacus eſt multà deguſtare, quæ vbi varia ſunt, & diuerſa coinquinant, non alunt. Probatos itaque ſemper lege, & ſi quandò ad alios diuertere libuerit, ad priores redi: Hæc ille: non quidem, vt variorum librorum lectionem disertè condemnet, quemadmodum plerique non rectè ſunt arbitrati (quis enim maior librorum helluo quàm ipſe? qui omnes ità peruoluit, vt maxima quæque tractans volumina, non abſtineret ab infimis; quod eius eruditio multiplex, & factum ad omnia ingenium, ſatis indicat) ſed vel vt ſtudioſorum auidum compeſcat animum, dùm Oneret diſcentem turba, non inſtruat: vel vt omnis ſub ſpecie diſciplinæ mendicata amoueatur ambitio, quæſituſque luxus duntaxat, dùm: Non in ſtudium, ſed ſpectaculum plerunque comparentur. Ita ipſe *de tranquillitate animi cap.* 9.

4 Nec dubitandum ſanè, quin ſi quis ſcientiæ Sanctorum, aut morali Philoſophiæ ſtudere velit, vno libro poſſit eſſe contentus (quo ſenſu eximius ille Theologorum apex D. Thomas interrogatus apud Nicol. Cauſſ. *lib.* 3. *de eloquentia cap.* 12 quo pacto quis doctus euadere poſſet; reſpondit ſi vno duntaxat vteretur libro vel etiam nullo, ad culmen euangelicæ perfectionis euadere, quemadmodùm de Sanctis Apoſtolis, *actor.* 2. Hore Abbate ægyptio apud Marul. *lib.* 2. *cap.* 2. Hildegarde ſpanheimeſi abbatiſſa, apud Authorem *vitæ ipſius lib.* 1. *cap.* 1. atque alijs non paucis, paſſim legitur apud Hiſtoricos. Veruntamèn, alia ſcientiarum, atque artium ratio eſt: Neminem quippè inuenio inter doctrina celebres, qui libros auidè non conquiſiuerit, & cum multos poſſideret, plures non optarit. Quod ſtudium non modò in Ethnicis viguit, apud quos celebres illę fuerũt Bibliothecæ, vt Oſymãdiæ ſeu Oſymanduæ Egyptiorũ Regis, qui primus (quẽ memoria ſeruet) nobilẽ ſtruxerat Bibliothecam, & in eius hoc præſcripſerat fronte: Animæ, ſcilicet, medicamentum, *Diod. ſicul. par.* 2. *lib.* 1. *bibliot. cap.* 1. Eumenis ſupra ducenta millia voluminum; & Ptolomæi Philadelphi pluſquàm ſeptingentorum, *Hieronym. epiſt. ad Chromatium*; aliorumque apud diuerſos Authores: verùm etiam Iudæis, *Eſdræ* 1. 5. *&* 6. *&* 2. *Mach.* 2. ac Chriſtianis ſtatim poſt tempora Apoſtolorum, ſummæ curę fuit varios libros in vſu Doctorum congerere. Itaque Alexander Epiſcopus Hieroſolymitanus celeberrimus præclaram Bibliothecam Hieroſolymis inſtituit; in quam virorum Eccleſiaſticorum ſcripta, vt Berylli Hippolyti, Caij aliorumque repoſuit, quibus, & ſe adiutum teſtatur Euſebius Cæſarienſis Epiſcopus. Cæſareæ quoque Bibliothecam aperuit Iulius Affricanus, quam poſtea idem Euſebius, & Pamphilius presbyter ad triginta millia voluminum auxerunt, apud Nicol. cauſſ. *loco ſuperius adducto.* Quod profectò nunquam feciſſent, ſi libri vnius vſum duntaxat ſufficere exiſtimaſſent: Libri enim ad ſcientiam ſunt neceſſarij, 6. *Decret. de verb. ſign. cap.* 3. §. *Nec quicquam ex his inſurgat erronum &c.*

5 Redeamus itaque ad Stoici nuper indicta conſilia, ſi librorum, ſcriptorumque percupimus vtilitate frui, quæ niſi ſupputatio me fallat, quatuor hiſce omninò pendent initijs, videlicet, vt boni, determinati, neceſſarij, & probati ſint. Bonitatis carentia, omnes coercendi videntur in capite, qui Religionem quoquomodo laxantes, impij, ac ſacrilegi hæretica dogmata ponunt, *Pius* 4. *tom.* 2. *Bullarij. Bulla Cænæ quæ ſub Vrbano Summ. Pontif. anno* 1627. *lecta fuit tom.* 4. *Bullarij & regula* 2. *Indicis.* Sicut libri omnes, & ſcripta Geomantiæ Hidromantiæ, Eromantiæ, Pyromantiæ, Onomantiæ, Chiromantiæ, Negromantiæ, ſiue in quibus continentur Sortilegia, Veneficia, Auguria, Auſpicia, Incantationes artis Magicæ, Iudicia Aſtronomica circa contingentia futura, aut ea, quæ ex libera pendent hominum voluntate, *Sixtus* 5. *Bulla Cęli, & Terræ inter conſtit. ipſius num.* 17. Vrbanus 8. in alia Bulla, *quæ incipit: Scrutabilis. & reg.* 9. *indicis.* Item,

Item, qui amatorias, & obſcenas ex profeſſo tradunt exceptis tamen ab antiquis ethnicis conſcriptis propter ſermonis elegantiam, *reg. 7. indic.* Tandem ea ſcripta, ſiue libri, qui virulenter abſque metu pænę aut cura decori, & modeſtiæ continent pleraque maledica, inepta, & ſcurrilia, nonnunquam, vnde apud Iuriſconſultos, *Famoſi*, eo quod famæ detrahant alicuius, nuncupantur, *l. 12. tabul apud Tullium 4. tuſcul. & l. vnic. de famoſis libell.* quod etiam feſtiuiſſimè cecinit Flaccus *lib. 2. ſatyr. 1. dicens:*

Si mala condiderit in quem quis carmina, ius eſt,
Iudiciumque.

6 Malorum nanque prædictorum omnium librorum lectio hauſta eſt, quo incautur imprudentium mentes: illum ſi contigeris lædit, ſi compreſſeris necabit. Scintilla eſt cineri doloſo ſuppoſita; ſi ſolùm illam aſpexeris, latet; ſi commoueris, vrit. Hamo hinc veluti captus interijt quidam nobilis Bohemus (pulchrè ad rem noſtram) ſuæ familiæ cognomine *Putridus Piſcis*, qui apud Oxoniam, Angliæ Ciuitatem, cùm in Vviclephi libros offendiſſet, erroneam Vviclephitarum doctrinam auidè arripuit, eamque, conflagrationis ingentis, inſtar ſcintillæ intulit in patriam; dum Ioannis Hus perditi hominis ſubdola prolatione, Huſſitarum Hæreſis, miſeram aliquando vſſit Bohemiam, *Eneas ſyl. lib. de origi. Bohem. cap. 37.* Auſpiciorum verò, Diuinationum, cæterarumque vanarum, quid iacturæ acciderit ſuperſtitionum curioſis ipſarum indagatoribus; audire tantùm libeat D. Cyprianum *lib. de idolat. vanit:*
„ Regulas (inquit) auſpicia ſeruauit, &
„ captus eſt: Mancinus Religionem tenuit,
„ & ſub iugum miſſus eſt: Pullos edaces ha-
„ buit Paulus, & apud Cannes cæſus eſt:
„ Caius Cæſar ne antè brumam in Africam
„ nauigia tranſmitteret monitus, augurijs,
„ & auſpicijs remittentibus ſpreuit, eoque
„ facilius nauigauit, & vicit. Idem Cæſar,
„ cùm eſſet in Aſtrologia non modicùm
„ verſatus, ſuam tamen mortem præuidere
„ non potuit. Nec minoris exitij Romanæ Militię aliàs bonarum diſciplinarum maximè ſtudioſæ, extitit occaſio librorum obſcænitas: nàm admiranti Surenæ fortiſſimo Parthorum Duci, Cur Romani per ipſum fuſi fractique, ab auita virtute, tàm citò degeneraſſent: Ariſtidis Mileſiaca, mollis, & fæmineus liber, in profligato repertus exercitu, cauſam omninò pandit, *Plutarch. in Craſſo.* De famoſis denique ſcriptis, mordacibuſque Paſquillis, ferè innumeros adducere poſſem infælices euentus: quia verò paucis comprehenſa breuitas, multarum rerum habet expeditionem, præcipuè cum locus, & ratio commorari non ſinant; vnum tantùm Meuium Virgilij, & Horatij æmulum, qui Satyris, ſcurrilibuſque dictis nimis indulgens; dùm aliquando Athenas petulanti carmine laceraſſet, in carcerem coniectus, media perire coactus fuit; ad maledicos coercendos in exemplum attuliſſe ſufficiat. *Gyraldus dial. 4. hiſt. poet.*

Secundò verò loco, conſultò monebat
7 Seneca, vt certis ingenijs immorari, & innutriri oporteret. Nil enim vetat in illuſtratione bonorum, vnum nobis eumque optimum librum, & in facultate, quam conſectamur principem eligere, cuius pabulo potiſſimùm inutriamur, quod ſpectatiſſimis viris video contigiſſe, qui ſingulares aliquos Authores habuerunt in delicijs, quos ſinu rarò deponebant: Diſſauiabatur Philolaum Plato, vt ipſe *in Phe-*
„ *done*, ſub perſona Socratis cæterorum in-
„ terlocutorum teſtatur, dicens: Quædam
„ audiſtis à Philolao, quo familiariter vte-
„ bamini &c. Platonem deinde Tullius, *Pet. vict. var. lect. plurib. in loc. ſed præcipuè. lib. 38. cap. 19.* Alexander Mammeæ, eiuſdem Tullij aſſiduè legebat officia, *Gyrald. dial. 5. hiſt. poſt.* Diuum Paulum Andronicus Imperator ſuprà cæteros amauit, *Nicetas lib. 2.* & in vno denique Tertulliano, Diuus Cyprianus conquieſcebat, *Nicephor. Call. lib. 4. hiſt. cap. 34.*

Cęterum faſtidientis ſtomachi libros
8 plurimos deguſtantis ad ſedandam nauſeam, huiuſmodi pharmacum Seneca inſtituit, nimirum, vt quantùm ſatis eſt ha-
„ bere legatur. Vt ciborum (inquit Petrar-
„ cha *dial. 43.* ſic librorum vſus pro vtentis
„ qualitate limitandus eſt; Siquidem pro caloris natiui copia, cibaria ingerere oportet, *Galen. in aphor. 15. Hipp. comm. 1.* Plerique tamen, qui non tam diſciplinæ quàm voluptati, & iactantiæ libros quærunt; ſtomacantur Receptum: Tantumque hac ſupellectili exornant thalamos quæ animis exornandis inuenta eſt; neque aliter his, quam corinthijs vaſis, aut tabulis pictis, ſtatuiſque vtuntur. Hinc Lucian. *orat. cont. indoct.* eorum quendam, qui librorum longa ſerie tumebat, lepide ſic irridet: Simia, ſemper eſt Simia, & ſi aureum cul-
„ tum portet; & ſemper indoctus, qui mul-
„ tos libros habet, & ſi tot ei ſint, quot
„ Athenis in Italiam Sylla aduexit. Sapiens, itaque, non copiam, ſed vult ſufficientiam: illa enim ſæpè peſtilens, hæc ſemper eſt vtilis. Non paucis ad vincendum armorum multitudo impedimentum fuit; ita vereor, ad ſciendum librorum luxuries nocumentum afferat. Eodem ferè modo ſe habet

Do-

Digitized by Google

Doctor ad libros, quo miles ad arma: etenim Libri arma ſunt ſcholaſticorum, *Gloſſ.marg.ſuper gloſſ.dignitate l.125.ff de verb. & ver.ſign.* Cum miles igitur non ad ſuperfluum, ſed ſibi neceſſarium vſum teneatur armorum, *l.deſertorem* 5.*miles ff. de re militari*; æqua lance, vt doctoratus honoribus gaudeat ſcholaſticus, ſibi vtiles, neceſſarioſque libros tantùm retinere debet, *Alex. ad Bartol. in l.grammaticoſ.2. in fin. C. de profeſſor.& Medicis.lib.10.& Gemin.in cap. quæ ipſiſ. 38. diſt.*

Quia denique ſcripturis, libriſque omni-
9 bus, non æque arridet nomen, quod ſuis indidit Hermes apud Authores Palatij Reginæ eloquen.*exercit.1 lect.6.punc.6.Pharmacum*, ſcilicet *immortalitatis*: cùm multos reperias, in quibus non tàm medicina, quàm propinatur venenum, vt ſupra oſtenſum eſt: rectè noſter Seneca, probatos ſemper legere admonuit: adeò vt è Muſæis, manibuſque debeant abeſſe; & inutiles, & pernicioſi, quia continent, quæ neque ſcire compendium, neque ignorare detrimentum eſt. Prudentiæ igitur, & ingenij erit videre, qui attingendi, qui repudiandi ſint. Idcirco, magno Torquato Parnaſſi conſule, apud Famianum Strad., qui *lib.3.proluſ.1.* talia finxit, enixè inſtante, cautum ſtudioſè fuit, vt omnes, & ſingulos libros, à Parnaſſi, non modo Regia, ſed etiam à finibus, eorundem abſtineret Quæſitor, nec priùs admitteret ad faſtigium montis, quàm in conſtituto ad radices hoſpitio, quatuor dierum decadas exegiſſent, ſuſpicionemque ſui purgaſſent: quandoquidem non eſt curioſi oculi curſim delibantis, aut præproperè vorantis cenſurare libros, ſed diligenter præſcrutantis, omniaque, vel minima in ipſis exarata, intime penetrantis. Quam profectò non concinnitatis, aut venuſtatis cauſa, fabulam tantùm appoſui; ſed cautos red-
10 dendi ſtudioſos, ne ipſos penitus lateat, multa quoque dari in codicibus, quos ſummi Viri, nobiliſſimique Authores ſcripſerunt ſeuerà animaduerſione digniſſima, proindeque minùs illis proficua, vt ſatis
„ eruditè tradit Pereyra *de repub.liter.lib.4.q.2.*
„ *num.*611. Hinc apud Petrum Gregor.*lib.*17.
„ *reipub.cap.*8, *à num.*3. (inquit ipſe) quidam
„ in Platone criminantur confuſionem.
„ Athæneus *lib.*11.*cap.*22. irridet libros eius
„ de republica, & leges ibi latas, vtpotè hæc
„ omnia ſcripta hominibus à ſe fictis. Theo-
„ pompus Chius complures eius dialogos
„ inutiles, & mendaces eſſe teſtatur, mul-
„ tos etiam alienos; nonnullos Antiſtenis,
„ alioſque Heracleontici Bryſonis. Ariſto-
„ telem quidam vocant Sepiam, illius (vt
„ credo ſugillantes obſcuritatem inſtar atra-
„ menti, quod Sepia circumquaque diffun-
„ dit. Ciceroni non placet Demoſthenes, &
„ quidem huius orationem dixere inuidi
„ olere lucernam. Cicero ipſe, qui iuxta
„ Quintilianum, vim Demonſthenis, Iſo-
„ cratis iucunditatem, copiam Platonis ef-
„ finxerat, non placuit omnibus ſuæ ætatis
„ hominibus: cùm à quibuſdam diceretur
„ redundans nimiùm in petitionibus, in ſa-
„ libus aliquando frigidus, in compoſitio-
„ nibus fractus, & elumbis. Trogo diſplicet
„ Liuius, cuius orationes damnat tanquam
„ ſiccas, & imaginarias. Certè Caligula
„ Cæſar (vt ait Suetonius) parùm abfuit
„ quin Statuas, & ſcripta Lucij ab omnibus
„ Bibliothecis amouerit culpans eum tan-
„ quam verboſum, & negligentem in hiſto-
„ ria, cùm ſuppreſſiſſet triumphos Romuli
„ partos, & habitos victoria Tuſcorum,
„ quod in hiſtoria eſt genus falſitatis dignum
„ abolitione Authoris. Lenæus Pompei
„ magni libertus, Saluſtium quòd de Pom-
„ peio illius patrono minus rectè ſcripſerit,
„ acerbiſſima ſatyra lacerauit, eum appellans
„ lurconem, nebulonem, popinonem, Cato-
„ niſque verborum ineruditiſſimum furem.
„ Aſinius etiam, Saluſtium affectatorem
„ nuncupat. Quintilianus, Senecam irridet.
„ vocans calcem ſine arena. Virgilium car-
„ punt alij, velut vſurpatorem. Nec inſignes
„ Iuriſtæ effugère calumniam: cum Azo-
„ nem quidam dixerint Agaſonem: Iuſti-
„ nianum, Analphabetum: Bortolum, Bat-
„ tum. & Baldum, Bardum? Ex quibus,
„ & infinitis alijs, quæ prudens omitto, fa-
„ cilè conſtat, multos eſſe libros omninò
„ noxios, & inutiles; & illos etiam, quos
„ antiquitas celebrauit, & admirata eſt, non
„ omninò vtiles. Hæc ille.

CAPVT XV.

De origine ſcribendi imprimendique libros, eorumque cultu, atque vtilitate.

SVMMARIVM.

1 *Ex originaria librorum antiquitate, vtilitate atque cultu; in cognitionem apprimè venimus, quibus ex eis ad ſanam ſtabilemque doctrinam tradendam, præ cæteris incumbendum ſit: Sciſcitanti enim, cur bonis determinatis, neceſſarijs, ac probatis tantùm libris nauanda ſit opera, ſatisfactum penitùs putamus, ſi prædictorum vtilitas, antiquitas, cultus, atque mirifica oſtendatur origo.*

2 *Librorum nomen vndè deriuetur, quibus conueniat, & quæ communiter libri dicantur.*

tur. Quare etiam codices de arborum caudicibus, ex quibus antiqui tabulas ligneas ad ſcribendi vſum conficiebant, nuncupari ſolent.

3 *De origine ſcribendi libros, varia, ac permulta extant ſententia, fortè ex inaccurata nominum locorum, & gentium, qua plerunque mutantur obſeruatione exorta. Hebream, tamèn gentem, libros, & ſcripturas, alys edidiſſe priorem plurimi non ineptè tradunt.*

4 *Poſt Hebreos Prometheum apud Græcos, aut Pherecydem Syrium, ſiue Cadmum Mileſium, ante cæteros edidiſſe libros putarunt nonnulli. Horum tamen omnium primus Anaxagoras, ſiue Piſiſtratus tyrannus, à ſe ſcriptum librum (vt alys placet) in lucem dedit.*

5 *Inſtrumenta, quibus ad ſcribendum vtebantur priſci, Stylus ferreus, Stylus oſſeus, & Stylus ſaxeus fuerunt. Veruntamen horum omnium ferè vſus exoleuit poſtquam inuentus eſt calamus, & penicillus.*

6 *Præter enumerata inſtrumenta, quæ vicem ſubeunt ſolius Styli, vel calami; alia quædam etiam ſunt, quæ faciunt pro ſtylo, & ſimul pro materia ex qua literæ fiunt, vt ſunt rubrica, creta, carbo, plumbum; quæ etiam priſcæ probantur fuiſſe conſuetudinis.*

7 *Omnium profectò ſcribendi inſtrumentorum ſuperauit vſum Typograhia; cuius inuentio, cui tribuenda ſit, adhuc haſitatur non parum: Quidam enim Argentinæ, Harlemo aliÿ Hollandiæ oppido, & Maguntiæ non pauci, ipſam dederunt. Vlrico tamen Gallo, aut Sinenſibus populis, non verentur eandem plerique aſſignare.*

8 *Poſtquam literarum, typorumque nitor, libros æſtimabiles reddidit illis varius cultus, & ornatus paulatim exhibitus eſt; vnde vmbilici eburnei, voluminibus fuerunt adiuncti Charta, & membrana, vbi primum mallcari, & pumicibus læuigari cæperint, varÿſque coloribus librorum tectoria picturata extiterint, latè enarratur.*

9 *Statim ac libri deſiere eſſe volumina, auro purpura, argentoque, varÿſque ornamentis contecti fuere. Quare, vt ipſorum chartæ eſſent æquales, folia pariter acciſa in Sicilia primum adinuenta ſunt; & Tineæ vt arcerentur, oleo è cedro arbore expreſſo illiniebantur; oculoſque legentium vt oblectarent, aureis, argenteis, muriceis &c. item inſcribebantur apicibus.*

10 *A neceſſarÿs, probatis, bonis, ac determinatis libris, vtilitate remota, nec cultus, nec ipſorum ampliùs extabit editio. Quæ vtilitas, breui quidem, ſed erudito elogio ſatis oſtenditur.*

11 *Bonarum artium tanta vis eſt, vt illarum præſidio, hominum natura agreſtes mores exuat, induat liberales. Homo enim manſuetum animal eſt; ſi cum natura, rectam diſciplinam fuerit aſſecutus, in diuiniſſimum manſuetiſſimumque animal ſolet euadere: ſin verò non ſatis fuerit educatus, ferociſſimum omnium, quæ in Terris naſcuntur, animal redditur, quod nonnullis oſtenditur exemplis.*

QVibus libris Doctores incumbere ha-
beant, vt ſanam queant promere do-
1 ctrinam, callere nemo vſquequaque præ-
ſumet ſi eorundem librorum ſcribendi
origo, cultus, & iuuamen ab ipſo ferè
„ obliteſcant: Tunc enim dicemus hoc ſci-
„ re (inquit Philoſophus 1. *poſt. tex.* 166. *ex*
„ *translat. Burana*) cùm non derelinquetur via
„ ad quæſita propter quid erit prædicatum
„ de ſubiecto, & terminabimus interroga-
„ tiones. Ampliùs enim ſciſcitanti, cur bo-
nis, determinatis, neceſſariis, ac probatis
tantùm libris nauanda ſit opera; ſatisfa-
ctum penitus arbitramur, ſi eorundem
vtilitas, exindeque cultus, ſcribendique
2 vetuſtas ſedulò oſtendatur. Ea de re, igno-
randum nequaquam eſt, quod Liber,
cum propriè Corticis genus ſit tenuius,
quod in philyras plures diuidi poteſt: cu-
iuſmodi erant, quæ papyris in Ægypto de-
trahebantur, chartæque vſum præbebant,
canente Poeta *georg.* 2. 16.

——— huc aliena ex arbore germen
Includunt, vdoque docent inolere libro.

hinc obtinuit vſus, vt quamuis mutata
re, aliiſque iam inuentis chartarum gene-
ribus, priſcum tamen manſerit nomen,
librique dicantur, qui ex pluribus concin-
nati ſunt chartis, ex quacunque materia
præparatis: ſicut iidem, & Codices de ar-
borum caudicibus, nuncupentur ex qui-
bus antiqui tabulas ligneas ad ſcribendi
vſum ſolebant conficere, eaſque, cera ob-
ducere, *Vlpia. ff. de legatis, & fideicomm.* 3.
l. librorum appellat.

Quis nanque omnium primus eos exa-
3 rauerit, vel ſcripſerit; cunctorum non
omninò eadem ſententia eſt; quinimò nil
tenebroſius ob authorum nimiam multi-
tudinem, quàm ſcribendi inuentio, inda-
gantibus ſe vnquam obiecit: fortaſsè non
rectè animaduertentes gentium, & regno-
rum nomina, in quibus repertæ, & exco-
gitatæ primùm literæ, temporum inter-
uallis extitiſſe mutata, & eaſdem regiones,
ac gentes, diuerſis nominibus apud vete-
res appellatas ſubinde fuiſſe: eodem canen-
te Poeta 3 *æneid.*

Tantum æui longinqua valet mutare vetu-
ſtas.

Ea propter, relictis plurimorum placitis,
quæ potiora videntur ſtatuam duntaxat.

At-

Arbitror idcircò Hebræam gentem primos ediddiſſe libros, cum primas repererint literas, ita ſentiunt Philo, Ioſephus Iudæus, & ex eo Polydor. Virgil. Opmerius, Greg. Toloſas, Ludouicus Viues, Ioann. Annius Beroſi interpres, cæterique permulti apud Hermannum Vgonem *de orig. ſcribendi cap. 3.* Hinc ab Apoſtolo Iuda, *epiſt. cath.* Enoch ſeptimi ab Adamo liber, & verba citantur. Et ipſe Moyſes, qui eruditus fuerat omni ſapientia Ægyptiorum, *Actor.* 7. anno mundi 2480. Pentatheucum ſcripſerat; *Numer.* 21. librum quendam Bellorum Domini manifeſtè al-
4 legauit. Ad quos autem primùm ab Hebræis ſcribendi ratio, atque literæ velut in colonias deductæ ſunt, modò ſcrutandum manet, cùm in tanta veterum Scriptorum copia, primum aliquem fuiſſe, qui animi ſui ſenſa, poſteritati, ſcriptis commendarit haud dubiè cenſendum ſit. Prometheum itaque, Suida teſtante *lit. P.* temporibus Iudicum Hebræorum apud græcos celebrem fuiſſe tradunt, qui primus inuenerit grammaticam philoſophiam, ideſt literarum ſapientiam: Is homines finxiſſe dicitur, quòd effecerit, vt rudes, atque indocti illi, ſapientiam cognoſcerent. Item Pherecydes Syrius, prius pedeſtri oratione ſcripta edidit. Hoc tamen alij tribuunt Cadmo Mileſio. Horum tandem omnium primus Anaxagoras, teſte Laertio *in eius vita*, Librum à ſe ſcriptum in lucem dedit, ſiuè potiùs Piſiſtratus tyrannus, vt placet Gellio *lib. 6. cap. 17.* ſed de his hactenus.

Inſtrumenta verò, quibus ad ſcriben-
5 dum, vtebatur antiquitas, hæc enarrantur, nempè ſtylus ferreus, cùm primæ Hebræorum literæ ſecundùm Ioſephum *1. ant. cap. 4.* ſaxis, & laterculis inciſæ fue-
,, rint: Quarè *Iob. 19.* habetur: Quis mihi
,, tribuat, vt ſcribantur ſermones mei: Quis
,, mihi det, vt exarentur in libro ſtylo fer-
,, reo, aut plumbi lamina, vel celte ſculpan-
,, tur in ſilice. Quod de poſtera ætate etiam
,, aſſeuerat Iſidorus *lib. 6. cap. 9.* Græci (in-
,, quit) & Tuſci primùm ferro in ceris ſcri-
,, pſerunt. Succeſſit ferreo ſtylus oſſeus *Tit. Quintil. apud Hermannum Vgonem de prima ſcribendi origine cap. 9.* ex quo & ea, quæ ſequuntur de ſcribendi inſtrumentis fide-
,, liter aſtruam: Vertamus (inquit) vome-
,, ren in ceram, mucroneque aremus oſſeo.
,, Quare iuſſerunt Romani, ne graphium fer-
,, reum eſſet: vndè, & apud Scribas diceba-
,, tur (ait loco citato Iſidorus) Ceram fer-
,, ro ne cedito. Sed forſitan non fuit perlata illa lex, aut certè abrogata eſt: Nam de ferreis culteilis, ſuo adhuc æuo Martialis ſcribit *lib. 15. epigramm. 21.*

Hæc tibi erunt armata ſuo graphiaria ferro,
Si puero dones, non leue munus erit.

Porrò ſtyli oſſei meminit prętereà Laertius, qui refert Cleanthem ſolitum oſſeo ſtylo in tegula excipere documenta Zenonis. Quin ſaxeo ſtylo vtuntur vulgò Arithmetici, dùm in lamella ſaxea, ſeu ſcindula, numerorum Ziffras ſculpunt: Sed enim horum omnium ferè vſus exoleuit poſtquam inuentus eſt calamus, penna, & penicillus, de quorum origine nihil conſtat certiùs, quàm quòd recentior ſit inuentione chartæ, & membranæ: neque enim penna, quæ caua eſt, neque calamo, qui pulpoſam medullam habet, ſcitè arari poteſt cera, aut vllo modo cælari poſſunt tabellæ, vel ſaxa. Deinde pennæ, & calami, niſi coloribus intincti, non valent ad ſcriptionem, vt inquit Quintilianus *lib. 10. cap. 3. inſtit. orator.* In ceris autem, & ſaxis, & tabellis ſufficiebat inciſio, ſine effuſione coloris, quæ neceſſaria tamen ad inſcribendam chartam, aut membranam. Eſt hæc de earundem rerum origine ſententia Opmerij initio Chronic. vbi
,, ſic loquitur: In pugillares ſcribebant ſty-
,, lis ferreis, in papyros autem arundineis
,, calamis, & poſtmodum etiam auium pen-
,, nis. Et Petri Greg. *lib. 15. de repub. cap. 3.*
,, Calamo (inquit) ſcriptum in chartis, Martiale teſte, *epig lib. 14.*

Dat chartis habiles calamos Memphitica tellus.

Præter hæc inſtrumenta, quæ vicem
6 obeunt ſolius ſtyli, ſunt quædam etiam ſubinde vſurpata, quæ faciunt pro ſtylo, & ſimul pro materia, ex qua literæ fiunt: Huiuſmodi ſunt, Rubrica, Creta, Carbo, Plumbum, quæ etiam priſcæ fuerunt conſuetudinis, vt de Rubrica patet ex Perſio, *ſatyr. 5.*

———Oculo rubricam dirigit vno.

De Creta, ex Iuuenale, *ſatyr. 1.*

———Sacro nec cedat honori
Nuper in hanc vrbem, pedibus qui venerat albis.

Mancipiorum enim venalium, pedes creta inſcribebantur, vt author eſt Plin. *lib. 35. cap. 18.* Aſiaticam verò cretam vocat Cicero *orat. 24. pro Flacc. ſect. 154. num. 37.* eam, qua Publicani vtebantur, fortè ad ſignandas merces, quæ ſoluto portorio ex-
,, portabantur, dum inquit: Hæc, quæ à
,, nobis prolata laudatio, obſignata erat cre-
,, ta illa Aſiatica, quæ ferè eſt omnibus no-
,, ta nobis, qua vtuntur omnes, non modò
,, in publicis, ſed etiam in priuatis literis,
,, quas quotidiè videmus mitti à Publicanis
,, ſæpè vnicuique noſtrum. De carbone, Plaut *in Mercat. act. 2. 3.*

Impleantur meæ fores elogiorũ carbonibus.

De Plumbo, Catullus ad Varum, *epigramm.* 19.

——— ——— ——— Membrana
Directa plumbo ———

Imo fullatis prætereà, coloribus, ſcribere ſolitos Brachmanes in ſindonibus, narrat Neapolitanus Alexander, *lib.2.cap.30.*

Cæterùm prædictorum inſtrumentorum vſum, nobilemque præſtantiam me-
7 ritò ademit, ſibique aſciuit Typographia, quam Cardanus *lib.17. de artibus*, vocauit artem nulli, nec vtilitate, nec dignitate, nec ſubtilitate ſecundam: Quamobrem ita omnes ipſam mirantur, & exoſculantur, vt ſinguli velint ſuam fuiſſe prolem: nec minora apud Scriptores videntur eſſe diſſidia, quàm de Homeri patria, ſeptem olim Greciæ præclaræ vrbes certatim habuerint, apud Plutarchum *in eius vita*. Sunt enim qui Argentinæ huius artis inuentionem tribuunt, Fulgoſ. *lib.8.cap.13.* qui ſecutus eſt deſcriptionem Vuinphelingi *in epito.rerum german.cap.65.* Iunius verò Batauus *in ſua Batauia*, Harlemo Hollandiæ oppido, eam laudem aſcribit. Et Nicolaus Ferrarienſis *in Hiſtor. Meguntiac. rerum* haud parum iactabundus, ita ſcribit,
„ Hanc ingenioſam charácterizandi artem:
„ non ſolers Italorum indago, non celebris
„ Græcorum ſapientia, non multiformis
„ Gallorum ſcientia, neque callidum Bar-
„ barorum reperit ingenium: ſed induſtrio-
„ ſi nobilis vrbis Moguntiaci Ciues, ſcilicet
„ Ioannes Gudemberg, qui eùm omnem
„ ſubſtantiam ſuam, propter artis difficul-
„ tatem ferè profudiſſet; tandem auxilio
„ Ioannis Medinbach, & aliorum conci-
„ uium adiutus, rem perfecit. Antonius tamen Campanus in erudiſſima ſua editione Liuiana: cuidam Vlrico Gallo, talem inuentionem potiùs aſcribit, dùm canit.

Anſer Tarpeij cuſtos Iouis, vnde quòd alis,
Conſtreperes, Gallus decidit, vltor adeſt
Vlricus Gallus, ne quem poſcantur in vſum
Edocuit pennis nil opus eſſe tuis.

Hieronymus denique Oſorius *lib.11. de reb. Emmanuel.* remotiſſimæ Sinarum nationi, tam mirabilis inuenti laudem, eamque non nuper natam, ſed peruetuſtam, penèque canam, tribuit: Quod & Nicolaus Trigaultius, qui dum recens è Sina in Europam rediſſet *lib.1.cap.4.* his verbis pa-
„ riter aſſeruit: Typographia apud Sinas
„ antiquior eſt aliquantò, quàm apud Eu-
„ ropæos: nam à quinque retrò ſeculis, cer-
„ tum eſt ab ijs vſu receptam; neque de-
„ ſunt, qui aſſerunt, priùs ea Sinas fuiſſe
„ vſos, quàm in hanc mortalitatem, im-
„ mortalis ſe ſe Deus abieciſſet. An autem hæc ita ſint, diſputent, qui velint, ne mihi fortè nimium ſuccenſeat, qui ſibi propriam facit indaginem.

Verùm enim verò, ex quo literarum, typorumque nitor, libros æſtimabiles red-
8 didit; ijs paulatim, & varius cultus, atque ornatus exhibitus eſt. Volumina profectò (vt in membranis, calamò, ab antiquo ſcribendi inchoemus genere) idcircò dicta, quia circum bacillos, inſtar voluebantur faſciarum, vt ſcribit Iſidorus *lib.6. etymo. cap. 13.* non viliori cuiuslibet ligni adhærebant materiæ, cùm bacilli illi è cornu polito fieri cœperint, Martial. *lib. 11. epig.108.*

Explicitum nobis vſque ad ſua cornua librum.

Quinetiam ad ornatum, ijs vtrinque affigebantur bullæ quædam, ſeu poma cornea. aut eburnea, foris extra voluminis oras prominentia, vt Pierius Valer. *lib.34.* notauit. Quare Vmbilici dicebantur communiter, quòd in medio eſſent ipſius voluminis circumuoluti, inſtar Vmbilici, qui medius eſt in corporibus. Vndè prouerbialis nata figura, Ad vmbilicum ducere, quod librum finire atque abſoluere ſignificat, *Horat.epod. ode 14.*

Deus, Deus nam me vetat,
Inceptos olim, promiſſum carmē, iambos
Ad vmbilicum adducere.

Quamobrem chartæ quoque ad libros faciendos cœperunt magis expoliri: à Fannio enim Romæ primùm malleari charta cœpit, *Plin.lib.13.cap.11.* Tum etiam pumicibus læuigari, ne ſcabrities manum ſcribentis, aut legentis oculum offenderet; vnde Martial. *lib.1.epig.62.*

Mutare Dominum non poteſt liber notus,
Sed pumicata fronte ſi quis eſt, non dum
Nec vmbilicis cultus, atque membrana.

Vbi non tantùm chartam, ſed & librorum indicat inuolucra membranacea, quæ frontes ſunt, pumicibus fuiſſe læuigata. Ergo membranæ fuerunt voluminum tectoria, & quidem diuerſi coloris: Rubra ex Catullo *lib.1.ad Varum, epig.19.*

Noui Vmbilici, lora rubra, membrana
Directa plumbo, & pumice omnia æquata.

Nigra, ex Ouidio *lib.1.triſt.eleg.1.* ad librum ſuum,

Vade, ſed incultus, qualem decet exulis eſſe,
Infelix habitum temporis huius habe.
Nec te purpureo velent vaccinia ſucco;
Non eſt conueniens luctibus ille color.

Lutea, ex Tibullo *lib.3. eleg.1.*

Lutea, ſed niueum inuoluat membrana libellum.

Purpurea, ex Tatio *lib.4.ſyluar.9.*

Noſter purpureus, nouuſque charta,
Et binis decoratus vmbilicis
Liber ———

Poſt-

Poſtquàm verò Libri deſiere eſſe volu-
mina, cæperunt frontes è tabellis, purpura,
9 auro argentoque tectis, at ſolidis compo-
ni. Cauſam dat Martialis *lib.14. epigr.84.*
dicens :

Ne toga barbatos faciat, vel pænula
libros :
Hæc abies chartis tempora longa
dabit.

Alphonſus idcircò Aragonorum Rex,
& Siciliæ, cùm Arcem Neapolitanam in-
ſtaurare decreuiſſet : Vitruuij de archite-
ctura librum afferri ad ſe iuſſit. Verùm
cùm ſine ornatu, ſineque aſſeribus allatus
eſſet : meritò non decere dixit, hunc po-
tiſſimum librum, qui nos quomodò con-
tegamur tam bellè docet, detectum in-
cedere; librumque egtegiè ad vſum pa-
rari mandauit: Panormit. *lib.1.de rebus geſt.
Alphonſi*. Hinc folia acciſa, vt æquales eſ-
ſent chartæ, in Sicilia primùm adinuenta
ſunt, *Iſid.6.etym.* Et vt tineæ arcerentur ab
eis, oleo è cedro arbore, expreſſo illinie-
bantur, *Auſon.ad libellum ſuum*.

Huius in arbitrio eſt, ſeu te iuueneſcere
cedro
Seu iubeat duris vermibus eſſe ci-
bum.

Itidem non qnibuſcunque, ſed aureis,
argenteis, muriceis ad decorem literis ſcri-
bebantur libri, vt teſtatur Diuus Hiero-
,, nymus *in prologo Iob.* dicens : Habeant qui
,, volunt veteres libros; membranis purpu-
,, reis, auro, argentoque deſcriptos, vel vn-
,, cialibus, vt aiunt, literis onera magis
,, exarata, quàm codices. Ac tandem Ve-
teres in calce librorum coronidem appin-
gebant; in fronte verò Menidem, ſeu lu-
nulam ad ornatnm deſignabant, *Turnebus
ex Auſonio lib.22. cap.10.* Cæterùm, quan-
tùm ornamenti, recentior quoque Libris
contulerit Typographia, doceat docta li-
brorum ſupellex, toto orbe diſperſa, quo-
rum ſplendor, varietas, & typorum præ-
ſtantia, omnium mentes in ſtuporem ra-
pit. Et quamquam plurima, quæ ſub ex-
cellentiorum Typographorum pollice du-
cta, inuſitatam mereantur laudem : Ve-
runtamen Biblia illa verè Regia, Hebrai-
co, Græco, & Chaldaico idiomate, ter-
niſque latinis verſionibus, ac proprijs
cuiuſque gentis characteribus, typorum-
que varietate diſtincta, & mira membra-
narum elegantia adornata, quæ ex Plan-
tiniana Officina Antuerpiæ prodijt, adeò
cuncta, quæ viderim, cenſetur præcelle-
re, vt Authori ſuo, in Antuerpiana maio-
ri æde, hoc breui licet, inſculpto Epita-
phio; longæuam adhuc famam, meri-
tò ſit adepta.

D. O. M. S.
Chriſtophoro Plantino Turonenſi,
Ciui, & incolæ Antuerpiano,
Architypographo Regio,
Pietate, Prudentia,
Acrimonia Ingenij Magna;
Conſtantia, ac labore Maximo,
Cuius induſtria, atque opera
Infinita opera, vetera, noua
Magno, & huius, & futuri Seculi
Bono, in lucem prodierunt.
Ioanna Riuiera Coniunx, & Liberi,
Hæredeſque
Illa Optimo Viro
Hi Parenti, Mœſti
Poſſ.
Tu, qni tranſis, & hæc legis;
Bonis Manibus benè precare
Vixit ann. LXXV. Deſijt hic viuere
Kal. Quinctilibus
Anno Chriſti CIↃ. IↃ. XXC. IX.

Quæ nihilominus omnia, ſi rectè per-
pendantur, haud dubiè ex vna radice pul-
10 lulant vtilitatis, cuius ſi euellas fibras, vt
de ſeminibus, quæ non habebant radicem
apud Mathæum 13. legitur; areſcere & ip-
ſa quoque neceſſe erit. Siquidem, à ne-
ceſſarijs, probatis, bonis, ac determinatis
libris, vtilitate remota; nec cultus, neque
editio extabit eorndem. Quanti igitur
huiuſmodi notæ libri fieri debeant, quàm-
que ſint vtiles : Lucas *in rub. C.de iure fiſci
lib.10.* citatus à Rabuffo, *priuil.43.* ita de-
,, ſcribit. Liber (inquit) eſt templum iuſtitię,
,, lumen cordis, ſpeculum corporis, virtu-
,, tum repertorium, vitiornm confuſorium,
,, corona prudentum, diadema ſapientum,
,, honorificentia doctorum, clarificentia
,, rectorum, comes itineris, domeſticus fi-
,, delis, ſocius colloquentis, collega præſi-
,, dentis, vas plenum ſapientiæ, via recta
,, eloqnentiæ, hortus plenus fructibus, pra-
,, tum fluens floribus, mare ſine fluctibus,
,, principium intelligentiæ, fundamentum
,, memoriæ, hoſtis oblinionis &c. Bona-
11 rum quippe artium tanta vis eſt, atque
præſtantia, vt illarum præſidio, natura
cæteroqui contumax, agreſtes mores
exuat, induat liberales : Studia enim
vniuſcuiuſque in mores panlatim com-
migrare, Viri ſapientiſſimi docuerunt :
Præclarè ſiquidem in hanc ſententiam, *2.
de Ponto eleg.9.* cecinit Naſo,

Adde quod ingenuas didiciſſe fideliter
artes,
Emollit mores, nec ſinit eſſe feros.

Præclariùs tamen in legibus Plato *lib.34.
dial.6.* Hominem manſuetum animal di-
,, xit : Porrò (inquit) ſi cum natura felici,
,, rectam quoque diſciplinam fuerit aſſecu-
tus,

„ tus, in diuiniſſimum, manſuetiſſimumque animal ſolet euadere: ſin verò non ſatis, aut non benè fuerit educatus; feroeiſſimum omnium, quæ in terris naſcuntur, animal redditur. Hinc Orphei voce, truces animæ, & in belluinam feritatem degenerantes, reuocantur ad humanitatis iura: Amphioniſque ſuauitate duri, & agreſtes homines, ceu lapides, ad extruendas ciuitates;legibuſque obtemperandum ſunt inducti, ita ſcribente Flacco ad Piſonem,

Syluestres homines ſacer, interpreſq; Deorũ
Cædibus, & victu fœdo deterruit Orpheus,
Dictus ob hoc lenire tigres, rapidoſq;leones.
Dictus & Amphion Thebanæ cōditor arcis,
Saxa mouere ſono teſtudinis,& prece blanda
Ducere quò vellet.Fuit hęc ſapiētia quondã,
Publica priuatis ſecernere, ſacra profanis:
Cōcubitu prohibere vago: dare iura maritis:
Oppida moliri:leges incidere ligno.

Quod adeò cum veritate conſentit, vt inter græcos philoſophantes eruditionis antiſtes Plutarchus, non medioeriter Martio Coroliano, & Caio Mario, in illuſtrium vitis iure ſucceńſeat, quòd quia Muſis, & Gratijs non litaſſent, inhumano quodam impetu abrepti turpem,ac fędum rebus ſuis exitum inuenerunt.

CAPVT XVI.

Scribendi cupiditas, literatorum ſingulis ferè communis, critica, & cenſura ſatis compeſcitur. Quæ nam vera critica ſit, & quibus facultatibus artium, ſcientiarumque præditus eſſe debeat criticus Doctor,vt rectè,& ſcitè de omnibus iudicet.

SVMMARIVM:

1 *Scriptores ſæpè intumeſcunt ob qualemcunque nominis celebritatem, quam ſi non habeant, ſaltem ſibi habere videntur; nec in hac re cenſentur adulatores abeſſe, cùm ſibi quilibet adulator ſit.*

2 *Typographicæ artis beneficio abutuntur non pauci, dum cui vis, etiam gregario blateroni ſcribendi,libroſque euulgandi,quæ tantummodò probatis, & doctis viris eſt permittenda, ſine vllo diſcrimine concedatur facultas.*

3 *Hanc tamen ſcribendi licentiam, gloriæque veſanam libidinem, apprimè coercet nobilis illa facultas, quæ Critica, ſiue cenſoria, aut iudiciaria nuncupatur: Hæc enim omnium facultatum vna eſt, cui nullum certum ſubijcitur argumentum; ſed de omnibus, aut vna aliqua, quam ſibi ſumit, omnibus tamen inſtructa iudicat,& decernit.*

4 *Criticam, alio nomine, Grammaticam etiam appellant (ſumendo tamen grammaticam pro ea facultate, non quidem, quæ præter tyrocinia, & rudimenta nihil præbet, ſed pro ea, quæ omnium ſcriptorum genus excutit). Quare tres Grammaticæ faciunt partes, rationalem, ſcilicet, hiſtoricam, & propriam: quarum tamen ſecunda,& tertia præcipuè ſpectant ad Criticam.*

5 *Critici, omni ſcientiarum, & artium peritia debent eſſe exculti: Quare hoc inter illos, & grammaticos literiones aſſignari ſolet diſcrimen, quòd munus alterius eſt interpretari linguas,quæque ad accentus,eorumque rationem ſpectant profiteri:Critici verò de omnibus iudicare ſcientijs.*

6 *Ad Doctorem principaliter ſpectat de verborum dicere ſignificatione; cùm verborum origo in primis cognoſci debeat: quare linguarum elementa ſummoperè perdiſcere tenentur, non quidem, vt quod profitentur omittant,ſed vt compleant,quod agunt. Ita plurimos id exactè perfeciſſe nonnullis oſtenditur exemplis.*

7 *Sapientis, ac prudentis Critici omninò idem munus erit, quod Ariſtarchi probatiſſimi viri olim fuit: nimirum vt ſine vlla æmulatione, aut malignitate de ſcriptis aliorum liberè iudicium ferat.*

8 *Bonus Criticus, duobus præcipuè modis, ſuum queit præſtare munus; vt nimirùm, quæ in Authorum ſcriptis obſcura ſunt explanet; illa verò, quæ aut vetuſtate, aut ſcæuorum quorundam temeritate deprauata ſunt denuò reſtituere. Quo in munere Diui Hieronymi teſtimonio, inter Theologos Origenes excelluit, qui præter tetrapla, & exapla, octapla tandem collegit.*

9 *Ariſtoteles Critici nomen primus meruit, ac tulit, atque ità primus cum in diuinis, tùm in humanis ſcientijs, aduerſus omnes ſui, ac ſuperiorum temporum Philoſophos, talem artem exercuit:quam præcipuè ſecundo Politicorum exhibuit præſtantiſſimè; vbi omnes veterum Reſpublicas, ex artis huius legibus examinat, omneſque vtpotè Cenſor præclariſſimus, ad diſquiſitionem vocat.*

10 *Circa criticam hanc facultatem, in eo, qui cenſoris officio rectè fungi deſiderat, ſumma quædam, & infinita requiritur eruditio, ne eadem ipſe patiatur vulnera, quæ cæteris impingere parabat. Quarè ſacri Canones, non quibuſcunque, Sed ſummis Eccleſiæ Proceribus, qui vel doctrina præſtent, vel ſapientia polleant, librorum, ſcriptorumque caſtigationem committunt.*

Criti-

11 *Criticis, librorumque cenſoribus ex Romano-
*rum antiquis legibus, multa, atque vti-
*lia tribuuntur præcepta, in quibus, delin-
*quentibus etiam parantur pœnæ: quæ vtique
*maledicti grauiores irrogarentur ſciolis; dum
*temerario auſu; quod minimè capiunt, li-
*turis emendare contendunt. De hoc autem
remiſſiuè.

INter præcipua literatorum vitia, non
infimum ſiſtit gradum aucupium famæ,
1 nominiſque iactantia: Scriptores (inquit
„ Voſſius *de cognit. ſui*) ſæpè intumeſcunt
„ ob qualemcunque nominis celebritatem,
„ quam ſi non habeant, ſaltem ſibi habere
„ videntur. Nam nulli deſunt laudatores;
„ & vt adulatores abſint, ſibi quilibet adu-
„ latur. Hæc ſe gloriæ auere, præmia, ſuo
Luceio, cuius enixè de conſulatu expete-
bat ſcripta, profectò teſtatus eſt Tullius
„ *lib.5. epiſt. 12.* ſcribens: Non enim me
„ ſolùm commemoratio poſteritatis ad ſpē
„ quandam immortalitatis rapit: ſed etiam
„ illa cupiditas, vt vel authoritate teſtimo-
„ nij tui, vel indicio beneuolentiæ, vel ſua-
„ uitate ingenij, viui perfruamur. Quod
etiam omnibus cenſuiſſe videtur eſſe com-
mune, dum *1. tuſcul.ſect.155.num.34.* di-
„ ſertè protulit. Quid Poetæ? Non ne poſt
„ mortem nobilitari volunt? Vnde ergo
illud?

Adſpicite ô cines ſenis Ennij imaginis formam,
Hic veſtrum panxit maxima facta patrum.

„ Mercedem gloriæ flagitat ab ijs, quorum
„ patres affecerat gloria. Idemque

Nemo me lacrymis decoret, nec funera fletu
Faxit. Cur? Volito viuus per ora virû.

„ Sed quid Poetas? Opifices etiam poſt mor-
„ tem nobilitari volunt. Quid enim Phi-
„ dias, ſui ſimilem ſpeciem incluſit in cly-
„ peo Mineruæ, cùm inſcribere non liceret?
„ Quid noſtri Philoſophi? Non ne in his
„ ipſis libris, quos ſcribunt de contemnen-
„ da gloria, ſua nomina inſcribunt? Ha-
2 ctenus ille. Sed eo ampliùs hæc ſuperab-
bundans, ac quotidiè inualeſcens exer-
cuit effrænis animi elatio, quò Typogra-
phicæ artis beneficium Orbis vberiùs ac-
cepit: etenim cuiuſque rei etiam optimæ
cùm ſit abuſus, ita etiam ſucceſſu tempo-
ris, præclariſſimæ huius artis ſapientum
ingenia ne laterent duntaxat adinuentæ,
maximi abuſus in re literaria enati ſunt;
Abuſus quippè dicitur, quandò aliqua re-
contra eiuſdem quis abutatur naturam,
Panormit. de conuerſ.fidel.cap.ex literis. num.2.
Quamobrem non doctis tantummodò,
ſcribendi (vt par eſt) facultas, libroſque
euulgandi, ſine vllo diſcrimine, libera
conceſſaque hodie eſt; ſed cui vis, etiam
gregario blateroni, diſcipulis in ſcholis,
quin & ipſis fæmellis, aliàs docere prohi-
bitis, *1.Timoth.2.* hoc idem impunè per-
mitti publicè patet. Fremit in ipſos, &
meritò quidem, *dialogo* 44. Franciſcus Pe-
„ trarcha, his idcircò verbis: Omnes (in-
„ quit) aſſiduè libros ſcribunt, nec vlli æta-
„ ti tanta vel ſcribentium, vel differentium
„ copia; tanta ſcientum, atque eloquen-
„ tium fuit inopia. Hoc autem dixerat, ty-
pographicę artis commodò non dum for-
te aſſecuto, vel adhuc ſaltem non omni-
bus exhibito: Quid ergo dicturus, ſi re-
centium expenderet excudentium facili-
tatem, maiora ſcribendi cunctis incenti-
ua præbentem?

Hanc verò ſcribendi licentiam, gloriæ-
que veſanam libidinem, quibus, Philau-
3 tia, minimè ſupererogatur veritas (eſt
nanque Veritas pura, candidaque, & im-
munis ab omni affectu, *Lipſ.cent.2.epiſt.97.*)
oppidò coercet nobilis illa facultas, quæ
Criticę, Cenſoria, aut Iudiciaria ab anti-
quis, quorum in diſcendis diſciplinis, ma-
gnum in docendis ſtudium, iudicium, in-
duſtria, ac diligentia eluxit, nuncupata
fuit: Quandoquidem finem huius artis ve-
ritatem, ex virtutum, quæ in authoribus
reperiuntur, ac vitiorum obſeruatione
eruendam eſſe docuit Halicarnaſſenſis
apud Danielem Heinſium, *prolog. in Ari-
ſtarchum ſacrum, num.* 30. Et quidem om-
nium facultatum vna fuit, cui nullum cer-
tum argumentum, nullam diſciplinam
propriam, aut vnam, ſed in vniuerſum
omnes ſubiecerunt: Nam vt omnium di-
ſciplinarum vnum quoddam vinculum,
ac corpus eſt, *Ariſt.1. poſt. text.20.* ita hæc
de omnibus, aut vna aliqua, quam ſibi
ſumit, omnibus inſtructa, iudicat, ac
quaſi princeps omnium pro tribunali ſe-
4 det. Atque ideò Grammaticam etiam
appellabant, non quidem, vt hoc nomen
vulgò aliter quàm olim vſurpatur, pro
ea ſcilicet parte, qua nihil præter tyroci-
nia, ſeu rudimenta inuentuti proponun-
tur; ſed pro ea, quæ omnium ſcriptorum
genus exequit, de qua non inconcinnè
Fabius Quintilianus *inſtitut. lib.1. cap.4.* ſic
„ expreſſerat iandudum: Nec citra Muſi-
„ cen, Grammatice poteſt eſſe perfecta,
„ cùm ei de metris, rythmiſque dicendum
„ ſit. Nec ſi rationem ſiderum ignoret,
„ Poetas intelligat, qui (vt alia mittam) to-
„ tiès ortu, occaſuque ſignorum in decla-
„ randis authoribus vtuntur. Nec ignata
„ Philoſophiæ, cum propter plurimos in
„ omnibus ferè carminibus locos ex intima
„ quæſtionum naturalium ſubtilitate repeti-
tos;

,, tos: tum vel propter Empedoclem in
,, græcis; Varronem, & Lucretium in lati-
,, nis, qui præcepta ſapientiæ, verſibus tra-
,, diderunt. Eloquentia quoque non me-
,, diocri eſt opus, vt de vnaquaque earum,
,, quas demonſtrauimus rerum dicat pro-
,, priè, & copioſè. Tres nanque Gramma-
ticæ fecerunt partes ex Tauriſco, qui Cri-
ticæ ſuppoſuit Grammaticam apud Ioan.
Franciſ. Pic. Mirand. *lib. 1. de examine vanit. doct. gent. cap. 6.* quarum primam artificia-
lem, ſecundam hiſtoricam, tertiam verò
,, dixerunt propriam. Artificialem, in qua
,, de elementis literarum, de partibus oratio-
,, nis, de orthographia præcipitur. Hiſtori-
,, cam nonnulli condemnant, & cenſent
,, inſtabilem; ea agit de perſonis diuinis, &
,, humanis heroicis locis. Propria circa
Poetas, & hiſtoricos verſatur: Hæc do-
ctiſſimus Picus. Primam vt minutam,
ac Philoſopho indignam, quòd non ſine
cauſa pueris, ac puerorum eam præcepto-
ribus relinquerent, vix inter diſciplinas
quidam reponebant; quam literiones
Grammatiſtæ, Pedagogi literarij, Magi-
ſtri literarij (ita enim apud Suetonium ex-
tremo libello de illuſtribus Grammaticis,
dicebantur) adoleſcentulos docebant.
Qui autem duas cęteras profitebantur par-
tes, quare Critici, Cenſoreſque dicebantur,
tur, circa omnes diſciplinas, cum autho-
ribus, quorum interpretes erant, neceſ-
5 ſariò verſari cogebantur. Quamobrem
de veris criticis, iure optimo Paulus Me-
tula *in præfat. ad Lector. Ennij ſui*, ità planè
,, eſt locutus. Vix enim eſt, vt Critici in
,, alijs etiam non excellant: Sunt ſummi
,, ſæpè Iuriſconſulti: ſunt præſtantiſſimi
,, plurimùm Hiſtorici: ſunt inſignes ali-
,, quando Philoſophi: ab Theologiæ ſecre-
,, tis minimè abhorrent: Medicorum præ-
,, cepta nequaquam ab ijs ignorantur; per-
,, uolitant, & peruolutant omnia. Hinc
Crates ille priſcus Homeri interpres, At-
talique Regis ad Romanos Legatus, vbi
plurimas ſubindè primus acroaſes fecerat;
inter Criticum, hoc intereſſe & Gramma-
ticum, apud Sextum Empiricum *cap. 16. contra Mathem.* pronuntiauit: Quòd, vt
munus alterius eſt proprium interpretari
linguas, quæ ad accentus, eorumque ra-
tionem ſpectant, aliaque id genus profite-
ri; ita omnis diſciplinæ liberalis gnarum
eſſe Criticum oporteat. Verba Sexti ita
,, habent: Videtur autem aliquid mouere,
,, quod, & à Cratete dictum fuit, qui dif-
,, ferre à Grammatico Criticum dicebat.
,, Omnis enim liberalis ſcientiæ peritum
,, decet eſſe Criticum: cùm Grammaticus
,, linguarum ſit interpres tantùm, & accen-
,, tus doceat, atque his ſimilia cognoſcat.
,, Ità vt Criticus Architecto, Grammaticus
,, ſit eius ſimilis Miniſtro. Criticos idcircò
Philologos quoque dictos fuiſſe conſtat:
Sic enim de Attero Philologo ſcribit Sue-
,, tonius vbi ſupra: Philologi appellatio-
,, nem adſumpſiſſe videtur; quia ſicut Era-
,, toſthenes, qui primus hoc cognomen ſi-
,, bi vindicauit; multiplici, variaque doctri-
,, na cenſebatur; quod ſanè ex commenta-
,, rijs eius apparet.

Eandem ob rem, vt in bello Impera-
tor, cum id vſus exigit, exploratorem
6 adhibet, qui viam dicat; lixā curat, qui ne-
ceſſaria deferat: Oratores ita, Medici,
Philoſophi, Poetæ, ac Theologi, lin-
guarum elementa quoque perdiſcere te-
nentur, non vt quod inſtituunt omittant,
ſed vt vrgeant quod agunt, & abſoluant.
Ad doctorem nanque ſpectat de verbo-
rum dicere ſignificatione, *Gloſſ. benè eſt l. 1. ff. de reb. credit. ſi cert. pet.* Et verborum origo
in primis cognoſci debet: cum nefas ſit
materiam aggredi, origine non repetita,
Gloſſ. marg. ibidem. Hoc tamen notandum,
quod non abſolutè linguam tenet, qui
principia delibat tantùm, cùm finem eius
adhuc aſſecutus non ſit: Vnumquodque
enim tanti eſt, quanti finis eius, cuius
cauſa diſcitur, aut adhibetur, quippè qui
corrigit totam legem, *Gloſſ. fin. l. ſi tibi. ff. de reb. credit. ſi cert. pet.* Quare Princeps Gre-
ciæ Themiſtocles, excelſi vir ingenij, &
animi Reipublicæ regendæ cauſa, linguam
perſicam addidicit, *Valer. Max. lib. 8. cap. 7.*
Philoſophiæ ardore, Cato ſenex, grecam
ſcire voluit, *Valer. max. ibidem. Vopiſ. lib. 4. & Plutarch. in eius vita*. Hebræam, vt in
ſacris amplius proficeret doctiſſimus, &
Sanctiſſimus Hieronymus, ignorare re-
nuit, *Fulgoſ. lib. 8. cap. 7.* Iuriſconſulti quo-
que, qui, & ipſi ſuas, & peculiares ha-
bent (nulli enim vocum ſtudioſi magis,
nulli eas diligentiùs exponunt) titulum
ſignificationibus earum conſecrarunt,
ff. noui tit. 16. Qui non rarò leges ſine ijs,
integras intelligi non poſſe monent: in-
ter quos Marcellus; Paulus; Vlpianus;
Pomponius; Celſus; Modeſtinus; Papi-
nianus; Iauolenus; Caius; Alphonſus
Varus; Affricanus; cæterique, è quorum
libris; integer ille; qui de verborum vi;
ac ſignificatione; agit titulus collectus
nunc legitur.

Quibus conſultis, idem boni, ac ita-
que prudentis Critici munus erit, atque
7 officium, quod Ariſtarchi olim fuit, vt
ſine vlla æmulatione, aut malignitate,
de ſcriptis aliorum liberè iudicium pro-
nuntiet ac ferat: vnde Flaccus ad Piſones
ſcribit.

Vir

Vir bonus, & prudens verſus reprehendet inertes:
Culpabit duros: incomptis allinet atrum
Tranſuerſo calamo ſignũ: ambitioſa recidet
Ornamenta: parum claris lucem dare coget:
Arguet ambiguè dictum: mutanda notabit.
Fiet Ariſtarchus: nec dicet, cur ego amicum
Offendam in nugis? Hæ nugæ ſeria ducent
In mala deriſum ſemel exceptumq; ſiniſtrè.

Ariſtarchus etenim, quibuſdam Homeri verſibus, quos non probauerat, iudicans eos non eſſe, notam appoſuit: & alludit Cicero ad Appium *lib.3. epiſt.11.* Vt enim „ (inquit) Ariſtarchus Homeri verſum ne„ gat, quem non probat: ſic tu (libet enim „ mihi iocari) quod diſertum non erit, ne „ putaris meum.

Id autem gemino præcipuè modo effici poteſt: vt nimirum, quæ in illorum
8 ſcriptis obſcura ſunt explanentur: illa autem, quæ vel vetuſtate, vel ſcæuorum quorundam temeritate, & audacia deprauata, vel luxata ſunt, denuò reſtituantur, & reſarciantur, quod *lib. 1. inſtitut. cap. 4.* diſertè ſignauit Quintilianus, di„ cens: Iudicio tam ſeuerè vſi ſunt vete„ res Grammatici, vt non verſus modò, „ cenſoria quadam virgula notare, & li„ bros, qui falsò viderentur inſcripti, tan„ quam ſubdititios ſummouere familia per„ miſerint ſibi, ſed authores alios in ordi„ nem redegerint, alios omninò exegerint numero. Hiſce profectò modis præ cæteris Theologorum antiquiſſimi Grammaticam, Rhetoricam, ac Theologicam exercuerunt criſin: nam, vt cæteros mittam, omnem, omnium induſtriam (in-ijs tamen, in quibus non eſt lapſus) Origenes exceſſit, cui accuratam Dialecticæ, Geometriæ, Muſicæ, Rhetoricæ, præter Theologiam attribuunt ſcientiam: Qui ex Platone, Ariſtotele, Ammonio, Plotino, Numenio, Apollophane, Moderato, Chronio, Nicomacho, omnibuſque, licet, profanis ſui temporis Philoſophis immenſam, ac propè ineffabilem hauſerat ſcientiam: cuius ad ſtuporem omnium, atque admirationem, etiam in collatione Sacri codicis interpretum certa, atque indubitata edidit ſpecimina: quos vt in Heptaplis, ſiue Hexaplis præſertim, ac Octaplis inter ſe contenderat; ſic ex iis vnam, ſeptuaginta potiſſimum Interpretes ſecutus, ſummo labore, induſtriaque tranſlationem edidit: in qua poſt tot, tantaſque curas, quæ addidiſſet, quæque abundarent, varias ſcripturas item aſteriſcis, obeliſcis, ac lemniſcis, Ariſtarchum imitatus, accuratiſſimè diſtinxit, *Epiph. apud Baron. anno Domini* 231. cuius labore, ac diligentia, vir eruditionis ſummæ, ac induſtriæ Beatus Hieronymus (vt cùm alibi, tùm *in epiſt. ad Tit.* ipſemet teſtatur) ita vſus eſt, vt vbique in commentarijs præſertim de varietate lectionum, ac interpretationum diſputet.

Porrò diù ante ab ipſo, par naturæ, rerum, & ſcientiarum omnium, fatali qua-
9 dam lege capax Ariſtotelis extiterat ingenium, qui vt primus nomen Critici, quod vetè à Dione Chryſoſtomo, *orat.53. de Homero.* ac ab alijs notatum eſt, meruit, ac tulit; ita, artem hanc aduerſus omnes ſui temporis, ac ſuperiorum Philoſophos, Pythagoram, Democritum, Empedoclem, Heraclitum, Epicharmum, Parmenidem, Xenophanem, Meliſſum, Anaxagoram, Protagoram, Eudoxum, Solonem, Anaximandrum, Anaximenem, Platonem, Speuſippum, in diuinis, ac humanis exercuit ſcientijs: Nihil tamen maius eſt, auguſtiuſque, quàm cum magnus eruditionis ille, ac Criticorum Princeps, libro politicorum ſecundo, omnes veterum Reſpublicas ex artis huius legibus examinat; omnes cenſor illuſtriſſimus, ad diſquiſitionem vocat: non Minois, non Lycurgi, non Solonis, non Hippodami, non Phaleæ legiſlatoris antiquiſſimi, non vllas cæterorum, vel Reſpublicas, vel leges, ſine nota critica dimittit. Idem, qui Homerum accuratè Alexandro ſuo emendatum: idem qui iudicia de omnibus poetis (quorum aliquot in libro de Poetica veſtigia ſuperſunt) cum ſtupore omnium, Magiſter ſummus diuulgauit. Idem, qui & Comicorum fabulas eum cura recenſuerat, ac emendarat. Idem, qui & ſingulas cum accurata, quibus fuerant repræſentata, ratione temporum digeſſerat; quos libros, vt teſtantur veteres, Didaſcalicos dixerat: de quibus ad Athenæum Magnus Caſaubonus, plurima, apud Danielem Heinſium *Prolegom. in Ariſtarchum ſacrum.*

Idcircò illud tandem colligendum videtur, in hac præcipua facultate requiri
10 quandam infinitam eruditionem in eo, qui emendatorem ſe librorum dici cupit: Multa legerit oportet, multa cogitarit, multa audierit, multa triuerit vſu, recentiores etiam euoluerit. Continget ſanè ſi id neglexerit, de quo Flaccus Piſonibus ſcribens monuerat, vt

—— Veluti merulis intentus, decidit auceps
In puteum, foueamque ———

Eadem ipſe patiatur vulnera, quæ cæteris impingere ſatagebat: Quandoquidem non quibuſcunque, librorum, ſcriptorumque caſtigationem, Sacri committunt Canones, ſed Epiſcopis duntaxat

(quoad mores ſaltem, vel Fidei materiem) ſummiſque Eccleſiæ Dynaſtis, qui vel doctrina præſtent, vel ſapientia polleant, *Concil. colon.2. par.12. cap 9. Concil. lateranen. 5. ſeſſ. 10. conſtitut. 3. & Trident. ſeſſ.* 4. Etenim Epiſcopi, non tam moribus, quàm ſcientiis decorari iubentur *ad Timoth.3. ad Tit.1. Concil. valent. 2. cap.7. Aquiſg. ſub Lud. Pio cap.14. Aquiſg.3. par.2. cap.8. diſtinct. 36. cap. illiterat[o]s. Diſt.61. cap. ſtatuimus, & cap. Neophitus de elect. &c. & cap. cùm in cunctis. Concil. later.4. cap.10. Trident. ſeſſ.7. de reformat. cap.1. & ſeſſ.22. cap.2. de ætate, & qualit. &c.*

Nec Romanorum quoque profanis pro criticis optimæ defuerunt leges apud
31 Lipſ. *ſatyr. menippæa ex orat. Varronis*: dum in antiqua tabella, quam Senatus eſt proſecurus, priſco item ſtylo, hæc adamuſ-
„ ſim habentur. Quod M. Tullius Coſ. ver-
„ ba fecit de correctoribus: de ea re Sena-
„ tus ita cenſuit: Correctores, hoc difficil-
„ limo rei literariæ tempore, vtibiles, ne-
„ ceſſarioſque eſſe. Non eos tamen promi-
„ ſcuos: non indoctos, rupices, petrones;
„ ſed qui conſilio, reque apte, iuuare ſcri-
„ ptores priſcos poſſint. Ea re Senatui pla-
„ cere, vti lex Annaria ſeruetur: neu quis
„ minor XXVI. annis correcturam petere,
„ gerere poſſit. Quique aliter petierit, geſ-
„ ſerit; vitio creatum videri; & correctio-
„ nes eius in acta non mitti. In ſenibus de-
„ pontanis, quique maiores annis LX. ſi-
„ remple legem eſſe. Vtique Cenſores M.
„ Fabius, Pomponius Atticus, alter am-
„ boue de doctrina, deque moribus peri-
„ torum cognoſcant, ſtatuant, iudicent.
„ Quos hiſce admiſerint, probos eſſe: quos
„ reiecerint, repulſos, & reiiculos. Si
„ quis è libris bonis, fidiſque correxerit,
„ laudi ſemper eſſe. Si qui è coniecturis,
„ noxæ. Niſi eæ claræ, liquidæ, certæ-
„ que ſint. Qui alitercunque diuinationi-
„ bus vſus, in eo leges veteres, & edicta
„ de Mathematicis valere: Porcias, Fa-
„ bias, Sempronias leges non valere &c.

Quare perridiculi, noſtra ætate, videri poſſunt; qui cùm nullius rei notitiam habeant, profiteri ſe librorum correctores audent; cùm tamen corruptores potiùs ſint appellandi. Atque vtinam quoque modò lege aliqua eſſet interdictum, ne omnibus id liceret. Sed de hoc alibi.

CAPVT XVII.

Quibus ex ſcientificis, ac literatis, cum ex beneficio, tùm ex officio, ſiue publicè, ſiue priuatè docere conueniat: Quæque requirantur, vt ex officio rcćtè docendi ab ipſis exerceatur munus.

SVMMARIVM.

1 *Humanæ dignitatis character, & cultura præcipuum noſtræ, Veritas inſtrumentum eſt, à Deo homini ſciendi cupido idcirco exhibita, vt in ſpeculabilibus, agibilibuſque, veluti regula, & fine vtatur. Quare, ſicut veritatem tueri, profiteri, ac ſectari, naturali quilibet tenetur ductu; docendi pariter cuilibet erit obligatio: cùm hominem docere, nil aliud ſit, quam ei oſtendere notitiam veritatis.*

2 *Veritatis notitia de aliqua re tunc oſtenditur, dum eius conformitas ad ſuum exemplar manifeſtatur, & quò magis res aliqua ſuo reſpondet exemplari, eò magis veritas in ipſa reperitur. Quod exemplar duplex eſt; perpetuum vnum, & immutabile, liquidam, & ſynceram producens notitiam veritatis: factum, & elaboratum alterum tantùm phantaſticam, & obumbratam cauſans notitiam veritatis.*

3 *Cùm ſolus Deus, hominibus perfectiſſimum, & immutabile illud poſſit exemplar monſtrare, quod nil aliud eſt, quàm ipſa prima Veritas, ad cuius conformitatem illis exhibetur notitia cuiuſcunque rei veritatis: ſolus idcireò Deus, & maximè dicitur poſſe docere: quo ſenſu legitur: Vnus Magiſter veſter qui in cælis eſt.*

4 *Homo, cùm alteri homini, ipſum dirigendo, phantaſticam, & obumbratam illam veritatis notitiam, exemplare reſpondentem facto, & elaborato oſtendere valeat; proprius quoque doctor in hoc ſenſu, & Magiſter iure cenſendus eſt; licet per accidens cauſet ſcientiam, quam adipiſcendi tantùm per ſe cauſa, & principium ratio interior eſt.*

5 *Docere dupliciter contingit, ex beneficio, ſcilicet, & ex officio. Ex beneficio, hoc eſt, charitate fraternitatis, omnibus indifferenter, ſiue viri, ſiue mulieres, ſiue alias prohibiti ſint (ſeruatis tamen de loco, & doctrina debitis circumſtantijs) docere licet; quod varijs hiſtoricorum exemplis paſſim oſtenditur.*

6 *Docere ex officio, illis tantum competere videtur, qui cathedrali aliquo inſigniti gradu, docendi munere funguntur in ſcholis; vnde Magiſtri docentes, Doctoreſque*

condu-

Digitized by Google

conducti appellari ſolent: namex iuſtitia, rationeque mutui contractus inter conducentes, & conductos, tenentur ſatisfacere officio ſuo: cum onus ſentire debeat, qui ſentit lucrum.

7 *Doctor conductus, adeò ex iuſtitia tenetur docere, vt ob Scholarium etiam ſubſannationem, vel clamorem, à lectura deſiſtere non queat. Et ſi propter eius incuriam, & negligentiam Diſcipuli non proficiunt, tenetur ad damnum, ſiue in honore, ſiue in fortunis &c. eorundem Scholarium, atque ipſorum parentum ſecutum: Cum ex violatione iuſtitiæ commutatiuæ, ſecuto damno, inſurgat reſtitutionis obligatio.*

8 *Commutatiuæ ob læſionem iuſtitiæ cauendam, ita in docendo diligentes, aſſiduique, ex Philoſophis quoque ethnicis, qui veram nequaquam, ſectabantur iuſtitiam, fuerunt nonnulli, vt magnos non tantùm pro diſcipulis ſuſceperint labores: verùm etiam negligentes comperti, condigna, non renuerint mulctari pæna.*

9 *Quatuor requiruntur ad hoc, vt quis ex officio ritè docere valeat; duo ex parte doctrinæ, & duo ex parte auditorum: ex parte doctrinæ conſtantia, & efficacia: ex parte verò auditorum, Doctoris authoritas vt illi pareant, eiuſque viuacitas, vt non reſiſtant.*

10 *A magiſtrali cathedra, arcendi videntur in primis Iudæi. Ethnici, Turcæ, Hæretici, cæterique infideles; quarè præmittere tenentur Doctores, maximè legentes, fidei expreſſam confeſſionem.*

11 *Prohibentur etiam docere, inhoneſto procreati thoro, ſaltem ſacrilego, vel inceſtuoſo (apud regulares tamen) nam apud laicos, licet antiquitùs non eſſet permiſſum, nihilominus pluribus in locis contrarius inoleuit vſus.*

12 *Qui ſiue iuris, ſiue facti, publica laborant infamia, à docendi munere, Verbi Dei prædicatione, cæteriſque honoribus, meritò repelli debent.*

13 *A prædictis muneribus item arcendi ſunt, qui à cœtu ſegregati fidelium, publicè vitandi declarati ſunt, cùm illis tum politica tùm ciuilis inhibeatur conuerſatio.*

14 *Impuberum, iuuenumque nimis immaturæ ætati, ad docendum ex officio aditus ægrè patere debet: niſi excellentia doctrinæ morumque inſignis probitas, aliter videatur poſtulare: nam gratia virtutum permittuntur quædam, quæ prohiberentur aliàs.*

15 *Tandem ex officio publicè docendi munus, Mulieribus nequaquam conuenire debet; cum Apoſtolus apertè dixerit: Docere Mulieri non permitto; etenim nec conſtantiam, nec efficaciam, nec authoritatem, nèque viuacitatem habent.*

CVlturæ noſtræ, Veritas inſtrumentum
eſt primum. Hæc nanque eſt, quæ hu-
1 manam dignitatem ſicut eius verus aſſe-
rit character: Homini quippè à Deo ita
conceſſa, vt homo, qui ſuapte naturâ
ſcire deſiderat, 1. *poſt. text.* 1. ad vnam ve-
ritatem natus exiſtat: Scientiæ proptereà
vnica cenſetur regula: Siquidem ſolidè
nil ſciri poteſt, niſi id vnum, quod ve-
rum eſt. Enim verò, eo reiecto, quod
falſum putatur; ductu & ope eius quod
verum eſt, patente via, itur ad id, quod
eſt ſummum bonum. Quare ſola conſti-
tutione veri omnis humanæ vitæ digni-
tas continetur: ideoque in ſummo etiam
bonorum ſimul, ac vitæ diſcrimine, ab
omnibus profitenda veritas eſt; & tunc
maximè, cùm multorum ſalus emineat
„ inde. Hæc ſunt verba, quæ facietis dicit
„ Dominus exercituum, *Zach.*8. loquimini
„ veritatem vnuſquiſque cum proximo
„ ſuo. Quod & Paulus: Omne deponen-
„ do mendacium, *ad Ephеſ.*4. ſcribens, eò
„ quod inuicem ſumus membra, expreſsè
teſtatur. Vnde veritatem negans, varijs
afficiendus eſt pœnis, *ff de rei vendit. l.fin. ff.ſi quadrup. paupert. feciſſe dic. lib.*1. *§. pen. & alibi apud Durand. Specul. lib.*2. *partic.*2. *de*
„ *poſitio. §.* 9. Nam Deus odit omnes, qui
„ operantur iniquitatem, & perdit omnes,
„ qui loquuntur mendacium; *Pſal.*5. Cæ-
terùm, cùm Hominem docere, nil ſit
aliud, quàm ei oſtendere notitiam verita-
tis, Henr. 1 *par.artic.*1.*quæſt.*7.*num.*5. Si ve-
ritatem loqui tenetur quiſque: docendi
„ pariter cuilibet erit obligatio: Impelli-
„ mur quidem, natura (aiebat Tullius, 3.
„ *de fin.ſect.*104.*num.*65.*&* 65.) vt prodeſſe
„ velimus quamplurimis, in primiſque do-
„ cendo, rationibuſque prudentiæ, traden-
„ dis. Itaque non facilè eſt inuenire, qui
„ quod ſciat ipſe non tradat alteri: ita non
„ ſolum ad diſcendum propenſi ſumus, ve-
„ rùm etiam ad docendum.

Verùntamen, alicuius rei intellectui,
2 cùm docetur, veritatis tunc oſtenditur no-
titia, dum ad ſuum eius exemplar confor-
mitas manifeſtatur: Veritas, enim (ex D.
„ Anſelmo *cap.*7. *de verit.*) eſt rei conformi-
„ tas ad ſuum exemplar veriſſimum. Vnde,
„ vera (ſecundum D. Auguſt. *de vera Relig. *
„ *cap.* 36. intantùm vera ſunt, inquantum
„ principalis vnius ſimilia ſunt. Et quò ma-
gis exemplari res aliqua reſpondet, eo ma-
gis veritas in ipſa reperitur: Quandoqui-
dem Herculis imaginem (loquendi gratia)
illam veriorem putamus, quam Herculi. à
quo deducta cernimus conformiorem.

Qua de cauſa, ſi veritas in exemplato ſit cognoſci nequit, niſi eius cognita ad ſuum
,, exemplar conformitate: Cùm benè pro-
,, bet imaginem, quiſquis intuetur exem-
,, plum, *D. Auguſt. 3. contra Acad. cap.* 18. Quare Plato *in princ. Timaei,* duplici duplex reſpondens notitiæ veritatis appoſuit exemplar: perpetuum, ſcilicet, ac immutabile vnum, liquidam & ſynceram producens veritatis notitiam: alterum factum, atque elaboratum, phantaſticam, hoc eſt, per phantaſmata, & imagines rerum, obumbratam cauſans eiuſdem notitiam veritatis. Primum exemplar eſt ars diuina continens omnium rerum ideales rationes, res ipſas producens. Secundum verò eſt ſpecies vniuerſalis à re cauſata exiſtens in anima, per quam omnium eius ſuppoſitorum
3 acquirit notitiam. Perfectiſſimam priorem illam veritatis notitiam, Deum duntaxat nobis oſtendere poſſe, docuit Henr. vbi ſuprà. Quandoquidem ſolus Deus poteſt homini oſtendere illud exemplar, ad ipſum vt aſpiciat: nam cùm tale primum, ac principaliſſimum exemplar, non ſit ni-
,, ſi veritas prima: ſolus Deus, qui veritas
,, eſt, ex D. Aug. 8. *de Trin. cap. 2.* poterit
,, ipſam oſtendere: cùm Deus, ſi vult videa-
,, tur, ſi non vult non videatur; vt ex eodem Aug. habetur *lib. de viden. Deum cap. 6.* Ex his quare ſequitur, ſolum Deum, & maximè poſſe docere, cùm ſolus Deus hominibus poſſit hoc exemplar monſtrare, ad cuius conformitatem illis exhibetur notitia cuiuſcunque rei veritatis. Quò ſenſu, *contra epiſtolam fundamenti cap. 36.* teſtatus eſt ipſe Aug. dicens: Docet autem
,, vnus verus Magiſter ipſa incorruptibilis
,, veritas ſolus Magiſter interior. Et ex Gloſ.
,, *ſuper illud Matth. 23.* Vnus eſt Magiſter ve-
,, ſter, habetur: A ſolo Deo eſt mentis infor-
,, matio, dando intellectum.

Obumbratam ſecùs, ſiuè diminutam
4 phantaſticam illam veritatis notitiam, per vniuerſalem ſpeciem à rebus auulſam, creatum, elaboratumque reſpiciens exemplar, Deus homini oſtendit nequaquam:
,, Niſi quatenus agit (inquit Henric. *loco cit. n.*
,, *6.*) omnes actiones rerum naturalium in
,, poſſibili dando ſcilicet ei potentiam, &
,, virtutem recipiendi impreſſionem agentis
,, in ipſum. Vnde in iſto actu potiùs dicen-
,, dus eſt Pater, & Author naturæ. Cùm autem homo, prædictam homini notitiam veritatis, ad talem exemplarem conformitatem, ipſum manuducendo, oſtendere valeat, proprius Doctor, & Magiſter iurè cenſendus eſt: eſto per accidens in diſcente cauſet ſcientiam, cùm ratio interior ipſam adipiſcendi per ſe cauſa ſit. Hoc itaque diſertè docuit D. Chryſoſ. *in illud Matth. 23.*
,, *Homiliar. 54. homil. 43.* dicens: Vos autem
,, Nolite vocari Rabbi &c. Homo enim non
,, intellectum præſtat homini, docendo; ſed
,, à Deo præſtitum per admonitiones exer-
,, cet: Doctrina enim cotis habet officium:
,, ſicut enim cos non facit ferrum, ſed acuit,
,, & ſicut ſine cauſa ferrum acutum acuitur,
,, ſic ſine cauſa homo ſenſatus docetur.
,, Quod & Philoſophus iam antea cognoue-
,, rat, dum in *lib. de ſenſ. & ſenſ. cap. 1.* ita dixe-
,, rat: Secundum accidens ad ſcientiam au-
,, ditus multùm confert: ſermo enim exiſtens
,, audibilis cauſa eſt diſciplinæ non per ſe,
,, ſed per accidens: ex nominibus enim con-
,, ſtat, nominum autem vnum quodque
,, ſymbolum eſt.

At quia docere ex eodem Henrico Gan-
5 dauenſe *1. p. art. 11. q. 2. n 6.* Hominem ſcientificum, duplici decet de cauſa: ex beneficio, ſcilicet, dum charitatis, vel dilectionis æſtu quis incaleſcere ſtudet quicquid ignorantia friguerat: vel ex officio, dum iuris, authoritateſque vigore ſua ſtudia in excolendis auditorum animis, ſedulò impendit. Ex beneficio quidem omnibus cōceditur, denegatur nulli: dummodo ex optimis circumſtantijs veram, & ſanam exhibeant doctrinam, priuatam ſaltèm, vt in principio huius capitis iam inſinuatum eſt & 1.
,, *Petri cap. 4* his impenſius explicatur verbis:
,, vnuſquiſque, ſcilicet, ſicut accepit gratiam
,, in alterutrum adminiſtrantes. Legitur id-
,, circò *Daniel. 10.* Angelum ipſi ita locutum:
,, Veni vt docerem te, quæ ventura ſunt. Et
,, prophetiam (eo quòd Hominibus loque-
,, rentur ad ædificationem *1. Corint. 14.*) mulieribus quoque, non eſſe negatam, vt Mariæ ſorori Moyſi, *exod. 15.* Debboræ, *iud. 4.* Holdæ, *Reg. 22.* & Annæ *Luc. 2.* A parentibus ſanè, non paucos fuiſſe perdoctos, plurimæ teſtantur Hiſtoriæ, vt Cyrus maior à Patre Cambyſe. *Xenoph. in eius vita.* Ariſtippus, ab Arete matre, & hæc à Cyrenaico patre, *Laert. lib. 2. in Ariſtip.* Læliæ ſermo, ex eloquentia C. Lelij patris defluxit, Quintil. *lib. 1. inſt. cap. 1.* Liciniarum lepos, à Patre Lucio Craſſo emanauit: & Muciæ duæ filiæ, ab vtroque parente eloquentiam didicere, Tullius *in Bruto ſect. 183. n. 211.* Penda Merciorum Rex, ab Aluchefreda, & Haalon Magonis Tartarorum Regis frater, à Docuſcantoue vxoribus, chriſtianis præceptis imbuti fuere, *Polyd. lib. 4. & Sabel. lib. 6. enea. 9.* Thomæ Mori Coniuges è contra, præclaras ab ipſo ſuſceperunt artes, *Eraſm. in eius vita.* Theodoricus iunior, Arcadij Imperatoris filius, à Pulcheria ſorore, bonis diſciplinis, ac moribus inſtructus fuit, *Socrates lib. 7. Hiſt. cap. 21.* Ac tandem Romani ſuos liberos, fratribus educandos tradebant, quòd

apud eos & charitas eſſet generis,& indulgentia erga filios abeſſet paterna, *Volater. lib.* 30. *Philolog cap.* 29. Diuus autem Baſilius Magnus paſſim gloriatur, à Macrina nutrice educatum, quæ Gregorij Neocæſarienſis diſcipula fuit, eiuſque conciones referre ſolita, animum ſuum, vera pietate imbuerit, idem ipſe *in Epiſt.ad Neocæſarienſes*. Cornelius centurio cæſarienſis, pietatem, quam hauſerat, omnibus qnoque Vernis, & Domeſticis ſuis communem eſſe voluit: atque vt ipſe Diuum Petrum,ſic tota eius familia, ipſum Cornelium præceptorem habuiſſe videri poteſt, *Act.* 10. M. Cato, Nearchi, quandoque vſus hoſpitio, pythagoricam recepit diſciplinam *Plutarch. in Catone.* Naaman Syrus, à captiua puella Iſraelitide,de ſanctitate Heliſæi Prophetæ inſtructus, illum ſtatim adijt, *Reg.*4. *cap.* 5. Galenus denique de conceptione fœtus, motuque vuluæ, vt cognoſceret an diuerſa eſſet conceptus ratio in brutis, & in hominibus, mulierculas conſulere, illarumque experientia, ſuas ſtabilire rationes nec veritus eſt nec dubitauit, *Teſtis idem lib.*1.*cap.*2.*de ſemine*.

Ex officio autem docere,eorum tantùm
6 intereſt Doctorum, qui Cathedrali aliquo
inſigniti gradu, docendi munere funguntur in ſcholis: atque adeò, vt à cæteris(eſto aliàs emeritis) cathedra tamen opportuna vacantibus, diſcriminentur Doctoribus, Magiſtros docentes. ſiue legentes, iure optimo ipſos appellat Sanch. *tom.* 2. *decal. lib.*6.*cap.*8.*n.*96. Tùm quia eorum eſt, alios officium docere *C. in fin. diſt.* 59. Muneri autem ſuo, ex iuſtitia ſatisfacere vnuſquiſque tenetur, Leſſius *de iuſt.& iur.lib.* 2. *cap.* 32.*n.*16. Tum etiam quia dum mutui ratio interuenit contractus,iuſtitiæ reſultat obli-
„ gatio: Contractus enim eſt vltro citroque
„ obligatio, *ff de verb.& rer.ſignif.l.labeo* §. *con-*
„ *tractum*. Ita vt altera parte, id quod promiſit implente, teneatur pars altera ex commutatiua iuſtitia ſuam obſeruare promiſſionem. Conſtat quidem inter Doctorem conductum, & conducentem verum dari contractum, *Pereyr.de repub. liter.lib.* 8. *q.*2.*n.*1483. Eò vel maximè quod Docere ſe velle promittens, Deo obligatur, *Gloſſ. Docuit.*50.*diſt cap.* 14. Atque adeò, ſicut ad erogandum, ex iuſtitia tenetur conducens, ita ad docendum obligatur conductus: Quippe onus ſentire debet, qui ſentit lucrum, *Gloſ.ad tecta.de Eccleſ.ædiſ.cap.*1. *& C. de caducis tollen. l. vnic.* §. *ſed omnes*, *&* §. *ſin*
7 *verò talis*. Ex quo rectè infertur primò id, quod docet Gloſſ.fin. *in can. Seimus diſt.* 43. Doctorem, ſeu Lectorem, etiam propter ſubſannationem, vel clamorem Scholarium, non debere ceſſare à lectura: tenetur enim ex iuſtitia ad legendum. Secundò, ſi Diſcipuli, ex negligentia, & culpa Magiſtri non proficiunt, teneri Magiſtrum ex damnis indè ſecutis, ſiue in honore, ſiue in fortunis ſcholarium,vel parentum ipſorum: Nam ex violatione iuſtitiæ commutatiuæ, ſecuto damno, inſurgit obligatio reſtitutionis, *D. Tho.* 2. 2. *q.* 62. *art.* 1. *ad* 2. *Adrianus in* 4.*q.*1.*Almain.ibidem diſt.* 15. *q.* 2. *art.*4.*Nauar.in manual.cap.*17.*n.*°6. *apud Azor.*
8 *tom.*3.*lib.*4.*cap.*1.*q.*5. Huiuſmodi ergo iuſtitiæ vt læſioni cauerent, eſto veram nequaquam ſectarentur iuſtitiam; immenſos docendi, ethnicis ex Philoſophis non pauci ſuſcepere labores. Socrates nanque, non tantum in ſcholis, verùm etiam per ludum, ſi caſus ita tuliſſet in conuiuio, militari in contubernio, in fori frequentia, in carcere denique, & cùm hauriret venenum, cum diſcipulis philoſophabatur aſſiduè, *Plutarch.an ſeni tractanda repub.* Ædeſius ſophiſta, in docendo diligentiſſimus, & aſſiduus: nullum tempus otioſum abire ſinebat: Quin etiam de triuialibus inter deambulandum ſeſe offerentibus, potiùs ſermonem miſceret, *Eunapius in Priſco.* Auicenna quoque, interdiù negocijs regijs occupatus; noctù diſcipulis operam dabat, *Sorzanus in eius vita*. Fertur inde Marcum Antonium Pium, qui licet Rhetoribus, ac Philoſophis non tantùm ſalaria, verùm etiam honores, & prouincias decreuerit; æquitatis iura ne labefactaret; vmbraticis, quos ſcilicet otio abuti cerneret Doctoribus, ſtipendia à publico præberi (meritò quidem) vetuiſſe, nihilque iniquius eſſe dixiſſe, quàm in eos Rempublicam beneficam eſſe, qui nihil ipſi in rempublicam conferrent laboris,& beneficij, *Pont.cap.*11. *de liberalitate*.

Vt quis tamen ex officio ſtrenuè docere
9 valeat quatuor, loco citato, autumauit
„ Henricus eſſe valde neceſſaria: Duo (in-
„ quit) reſpectu doctrinæ, & duo reſpectu il-
„ lorum, quibus diſpenſanda eſt doctrina:
„ Primum eſt docendi conſtantia, ne defa-
„ cili à veritate cognita Doctor ſe diuertat.
„ Secundum eſt exequendi efficacia, ne per
„ infirmitatem ab opere deſiſtat. Tertium
„ eſt docentis authoritas, vt auditores ſibi
„ credendi obediant. Quartum eſt ſermonis
„ viuacitas, vt viria corrodendo ad virtutes
„ impellat. Propter primum, Chriſtus *Math.*
„ 5. primos Doctores (hoc eſt ex officio)
„ comparat luci, quæ non tenebreſcit: prop-
„ ter ſecundum Ciuitati, quæ non deficit:
„ propter tertium lucernæ, quæ ſuper can-
„ delabrum ponitur: propter quartum Sali,
„ quo caro a putredine præſeruatur. Horum
10 idcircò carentia,à magiſtrali cathedra, arcendi videntur in primis, Iudæi, Ethnici,

Turcæ, Hæretici, cæterique infideles, qua
de cauſa præmittere tenentur Doctores,
maximè legentes Fidei profeſſionem ex-
preſſam, *Clem. 1. de magiſ. Pius IV. in ſua
Conſt. quæ incipit. In Sacroſancta, ſub data idi-
bus Nouemb.* 1564. *in Bull. noua* 114. *& Conc.*
„ *Trident. ſeſs. 25. cap. 2.* Qui enim hæſitat (ſci-
„ licet in fide) ſimilis eſt fluctui Maris, qui à
„ vento mouetur, & circumfertur, *Iacobi* 1.
Quare nec conſtantia, nec efficacia, nec
11 authoritas, nec docendi viuacitas in ipſis
poterit inueniri. Prohibentur deinde, in-
honeſto procreati thoro ſaltem ſacrilego,
vel inceſtuoſo apud regulares; *Sixtus V. in
Bulla Cùm de omnibus tom. 2. Bullar. nu.* 71.
Nald. in ſum verb. doctor. n. 1. Bordon. reſol. 12.
*n. 33. apud Lez. tom. 3. quæſt regul. verb. illegiti-
mi n.* 9. Quod & antiquiùs, etiam apud
Laicos videbatur receptum, licet amplius
non inoleuerit vſus, *Gloſ. margin. ff. de mune-
ribus, & honor. l. Honor. §. de honoribus*. Siqui-
„ dem: Multigena impiorum multitudo
„ non erit vtilis, & ſpuria vitulamina non
„ dabunt radices altas, nec ſtabile firmamen-
„ tum collocabunt. Et ſi in ramis in tempo-
„ re germinauerint; infirmiter poſita, à ven-
„ to eradicabuntur: Confringentur enim ra-
„ mi inconſummati, & fructus illorum inu-
„ tiles, & acerbi ad manducandum, & ad ni-
„ hilum apti. Ex iniquis enim omnes filij,
„ qui naſcuntur teſtes ſunt nequitiæ aduer-
„ ſus parentes in interrogatione ſua, *Sapien.*
4. Quomodò ergo, quaterua illa munera
exhibere valebunt. Maximoperè cùm vi-
tijs ſatis abundent illegitimi, vt tradit Card.
Paleot. *in tract. de nothis, & ſpurijs*. Leander
de irregularitate *tract. 2. diſp. 3. q. 2.* cum Bo-
nac. Caſtro Pal. Henriquez, & alij apud
Fermoſ. *ad cap. fin. de Sacram. non iterand. q.* 1.
12 *n.* 9. Item publice docendi munere gaude-
re nequibunt, qui ſiue iuris, ſiue facti, pu-
blica laborant infamia, ex Abba. Felino,
& alijs, præcipue Doctoratum qui docent
eſſe veluti quandam dignitatem. Tenet
Theſaur. *in praxi p. 2. ver. medici cap. 1. §. de
pena apud Lezanam tom. 3. ver. infamia n.* 12.
Quare nec admitti poſſunt ad prædicandi
munus, cùm prædicare, & ſacrificare pa-
rificentur, cap. Presbyteros qui, *diſtinct.* 50.
ita Peyrin. *tom. 2 priuil. Minim. in conſt.* o. *Vr-
bani VIII. n. 5. & Lez. tom. 1. cap. 21. n* 14. Qui-
nimmò ab omnibus honoribus repelli de-
bent, *l. infamia C. de decurionibus l. decuriones
ff. de decur. & filij cor. l. nullum C. ex quibus cauſ.
infam. irrog. & l. athletas ff. de his, qui notantur*
„ *infam*. Etenim ſi ambulans recto itinere,
„ & timens Deum, deſpicitur ab eo, qui in-
„ fami graditur via *prouer.* 14. nulla conſtan-
tia, & efficacia, authoritate nulla, ac cor-
rectione, veritatis aberrantes à via vnquam
13 reducent. Quarto verò loco, in doctrinis
nec conuenire, nec quicquam cum alijs
communicare habent, qui à cætu ſegrega-
ti fidelium, publicè vitandi, & abominan-
di cenſentur *Suarez tomo 5. in 3. p. diſp.* 12.
ſect. 2. n. 5. Bonac. tom. 1. q. 2. punct. 3. §. 2. n. 12.
apud Lez. tom. 3. verſ. excomm. n. 18. Cùm enim
illis, tum politica, tùm ciuilis inhibeatur
conuerſatio, *ex cap cum excommunicato* 11.
*q. 3 cap. Nuper. cap. Si aliquando de ſent. excomm.
cap. 2. de except. & alijs iuribus*: Tradita qua-
tuor ſimul præſtandi munera occaſio, lo-
cus, & tempus ab ipſis penitus adimentur.
14 Iterum, impuberum iuuenumque nimis
immaturæ ætati ad docendum aditus, ægrè
patere debet: nam licet Doctoratus laurea
quis redimiri valeat decimo ſeptimo æta-
tis anno, *Gloſ. marg. §. initium l. hunc titulum
ff. de poſtulando*: Doctores tamen nouitij,
ſedem ordinariam in continenti procurare
non debent. *gloſ. marg. & gloſ. pertinentes l.
quæ vtiliter ff. de negotijs geſtis*. Nec quicquam
facit quorundam Iurgidorum effugium:
Neruam ſcilicet decimo ſeptimo ætatis an-
no, publicè de iure reſponſitaſſe, *ff. de po-
ſtulando l. hunc titulum, §. initium autem*. Ete-
nim gratia virtutis permittuntur quædam,
quæ prohiberentur aliàs. *Ibidem §. Beſtias,
& gloſ. virtutis cauſa l. ſolent enim. §. Senatus con
ſultum ff. de alea luſu*. Quoniam non in ve-
„ ritate conſtantia; cùm Iuuenes inconſtan-
„ tes ſint & res, quas concupierunt, faſti-
„ diant, *Ariſtoteles 2. Rhet. de affect. & habit. iuuen.*
Non in exequendo, prudentia: etenim
tragico teſte *Troad. act.* 2.

Iuuenile vitium eſt regere non poſſe im-
petum

Ætatis alios feruor hic primæ rapit.

Non in aſſerendo, fides: nam; Creduli, ſpe
bona pleni, & facilè decipiuntur. *Ariſtote-
les vt ſupra*. In corrigendo denique nulla
viuacitas, cùm idem dicat Tragicus *Thy-
eſt act.* 2.

Peiora iuuenes facilè præcepta audiunt.

15 illis vnquam conuenire poſſunt. Quamo-
„ brem, eò minùs, docendi conſtantia mu-
„ lieri aſciſcetur; cùm ſeducta in præuarica-
„ tione fuerit, 1. *Timoth.* 2. vel exequendi ef-
„ ficacitas; cùm in ſilentio eſſe iubeatur, *ibi-
„ dem*: ſicut imperandi facultas; cum Domi-
„ nari, inhibeatur, in virum, *ibidem*: ac tan-
„ dem increpandi viuacitas; cum loqui non
„ permittatur, 1. *Corinth.* 14. Vnde (inquit
„ Gloſſa) Si enim loquitur, magis incitat ad
„ luxuriam, & irritatur. Iure ergo Apoſto-
„ lus, vtrobique dixerat: Docere autem mu-
„ lieri non permitto. Turpe eſt autem mu-
„ lieri in Eccleſia loqui. Vbi Gloſſa; Quia
„ contra diſciplinam Eccleſiaſticam eſt; vt di-
ſertè etiam habetur per Gloſſam *prædicare
de pænitentijs, & remiſ. cap* 10. *& extra. de relig.
domib. cap. 1. §. verum quia in multis &c.*

CA-

CAPVT XVIII.

Regulares Doctores (cęteris præhabitis requiſitis à publica Cathedra minimè ſunt arcendi: eò vel maximè, ſi diuinarum literarum, Scholaſticę, tàm ſpeculatiuæ, quàm practicæ Theologiæ, Sacrorumque Canonum præſtent excellentia.

SVMMARIVM.

1 *Cathedræ, & Cellæ nonnulla aſſignantur diſcrimina, quibus inter ſe earum munia ęgrè cohærere videntur: quare non temerè hæſitatur à multis, an Clauſtro addictis publicè docere liceat.*

2 *Patrum quamplures, veteris, ac noui ſeculi, literarum ſtudia Monachis reprobantes, verbis, factiſque interdicentes paſſim citantur, eorumque adducuntur teſtimonia: quibus Rebuffus fortè permotus Clauſtralibus religioſis Doctoris, & Magiſtri titulum etiam in Theologia, ſacriſque canonibus adimendum eſſe putauit.*

3 *Idem eſt Monachus, ſiuè Clauſtralis & Clericus: idcirco Monacho conueniunt aliqua quatenus Monachus, & aliqua quatenus Clericus. Quatenus Monachus conuenit ſolitudo, & plangentis officium: quatenus Clericus conuenit etiam docere, non tantum priuatè, & ex beneficio; verum etiam publicè, & ex officio.*

4 *Sanctorum teſtimonia Patrum, & exempla, illa tantummodo literarum exercitia, Clauſtralibus videntur inhibere, quibus non Dei honorem, ſed nomen vanumque ſeculi plauſum enixè auent: minimè verò, quæ ad maiorem Dei gloriam, proximorumque vtilitatem ſummopere conducunt.*

5 *Publicè docere, nomenque aſſumere Doctoris, nullo iure, Clauſtralibus videtur eſſe prohibitum, niſi propria repugnent inſtituta: Quod pluribus cum remiſſiuè, tum de præſenti, Patrum oſtenditur teſtimonijs; quibus inſuper, non obſcurè inſinuatur, ſcientiarum exercitia, illis admodum conſentanea eſſe.*

6 *Clauſtrales, vt communi vtilitati, docendo, vacent; ab aliquibus ſuorum inſtitutorum abſtinere poſſunt obſeruantijs, non tantum ſacris, verum etiam ſecularibus ſe applicando ſcientijs; dummodò ab illis, ea, quæ nociua ſunt reſecentur.*

7 *Clauſtrales publicè docere poſſe, variorum Doctorum teſtimoniis, Summorum Pontificum priuilegiis, Eccleſiæ conſuetudine, & Hiſtoriarum diuerſis ſuadetur documentis.*

8 *Iuris ciuilis, ac Phyſices, dummodò à publica abſtineant lectione, doctoralis laurea de iure communi, Regularibus denegari nequit. Qua de re, probibitio illa canonica, cap. Non magnopere cap. Super ſpecula, & cap. Ne Clerici, vel Monachi, contra Regulares exhibita, ſufficienter explicatur.*

9 *Regularium in Monaſteriis Sacrarum literarum non tantùm, verùm etiam profanarum olim extabant ſcholæ, vt ex Banunochorenſe, Malbesburienſe, Fuldenſe, Tholegienſe, atque aliis oſtenditur Religioſorum Cænobiis.*

10 *Lex illa: à nullo C. de feriis in Regularium iacturam à Rebuffo allata, explicatur, & reſoluitur: quæ tamen in caſu noſtro, vix cernitur habere locum; cum gradum, & Doctoratus inſignia, legaliter, ac iuridicè à Summis Pontificibus, Imperatoribus &c. vel ab his, qui ipſorum funguntur authoritate, Clauſtrales recipiant.*

11 *Literas Sacræ penitentiariæ, Regularibus, ſub hoc duntaxat titulo, nempè Sacræ Theologiæ, aut Canonum profeſſoribus, mitti; non eſſe vndequaque verum, ex communi oſtenditur praxi: Quod eſto, etiam veritatem obtineret omninò, adhuc tamen Magiſtri, & Doctoris nomen ipſis Regularibus, vllo pacto eſſet denegandum; cùm alias, hoc idem nomen à Summis Pontificibus, varijs Diplomatibus ſint adepti.*

CVm in plurimis, Cathedræ, ac Cellæ, diſcrepantia valeant coire munia: Viris
1 Clauſtro addictis, an publicè deneganda ſit
„ quoque docendi facultas fortè quis teme-
„ re non hæſitabit. Nemo poteſt (aſſerebat
„ Gregorius *lib.4.regiſt.cap.45.*) Eccleſiaſticis
„ obſequijs deſeruire (quorum præcipuum
„ docere eſt, vt explicat Henr. 1. *p. art.* 11. *q.* 4.
„ *arg.* 2.) & in Monachorum regula ordinatè
„ perſiſtere. Cathedra enim multitudini fa-
„ uet, cùm non accendant lucernam, & po-
„ nant eam ſub modio, ſed ſuper candela-
„ brum, vt luceat omnibus, qui in domo ſunt, *Math.* 5. Cella verò ſolitudinem ambit: nam Monachum per omnia ſingulariter agere, mandat Nicena Synodus 16. *q.* 1. *cap.* 1. Hæc inſuper ſtudet humilitati (Etenim ſumma Monachi virtus humili-
„ tas, *Iſid. de ſum. bono lib.* 1.) Illa ſanè ambitio-
„ ni deſeruit (Amant enim primos recubi-
„ tus in cænis, & primas Cathedras in Syna-
„ gogis, & ſalutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi, *Math.* 23.) Pingues vna venatur prębendas, quare *ſatyr.* 7. ita luſcerat Iuuenalis.

Pænituit multos vanæ, ſteriliſque Cathedræ.

„ pauperiem altera ſummopere colit profe-
„ cto: Labor, & latebræ, & voluntaria pau-
„ pertas; hæc ſunt Monachorum inſignia, *D. Ber-*

Bernard. ad Henr. Senon. Archiep. Epiſt. 42. in fin. Hinc nobis vehementer obijciunt bona-
2 rum literarum quidam oſores Patrum quamplures veteris, ac noui ſeculi, ipſarum literarum ſtudia Monachis reprobaſſe, verbis, factiſque interdixiſſe. Itaque in primis celeberrima illa teſtimonia ſunt D. Hieronymi *Epiſt. 53. n.* 27. Monachus non „ Doctoris habet, ſed plangentis officium. „ D. Auguſtini 8. *conf. cap.* 6. Surgunt indo- „ cti, & rapiunt regnum Dei, & nos cum no- „ ſtris literis demergimur in profundum. „ Cuiuſdam Theodori apud Caſſianum *lib.* „ 3. *de inſtit.* Plus in vitijs extirpandis, quàm „ libris euoluendis opera ponendum eſſe. „ Hugonis Victorini *lib. 3. de clauſtro animæ*: „ Tu Monache, ſemper ieiunijs, & fletibus „ inſiſtere debes & tu philoſophari quæris? „ Simplicitas Monachi philoſophia eius eſt. „ Diui Bernardi *in medit. cap.* 7. ſe ipſum lite- „ ris & lectioni addictum lamentantis: Væ „ mihi, quia iſta dico, & iſta non facio. Et „ inferiùs: Plus diligo lectionem, quàm ora- „ tionem: Veruntamen nihil aliud me do- „ cet diuina Scriptura, niſi religionem ama- „ re, vnitatem ſeruare, charitatem habere. „ Ego autem miſer, & miſerabilis citiùs cur- „ ro ad lectionem, quàm ad orationem; li- „ bentiùs volo legere, quàm Miſſas auſculta- „ re. Expectat me aliquis, volens de neceſ- „ ſitate ſua mihi loqui; ego verò librum „ aliquem accipio, lego in eo, & legendo „ amitto fructus charitatis. Petri quoque Damiani Monachi, & Cardinalis inſignis: tota decima ſeptima Epiſtola: eò collimare videtur, vt Ariprandum Monachum, à literarum ſtudijs penitus amoueat. Id inſuper non incongruè varijs, fideque dignis, aſtruere conantur hiſtoriarum monumentis: vt Diui Franciſci, cuidam fratri Pſalterium enixè poſtulanti officioſa repulſa: ne Breuiarium, ſcilicet, cæteroſque deindè exoptando libros, magiſtrales cathedras in ſui exitium, ſibi aliquando pararet, *Chron. minor. lib. 2. cap.* 22. Eiuſdem quoque Seraphici Patris in Ioannem de Stracia, Minoritarum ſtudium Bononiæ inſtituere nitentem dirò, & irreuocabile anathematê, dum ignea, & ſulphurea ſcintilla ſemiuſtus, è viuis ſublatus eſt, *Anton. Perez. ex lib. exemp. Patrum*. Item, cuiuſdam energumeni, Innocentij tempeſtate quarti, minaci pollicitatione, iactantis ſe in infeſtos ſibi regulares librorum, opinionumque perturbatione; quæ literarum comitatur exercitia, opportunam vindictam eſſe ſumpturum. *Mauritius de villa probata in prologo lib. coronæ Virg.* Satanica tandem cuiuſdam Ciſtercienſis Monachi illuſione, qui acri literarum ſtudio, promiſſas ſibi à lucis ementito Angelo dignitates, ſperans adipiſci poſſe, poſt trinam ſacro ab inſtituto peractam apoſtaſiam, furto ſibi imputato, ſuſpenſus interijt, *Cæſarius lib. 5. Mirac. cap.* 10. Quibus, vt arbitror, permotus Rebuffus, *prax. benef. de diſpen. cum Regular. n.* 27. Viris Religioſis clauſtralibus, Doctoris titulum tum in Sacra Theologia, tum in Iure Canonico, etiam adimendum putauit. Quamobrem & in Pontificijs quoque Diplomatibus, iam ſcribendi inualuit vſus, non Dilecto Filio Magiſtro ſiue in Sacra Theologia, ſiue in Iure Canonico, ſicut Doctoribus inſcribitur ſecularibus: ſed Sacræ Theologiæ aut Iuris Canonici profeſſoris: quaſi Summi Pontifices, profiteri continuò Clauſtrales præſumant: Nec enim alias (inquit ipſe) merentur hoc nomen tam honorificum *l. à nullo C. de Ferijs*.

Verùm enim verò, ſi res ſicut oportet
3 perpendatur intimius: nec iam allegata à recta ſententia; nec à publico docendi munere regulares Doctores arceri videntur. Idem enim eſt Monachus, ſiue Regularis; ac Clericus, *Henr. 1. p. art. 11. q. 4. n. 7.* cùm in fauorabilibus, Clerici appellatione, non tantum Clerici ſeculares, verum etiam regulares omnes vtriuſque ſexus, quinimmo Nouitij indifferenter gaudeant, *Syluest. in ſum. ver. Clericus n. 1. & Bonacc. de leg. diſp. 10 q. 2. punc. 1. §. 2.* Quare Monacho ſiue Regulari, aliquid in quantum Monachus (inquit Henricus) & aliquid in quantum Clericus conuenire poteſt. Si enim primo conſideretur modo, vtique non Doctoris, ſed plangentis officium habet, ex D. Hieronymo loco citato. Si verò ſecundo modo, ex beneficio non tantùm, ſed ex officio quoque docere non prohibetur, ex „ eodem D. Hieronymo, *Epiſt. 4. n.* 19. ita „ ſcribente: Si Clericatus titillat, deſiderium „ diſcas quod poſſis docere: multo tempore „ diſcas quæ poſteà doceas. Quibus profectò verbis, Sanctus Doctor, Monachum, ſiue Regularem à docendo excludere noluit, ſed tantùm inter Monachi, & Clerici officia diſtinguere, oſtendendo quod cuique conueniat officio, vt docet Gratianus, *qui talia loca refert 16. diſt. q. 1. cap. Hine*
4 *eſt.* Idcirco, vt ibidem ipſemet notat: Vſ- „ que ad tempora Zoſimi Papæ, Monachi „ ſimpliciter fuerunt Monachi, ſcilicet, Lai- „ ci, & non Clerici. Hæc ille. Quamobrem in contrarium, aliorum adducta Patrum teſtimonia, & exempla concludunt ad ſummum, ea literarum ſedula exercitia, quibus viri religioſi non Dei gloriam, ſed nomen, vanumque ſeculi enixè plauſum exoptant; vana tantummodò, & inutilia, quinimmo maximopere exitioſa eorundem eſſe inſtituto: Minimè verò quod bonarum artium, vtilia penitus amoueantur ſtu-

ſtudia: cùm ex Diuo Anſelmo Cantuarien-
ſi Antiſtite in carminibus, concinnè Mo-
nachis ita conſulatur.

A ſtudijs ſacris tempora nulla vacent;
Vtilibus ſemper ſtudeant, & rebus hone-
ſtis,
Res eſt ſegnities pernicioſa nimis.

Vnde Hugo Victorinus, loco ſuperiùs ci-
tato, hæc itaque ſubdidit verba: Si tamen
„ Doctor eſſe deſideras, audi quod facias. Vi-
„ litas habitus tui, & ſimplicitas vultus, in-
„ nocentia vitæ, & ſanctitas conuerſationis
„ tuæ docere habent.

Aſcendere idcircò tum ad Doctoratus
gradum, tum Magiſterij, docendique ſubi-
5 re grauamen nullo iure Regularibus, niſi
propria repugnent inſtituta, prohiberi de-
bet: Hoc quidem ex pluribus Sanctorum,
veterumque Patrum manifeſtè accipitur
votis, cùm literarum præcipuè diuinarum
exercitia, clauſtralium proficua; maxime-
que perfectioni vtilia eſſe doceant. Hinc
profectò, D. Chyſoſtomus, *Homil.* 56. *ad
populum Antioch.* Monaſticam extollit vi-
„ tam, dicens: His itaque portubus potientes,
„ quaſi quandam deinceps procellam fu-
„ giunt multorum tumultus. Neque verò
„ canentes tantùm, & orantes, verùm, & li-
„ bris affixi, iucundum ſunt videntibus ſpe-
„ ctaculum. Cùm enim chorum diſſolue-
„ rint, hic quidem Iſaiam ſumens, cum illo
„ loquitur: hic autem cum Apoſtolis con-
„ uerſatur: alius ab alijs elaborata percurrit,
„ & de hoc vniuerſo philoſophatur, de Deo,
„ de viſibilibus, de intelligibilibus, de vitæ
„ præſentis vilitate, de futurorum Beatitu-
„ dine: & optimo cibo paſcuntur non bru-
„ torum carnes elixatas habentes appoſitas,
„ ſed eloquia Dei ſuper mel, & fauum. Item
Sanctus Iſaacus Syrus, Presbyter Antio-
chenus *lib* 1. *de contemptu mundi. cap.* 7. *tom.* 5.
Biblioth. Patrum, Monachum quendam, ità
„ paternè, diſcreteque monet: Stude (in-
„ quit) in lectionibus ſcripturarum, quæ de-
„ monſtrant viam ſubtilitatis, contempla-
„ tionis; & in vita Sanctorum, quanquam à
„ principio non ſentias dulcedinem propter,
„ obtenebrantes propinquitates rerum, vt
„ mutes colloquium in colloquium. Et
„ cùm ſurrexeris ad orationem, & regulam,
„ loco meditationis ſecularium, quæ vidi-
„ ſti, & audiſti, inuenies te meditatione
„ Scripturarum, quas legiſti, & recordatio-
„ nis illorum ſecularium obliuiſceris, & ta-
„ liter ad munditiam mens accedit. Et hoc
„ eſt illud, quod ſcriptum eſt, quòd anima
„ leuatur à lectione, quando ſtat in oratione,
„ & ex oratione illuminatur in lectione, ac
„ eodem loco extergi fece fermentationis,
„ inuenitur tota in forma orationis. Nec à
ſententia vnquam præfata alienus cenſe-
tur Cænobitarum alter Monachorumque
Magiſter Sanctus, videlicet Ephrem Syrus,
dùm *Pareneſ.* 1. ita expreſſe docet: Exerci-
„ tatio Monachi ſit meditatio Scriptura-
„ rum. Et rurſus: Iners autem eſt Monachus,
„ qui in his verſatus non fuerit, & *Paren.* 15.
„ Qui mundi iſtius præceptores, atque inter-
„ pretes agunt, ſtudioſè in lectionem ſapien-
„ tiæ, quæ non eſt, incumbunt: cum ſapien-
„ tia mundi ſtultitia ſit coram Deo. Quan-
„ tò magis meditari nos decet, atque perdi-
„ ſcere ad ſalutem animarum noſtrarum,
„ eloquia Dei? Idem pariter latè ſenſerunt
plurimi probatiſſimi Viri apud Lezanam
de reform. reg. cap. 11. quare non expedit eo-
rundem iterata productio, eo magis cùm
vnum pro omnibus, vtpotè alia plurima
referens, D. Thomę Aquinatis, abunde
ſuppeditat teſtimonium: Nam *opuſc.* 19. quod
pro Clauſtralium Ordinibus validiſſimum
eſt propugnaculum contra Guillelmum
de Sancto amore, & Sigerium quendam,
Pariſienſes Magiſtros: multifarie Sacrarum
humanarumque literarum vſum, Religio-
ſis regularibus vtiliſſimum tradit. Et *cap.* 2.
præcipuè, crebris Sanctorum Patrum te-
ſtimonijs, & exemplis; ipſi omninò mu-
nus docendi licere confirmat. Et cum ad
illud addiſcendi ſtudium neceſſarium ſit
prorſus etiam ſcientiarum exercitium illis
conſentaneum eſſe demonſtrat: Sicque
„ concludit: Monachis maximè, docere, &
„ ſtudere competit. Atque idcircò, ibidem
6 aſtruit, Poſſe Religioſum ab aliquibus ſui
„ inſtituti abſtinere obſeruantijs: Vt vtilitati
„ (inquit) communi vacet, docendo. Inſu-
„ per *cap.* 15. eiuſdem opuſculi affirmare non
„ dubitat: Imitatores Iuliani apoſtatæ eſſe,
„ qui Religioſis ſtudium interdicunt. Ad-
„ ditque: Eis præcipue literarum ſtudium
„ competit. Quod non modo de ſacris, ſed
& de ſecularibus item ſcientijs (dummodò
ab illis, quæ nociua ſunt reſecentur) ex
mente Hieronymi, & Auguſtini intelligit,
„ his verbis: Item quòd non ſolùm, ſtudio
„ literarum ſacrarum, ſed etiam ſtudio lite-
„ rarum ſecularium laudabiliter vacare poſ-
„ ſint Religioſi, expreſſe habetur per Hiero-
„ nymum in epiſtola ad Pamachium Mona-
„ chum. Si adamaueris captiuam mulie-
„ rem, ſcientiam ſcilicet ſecularem, & eius
„ pulchritudine captus fueris, decalua eam,
„ atque illecebras crinium, atque orna-
„ menta verborum, cum vnguibus ſeca.
„ Laua eam prophetali nitro, & tunc requie-
„ ſcens cum illa, dicito: ſiniſtra eius ſub ca-
„ pite meo, & dextra illius amplexabitur me,
„ & multos tibi fœtus captiua dabit, ac de
„ Moabitide efficietur Iſraelitis. Ex quo pa-
„ tet, quod & Monachis liceat ſeculares ſcien-
„ tias addiſcere, dummodò ea, quæ ſibi re-

„ prehenſibilia inueniuntur ſecundùm re-
„ gulam Sacræ Scripturæ; reſecentur. Item
„ Auguſtinus *lib. 2. de doctrina chriſtiana*, dicit:
„ Philoſophi qui vocantur, ſi qua forte ve-
„ rè, & fidei noſtræ accommoda dixerunt,
„ maximè Platonici, non ſolum formidan-
„ da non ſunt, ſed ab eis, tanquam ab iniu-
„ ſtis poſſeſſoribus, in vſum noſtrum vindi-
„ canda.

Huic autem doctrinæ, nulla repugnante
7 ratione, firmiter etiam adhærent, *Diuus Bonauentura in opuſc. ad Magiſtrum. Henr. loco ſuperius citato. Tabiena ver. Magiſter q. 2. n. 3. Armilla eodem verſ. n. 4. Emman. Roter. tom. 2. quæſtion. regul. q. 74 art. 1. Sanch tom. 2. decal. lib. 6. cap. 14. Tamb. de iur. abbat tom. 3. diſp 3. q 6. n. 39. Lez tom. 2. cap. 13. n. 4. Suarez de religion. tom. 4 tract. 10. lib. 5. cap. 4 num* 10. & communiter omnes. Quinimmò quàm maximè fulcitur, tùm ex communi praxi Eccleſiæ, ac Religionum; & ex eo quia (vt notat Barboſ *de iure Eccleſ. lib. 1. cap 43. n. 2.*) Regularibus nullibi interdicitur huiuſmodi gradus aſſumptio, vel harum facultatum ſtudium. Tùm ex priuileg. & Decretis Summorum Pontificum, Bonifacij IX. Innocentij VIII. Clementis VIII. & Vrbani VIII. quorum meminit Lezana citatus, *n. 42.* Hinc ex varijs Hiſtoriarum habetur monumentis, Bedam Anglosaxonem, ſcholaſtici Doctoris officio in Vuerinmuenſi cænobio vſque ad extremum ſpiritum fuiſſe perfunctum, *Vincent. Belnac. lib. 23. ſpec. hiſt.* Rabanum, Alcuinum, & Claudium eiuſdem Bedæ diſcipulos, gratis docturos, Magno Imperante Carolo, Lutetiam ex Scotia appuliſſe, *Polyd. lib. 4.* Remigium altiſidiorenſem, à Fulcone Remenſe Epiſcopo, Scholas inſtaurandi cauſa Remos eſſe aduocatum, *Bellarm de ſcript. Eccleſ.* Alexandrum Halenſem, Albertum Magnum, Thomam Aquinatem, Bonauenturam Ægidium, Henricum, Scotum, cæteroſque permultos, Sacræ Theologiæ Cathedras, diuerſis in locis ſuſcepiſſe moderandas, *ex eorum geſtis apud diuerſos, qui in ipſorum ſcriptis ea recenſuerunt.*

Inſuper Iuris etiam ciuilis, ac Phyſices
8 (dummodò à publica abſtineant lectione) doctoralis laurea de communi iure, Monachis, & Regularibus inhiberi nequit, *Barboſ. tom. 1. de iure Eccleſiaſtico lib. 1. cap. 43. n. 61. Lez tom 2. cap. 15. n. 42 Caſtropal. p. 1. tract. 16. diſp 4 punc. 13 §. 6 Calder. Felin. Nauarr. Salz. & alij*, quos refert, & ſequitur Sanch. *lib. 6. decal. cap. 14. n. 45. & 46.* Nec prohibitio illa Canonica, *cap. Non magnopere. cap. ſuper ſpecula. & cap. 1. Ne Clerici vel Monachi*, in quibus non tam à munere docendi medicinam, & iuris ciuilis prudentiam; verùm etiam, demiſſo habitu, vel extra clauſtra ab audiendi facultate excluduntur Regulares, harum ipſis facultatum condignam ad gradus minimè adimet promotionem: Etenim prohibitio extra prohibitum caſum extendi non poteſt, cùm prohibeatur in vno, quod conceditur in alio, *Gloſ non aliter l. quæcunque ff. de officio eius,*
9 *cui mand.* Quocirca, tantùm abeſt, Regulares à publico docendi munere fore arcendos, vt in Monaſterijs præcipuè, olim extarent ſcholæ Sacrarum literarum non tantùm, verùm etiam profanarum. In Britannia nanque, tempore Conſtantini, propè Legionum Vrbem, quæ nunc Ceſtria dicitur, nobiliſſimum fuit Banunochorenſe Collegium, quod pluſquam duo millia chriſtianæ Religionis ſtudioſorum alebat, *Baleus, cent. 13. ſcript. Britann* Et Magnus Gregorius Britannorum Gymnaſia, ad hæreſim Pelagianorum, quæ in ſcholis tradebatur, extirpandam, tranſtulit ad Monaſteria, *Baleus ibidem.* Mailoulfus philoſophus Scotus, Malbesburgienſe cænobium anno Domini 725. fecit, in quo ſcholam tam græcæ, quam latinæ linguæ aperuit, & artes perlegit, *Baleus cent 14. cap. 10.* Rabanus in Fuldenſi cænobio, non ſolum Sacras literas Monachos docuit, ſed etiam artes, *Trithemiu de Hirſaugienſi cænobio.* Tholegienſe Monaſterium ſub veteri Schaumburgo Lotharingiæ Ducum caſtro, anno Domini 627. conditum, vt eſſet ſchola, & Eccleſia Theologorũ, *Bruſch. de Monaſt.* Arx tandem Altendosfenſium Principum, in domum Dei conuerſa, pietatis, & literarum Gymnaſium eſſe cepit annum circiter Domini 800. *Bruſch. ibidem.*

Ergo ſaltem immeritò, ſi non indecen-
10 ter, vt reor, in Regularium iacturam à Rebuffo loco ſuperius citato, pronunciatum videtur: Doctoris, a Magiſtri, tàm honorificum ipſos non mereri nomen: Lex enim illa *à Nullo*; feriarum prohibet aliquid habere nomen, quod per interiores à Principe, pro libito indicaretur, iuxta, illud, ſi te priueris, nomen habere non mereris, *ibidem Gloſ. marg.* Cæterum, cùm gradum, & Doctoratus inſignia legaliter, ac iuridice à ſummis Pontificibus, Imperatoribus &c. vel eorum delegata fungen-
11 tibus recipiant authoritate, non eſt cur etiam nomen habere non mereantur. Et ſi literæ, ac Pontificia indulta, non titulo Magiſtri, vel Doctoris, ſed tantummodo Sacræ Theologiæ, Canonumque profeſſoris, Regularibus dirigerentur (quod tamen vniuerſaliter, nequaquam obtinet veritatem, vt ex Sacræ Pænitentiariæ literis patet, quæ ſub inſcriptione Magiſtri, & Doctoris tam ſecularibus, quàm regu-

lari-

Digitized by Google

laribus confeſſariis aperiendis, indifferenter mittuntur, *Lez tom. 4. verb. litera Apoſtolica num. 14. 15. & 16.*) alias tamen Doctoris & Magiſtri nomen, & appellatio illis omninò manifeſtè videtur conceſſa: vt Pauli Quinti, *conſtit. Apoſtolica ſeruitutis ann.* 1610. pro graduandis trium linguarum profeſſoribus. Pij Quinti, *conſt. Romani Pontificis prudentia ann* 1571. pro approbandis ad audiendas confeſſiones eiuſdem Pij V. *in breu. incip. cum Sacer. Ord. dat. Rom. V. non. mart. Pontif. a.* 7. quod ſeruatur in Vrbe apud S. Mariam ſupra Mineruam. Bonifacij Noni apud *Lez. tom. 3. verb. gradus.* pro facultate creandi vnum Magiſtrum in capitulo generali, Magiſtro Ordinis Sancti Dominici conceſſa. Calliſti Tertij, *conſt. Inter cætera, ann.* 1456. pro fratribus Carmelitis. Item Bonifacij Noni, *conſt. Sinceræ deuotionis. ann.* 1398. pro fratribus Seruitarum. Innocentij Octaui. *conſt. Apoſtolicæ Sedis. ann.* 1487. pro eiuſdem fratribus Seruitarum. Aliorumque plurium Summorum Pontificum, vt in Bullario paſſim cernere licet, Conſtitutionibus & Priuilegijs.

CAPVT XIX.

Vt artium, doctrinarumque ſcholæ, nominis claritudine fulgeant, famæque ſonitu dilatentur per Orbem; verſatis Doctoribus, probatiſque Magiſtris ampla rependenda ſunt præmia, & pinguia eroganda ſtipendia.

SVMMARIVM.

1 *Tanta Virtuti ineſt efficacia, vt beatam ſe ipſa hominibus inſtituat vitam, cùm præter virtutem, nil ampliùs expetere poſſint. Quare ſibi merces, & præmium eſt; nihilque foris quæritans, ſe ipſa contenta eſt.*

2 *Ita laboribus comparatur Virtus, vt ipſam nullus aſſequatur vmbraticus; idcircò palma in edito, & aſperrimo conſita loco oſtenſa eſt inhærere; cuiuſque ſymbolo myſtice latitare.*

3 *Virtus itaque, cum ſemper ſuccedat labori; eſto foris præmium minimè expectet, labor tamen, quo adipiſcimur ipſam, id enixè poſtulat: ex quo virtutis ad laborem ſucceſſu inde fit, vt minimè ipſa quæratur, ſi pro labore præmium ab ea auferatur.*

4 *Præmium, laboris emollit anguſtias, & difficultates mollit, cum virtutis ſcopuloſas complanet vias, & ad gradiendum per ipſam alliciat: Nec quiſquam eſt, qui non ad morum ſumma nitatur aſcendere, quando irremuneratū non relinquitur, quod conſcientia teſte laudatur.*

5 *Magni Conſtantini, eruditorum in gratiam lex humaniſſima recenſetur, qua honores, exemptiones, & præmia, illis conferebantur non pauca: Quod etiam deinde, ſanctis legibus, vniuerſaliter obſeruatum fuiſſe, late oſtenditur.*

6 *Virtus, cùm de genere bonorum laudabilium, & honorabilium ſit, nullam aliam laborum, periculorumque mercedem efflagitat, præter hanc laudis, & gloriæ; quod adeò certum ratumque apud Romanos fuit, vt ſtationes, & templa, virtuti, honorique communia omninò facerent.*

7 *Honores, & obſequia quamplurima Summis à Principibus, eruditis reſoluntur exhibita viris: vt Zenoni ab Athenienſium Senatu, Platoni à Dionyſio Siracuſano, Poſſidonio à Magno Pompeio, Septuaginta duobus Sacrarum ſcripturarum Interpretibus à Ptolomæo Philadelphio, cæteriſque alijs, à diuerſis, & varijs bonarum artium amatoribus.*

8 *Ingloriј ſine vtilitate iacent honores: ſine diuitijs vileſſunt dignitates. Eos idcircò, qui adeptis honoribus, non habent vnde titulo ſatisfaciant, peracutum, & peracre aliquid cernenti, ſed caligine impedito, in tenebris aberranti, ſimiles eſſe rectè putamus.*

9 *Scholaſtici inter miſerabiles conſeruntur perſonas: cum amore ſapientiæ exules effecti, de diuitibus pauperes, periculis non paucis propriam exponant vitam; & à viliſſimis ſæpe hominibus (quod grauiter ſanè ferendum eſt) corporales iniurias ſine cauſa perferant.*

10 *Virtutis, & beneficij præmium eſt honor, indigentiæ verò auxilium eſt lucrum: idcircò præter honorem Doctoribus, & Magiſtris actu docentibus, ſtipendium debetur, nullaque ſuppoſita indecentia illis eſt perſoluendum.*

11 *Pinguia, benemeritis ſemper Doctoribus exhibenda eſſe ſtipendia, ex vtroque iure, varijſque gentium hiſtorijs latè oſtenditur, ſatiſque probatur.*

12 *Principes, & Magiſtratus ſummopere curare debent ne Studioſi aliquam patiantur iniuriam, neque condigno pro laboribus fraudentur præmio: cùm ex eorum contemptu; atque condigni negatione emolumenti, multa reipublicæ, populiſque inſtent exitia.*

TAntam Virtutis eſſe vim voluerunt (inquit Tullius *in L. Piſonem. orat. 37. ſect. 88.*
1 *num. 42.*) vt non poſſet vnquam eſſe vir bonus non beatus. Senſerat enim quidam Antiochus, apud eundem *Tuſcul.*

quæſt. lib.5. ſect.232. num.22. Virtutem ipſam per ſe beatam vitam efficere, Vir bonus idcircò, & virtute præditus, præter ipſam virtutem, felicitatis quid ampliùs expetere valeat profectò non habet: Nam
,, ſi Omne beatum eſt (*ſect.236.num.39.eiuſ-*
,, *dem quinti libri.* ſubinfert Tullius) cui nihil
,, deeſt, & quod in ſuo genere expletum, at-
,, que cumulatum eſt, idque virtutis eſt pro-
,, prium: certè omnes virtutis compotes
,, beati ſunt. Quare Virtus ipſa ſibi merces, & præmium eſt, cùm neque foris vllam aliam petat mercedem, neque ab vllo externo alio pendeat præmio. Se ipſa enim contenta eſt, inquit idem Tullius *Philippica 5. ſect.201.num.35.* Hinc ex Plauto *in Amphitruo.act.2.ſce.* 2.etiam venuſtè legitur:

—— Virtus præmium eſt optimum.
Virtus omnibus rebus anteit profectò
Libertas ſalus, vita, res, parentes,
Patria, & prognati tutantur, ſeruantur:
Virtus omnia in ſe habet, omnia adſunt
bona, quem penes eſt virtus.

2 Laboribus, tamen adeò ſuccedit, vt ipſam ferè nullus aſſequatur vmbraticus. Ea propter Quintius, græcus author apud Valerianum *Hierogl.lib.50.* aſperum quendam locum, & admodum editum, ſuperatuque perdifficilem poſuit, in cuius vertice palma conſurgebat cuius in cacumine inſidebat virtus. Ex montis vtique aſperitate, labores, varios; ex palma, temporis (vt Heſiodi interpres ait) diuturnitatem innuens. Non enim putabat quempiam ad perfectam aliquam virtutem peruenire poſſe, niſi per labores, quos diu toleraſſet, *Heſiodi Muſa lib oper. & Dieſ.* ita dictante.

Ante Virtutem verò ſudorem Dij poſuerunt
Immortales: longa verò atque ardua via eſt ad ipſam,
Primumque aſpera: vbi vero ad ſummum ventum fuerit,
Facilis deinceps eſt, quantum vis difficilis fuerit.

Quod etiam Nucis producto ſymbolo, Philo, iudęus *lib de vit.Moyſ.* ſatis concin-
,, nè expreſſit, dicens: Nucis extremum pu-
,, tamen eſt amarum: ligneus cortex inte-
,, rior eſt auſterus, & ſolidus: quo fit vt fru-
,, ctus non ſit in promptu, clauſus vtroque
,, munimine. Hac figura docetur, anima
,, exercens ſe in virtutis ſtudio, eſſe opus la-
,, boribus. Labor autem durus, & difficilis
,, vnde felicitas prouenit. Quapropter per-
,, durandum eſt: Nam qui fugit laborem,
,, fugit felicitatem.

Inferre quippè inde licebit, quòd ſi vir-
3 tus quà (vt ciceronianis *lib. 9. Epiſt. 14. ad*
,, *Dolabellam ſect.133.* verbis vtar) Nihil for-
,, moſius, nihil pulchrius, nihil amabilius: pręter ſe ipſam, alia quæcunque ſe veluti indigna pręmia reſpuit: Labor ſaltem, quo ipſa comparatur, & cui vel ſemper nectitur, tanquam ſibi iure debitam, enixè efflagitet mercedem; *ad Rom.4.* ſcribente Paulo: Ei qui operatur, merces non
,, imputatur ſecundùm gratiam, ſed ſecun-
,, dùm debitum; cum Ius, quod æquum eſt, cuique tribuat, *l. iuſtitia ff. de iuſtit. & iure.* qua deinde laboris virtutiſque ſequitur colligatione, vt quod de vno in caſu noſtro aſſeritur, de altero non negetur. Itaque de illo, ſi apud Authorem *lib. de moribus Medicorum cap.10.* ità feſtiuè luditur:

Præmia quiſque labor optat habere ſua.

Iuuenalis, de iſta *ſatyra* 10. hæc viciſſim canit

—— Quis enim virtutem amplectitur ipſam,
Pręmia ſi tollas ——————

Plures enim, externis, niſi munerentur præmijs, opportunis ad virtutem deſti-
4 tuuntur auxilijs. Præmium quidem non tantùm ad honeſta calcar eſt, ſed laboris emollit anguſtias, & difficultates mollit, cùm virtutis ſcopuloſas complanet vias,
,, & ad gradiendum prolectet. Tolle ſpem
,, (inquit Zeno Veronenſis, *Serm.de ſpe. tom.*
,, *2. Bibliot.PP.*) torpet humanitas tota: tolle
,, ſpem, artes, virtuteſque vniuerſę ceſſa-
,, bunt: tolle ſpem, & interempta ſunt omnia. Nam, vt temperies, & aëris clementia, copiam, atque frugum vbertatem: ſic amplitudo, & præmiorum preſtantia, bonas artes, excellentiaque producit inge-
,, nia. Nutriunt ſanè (inquit Caſſiod. 2.
,, *variar.16.*) præmiorum exempla virtutes,
,, nec quiſquam eſt, qui non ad morum
,, ſumma uitatur aſcendere, quando irremu-
,, neratum non relinquitur, quod conſcien-
,, tia teſte laudatur.

Magno propterea imperante Conſtantino, plurima ſtudioſorum hominum ingenia floruere: Ipſe enim eruditos viros, & bona ſtudia liberaliter colebat, vt eius humaniſſima Lex apud Sozomenum *lib.1.*
5 *hiſt.cap.8 & Euſeb.lib.4. vita Conſtant.* diſer-
,, te teſtatur: Legitur enim ſic. Medicos,
,, Grammaticos, & alios profeſſores litera-
,, rum, & Doctores legum cum vxoribus,
,, & liberis, nec non, & rebus, quas in ſuis
,, ciuitatibus poſſident, ab omni functione,
,, & ab omnibus muneribus ciuilibus, vel
,, publicis, immunes eſſe præcipimus; &
,, neque in prouincijs hoſpites recipere, nec
,, vllo fungi munere, nec ad iudicium de-
,, duci; nec eximi, vel iniuriam pati. Si quis
,, eos vexauerit, pæna arbitrio Iudicis ple-
,, ctetur. Mercedes autem eorum, & ſalaria
,, reddi iubemus, quo faciliùs liberalibus

a. ti-

Digitized by Google

„ artibus multos inſtituant. Hincque vniuer-
ſaliter tandem, ſanctis legibus cautum
fuit, vt quibus erga aliquam ſuum pen-
ſum lepidè accurarunt virtutum, eximiã
præmia conueniat rependere. *l. & virtu-
tum C. de ſtatuis, & imag. & l. contra publicam.
C. de re milit. & facit l. benè C. de quadri. præ-
ſcript. & l. nemo C. de offic. magiſ. off. & cap. ſi 7.
q. 1. & cap. ad noſtram de rebus Eccleſ. non alien.
& cap. charitatem 12. q. 2.*

Verùm enim verò, cùm virtus de gene-
6 re bonorum laudabilium, & honorabilium
„ ſit, vipotè propter ſe appetibilis, *1. magn.*
„ *moralium cap. 2.* Nullam aliam mercedem
„ laborum, periculorumque deſiderat (in-
„ quit Tullius *pro Archia orat. 26. ſect. 191. n.*
„ 28.) præter hanc laudis, & gloriæ: qua qui-
„ dem detracta, quid eſt quod in hoc tam
„ exiguo vitæ, curriculo, & tam breui, tan-
„ tis nos in laboribus exerceamus? Cuius
à Virtute, Romanorum Conſules adeò
indiuiſum putauerunt optatum, vt (niſi
cauſa prodigij vtri Numinum, Honori
ſcilicet, àn Virtuti, rem diuinam eſſe fa-
ciendam veniret in dubium) Honoris
Ædi à Q. Fabio Maximo, carmentalem
extra portam extructæ: M. Marcellus, bel-
lo proſperè peracto gallico, nunquam vir-
tutis adiiceret aliam, ſed vtrique commu-
nem dicaret eandem, *Sabell. lib. 4. enn. 5.*
Quod vtique D. Auguſtinus *lib. 5. de Ciuit.*
„ *Dei cap. 12.* ſedulo aduertens, hiſce verbis
„ fuſius enarrauit: Tullius, ſcilicet, *in lib. de*
„ *Republ.* vbi loquitur de inſtituendo Prin-
„ cipe Ciuitatis, dicit alendum eſſe gloriã;
„ & conſequenter commemorat, Romanos
„ multa mira, atque præclara, gloriæ cupi-
„ ditate feciſſe. Huic ergo vitio, non ſolum
„ non reſiſtebant, verùm etiam id excitan-
„ dum, & accendendum eſſe cenſebant: pu-
„ tantes hoc vtile eſſe Reipublicæ. Itaque
„ gloriam ingentem, diuitias honeſtas vo-
„ lebant: hanc ardentiſſimè dilexerunt:
„ propter hanc viuere voluerunt: pro hac,
„ & mori non dubitauerunt. Cæteras cupi-
„ ditates, huius vnius, ingenii cupiditate,
„ preſſerunt. Ipſam denique patriam ſuam,
„ quoniam ſeruire videbatur ingloriuni, do-
„ minari verò, atque imperare glorioſum,
„ priùs omni ſtudio liberam, deinde domi-
„ nam eſſe concupierunt. Hoc etiam deò-
„ rum apud illos ædes indicant, quas co-
„ niunctiſſimas conſtituerunt Virtutis, &
„ Honoris; pro Diis habentes, quæ dantur à
„ Deo. Vnde intelligi poteſt, quem finem
„ volebant eſſe virtutis, & quo eam refere-
„ bant, qui boni erant, ad Honorem ſcili-
„ cet: Hæc ille.

Honoris ergo apud Authores, innume-
7 ra reuerentiæ, & obſeruantiæ virtutem
ſectantibus, eruditiſque viris exhibita in-
„ ueniuntur obſequia. Athenienſes nanque
„ de Zenone Citiæo, talia decreuerunt.
„ Quoniam Zeno Mnaſei filius Citiæus
„ complures annos in ciuitate philoſophicè
„ verſatus eſt, atque in omnibus vir bonus
„ eſſe perſtitit, ac iuuenes, qui ad illum di-
„ ſciplinæ cauſa conuenerunt, ad virtutem,
„ & frugalitatem exhortando, ad ea, quæ
„ ſunt optima conuertit, vitam ſuam ver-
„ bis, ac doctrinæ ſuæ contentaneam exem-
„ plar omnibus proponens: bona fortunã
„ viſum eſt plebi laudare Zenonem Mna-
„ ſæi filium Citiæum, & aurea corona ritè
„ ac legitimè ornare propter ſingularem,
„ eius virtutem, & temperantiam. Præte-
„ rea conſtruxere illi etiam ſepulturam in
„ Ceramico publicè. Coronæ autem facien-
„ dæ, exædificandique tumuli, plebem iam
„ quinque viros ex Athenienſibus eligere,
„ qui curam habeant: Decretumque hoc,
„ ſcribam plebis inſcribere columnis dua-
„ bus: liceretque ſibi, alteram in Academia,
„ alteram in Lyceo ponere: Sumptus verò
„ columnarum diſtribuere eum, qui nego-
„ tiis præeſt, vt omnes intelligant, Athenien-
„ ſium plebem, Viros bonos, & viuos, &
„ defunctos honorare *Laert lib. 7. de vit. philoſ.*
Platoni in Siciliam venienti, Dionyſius
Tyrannus Vittatam nauem miſit obuiam,
& egredientem in littore, quadrigis albis
excepit, *Plin. lib. 7. cap. 30.* Quinimmò eum
in currum imponens, ipſe aurigam egit:
& cùm in omnes reliquos ſuſpicioſus exi-
ſteret; tamen ita reuerenter habuit Plato-
nem, vt eum ſolum ſine inquiſitione, ad
ſe admitteret, tametſi ſciret eum intimum
Dionis amicum eſſe, *Elian variar. hiſt. lib.*
4. Gneus Pompeius Magnus, confecto mi-
thridatico bello, intraturus Poſſidonij ſa-
pientiæ profeſſione clari, Domum, fores
percuti de more à lictore vetuit, & faſces
lictorios ianuæ ſubmiſit is, cui ſe Oriens,
Occidenſque ſubmiſerat, id eſt lictores ſuos
ad ianuam ſubſiſtere iuſſit, vt veluti pri-
uatus familiariter cum Poſſidonio collo-
queretur: Faſces autem ſubmittebat mi-
nor Magiſtratus, cum occurreret Maiori,
Plin lib. 7. cap. 30. Denique Eruditorum fe-
rè ſupra myriadem, qui vel ſtatuis, vel ima-
ginibus, præclaris, aliiſque fauoribus à
Summis inſigniti fuere Principibus, reli-
cta caterua; duos, & ſeptuaginta ſub vno
Ptolomæo, Ægyptiorum optimo Rege,
honoribus condecoratos, ex Ariſtea ad
Philocratem fratrem, *tom. 13. Bibl. PP.* ſa-
pientiſſimos non pigeat, tantùm referre
viros. Miſſis itaque ad Eleazarum Iudæo-
rum Pontificem, Andrea, & Ariſtea ipſo,
qui prædictos ſeptuaginta duos ſeniores
Sacrorum Bibliorum futuros interpretes,
ſex è qualibet tribu delectos comitaren-
tur

tur: illis demùm Alexandriam aduentantibus, ſtatim in aulam introire iuſſit, valdè cupiens ſecùm illos miſſos habere viros: ideoque mandauit, reliquos omnes, qui negotiorum cauſa adeſſent, ſecedere. quæ res, vt inuſitata mouit omnibus admirationem (Quia hoc in more erat, vt qui ob priuatum aliquod negotium veniſſent, quinto die in conſpectu Regis perueniÌrent, qui verò à Regibus, & Ciuitatibus præſtantibus miſſi eſſent; illi ægrè poſt triginta dies in aulam admitterentur) Et præ nimio gaudio prorumpens in lacrymas, venerandos viros oſculatus eſt: diemque illum ſe ſingulis annis celebraturum promiſit, quòd eo victoriam ab Antigono Rege, & Sacroſanctas leges obtinuiſſet: ac tandem ſplendido conuiuio omnes excepit.

Hęc autem, cùm ita ſint: virtutem, ſci-
8 licet, honoribus adeò proſequendam eſſe, vt (teſte Plutarcho *in apophteg*) qui virtutem honore fraudarent ſuo, eos dixerit Marcus Cato, ipſam auferre virtutem: inglorij tamen, ſine vtilitate iacent honores, ſine diuitijs vileſcunt dignitates. Interroganti cuidam idcircò, quid ſine vtilitate honor eſſe videretur, & gloria, hanc tanto Rege dignam Alphonſus Aragoniæ attulit reſponſionem: Id ſibi videri, vt ſi peracutum & peracre quis cernat, ſed offenſus caligine oberret in tenebris. Notabat profectò eos, qui ad magnos aſpirant honores quibus impetratis, non habent quod honoris titulo ſatisfaciant, *Panorm. lib.2. de reb.geſ. Alphon.* Hinc optimo iure, Calpurnio, *eglog.7.apud Roſinum, roman. antiq. lib. 5. cap.32.* tota ſui neglectus, deiectioniſque, tantùm egeſtas, ita conqueſtus viſa eſt occaſio.

O vtinam nobis non ruſtica veſtis ineſ-
ſet,
Vidiſſem propiùs mea numina: Sed mi-
hi ſordes,
Pullàque paupertas, & adunco fibula
morſu
Obſtiterant———————

Pauperies nanque, cúm egrè dignitatibus, honoribuſque cohereat, talia minimè fouet, ſed perimit, euertit: de ſe *in Euripidis Electra* hoc pacto teſtante Colono:

——Ex parentibus quidem Mycenęis
Nati ſumus. Nec enim hac in parte
redarguor.
Clari enim genere quidem ſumus, pe-
cunijs
Pauperes ſumus: Hinc ideò nobilitas
perit.

Quamobrem, honoribus iam affecti, amplius diuitiarum copijs, eruditi ſummoperè proſequendi ſunt viri, cùm diuitias honor, ſed plerunque diuitiæ ſuppeditent honorem 1. *faſt.* ita ludente Poeta:

In pretio pretium nunc eſt: dat cenſus
hónores,
Cenſus amicitias, pauper vbique iacet.

Eò vel maximè, quòd diſpendijs, iacturiſque non paucis vndè ſequuntur honores
9 acquirantur virtutes. Quibus de cauſis ex *auth. Habita C. ne filius pro patre.* Scholaſtici inter miſerabiles recenſentur perſonas. vbi
„ Fredericus Imperator ſic habet: Quis enim
„ illorum non miſereatur, qui amore ſciētiæ
„ exules facti de diuitibus pauperes ſemetip-
„ ſos exinaniunt, vitam ſuam multis peri-
„ culis exponunt; & à viliſſimis ſæpè homi-
„ nibus, quod grauiter ferendum eſt, corpo-
„ rales iniurias ſine cauſa perferunt. Acce-
„ dit (ſubinfert Toloſanus *lib.18. de repub. cap.*
„ *7. numero 4.*) dura à parentibus ſtudiorum
„ cauſa ſeparatio, *l. 1. C. qui ætate, & profeſſio-*
„ *ne ſe excuſant lib.* 10. ab amicis, & conſan-
„ guineis abſentia, cariſſimæ patriæ relictæ
„ temporale exilium, inter homines igno-
„ tos conuerſatio, vt ſi in morbum incide-
„ rint, nullum fere habeant, cui ſe poſſint
„ tutò committere. Si clade aliqua affician-
„ tur; ſi viatici iacturam ſubeant; ſi iter agen-
„ tes incidant in latrones, ſpolientur, aut
„ vulnerentur, nullum vel raro inueniant
„ aliquem, qui opem ferre velit, & in ſum-
„ ma omnes experiuntur calamitates, quas
„ incogniti, & alienigenæ pati ſolent. Ad
„ hæc: Quando in Academia verſantur, quos
„ in addiſcendis, & docendis literis labores
„ perferunt! Quas noctes inſomnes ducunt,
„ aſſiduis lucubrationibus dum libris in-
„ cumbant, confecti! Qua meditatione ani-
„ mi in perſcrutandis difficillimis quęſtio-
„ nibus agitantur: Quanto per æſtatem ca-
„ loris feruore cremantur! Quantò per hye-
„ mem frigoris rigore algeſcunt? Quorum
„ tandem perigraphen ad Piſones Lyricus re-
„ cenſuit, dicens:

Qui ſtudet optatam curſu contingere
metam
Multa tulit, fecitque puer, ſudauit, &
alſit.

Pulchre igitur, *Ethic. 8. cap. 13.* docuit
10 Philoſophus: Virtutis, & Beneficij præmium eſſe honorem: Indigentiæ verò auxilium, eſſe lucrum. Ideoque ſtipendium Doctoribus, & Magiſtris actu docentibus eſſe debitum proindeque nulla ſuppoſita indecentia, illis fore ſoluendum, tradunt *Syluest. ver. Doctor. n.4. Pet. Greg. de repub. lib. 18. cap.4. Abb. in cap. quia nonnullis n.13. de magiſtris. Tiraquel. de nabil. cap. 29. n.42. Caſſan. catal. glo. mun. p.7. conſid. 29. Steph. Grat. diſcept. foren. tom.2. cap.257. Bug. Barbo. in collect. tom. 3. ad cap. quoniam 1. de magiſ. n. 3.* vbi ex Suario *tom. 1. de relig. lib.4. de ſimonia cap.18. n. 7.*

no-

Digitized by Google

notat, Sacræ Theologiæ, aliarumque facultatum Doctoribus, ſalaria aſſignari debere, & interdum Beneficium conferri propter docendam Theologiam. Hoc
11 autem præcipuè deſumitur ex Iuris canonici authoritate: Nam *Gloſſ. 3. in cap. 1. de magiſtris* legitur: Doctor debet habere beneficium ſui laboris ſecundum doctrinam, & dignitatem ſuam. Item *Gloſ. v. debita in cap. vendentes 1. q. 3.* habetur: Docentes Theologiam, & Canones poſſunt aliquid accipere. Quibus etiam ſummè fauet Ius ciuile, *l. qui filium hæredem, ff. vbi pupillus educari debeat, & l. cum plures §. cùm tutor. ff. de adminiſ. tutoris*. Leges quippe non patiuntur laborantes in paupertate viuere, neque mori in anxietate, *Auth. de hæred. & faleid. in fin.* His, alijſque probat aſſertum authoritatibus Pereyr. *lib. 8. reipub. liter. q. 5. à n. 1286.* vbi etiam oſtendit ſalarium, ſeu potius honorarium, Doctoribus præberi non tantùm ratione laboris, & ſcientiæ, verùm etiam probitatis, ex Bartol. *l. 1. §. Diuus num. 5. ff. de var. & extraord. cognit.* Quapropter non omnibus æquale, non eodem modo, eodemque priuilegio. Profanarum inſuper multiplex authoritas accedit literarum: Philoſtratus enim, vituperari ſuſtinet non debere, nec poſſe in Protagora, quòd primus mercede docuerit. Quæ enim (inquit) nobis impendio conſtant, gratioſa veniunt: Tanta Grammaticorum pretia narrat Suetonius *de illuſtribus gramm. n. 4.* mercedeſque tam magnas in Vrbe fuiſſe, vt conſtet, Lutatium Daphnidem ducentis millibus numum, Quinto Catulo emptum, ac breui manumiſſum. Veſpaſianus (vt refert Alciatus *lib. 5. parerg. iuris cap. 27.*) primus è fiſco, latinis, græciſque Rhetoribus, annua centena ſeſtertia conſtituit: erat autem ſeſtertium conſtans viginti quinque aureis noſtratibus. Memorat quoque Lucianus *in eunucho* Marcum Antonium Imperatorem, ſingulis Philoſophorum, cuiuſque ſectæ primoribus decreuiſſe pro ſalario decem denariorum millia, quæ noſtræ conficiunt monetæ mille aureos.

Nequaquam propterea, Doctorem, aut ipſam dedecere Doctrinam, docendi pro munere, pretium, vel ſtipendium accipere cenſendum videbitur: Quandoquidem tantum abeſt, id in Doctore redolere auaritiam, doctrinamque venalem aut mercenariam facere, vt quibuſdam apud Pereyram *reipub. liter. lib. 8. n. 1285.* quam maximè placet: quod ex oppoſito non leuis arguatur ignominia, minuaturque non parum de doctoris præſtantia, & dignitate: Doctor nanque, quo maiori decoratur mercede; eò doctrina, & probitate, maiori quoque cenſetur præſtare: cùm Magiſtris, non tantùm pro labore, verùm etiam ſcientia, & probitate erogentur ſtipendia, *Surd. tom. 1. conſ. 42. n. 2.* Nam, vt docet Bartol. *in l. 1. §. diuus n. 5. ff. de var. & extraor. cognit.* Officium Doctoris reſpicit non ſolum laborem, ſed etiam probitatem, ſcientiam, & intellectum. Ideoque, & meritò quidem qui maioribus gaudent emolumentis, cæteris præferendi ſunt, vt ex multis tradit Caſſaneus *cat. glor. mundi p. 10. conſid. 27.* Quod ſecus vtique diceretur, ſi ſtipendia labefactarent doctrinam, & in Doctore inferrent auaritiam. Præterea, ſi Doctor preſſus inopia mendicus fieret, non in decorem, ſed magnum in dedecus cederet Auditorum, atque Reipublicæ; cùm Magiſtris pro dignitate, & præſtantia Auditorum atque Reipublicæ, ſtipendia ſoluenda ſint: adeò vt quò nobilior Reſpublica, & Academia eſt, eò pinguiores ſoluendæ ſint mercedes, *Gloſ. quæro l. 61. ff. de iur. dot. ex l. cùm plures §. cùm tutor. ff. de admin. tutor.* Quandoquidem Præceptores ſubſtentare habent pro viribus Auditores *l. neceſſarium §. primus diuus Aug. ff. de orig. iuris*.

Curent ergo Principes, & Magiſtratus,
12 ne viri ſtudioſi aliquam patiantur iniuriam, neque condigno pro laboribus, &
„ virtute fraudentur præmio: Quoniam
„ Hæc à prudentibùs conſideranda ſunt (ad
„ *Mitylenæorum Principes, epiſt. 8.* ſcribit Iſo-
„ crates) vt magni in primis faciant bonos,
„ & iuſtos Rerum publicarum gubernato-
„ res: proximum honoris gradum tribuant
„ eruditis, qui Ciuitatibus ornamento, ho-
„ nori auxilio eſſe, eaſque vel reſeruare, vel
„ funditus euertere poſſint. Ex quibus pro-
fectò, qui temporum rationem ad calculos vocant, haud difficulter intelligent, vt *in Ædeſio* ſcribit Eunapius: cur à ſublato, violenta nece Socrate, nullum poſteà egregium facinus ab Athenienſibus fuerit editum, quin potiùs ciuitas illa peſſum abierit, & per eam cuncta Græcia conciderit; quæ illum dum coleret cęteris quam maxime præſtabat nationibus? Quia nimirum virtute condigna, benemerito viro præmia neglexerunt rependere, adeoque debitam hauſerunt pœnam.

CA-

CAPVT XX:

Doctorum, Magiſtrorumque inter ſe conquiſitæ (contentiones ad euitandas) diſponuntur præcedentiæ.

SVMMARIVM.

1 *Vnuſquiſque ſuum diligit opus, cùm ſuum vnicuique ſit pulchrum; parentes præcipuè, ac poetæ, qui non ſecus ſua adamant carmina, quàm parentes liberos: vnde tot inter ſe leguntur exorta certamina; tùm poetarum quilibet, cæteris ſua reputet præſtare poemata.*

2 *Talis itaque literatorum feruens, & acris æmulatio, eò vſque creuit, vt nemo vnquam, neque Poeta, neque orator fuerit qui meliorem ſe quenquam arbitraretur; adeò vt quilibet ſuo ſtudio delectatus, contemnat alterum; (ſeu quòd deterius eſt) virtutes calumnietur alienas, & ſuis blandiatur vitijs.*

3 *Didaſcalicus quilibet literatar, aut gregarius Pædotriba, eo veſaniæ, elataque nunc progreditur tumore ſuperbiæ, vt ſupremos contendat ſibi adijcere honores, & irridendo, cæteros aſpernetur præſtantiores, eoſque imminuat; vnde ſtultitia, ac iactantia meritò tales arguuntur à multis.*

4 *Literatorum ij præferendi ſunt, qui facultatem ſectantur nobiliorem: tùm nobiliori forma inſignitus, cæteris, qui ignobiliorem formam obtinent, præferendus videatur.*

5 *Inter omnes ſcientificas facultates, certum eſt apud omnes, Theologicas primum tenere locum: ità vt Theologia ſiue poſitiua, ſiue ſcholaſtica, vtpotè omnium Regina, antecedat; Canonica inde ſequatur. De cæteris autem non parum hæſitatur: dum qualibet certatim, alteram anteire præſumat.*

6 *Quo nobilius eſt obiectum, eò præclarior, circa quod verſatur, reputatur ſcientia. Hæc autem, ſcientiarum cuilibet aſſignantur obiecta principalium; nempè Ciuili, Homo politicus dirigibilis in bonum ſimpliciter humanum. & Philoſophia naturali, ens, ſiue corpus mobile.*

7 *Cæterarum verò facultatum, quas artes vocant liberales, talia obiecta ſunt; Aſtrologiæ, ſcilicet, corpus cæleſte: Muſices, numerus ſonorus: Arithmetica numerus ſimpliciter: Geometriæ, magnitudo: Dialectica, ens rationis: Rhetorica, oratia ornata: Grammaticæ, oratio congrua, & perfecta: Oratoriæ denique, Poeſis, Hiſtoriæ, aliarumque, ſiquæ ſunt; quæ cum à prædictis, tum inter ſe mutuentur plurima: ipſarum ea ſunt obiecta, quæ cùm alijs videntur communiter participare.*

8 *Homo, in bonum ſimpliciter humanum, & commune, legalibus dirigibilis conſtitutionibus, qui pro obiecto ponitur Iuriſprudentiæ, nobilior eſt homine, in corporis ſingularem valetudinem, pharmacorum tendente virtute, qui pro obiecto ponitur Medicina. Quare Legalis ſcientia, Theologicas ſequetur, & Medicinam præcedet.*

9 *Corpus naturale, Cæleſte eminet præſtantia: & humano animata cedit mentis, rationiſque carentia. Item, numerus quo pacto immutat auditum excellentior eſt, qua ratione per par, & impar contrahitur: Vnde Philoſophia naturalis, cuius obiectum eſt ens mobile ſiue corpus naturale Medicinam ſequetur; Muſicam verò, & Arithmeticam præcedet.*

10 *Quantitas continua, diſcreta cedit: Entia verò rationis, omnibus quantitatibus: quæ vtique entia rationis ſi ſint circa res, ijs quæ circa rerum nomina ſunt omninò præſtant. Quare Arithmeticam ſequetur Geometria, deinde Logica, Rhetorica poſtea, Grammatica tandem.*

11 *Dignitas ſcientiarum, & artium, eſto ſumenda ſit ex obiectis; earundem tamen ſimplicitas, finis, & abſtractio, ad talem non parum conferunt dignitatem. Quare ipſæ ſcientiæ, & artes, plerumque ſe habent, vt excedens, & exceſſum: hac eſt, qua ratione ex prædictis altera alteram excedet, eadem alteri altera præſtabit. Qua de re, magis inter ſe Doctoribus altercandi de facultatibus, quas profitentur, augetur occaſio.*

12 *Si præcedendi conſuetudo reſpectiuè conſideretur ad diuerſæ facultatis Doctores: primum locum obtinebunt Theologi, Canoniſtæ deindè; poſteà Iuriſtæ; quartum Medici (niſi Metaphyſici ex quorundam medient Gymnaſiorum vſu) Tandem Philoſophi, Oratores, Poetæ, Hiſtorici, Aſtrologi, Muſici, Arithmetici, Geometræ, Dialectici, Rhetores, & Grammatici.*

13 *Si præcedendi conſuetudo conſideretur reſpectiuè ad eiuſdem facultatis Doctores: hoc modo inter ſe præcedent: nempè ſapientior, minus ſapientem, Antiquior, iuniorem; Morigeratus, immorigeratum; Legens actu, non legentem; Qui maiora obtinent ſtipendia, minora poſſidentes &c.*

14 *A facultatibus abſtrahendo, quas profitentur Doctores, præferri debent, qui ſeruatis ſeruandis, à Summo Pontifice, Imperatore cæteriſque Principibus (ordinatè tamen) creati ſunt: Qui in celebrioribus Academijs lauream acceperunt: Qui in examine præclarius ſe geſſerunt: Qui pluribus condecorati ſunt titulis, & gradibus: Qui libros ediderunt &c.*

OMnes ſua ipſorum opera, vt Parentes, & Poetæ magis amare conſueuerunt, in-

1 inquit Philoſophus, *moral. nicomach. lib. 5.*
cap.1. Vnde prouerbialis ſententia: Suum
„ cuique pulchrum; in eos præcipuè, qui-
bus ſua, qualiacunque ſunt, tamen ſtudio
quodam magis, quam iudicio placent.
Nec parentum præ cæteris, poetarumque
gratis addūcit exempla: cùm Artificis
opus, veluti quidam ſit ingenij fætus, *7.*
metaph. tex. 30. Nec ſecus adament ſua
Poetæ carmina, quam Parentes liberos,
„ *eth.9.cap.7.* Adeò vt: In hoc genere (*5. tu-*
„ *ſcul.ſect.240.n. 63.* dixerit Tullius) neſcio
„ quo pacto magis quàm in alijs: Suum
cuique pulchrum eſt. Hinc tot exorta
Poetarum leguntur certamina, vt Pæa-
nium, & Scholionorum ex Tryphone
grammatico apud Scalig. 1. *poetices cap.44.*
Sophoclis, & Æſchilij apud Plutarchum
in Cimone. Homeri, & Heſiodi; Pelíæ, &
Sybillæ apud eundem; *lib.5.conuiu. quæſt. 2.*
Theodectis Phaſelitis, Naucretis Erythræi,
Iſocratis Apolloniatis, & Theopompi
Chij, ex Hygino apud Gellium *lib. 10.cap.*
18. aliorumque plurium apud Authores.
Quæ tam ſollicita quippè non extaret
æmulatio, ſi dulcis, ac tener paternus abeſ-
„ ſet amor: Non enim zelat, qui non amat,
„ *D. Aug. aduer. Adimantum cap. 13.* Sed enim,
2 eo vſque, hæc literatorum creuit Philau-
„ tia, vt nemo vnquam, neque poeta, neque
„ orator fuerit (ſicut Attico *lib. 14. epiſt. 23.*
„ *ſect.235.* ſcribit Tullius) qui quenquam
„ meliorem ſe arbitraretur. Quanquam hoc
venia dignum, vt ſuis quiſque liberis,
ſuis artibus, ſuo inſtituto, ſuis inuentis, ſuæ
patriæ paulò impenſius faueat, niſi fortè
addatur vlterius, quod in Ariſtotelem, &
Iſocratem, 1. *offic. ſect.3.n. 4.* idem animad-
„ uerterat Tullius, dicens: Quorum vterque
„ ſuo ſtudio delectatus, contempſit alterum.
„ Seu (quod & deterius eſt) vt virtutes alie-
nas calumniemur, & noſtris blandiamur
vitijs, eaque virtutum nomine donemus;
ac ſibi quiſque ſit, quod ſibi fuit Suffenus
apud Catullum *lib. 1. ad Varum* aut Meuius
apud Horatium, *epod. ode* 10. (ineptiſſimi
enim fuerant poetæ, vtrique inuiſi, quòd
Poemata eorum inſequerentur; & ex alie-
næ laudis obtrectatione gloriam quære-
rent) Quod, vitij idem Flaccus *lib.2. epiſt. ad*
Iulium Florum, notans, inquit:

> Dum mea delectent mala me, vel de-
> nique fallant.

3 Quare ampliùs, non ſcribæ tantùm Phari-
ſæique primas in Synagogis cathedras
exambiunt, *Math. 23.* Nec de primatu
(Humani aliquid paſſi, vt verbis vtar Chry-
ſoſt. apud Dionyſium carth. *art. 47. in Lu-*
ca 22.) duntaxut ſinguli altercantur Apo-
ſtoli; cùm didaſcalicus quilibet literator,
aut gregarius, eò veſaniæ, elatæque pro-
grediatur Pædotriba ſuperbiæ, vt imos ab-
horrens, ſupremos contendat ſibi adijcere
honores: atque ſe æqualem præſtanti fa-
ciens, irridendo, & oblatrando, præſtan-
tem imminuat: Quos non immeritò qui-
dem Petrus carpit Rebuffus *in auth. habita,*
ad illa verba, Quibus hanc iuriſdic. dedimus,
apud Pereyr. reipub. liter. lib. 8. n. 1189. ſtultitiæ
ac iactantiæ eos damnans.

Vt igitur Literatorum ab exedris, om-
4 nis (qua ſecundum Chryſoſtomum, *Hom.*
„ *36. in cap. 15. Gen.* nihil damnoſius, & gra-
„ uius) penitùs ſubmoueatur contentio;
huiuſcemodi Viri eruditi, præcedentiæ
excogitauerunt ſeriem. Nimirum, eos
cęteris præferendos eſſe, qui facultatem
ſectantur nobiliorem: etenim cùm vna
facultas aliam excedat in nobilitate, vt 1.
de anima tex. 1. cum Ariſtotele omnes do-
cent Philoſophi: nobiliorem exercens,
ignobiliores deinceps profitentibus præ-
ſtandus, fore videtur. Forma nanque eſt
omnibus cauſa ipſius eſſe, 2. *de anim. text. 37.*
Vnde Boetius *lib. de vnit. & vno*: Omne
(inquit) eſſe habetur à forma. Si forma
propterea (facultas, ſcilicet, nobilior) eſt
pręferenda; formatum quoque (hoc eſt ta-
li inſignitum facultate) præferendum erit:
Quæ nam ipſarum autem perfectior, ac
nobilior ſit, non eadem omnibus proba-
„ tur ſententia; cùm Te tua, me delecten-
„ mea, *tuſcul. 5. ſect. 240. n. 63.* ſcripſerit Tnlt
lius. Hoc opus idcircò, erit hic labor, cui
præ ceteris tribuenda ſit aſſignare præſtan-
tia. Quod tamen haud ineptè fiet, ſi ab
incertis ſegregentur indubia, & his recep-
tis, congruis ſapientum rationibus, illa
ſaltem (vt communi fertur adagio) extra-
5 hantur de triuio. Pro comperto habetur
intereà; Theologiam omnium facultatum
reginam, & dominam eſſe, ſibique cæte-
„ ras tanquam ancillas aſciſcere, *prouer. 9.*
„ dum legitur: Miſit ancillas ſuas vocare
„ ad arcem &c. Quod paſſim oſtendunt
cum D. Tho. 1. *p. q. 1. art. 3.* non tantùm
Theologi; verùm etiam communiter Do-
ctores omnes. Prætcrea, Ius ſuccedere
Canonicum, omni item propulſo dubio,
abſolutè cum D. Gregorio *in cap. ſicut. 15.*
diſt. aſtruunt *Turre Crem. in proæ. decret. ver.*
ad tertium. Hoſtienſis in proæm. gregor. verſ. cui
parti, atque alij quamplurimi. Veruntа-
men, & ſi hiſce reliquæ omnes cedant di-
ſciplinæ: quæ nam potiſſimùm earum in-
de ſtatim ſubeunda ſit, hæſitatnr non pa-
rùm. Iuris enim prudentia, per quam le-
„ gum conditores iuſta decernunt, *prou. 8.*
„ dum primum nititur occupare locum:
„ Medicina, quam Altiſſimus de terra crea-
„ uit, & vir prudens non aborrebit, *Eccleſ.*
„ *38.* illi detrahere, ſibique aſſumere can-

Digitized by Google

dem contendit ſedem. Atque illa vitæ ars (vt verbis Tullianis 3. *de fin ſect.* 90.*n.*4. loquar) Philoſophia; quam idem *tuſc. item* 3.*ſect.*91.*n.* 6. animæ dixerat medicinam: quo ſe minus corporali medelę poſthaberi patitur; eo per Matheſis impulſus, magis cogitur retro ire. Eſt quidem Matheſis antonomaſticè, Diſciplina, *Rhodig.7.antiq. cap.* 30. cuius præſtantiam, ſummamque excellentiam, 7. *de repub.* ita teſtatus eſt Plato: Oculum animæ, qui ab alijs ſtudijs propter rerum incertitudinem, & opinionum varietatem excecatur, à Mathematicis diſciplinis recreari, excitarique ad veritatis contemplationem. Quamobrem, cùm iura quæque ſua, tueri enixe percupiat: non Tenedius patronus, qui ſcilicet compendio cauſam expediat, litiſque nodum ocyùs diſſicet; ſed cenſoria virgula, Rhadamanthi iudicium, ipſas omninò decernat.

Sit itaque dicendorum, Ariſtotelis, &
6 Commentatoris Doctrina, 1. *de ani. & meth.* Gnomon, & regula; nimirum, quò nobilius eſt obiectum, eo præclarior, circa quod verſatur reputatur ſcientia. Huiuſcemodi autem, humanis, ac ſecularibus facultatibus aſſignantur obiecta: Iuris prudentiæ, ſcilicet, homo politicus dirigibilis conſtitutionibus legalibus in bonum ſimpliciter humanum, & mundanum, *Ioann. de legna .o, & Panor. in prol. decret.* Medicinæ verò, Corpus humanum ſanabile, 4. *met cap.* 2. *text.* 2. Cùm autem Philoſophia hic non ſumatur vt vniuerſalis ſcientia, quo pacto, in tres principaliores eam ſecauit partes Hugo, *in prolog ecleſ. Hierarch. lib.* 1. *cap.* 1. in Logicam, ſcilicet, Ethicam, & Theoricam, quam deinde in Mathematicam, Phyſicam, ac Metaphyſicam, ſiue Theologiam naturalem diſtribuit: ſed tantum vt particularis, & quatenus ſcientia naturalis, ſiue de natura eſt: in eius obiectum corpus mobile, ſiue naturale aſſumetur, *D. Tho. Alber. & Ægid. in proæm.* 1. *phyſ. Henr.* 1. *p. art.* 6. *q.* 3. *n.* 7. & 8. ac commu-
7 niter latini Ariſtotelis interpretes. Cæteris autem inferioribus artibus, quas liberales vocant, hæc item aſſignantur obiecta. Aſtrologiæ nanque, corpus cęleſte 12. *met. cap.* 4. Muſicæ, numerus ſonorus, *Henr.* 1. *p. art.* 7. *q.* 4. *n.* 8. Arithmeticæ, numerus ſimpliciter, 1. *rethor. cap.* 2. Geometriæ, magnitudo, *Henr. ibidem q.* 5. *n.* 12. Dialecticæ, ens rationis, 4. *met cap.* 2. vbi D. Tho. *lect.* 4. Rhetoricæ oratio ornata, Tullius 1. *de inuen. ſect.* 63. *n.* 6. Grammaticæ, oratio congrua, & perfecta, Quintil. *lib.* 1. *inſt. cap.* 4. Oratorię denique, Poeſi, & Hiſtoriæ, atque alijs ſi quæ ſunt, quæ cum à prędictis, tum inter ſe plurima mutuantur, earum facultatum tribuenda videntur obiecta, vel quibus magis adhærent, vel maximè ſtudent: Quare Tullius, 2. *de oratore ſect.* 110. *n.* 5. ita teſtatur: Etenim cęteræ ferè artes, ſe ipſæ per ſe tuentur ſingulæ: benedicere autem, quod eſt ſcienter, & propriè, & ornatè dicere, non habet definitam aliquam regionem, cuius à terminis ſepta videatur. Et *lib.* 1. *ſect.* 91. *n.* 70. loquens de Poeſi, inquit: Eſt enim finitimus oratori poeta, numeris adſtrictior paulò, verborum autem licentia liberior, multis verò ornandis generibus ſocius, & penè par: in hoc quidem certè prope idem, nullis vt terminis circumſcribat, aut definiat ius ſuum, quo minùs ei liceat eadem illa facilitate, & copia vagari, qua velit. *Lib. autem de perfecto oratore, ſect.* 202. *n.* 66. protinùs addit: Huic generi (ſcilicet oratorię) Hiſtoria finitima eſt, in qua & narratur ornatè, & regio ſępè, aut pugnæ deſcribitur: interponuntur etiam conciones, & hortationes &c.

Hæc itaque ne pigeat amabo ad tuti-
8 uam excellentiæ reuocare obiecta quem prædictis, quatum ſunt facultatibus iuuat ſedes diſponere. Homo nanque, in bonum ſimpliciter humanum, & commune legalibus dirigibilis conſtitutionibus, Homine in corporis ſingularem valetudinem, pharmacorum virtute ſedulò tendente, præſtantior cenſendus; cùm anima circa quam legalis verſatur ſcientia, ei iuſtitiam proponens, & honeſtatem, præferenda ſit corpori, *cap. cùm infirmitas, de pænis, & remiſſ. & l. ſancimus C. de Sacroſ. Eccleſ.* Bonumque commune, quod ſine iuſtitia, & honeſtate diù ſtare non poteſt, anteponatur particulari, *l. actione* §. *habeo ff pro ſocio, & cap. ratio nulla de præben.* (facultas profectò medica ad corpus tantùm applicatur ſanandum, & circa priuatum ſingularis perſonæ applicatur bonum) Iuris idcircò prudentia, Theologicas ſequetur facultates,
9 medicaſque præcedet, 1. *polit. cap. vlt.* Corpus autem mobile, ſiue naturale, quo vitę, & animæ, celeſte eminet præſtantià; eò ab humano mentis, rationiſque deſcendit carentia: cùm ex Ariſtotele, 2. *de gener. animal. cap.* 1. Anima ſit corpore melior, animatumque, inanimato præſtet propter animam, & eſſe, quàm non eſſe, & viuere, quàm non viuere meliùs ſit. Cuius rei cauſa Medicinæ, naturalis cedit Philoſophia, antecellet Aſtrologiam. Planè Aſtrologus proximè ad Phyſicum videtur accedere (inquit Themiſtius 2. *phyſ. tex.* 18.) Nam & de ijs, quæ mouentur tractatur in Aſtrologia, & de magnitudine, ac figura, quę per ſe corporibus inſunt naturalibus, de quibus Phyſici neceſſariò contemplantur. Numeris item, quo pa-

cto

Digitized by Google

ctio animalium ; maximeque hominum
auditum ad immutandum, voces modulatur, & ſonos, 8. *de repub. cap.* 5. & ſi, ratione accidentalis, & extrinſecæ huius differentiæ, naturali non nihil accedat Philoſophiæ, 2. *phiſ. cap.* 3. *text.* 20. veruntamen, quia hæc numeris proprietas, & paſſio minimè eſt (par enim, & impar, propriæ paſſiones numerorum ſunt, 4. *met. tex.* 5.) numerum ſimpliciter præcedit conſideratũ, corpus verò celeſte ſubſequitur: atque ita, Muſica Aſtrologię poſtmittetur, Arithmeticę verò pręferetur. Hinc Plato, 7. *de republ. ſiue de iuſto*, inquit: Aſtronomiæ conſimilis,
„ & æquipollens Muſica eſt: nam quemadmodum ad Aſtronomiam oculi, ſic ad harmonicũ motum videntur aures fabricatæ. Vndè & has inuicem eſſe germanas ſcientias, & Pythagorici putant, & nos, ò Glauco, aſſentimur. Cùm autem ratio quãtitatis (ad quam tanquam ad ſcopum mentis aciem omnem Mathematici collimant, 4. *Meth. text.* 1.) in diſcreta primò, deindè ſit in continua, vt ex Philoſopho, 10. *Met.*
10 *text.* 2. *&* 1. *poſt. tex.* 20. tradit Boetius, *de vnit. & vno*: numero, qui diſcretę ſpecies eſt quãtitatis, magnitudo quæ continuæ, vtique primatum præbet, exindèque Geometriæ, cuius obiectum hæc eſt, omninò præibit: quo ſenſu, ex communi omnium placito, 1. *phyſ. text.* 7. (inquit Ioannes Gramm.) Arithmetica, omnes mathematicas pręcedet ſcientias. Ens prætereà rationis, vt potè habens eſſe tãtùm obiectiuè in intellectu. 6. *met. text.* 3. entibus realibus protinùs ſuccedit; cùm in reale, & rationis 11. *met. cap.* 2. prima ſui diuiſione, Ens à Philoſopho ſit ſecatum. Cęterùm quia inter entia rationis illa reputantur priora, quę circa res, vt ſunt intentiones logicales, quam ea, quæ circa rerum nomina, vt ſunt inſtituta Rhetoricę, ac Grammaticę, verſantur (quandoquidem non pręit nomen, ſed ſequitur rei naturam: cùm nullus poſſit imponere nomẽ, niſi qui nouit rem, 7. *met tex.* 54.) Logica mathematicis ſubdetur facultatibus, pręcedet verò ratiocinalibus. Ipsã idcircò, inter reales, & ſermocinales quaſi mediare ſciẽtias, 3. *par. art.* 53. *q.* 5. *num.* 14. meritò putauit Henric. Minus enim (inquit ipſe) ſermocinalis eſt, magis autem realis. Cui tamen proximè innitetur Rhetorica, quæ ſecundùm Philoſophum 1. *rhet. cap.* 2. ad ipſam, ceu ſoboles, & tanquam membrum adnaſcens, refertur. Omnibus tandem famulabitur Grammatica, cùm ex Iure habeatur canonico *cap. ſi quis.* 37. *diſt.* Grammaticam eſſe artem, cuius finis eſt, vt quis rectè loquendi rationem habeat, & per eam, aliæ ſcripturæ intelligantur, quibus poſſit conſequi vitam æternam.

Verùm enim verò, etſi ſcientiarum, artiumque præſtantia, communi via ab
11 obiectis cenſeatur ſumenda; ipſarum tamen ſimplicitas, finis, & abſtractio, de quibus, 1. *poſt. text.* 178. huic negocio adhuc maximè fauent; quarè, vt de Iuris prudentia, & Medicina, *quæſt.* 109. *lib. de poteſt. Eccleſ.* Auguſtinus notauit Ancon: veluti excedentia, & exceſſa, cæteræ quoque ſe habebunt facultates: Hoc eſt, qua ratione ex prædictis, altera alteram excedit; eadem alteri altera præſtabit. Quod vtique haud minor, Doctoribus & Magiſtris altercandi, præliandique foret occaſio, niſi legibus & conſuetudinibus, eorundem compeſcerentur differentiæ. Legibus enim ſtandum, parendumque eſt, *l. conductores. C. de conductor. & procur. & nouel.* 96. *tit.* 7. *de executoribus.* Atque in iuribus præcedentiarum ſummoperè attenditur, & valet conſuetudo, vt ex Baldo, *in cap. cùm olim de conſuet.* & aliis tradit Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 492. *num.* 9. præſertim dùm conſuetudo iuuaretur ſpatio 40. annorum; tunc quoad illa ſeruanda eſt, quæ fiunt in Eccleſiis, conſequenterque eccleſiaſticis in academiis: ita Andreas Siculus, *conſil.* 5 *lib.* 3. & Purpur. *in lib.* 1. *num.* 201. *ff de officio eius*. Et in ſedendo, ita vt præualeat contra ius alterius, vt tenent Felin. *cap audiuis* 15. *col.* 14. *ver. cui adde omninò. num* 22. *de præſcr. Aret. conſil.* 23. *num.* 11. *ad medium, & Roland. lib.* 1. *conſ.* 5 *num.* 71.

Sed enim, quia præcedendi conſuetudo, vel reſpectiuè ad diuerſæ facultatis
12 Doctores, vel eiuſdem, vel omninò abſtrahendo ab iis, quas profitentur artes perpendi ſolet: ſecundum priorem, Doctores præcedent conſiderationem, qui Sacram ſectantur Theologiam: Canoniſtæ deindè, cùm parum illorum faceſſat diſtinctio negotium, qui apud Fermoſinum *ad cap. clerici.* 8. *de iudiciis. quæſt.* 13. *num.* 11. hoc idem admittunt duntaxat, vbi hæreſis pullulat, minimè verò, vbi politica viget gubernatio: De quolibet enim ſermo non eſt Theologo, ſed de perfecto, & conſummato, vt docet Pereyr. *reipubl. lit. lib.* 8. *num.* 1187. qui ſi moralem etiam, vt par eſt, Theologiam calleat, iuris vtriuſque conſequenter prudentia ſatis inſtructus erit. Iuriſtæ verò immediatè ſuccedent, vt inter alios latè probant Caſſan. *Catal. glor. mun. par.* 10. *conſider.* 10. & Pereyr. *loc. cit. num.* 1188. quos Medici à tergo ſequentur non quidem veluti carnifices latrones, vt fortè mordicus quidam ſcurra, apud Bernardin. de Buſtis, *Roſar. par.* 2. *ſerm.* 29. *lit. C.* qui Mediolanenſium Duci, ab ipſo id ſciſcitanti, haud

L 2 de-

decenter reſpondit; ſed ob rationes, authoritateſque ſuperiùs allatas; Niſi tamen plerûmque Metaphyſici medient, vt ex præcipuis Gymnaſiorum Schedis de materiarum ordinatione cum Mindendorpio *loc. ſæpè ſupra cit.* & alijs colligere licebit. Metaphyſica nanque eſt vltima inter philoſophicas ſcientias, vt docet Henr. *par. 1. artic. 7. quæſt. 8. num. 5. artic. 19. quæſt. 1. num. 19. & artic. 22. quæſt. 2. num. 19.* cùm ſub obiecto ipſius, cæterarum contineantur obiecta, 4. *Met. cap. 1.* Philoſophi tandem, cæterique artiſtæ Medicos ſequentur, vel per ordinem facultatum ad obiecta ſuarum, vt iam diſpoſitum cernitur; adeò vt Philoſophis Oratores, ſecundò Poetæ, tertiò adhæreant Hiſtorici (Orator enim à Philoſopho in hoc tantùm diſcrepare videtur, quòd hic in communi, in particulari ille de rebus agunt, ex Ariſtotele *ſect. 18. probl. num. 5.* Et affinior Poeſis, quam Hiſtoria eſt Philoſophiæ *cap. 6. poet. num. 2.*) ac poſteà Aſtrologi, Muſici, Arithmetici, Geometræ, Dialectici, Rhetores, & Grammatici ordinatè procedant: vel materiarum in quolibet Gymnaſio, iuxta propriam, & accommodam diſtributionem, cui omninò parendum cenſetur.

Reſpectu verò eiuſdem facultatis, hiſce modis Doctores inter ſe aptari ſuadentur: nimirùm vt ſapienti etiam antiquiori præferatur ſapientior, *Caſſan. par. 10. conſider. 30. Auiles l. prætor. cap. 4. ver. prematica. num. 6. ex Gloſſ. ver. tempus. in 6. auth. de Monachis. coll. 1. vbi Angel. Iaſon. in l. cum quid. ff. ſi cert. pet. num. 12. atque alij.* Secundò, vt moribus integer, ſapientiori, & ſeniori ad beneficia, & dignitates præeat male morato defenditur à Reginaldo *in praxi lib. 30. tract. 3. num. 200. & Barb. de poteſt. Epiſc. par. 3. alleg. 60. num. 101. citante Rot. Roman. apud Fain deciſ 628.* Tertiò vt actu legentes, non legentibus præſtent *l. antiquioribus. Andr. de Barrulo, & Nicolaus de Napol. in lib. 2. C. de conſulibus lib. 12. Ioann. de Plato. C. vt dignitatis ordo ſeruetur lib. 12. Alex. in l. cum quid. ff. ſi cert. pet. & in l. 2. §. ſi prius. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Quartò, vt actu legentium, qui maiora obtinent ſtipendia, cæteris anteponantur. *Iaſon. in l. cùm quid. ff. ſi cert. pet. Panormit. in cap. Clerici. de iudicijs, & ſumitur ex l. 1. verſ. ordine ſtipend. C. de agentibus in reb. lib. & l. 1. ibi. pro merito laborum ſtipendiorumque C. de caſtrenſ. & l. fin. ibi. ſtipendiorum prolixitas ſuffragatur C. de tyronibus. eodem lib.* Quintò denique, vt antiquior, cæteris paribus iuniori præcedat: *Iaſon. conſ. 192. num. 2. lib. 2. Caſſan. par. 10. conſider. 29. Duenas. regul. 208. Menoch. conſil. 52. num. 39. & conſil. 126. num. 22.* ſumitur autem primò ex iur. canon. *cap. 1. de obedien. & maior. cap. miramur, & cap. ſtatutum. diſtinct. 61. & alibi.* Secundò ex iur. ciu. *l. 1. ff. de albo ſcribend. §. audient. ver. iudice in auth. de defenſion. ciuit. coll. 3. & text. in l. 1. C. de conſid. lib. 12. & alibi.*

Ab his denique, quas profitentur Doctores facultatibus præſcindendo, dignitates vt obtineant, conſequantur beneficia, hiſque, vel illis condecorentur honoribus; ille præferendus cenſetur, qui ſeruatis de iure ſeruandis, à Summo Pontifice, vel Imperatore, ſicque deinceps ab alijs reſpectiuè creatus exiſtit Principibus, ita *Roman. in l. ſi verò. §. de viro. coll. 49. ff. ſolut. matr. Alex. in l. 2. §. ſi potiùs. ff. de vulg. & pupill. ſubſtitut. Panormit. in cap. poſtulaſti. coll. 2. de conceſſ. preben. Gloſſ. in l. reſtituendæ. C. de aduoc. diuerſ. iudic. Menoch. conſil. 51. num. 30. & conſ. 257. num. 11. Caſſan. par. 10. conſider. 31. Barboſ. tom. 1. collect. in p. 1. decreti. cap. Epiſcopos. diſtinct. 17. num. 4. atque alij.* Item cæteris dignior habebitur, qui in celebriori, & præclariori academia fuit promotus. *Caſſan. vbi ſupra conſider. 32. ex Pereyr. vbi ſupra num. 1198.* Nec vnquam poſthabendus eſt ille, qui rigoroſo præcedente examine, de ſe præ alijs, qui ſolo fruuntur reſcripto, periculum fecit, ita *Menoch. conſ. 126. num. 18. Sebaſt. Naui in l. adminiſtrantes. 42. num. 3. ff. de excuſat. tutor. & Barboſ. nuper citatus. num. 2.* Sicut pluribus condecoratus titulis, & gradibus, doctori ſimplici præferendus videtur. *Caſſan. par. 10. conſider. 33. Menoch. conſil. 126. num. 12. Iaſon. conſ. 192. num. 2. Alex. in l. centurio. collect. 5. ff. de vulg. & pupil. & communiter interpretes. ad l. cum quid. ff. ſi cert. petat.* vbi tamen limitat Caſſan. citatus de Doctore habente duplicatum doctoratum in illa facultate in qua alter eſt ſimplex Doctor. Vt ſi dicamus (inquit) quòd quis ſit Doctor in iure canonico tantùm: alius verò ſit Doctor in iure ciuili, & Medicina, aut artium: nam hoc caſu ſemper præfertur Doctor in iure canonico: quod à fortiori de Theologo ſentiendum videtur. Et qui tandem libros edidit, reliquis non ſcriptoribus præferendus erit. ita Caſſan. *ibidem conſider. 28. ex Luca de Penna l. mulieres in collect. penult. C. de dignit. lib. 12.* Scitè tamen ex Abbate, & Felino *cap. Scribam. num. 2. de præſcript.* notat Maſcarc. *de probat quæſt 6. num. 18.* hoc eſſe intelligendum non de tranſcriptore, qui colligit aliena, ſed de ſcriptore, qui propria diſpergit. Et hæc ſufficiant de Iure Doctoratus in genere.

DE

DE IVRE DOCTORATVS LIBER SECVNDVS.

Vbi de Doctoribus, & Magiſtris in ſpecie ea traduntur, quæ ipſorum muneribus maximè expedire cenſentur.

ISTO ſpecies ſuo contineatur genere, *Gloſſ. non videtur. l.ſanctio. ff. de pœnis. & l.proponebatur. ff. de iudicijs, & vbi &c.* adeò vt ſpeciei nihil ſit contentæ, niſi generis ſit continentis, vt *3.par. artic. 53. quaſt. 10. num. 22.* cum Philoſophis docet Henricus: quandoque tamen per ſpeciem generi derogatur, *Gloſſ. non communicabitur. l. ſi peculium. §. ſi ſeruus. ff. de peculio legato.* cùm aliquid ſpecialiter valeat, quod generaliter non valeret, *Gloſſ. ſpecialiter. l. ſed & ſi quis rei capitalis. §. quaeſitum eſt. ff. ſi quis cautionibus &c. Gloſſ. an ſpecialiter. l. quintus Mutius. ff. de auro, & argento legato, & Gloſſ. ſpecialiter. l. vel qua pater fam. ff. de religioſis, & ſumptibus fun.* Quamobrem, & ſi de Doctoribus, & Magiſtris in genere, quamplura, quæ ipſorum commonere videbantur officia, latè ſuperiùs ſint explicata: quia tamen in ſpecie adhuc extabant plurima, quæ ibidem in vnum minimè quibant confluere locum, nec vna, communique gaudere explicatione: meritò quidem hùc recenſenda curauimus, vt

Singula quæque locum teneant ſortita decenter.

quemadmodùm ad Piſones cecinit Vates ille.

CAPVT I.

Sacrarum Scripturarum Doctores, Magiſtrique interpretes; ſicut præ cæteris primatum Theologis habent: ita virtutum omnium, maximè Catholicæ Fidei, ad cuius regulam, diuina tenentur prodere arcana, & reſerare myſteria, excellentiam pariter profiteri debent.

SVMMARIVM.

1 *Quilibet ex antiquis, qui quoquo modo de Deo ſcripſerunt, Theologi nomen indifferenter ſunt aſſecuti; non in ſtricta tamen, & rigoroſa ſignificatione, prout, ſcilicet, ea, quam profitentur Theologia, illam connotat reuelatam, & diuinam ſcientiam, quæ omnibus præſtat facultatibus, de qua ſermo tantùm inſtituitur in præſenti: ſed in quodam lato, & ampliori conceptu, ratione cuius Marcus Varro, in fabuloſam, naturalem, & ciuilem ipſam ſecauit.*

2 *Sacram, reuelatamque Theologiam, Doctores principaliter bimembrem faciunt; Poſitiuam, ſcilicet, & Scholaſticam; quæ tamen membra, realiter minimè inter ſe diſtinguuntur, ſed tantùm tradendi ratione, & methodo, cùm poſitiua, ſcholaſticæ baſis, & totum fundamentum ſit: Quare ſicut ipſa, ſcholaſtica præfertur, ita eius ſectatores, cæteris præferendi videntur Theologis.*

3 *Sacrarum literarum interpretes, & qui poſitiuam profitentur Theologiam, cum propria virtute ſuum munus præſtare nequeant, Dei veluti Inſtrumenta ſunt. Vnde binas tenentur habere diſpoſitiones materialem, ſcilicet, & formalem, quarum prima eſt ſcientia, & eruditio; altera verò eſt vitæ ſanctitas, quæ ipſi primò faciant, quæ alios facere docent.*

4 *Sacrarum Scripturarum in Interprete, potiùs de bonitate vitæ, quàm de ſublimitate ſcientiæ curandum eſt; cùm primà ſit benè viuere: ſecundò bene docere. Nam ſi ſcientes ſine timore Dei multos videmus: timentes autem Deum ſine ſcientia nullum videmus: Quin potiùs, doctos varias, obſequio Dei relictò, repentè rudes èſſe factas, exemplo cuiuſdam Simonis angli, ſatis oſtenditur.*

5 *Sancti viri, & ſi nullo adhibita ſtudio, rudes, & illiterati ſint habiti; ſola tamen vitæ innocentia, ad eam ſcientiarum peruenerunt eminentiam, vt eos ſuffragijs diſcrepantibus nullis, in ſapientum album poſteritas miſerit; quod pluribus hiſtoriarum oſtenditur documentis.*

6 *Qualitatem doctrinæ, eruditioniſque in ſacro Interprete apprimè neceſſariam (eſt enim*

altera

altera huiuſcemodi conditio Inſtrumenti) non omnes aſſignant eandem: Quinimmò plerique ipſam penitus reyciunt, vt remiſſiue oſtenditur. Veruntamen vt Doctorum in hac varietate reconcilientur ſententiæ, ſedulò conſiderandum videtur, an ad fundandam fidem, vel ea fundata ad ipſam rectè intelligendam, talis ſcientiarum, doctrinarumque qualitas cenſeatur neceſſaria.

7 *Superuacanea in ſacro Interprete ad fundandam fidem, qualibet omninò eſt eruditio: quandoquidem non alia quiſpiam progreditur via, neque ad illam per aliud ingreditur oſtium, quàm per eum, qui de ſe ait: Ego ſum via veritas, & vita: Quare priores fidei doctores rudes, & idiotæ electi ſunt.*

8 *Fundata vero fide prioribus, qui ſucceſſerunt Doctores, ad docendum credentes in intellectum, & cognitionem creditorum, debuerunt inniti rationi, & conſequenter ſecularibus eſſe inſtructi diſciplinis: quod Iuſtini, & Auguſtini exemplis ſatis probatur: dum prior ille, quadam Platonis ſententia, alter verò dialogo Ciceronis perlecto, ad gentilitatis, & hæreſeos deſerendos errores, fidemque amplectendam excitati ſunt.*

9 *Quædam ex ſecularibus facultatibus vtique ſunt, quæ ad theologicam ſcientiam pertinent: quædam verò ei valdè adminiculantur: quædam autem, neque neceſſariæ, neque auxiliariæ ſunt, ſed tantùm ad maiorem Doctoris pertinent ornatum. Idcircò Sacrarum Scripturarum Interpres ea ſcire tenetur, quæ primi, & ſecundi generis ſunt, nequaquam verò tertij.*

10 *Opus præcipuè eſt Sacrorum Librorum Interpreti, diligenter diſcernere canonicas ab apocryphis ſcripturas, emendatis vti codicibus, & græcas, latinas, atque hebraicas non ignorare literas, earumque idiotiſmos. Quare ab Eccleſia, prædictas in ſcholis linguas eſſe perdiſcendas, meritò decretum fuit.*

11 *Senſus Sacræ Scripturæ non pro libito ab Interpretibus ſumendi ſunt, ſed tantùm iuxta vnanimem Sanctorum Eccleſiaſticorum Patrum ſententiam ab Eccleſia communiter receptam. Vndè remiſſiue nonnulli apud authores traduntur canones, & regulæ, ad rectè, & ſine errore ſacras literas exponendas.*

VEterum monumenta referunt Hiſtoriarum, Priſcos illos, qui de Deo,
1 quoquo modo ſcripſerunt, & in ſublimibus, diuiniſque rebus contemplandis verſati ſunt, Theologos fuiſſe nuncupatos, vt D. Auguſtinus. 18. *de Ciuit. Dei. cap.* 14. Ariſtoteles. 12. *met. text.* 50. Tullius. *lib.* 3. *de nat. deorum. ſect.* 70. *num.* 53. & Clemens Alexand. *lib.* 1. *ſtrom.* teſtantur, qui Orpheum Poetam, Theologum pariter nominarunt, Euſebius idcircò Cæſarienſis *lib.* 1. *de præparat. euangel. cap.* 7. *&* 2. *cap.* 1. Phænicum Æhyptiorum, Atlantorum, Græcorum, & Phrygum Theologiam dinumerat, quam triplicem M. Varro *in lib. de antiquit. rerum human. & diuin. apud D. Auguſtinum.* 6. *de Ciuit. cap* 5. conſtituit: Vnam fabuloſam Theatro, alteram naturalem Mundo, tertiam ciuilem Vrbibus accommodatam. At profectò de his, præſens nihil ad inſtitutum: cùm non de quaqua, vel profana, ea mens ſit nobis agere Theologia, ſed de chriſtiano homine digna duntaxat, atque diuina. Quæ cum ex traditis *ſuperiori libro. cap.* 20. *num.* 5. omnibus præſtet facultatibus; eam qui ſectantur, iuxta ibidem dicta, cæteris Doctoribus, & Magiſtris, de quibus hìc agitur in ſpecie, quoque præferendi videntur.
2 Ipſam autem Sacri Scriptores apud Nazarium *in prolog. ad* 1. *par. D. Tho.* principaliter bimembrem faciunt: Poſitiuam, ſcilicet, & Scholaſticam: Poſitiuam vocant, qua ſic ea, quæ ad ſacram pertinent doctrinam traduntur, vt demonſtretur vbi nam in ſacris literis, in quarum ſummoperè expoſitione verſatur, cōtinentur, priuſquam rationibus firmentur. Scholaſtica verò eſt, quæ vtitur methodo ſcholis accommodata, nimirùm, vniuerſam de Deo ſcientiam in ordinem redigens, ac rationibus, & argumentis confirmans: quæ tamen non eſt alia à priore (eſt quippè talis diuiſio accidentalis ſecundùm Nazarium ibidem, non autem eſſentialis) ſed ratione duntaxat diuerſa, methodoque tractandi. Quia verò Poſitiua, Scholaſticæ baſis, & fundamentum eſt (ſumit hæc nanque, vt oſtendit Henricus 1. *par. artic.* 7. *quæſt.* 4. *num.* 4. principium omnis ſuæ notitiæ ex diuinis rationibus, & oraculis: cùm ſecundùm eundem. 2 *par. artic.* 38. *quæſt.* 1. *num.* 7. Dei ſequatur Theologiam, quam per ſe ipſum docuit: *Ierem.* 1. dicens: Ecce dedi
„ verba mea in ore tuo. *&* 36. Tolle volu-
„ men libri, & ſcribes in eo omnia verba,
„ quæ locutus ſum tibi aduerſum Iſrael, &
„ Iudam, & omnes gentes) ipſius Interpre-
„ tes, & expoſitores, cæteris poſthabitis,
protinus accedunt eundem retinendo locum: cùm ea præſtentur in acceſſorio, quæ in principali, cui oppidò videtur accede e, *Gloſſ. morbo. l. itaque ſicut ſuperiùs. ff de ædilitio edicto*. Quorum ſcopus, quò ſuos omnes tenentur collimare conatus, diuina tantùm eſt prodere arcana, & aperire

rire myſteria: Interpretis enim officium eſt, apertum facere, quod obſcurum putatur, *Accur.l.in omni ff.de iuris, & facti ignor.*

Cùm autem, ſua id perficere virtute,
3 ingenioque minimè valeant, ſed Dei ſupremo ſolius impulſu, ex Apoſtolo 1. *Corinth.cap.*3.ita ſcribente: Neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus: non præcipui tanquam Doctores, ſed veluti Dei adiutores (vt paulò ſubditur inferiùs) & ſelecta idem perficient inſtrumenta: Vnde Gloſſa: Vocem format homo exteriùs, ſed Deus imprimit intus, qui operatur velle, & perficere. Cæterum auxiliarijs in inſtrumentis, 1.*p.art.*11.*q.*5.*n.* 7. duas Henricus Gandauenſis ingenioſè deprehendit diſpoſitiones, materialem ſcilicet, & formalem: Prior (quatenus rem facit ad noſtram) eſt inſtructio, ſiue eruditio in exponente: Si enim (inquit ipſe) inſtructus non eſſet, docere non deberet, nec poſſet, ſecundùm quod ſuper illud *Iacobi 3.* Nolite plures Magiſtri fieri dicit Gloſſa: Niſi tantùm diſcreti, & in ſcripturis docti. Qui enim indoctus, officium docendi vſurpat, & Chriſtum non ſyncerè nuntiat, maiorem damnationem meretur. Sicut neque ſerra, ſi eſſet ex materia molli, poſſet ligna diuidere. Altera verò eſt vitæ ſanctitas, quâ ipſe primò faciat, quæ alijs facienda, docet: Vnde ſicut Serra non dentata, ad finem regulariter ſecandi attingere non poſſet: ſic nec Doctor, ſi Sanctitatis conuerſatione non fuerit informatus, alios ſalubriter inſtruere poſſet, iuxta ea, quæ *Homil.* 10.*in cap.*5.*Mathæi* D.tradit Chryſoſtomus, dicens: Bona conuerſatio Sacerdotis ſine verbo tenet quidem Sanctos in ſanctitate per ſuum exemplum; adducere autem ignorantem ad ſcientiam veritatis non poteſt. Verbum quidem ignorantem adducere ad ſcientiam veritatis, & ſine conuerſatione bona poteſt: tenere autem in fide, vel ſanctitate abſque bona conuerſatione, non poteſt: magis verò ſcandalizat.

Veruntamen, quia priùs eſt bene viue-
4 re (vt cum eodem ibidem loquar Chryſoſtomo) ſecundum benè docere: Sacrarum Scripturarum priùs in Interprete, de bonitate vitæ, quàm de ſublimitate ſcientiæ curandum cenſetur: Nam per bonam conuerſationem (inquit ipſe) aſcenditur ſine dubio ad ſcientiam: à ſcientia autem neſcio ſi ad bonam conuerſationem omnimodè veniatur. Propterea ſcientes quidem ſine timore Dei multos videmus: timentes autem Deum, ſine ſcientia nullum videmus. Quinimmò, carentem ſcientia tantùm abeſt extare Sanctum, vt erga Deum, obſequio, ac reuerentia neglectis, ſcientes potiùs, doctique viri rerum miſerabilem omnium ſuſceperint ignorantiam. Cuius negotij fortaſſe cauſa, cuidam Anglo, nomine, Simoni præ cæteris id contigiſſe fertur: nam cùm Dialecticam Arteſque liberales, ſecunda fama profiteretur Pariſijs, ſcientia inflatus, ſe Chriſti legem adeò callere, vt cùm publicè, tùm in ſcholis funditùs pro libito ipſam quoque delere poſſe plerumque non ſit veritus iactitare. Quare ſubita obliuione perfuſus, nec etiam dominicam pronunciare orationem, vel alphabetum ampliùs re-
5 cognoſcere valuit, *ex lib.2.apum.cap.*48. Secus autem Sancti viri, & ſi nullo adhibito ſtudio, rudes, & illiterati ſint habiti, ſola tamen vitæ innocentia, ad eam ſcientiarum peruenerunt eminentiam, vt eos, in ſapientum album, cunctis ſuffragijs, optimo iure poſteritas miſerit. Antonius itaque, ſanctus, & perfectus Monachus, ſine vlla literarum ſcientia, Scripturas diuinas, & memoriter audiendo tenuit, & prudenter agitando intellexit, *D. Auguſtinus lib.1.de doct Chriſt.* Item Sanctus Bernardus, literas ſuas in ſyluis, & agris didicit, meditando ſacra eloquia, & orando, *Marulus lib.2.cap.*5.*& Sabel.lib.*2.*cap* 7. Stephanus quidam anachorita, cum aliquando illiteratus, ac rudis haberetur, tantùm in Mareotidis eremo manens profecit, vt neminem ad eum diſcendi aliquid gratia acceſſiſſe ferant, quin idem diſcedens, ſe ſatis edoctum diceret, *idem Marulus lib. 3. cap.*4. Maria Ægiptiaca ad ſummum omnis ſapientiæ orandi aſſiduitate peruenit, *Fulg.lib.*1.*cap.*6. Romualdus Abbas, Ordinis Camaldulenſis author cum ad Syriæ montis Monaſterium veniſſet, & ibidem Sacra celebraret, aliquandiù in ecſtaſi raptus ſtetit, & Pſalmorum interpres factus eſt, quorum paulò ante, ne lector quidem ſatis idoneus fuerat, *Marulus l.b.*2.*cap.*4. Ac tandem alijs omiſſis plurimis, Thomas Aquinas, de quo legitur nullum fuiſſe ſcriptorum genus in quibus non eſſet diligentiſſimè verſatus, ſodali ſuo fratri Reginaldo dicere ſolebat quicquid ſciret, non tam ſtudio, aut labore ſuo peperiſſe, quàm diuinitùs traditum accepiſſe, *ex Breuiario Roman. in eius feſto*. Quia profectò, Animalis homo (inquit Apoſtolus 1. *Corinth. 2.*) non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus Dei: Spiritualis autem iudicat omnia, & ipſe à nemine iudicatur. Quare Angelus Danieli 12. dixiſſe legitur: Vade Daniel, quia clauſi ſunt, ſignatique ſermones vſque ad tempus, & impiè agent omnes impij neque intelligent omnes impij: porrò docti intelligent. Proinde ab ethicis inchoanda

da eſſe diuinæ Scripturæ ſtudia, Hierony-
mus *in proam. lament. Ierem. tom. 4.* ita docet:
„ Quomodo in his noſtris literis non poteſt
„ quis ad legenda verba, texendaque proce-
„ dere, niſi priùs ab elementis cæperit: ità in
„ ſcripturis diuinis non valemus ea, quæ
„ maiora ſunt noſſe, niſi ab Ethica in ipſis
„ habuerimus exordium, ſecundùm illud,
„ quod Propheta dicit, *Pſal.* 118. à manda-
„ tis tuis intellexi, quòd videlicet poſt ope-
„ ra cæperit habere ſcientiam ſecretorum.

Inſtitutionis autem, eruditioniſque
6 qualitas, quæ diuinarum Scripturarum
in Interprete altera eſt diſpoſitio, non
omnibus probatur eadem: quidam enim
apud Salmeronem, *prologom.* 17. & 18.
omnem reijciunt; admittunt alij, ſed non
ſimilem, cùm intenſiorem nonnulli, re-
miſſiorem plerique ipſam ponant. Cæte-
rùm Henricus 1. *p. art.* 11. *q.* 7. *n.* 4. vt cautè
ſtatuat, ingenioſè diſtinguit, aptando, ſci-
licet, eruditionem in Interprete, vel ad
fundandam fidem, vel ea poſita ad ipſam
intelligendam. Cæleſtium enim myſterio-
rum, triplex in nobis aſſignatur notitia.
„ Quędam (inquit ipſe) credendo, quædam
„ intelligendo, quædam aperte videndo.
„ Quarum prima eſt inferior, & nobis ma-
„ gis proportionabilis, & diſponit ad ſecun-
„ dam, quia *Iſaia* 7. dicitur: Niſi credideritis,
„ non intelligetis, quod exponens Augu-
„ ſtinus *tract.* 29. *in Ioann. cap.* 9. *& alibi*, dicit:
„ Ideo credis, quia non capis, ſed credendo
„ fis idoneus vt capias: nam ſi non credis,
„ nunquam capies, quia minus idoneus re-
„ manebis. Fides ergo mundet te, vt intel-
„ lectus impleat te. Ambæ autem diſponunt
„ ad tertiam: Primæ duæ ſunt vitæ huius:
„ tertia verò eſt vitæ futuræ. Hæc ille. Qua
idcirco tertia relicta, vtpotè altioris inda-
7 ginis, de duabus prioribus determinan-
dum videtur. Quarè, ſi de prima, quæ cre-
dendo habetur loquamur notitia; ſuper-
uacanea in ſacro Interprete ad fundandam
fidem, qualibet omninò eſt eruditio:
Quandoquidem, non alia quiſpiam pro-
greditur via, neque ad illam per aliud in-
greditur oſtium, quam per id, de quo
Ioann. 10. habetur: Ego ſum oſtium, per
„ me ſi quis introierit ſaluabitur, & eiuſ-
„ dem *Ioann.* 14. Ego ſum via, veritas, &
„ vita. Vnde Apoſtolus 1. *Corinth.* 2. ità
„ ſcribit: Ego cùm veniſſem ad vos fratres,
„ veni non in ſublimitate ſermonis, aut ſa-
„ pientiæ annuntians vobis teſtimonium
„ Chriſti: non enim me iudicaui ſcire ali-
„ quid inter vos, niſi Ieſum Chriſtum, &
„ hunc Crucifixum, & ego in infirmitate, &
„ timore, & tremore multò fui apud vos, &
„ ſermo, & prædicatio mea, non in perſua-
„ ſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in
„ oſtenſione ſpiritus, & virtutis, vt fides no-
„ ſtra non ſit in ſapientia hominum, ſed in
virtute Dei. Hinc idem infert Henricus
1. *p. art.* 11. *q.* 6. *n.* 4. euangelicos priores In-
terpretes, ac Doctores ſimplices, atque
idiotas electos fuiſſe, iuxta ordinariam in
illud *Ioannis* 1. *Inuenit Philippus Nathanael*,
quæ inquit: Nathanael peritiſſimus ſcrip-
„ turarum, quia doctiſſimus non eſt in Apo-
„ ſtolatum electus. Omnes enim Apoſtoli,
„ primò de idiotis ſunt aſſumpti, ſcilicet, vt
„ confundantur ſapientes.

Si autem de ſecunda, quæ intelligendo
8 fit notitia, nobis ſit argumentum;
„ adepta, ſuaſaque fide, diuinæ inhærendo
„ authoritati: Poſteriores Doctores (inquit
„ Henricus vbi ſupra *q.* 7. *n.* 4.) ad docendum
„ credentes in intellectum, & cognitionem
„ creditorum, debent inniti rationi, & con-
„ ſequenter ſecularibus inſtructi eſſe diſci-
„ plinis: Nam, vt ex D. habetur Auguſtino
„ *tom.* 6. *de vtil. cred. cap.* 11. Quod credimus
„ debetur authoritati: quod autem intelli-
„ gimus debetur rationi: Authoritas enim
„ rationi viam præparat, ratio autem ad in-
„ tellectum, cognitionemquem perducit.
„ Vnde Gloſſa, *ſuper illud Exodi* 5. *Vt eamus*
„ *viam trium dierum in ſolitudine*, ſic legit:
„ trium dierum iter proficiſcimur, ſi ratio-
„ nalem, moralem, naturalem ſapientiam
„ de rebus mundialibus auferentes, ad inſti-
„ tuta diuina conuertimus. Quod vtique
Iuſtini, ipſiuſque Auguſtini exemplis, ſa-
tis oſtendi poterit: dum prior ille, ſenten-
tia quadam Platonis, alter verò Dialogo
Ciceronis perlecto, ad gentilitatis, & hæ-
reſeos deſerendos errores; fidemque am-
plectendam excitati ſunt apud Salmero-
nem *tom.* 1. *prologomine* 17. Nam vt ait Ba-
ſilius *in tract. ad nepotes circa initium tom.* 1.
Sicut Tinctores ſolent, vt perfectum co-
„ lorem purpuræ panno inducant, inferio-
„ rem alium colorem pręmittere, ſuper
„ quo apriùs imprimatur color ille perfe-
„ ctus: ita de humanis diſciplinis præmittten-
„ dis ante diuinam ſcientiam iudicandum
eſt. Ideoque legitur, quòd Moyſes, dum
in aula verſaretur Pharaonis, Ægiptiorùm
omni eruditus fuit ſapientia, *Actor.* 7. Et
Daniel, Nabuchodonoſor manens in do-
mo, in omni Chaldeorum diſciplina, &
ſcientia inſtructus fuit, *Daniel.* 1. Paulus
verò, qui ad pedes Gamalielis hebræas li-
teras perdidicerat, *Actor.* 22. græcorum
quoque authorum literaturam attingere
non dubitauit; quarè nunc Arati, *Actor.*
17. nunc Menandri 1. *Corinth.* 15. nunc
Epimenidis *Titi.* 1. teſtimonia producit.
Et quid autem de veteribus dicemus Pa-
tribus Dionyſio Areopagita, Clemente
Romano, & Alexandrino, Iuſtino mar-
tyre,

Digitized by Google

tyre, Origene, Euſebio, Baſilio, Hilario
&c. qui non tantùm in Dialecticæ paleſtra
& eloquentiæ curriculo, ſed etiam in pla-
tonica, & ariſtotelica philoſophia exculti,
& ad miraculum vſque exercitati fuerunt?
Adeò, vt S. Hieronymus *in Epiſt. ad ma-
gnum Vrbis Romæ oratorem* tradat; in dubium
eſſe reuocandum, an nonnulli ex prędictis,
maiores in ſcripturarũ cognitione, an verò
in ſecularium literarum peritia extiterint.
Eſt tamen diſtinguendum (inquit Hen-
9 ricus *art. 11. ſupra citato q. 7. n. 5.*) ex parte eo-
,, rum, quæ in ſecularibus ſcientijs edocen-
,, tur: Quoniam eorum, quæ tractantur in
,, ipſis, quędam ſunt, quorum notitia etiam
,, pertinet ad iſtam ſcientiam, vt eſt prima
,, rerum creatio, & alia quamplurima, quæ
,, de creaturis ſunt credenda. Alia verò
,, ſunt, quorum notitia multùm adminicu-
,, latur ad declaranda, & defendenda ea, quæ
,, pertinent ad iſtam ſcientiam, vt ea, quæ
,, conſiderantur in alijs ſcientijs de anima,
,, & de potentijs eius, & plurima conſimilia.
,, Sunt etiam alia, quę nec ad iſtam ſcientiam
,, pertinent, nec adminiculantur ad eam, vt
,, ſunt illa, in quibus ſentire contraria nihil
,, fidei obeſt omninò, vt ſunt menſura quan-
,, titatis Solis, Lunæ, Terræ, & quamplurium
,, huiuſmodi. Eſſe peritum in ſcientijs ſecu-
,, laribus quoad omnia iſta, eſt ſuperemi-
,, nentis ſcientiæ in Sacro Doctore: Non
,, enim neceſſe eſt ad hoc, quod ſit Doctor
,, idoneus Sacræ Scripturæ ſcire illa, quæ
,, ſunt de tertio genere, ſecundùm quod de
,, notitia talium dicit Auguſtinus in Epiſto-
,, la ad Petrum Presbyterum de origine
,, animæ: Non magnum (inquit) doctrinæ
,, Chriſtianæ arbitror eſſe detrimentum iſta
,, neſcire, & ſi de corporum quidem gene-
,, ribus ſubtiliter diſputetur, hoc maiore
,, difficultate quàm vtilitate perdiſcitur. Sci-
,, re autem illa, quæ ſunt de primo, & ſecun-
,, do genere, pertinet ad idoneum Doctorem
,, Sacræ Scripturæ, & quoad iſtorum noti-
,, tiam debet eſſe peritus in ſcientijs ſecula-
,, ribus, quoad illa, quæ de eis ſcire non
,, poteſt ex tractatu ſcientiæ theologicæ.
,, Propter quod dicit Auguſtinus in princi-
,, pio tertij de doctrina Chriſtiana: Homo
,, qui voluntatem Dei in ſcripturis ſanctis
,, diligenter inquirit, primitus in cognitio-
,, ne quarundam rerum neceſſariarum, ne
,, vim, naturamue earum, quæ propter ſi-
,, militudinem adhibentur ignoret, veniat
,, ille inſtructus ad ambigua ſcripturarum
,, diſcutienda atque ſoluenda: Hæc ille. Et
,, ideò præcipit Synodus 37. diſt. cap de qui-
,, buſdam, dicens: Ab vniuerſis Epiſcopis
,, ſubiectis plebibus, & alijs locis, in quibus
,, neceſſitas occurrerit, omnino cura, & di-
,, ligentia adhibeatur, vt Magiſtri, & Do-
,, ctores conſtituantur, qui ſtudia literarum,
,, liberaliumque artium dogmata aſſiduè
,, doceant, quia in his maximè diuina ma-
,, nifeſtantur, & declarantur mandata. Quod
etiam per Tridentinum *ſeſſ. 5. cap. 1. & ſeſſ.
23. cap. 18.* nuper videtur ſtatutum.
Præterea, triticum, vt à zizania diſcer-
10 nat, ſacro præcipuè opus eſt Interpreti,
canonicorum ab apocryphis non ignorare
librorum diſcrimen: D. Hieronymo *ad
,, Lætam tom. 1.* ſcribente: Vt quæ potiſſimum
,, diſcenda ſint in Sacra Scriptura, ijs opera
,, detur, caueantur apocrypha: Quod vtique
omni amoto ſuccedet periculo, ſi Sacro-
rum Conciliorum Cartaginenſis tertij, *ca-
none 47.* Florentini *ſeſſ. vlt. in bulla vnion.
cap. 7.* & Tridentini *ſeſſ. 4.* æcumenicis ſte-
tur decretis. Deinde, ſicut Diuus monet
Auguſtinus *lib. 2. de doct. Chriſt. cap. 14.* Vt
,, codicibus emendandis in primis inuigilet
,, ſolertia eorum, qui Scripturas diuinas
,, noſſe deſiderant, & emendatis, non emen-
,, dati cedant, ex vno duntaxat interpreta-
,, tionis genere venientes. Quod inoffenſo
quoque percurrent pede, ſi græca ſeptua-
ginta Interpretum verſione, iuſſu Grego-
rij 13. & Sixti 5. purgata, atque Diui Hie-
ronymi latina, quæ vulgata dicitur, Cle-
mentis 8. ſanctione prodita, nec non à
Sancta Tridentina Synodo *ſeſſ. 4.* pro au-
thentica habita, & approbata, maximè
vtantur: Non quia cæterę (hebraica præ-
cipuè, vtpotè cunctarum origo) penitus
neglectę iaceant; ſed quia malorũ inuidia,
pluribus cùm ſcateret erroribus, vt apud
Salmeronem *tom. 1. prolegom. 3.* planè cer-
nitur; ipſe in ſua vulgata, mirò vtran-
que correxit ſtudio. *Fulg. lib. 8. cap. 7.* Ha-
rum idcirco trium minimè linguarum
inutilis erit peritia, idiotiſmorumque ip-
ſarum ſcientia: Ab Eccleſia namque, *Cle-
ment. 1. de magiſtris,* prędictas linguas in ſcho-
lis perdiſcendas eſſe, meritò decretum fuit.
Quæ ſola vtique, pro linguarum ad Sacras
literas vtilitate ſufficeret authoritas, niſi
,, ampliùs, *de vera relig. cap. 50.* adderet Au-
,, guſtinus, quod habet omnis lingua ſua pro
,, pria genera locutionum, quæ cùm in aliã
,, linguam transferantur, videntur abſurda.
Monet tamen S. Clemens, *Epiſt. 5. de
11 communi vita:* Quod & ſi multa verba ſint
,, in ſcripturis diuinis, quę poſſunt trahi ad
,, eum ſenſum, quem ſibi vnuſquiſque ſpon-
,, tè pręſumpſit, non tamen id fieri oportet:
,, Non enim ſenſum, quem extrinſecus adul-
,, teretis alienum, & extraneum debetis quę-
,, rere, aut quoquo modo, ipſum ex ſcrip-
,, turarum authoritate confirmare, ſed ex
,, ipſis ſcripturis ſenſum capere veritatis.
Quare ad coercenda petulantium ingenia,
Sacra, & æcumenica Tridentina Synodus

ſeſſ.4.decret.2. ita decernit: Vt nemo ſcili-
„ cet, ſuæ prudentiæ innixus in rebus fidei,
„ & morum ad ędificationem doctrinę chri-
„ ſtianæ pertinentium, Sacram Scripturam
„ ad ſuos ſenſus contorqueat, aut contra eum
„ ſenſum, quem tenuit, & tenet Sancta Ma-
„ ter Eccleſia, cuius eſt iudicare de vero
„ ſenſu, & interpretatione Sacrarum Scrip-
„ turarum, aut etiam contra vnanimem con-
„ ſenſum Patrum ipſam Scripturam Sacram
„ interpretari audeat; etiam ſi huiuſmodi
„ interpretationes nullo vnquam tempore
„ in lucem edendæ forent. Quapropter ſenſus omnes iuxta regulas, ſanctæque Fidei canones, atque methodos, de quibus vberrimè eccleſiaſtici Patres apud Salmeronem *tom.1. prolegominibus.* 9. 10. 11. & 12. Sixtum Senenſem *in ſua biblioth ſancta toto lib.* 3. & Martinum Martinium *lib. 7. Hipotypoſeon. cap.*1. qui omnes ſcitè, & diligenter collegit.

CAPVT II.

Theologis ſymbolicam profitētibus Theologiam; Emblematum, Parabolarum, Apologorum, Ænigmatum, Hieroglyphicorum, Troporumque deinde omnium peritiam neceſſariam eſſe oſtenditur: Canoneſque ad Sacræ pandenda ſcripturæ Symbola, abundè illis ſuppeditantur.

SVMMARIVM.

1 *Diuina Myſteria, temerè, & indifferenter cunctis pandenda non ſunt, cùm pretioſum, & rarum quod eſt communiter teneatur occultum, ipſeque Deus, vel Patribus in prophetis, vel non ſine parabolis ſaltem ad turbas, ferè ſemper ſit locutus, quemadmodum ex omni ſcriptura non tantùm; verùm etiam ex varijs gentium ſymbolis latè patet.*

2 *Zoroaſticum illud effatum, nimirum: Vbi paterna monas eſt. ingenioſè de altiſſimo Trinitatis exponitur Myſterio. Quæ vtique expoſitio, illi Hermetico conſentire videtur epiphonemati: Monas, monadem genuit, & in ſe ſuum reflexit amorem.*

3 *Verumtamen non idcirco ſequitur, ſacras ſcripturas eſſe clauſas, ſed ad ſummum tantùm obſcuras, vt cum labore inueniantur, & ignaris, rerumque inexpertis tegantur, ne vileſcant: Tractatum enim tota numinis maieſtate pleniſſimum, irreligioſæ mentis eſt, multorum conſcientiæ publicare, vt eruditè docuit Triſmegiſtus.*

4 *Sacra arcana doctrina per modum occultationis, qui eſt verè diuinus, prouectis ſaltem, & exercitatis hominibus, iſtis de cauſis videntur proponenda. Primò, vt hi copioſiores, vberioreſque ſint in exponendo: Secundo, vt ex his indignos, & faſtidientes ſtudere lateant: Tertiò verò, quia Deus voluit alios eſſe doctores, qui exponerent, & alios diſcipulos, qui audirent; quod non contingeret ſi omnes omnia ſcirent.*

5 *Diuina arcana, gratia aperiendi, ſymbolica adinuenta eſt Theologia, quæ per obſcura quadam ænigmata, diuinam illam plenamque myſterijs, ac profanis inacceſſam veritatem enuntiamus; quod pluribus idcircò, & varijs elocutionum formis operatur, Emblematibus ſcilicet, Parabolis, Apologis, Ænigmis, & Hieroglyphicis, quorum ſingula item varios ramos pariunt.*

6 *Procedit itaque hæc facultas ad veritatem manifeſtandam. emblematibus; dum ſymbolum aliquod ingenioſum, ſuaue, morale, ex pictura, & lemmate conſtans proponit, vt patet de duorum compagine inſcriptorum lignorum, Ezechiel.*17. *& de Equite, plurima geſtante diademata, & inſcripto veſtimento operto, Apocalyp.*19.

7 *Parabolis autem, & prouerbijs ad manifeſtationem veritatis rectè procedit ſymbolica Theologia ſi metaphorica aliqua oratione latentem habente ſenſum ingenioſè vtatur; vt ex parabolis, & Salomonis prouerbijs, præ cæteris locis biblicis abundè colligitur.*

8 *Item apologis, fabuliſque hoc idem præſtabit præfata facultas dùm irrationabilia inter ſe colloquentia, vel homines cum illis ad aliquid inſinuandum, lepidè introducet, vt de lignis ſyluarum inter ſe conſultantibus Iud.*9. *&* 4. *Eſdræ* 4 *& Mare, & Sidone mutuò ſibi exprobrantibus, Iſaiæ* 23. *colligendum videtur.*

9 *Dum autem plurima, mira occultatione proponit, adeò vt neque res, neque rei ſignificatum intelligatur. pr uſquam inuolucri modus refectus fuerit tunc ænigmaticè; vt de reſiduo Erucæ comeſto à Locuſta &c.* Ioel. 1. *& de ſolutione Templi, tribus inde diebus excitandi,* Ioann.2. *clarè patet.*

10 *Tandem Hieroglyphicis, quibus literarum vicè præcipuè vtebantur, Ægyptij, recondita manifeſtabitur veritas, dum imaginibus, & figuris ad aliquid ampliùs, ex hominum determinatis innuendum procedetur arbitrio: vt de Virga vigilante, & Olla ſuccenſa,* Ierem.1. *aliſque figuris, & imaginibus, quibus Prophetarum abundant vaticinia argumentari licet.*

11 *Myſtagogi ſeu qui ſymbolicam profitentur Theologiam Schematum, Troporumque, quibus cum Grammatici, tum Rhetores, atque vt plurimum etiam Poetæ vti ſolent, plenam tenentur habere notitiam: cum nullo genere locutionis, quod in conſuetudine humana*

non

Digitized by Google

non inuenitur Sacra vtantur Scriptura: quorum principaliores, hac ex ſacris libris nacta occaſione, ſatis explicantur.

12 *Summoperè tamen ſymbolici cauere debent Theologi, ne figurata, ab ipſis vt propria, aut è contra, propria vt figurata vſurpetur locutio, niſi manifeſtum hæreſis ſcopulum impingere velint; vt pluribus, ac diuerſis, eorum, quæ in ſacris perperam intelliguntur literis, oſtenditur exemplis.*

13 *Vt rectè, ac ſine errore hanc ſymbolicam profiteamur facultatem, quinque potiores à Sacris Doctoribus traduntur Canones; quorum primus, cæterorumque parens, eſt: vt quicquid in ſermone diuino, neque ad morum honeſtatem, neque ad fidei veritatem propriè referri poteſt, figuratum eſſe putetur.*

14 *Secundus canon eſt: Quòd Scriptura Sacra, de Deo, Sanctiſſimaque Triade, propriè loqui non poteſt, ſed metaphoricè tantùm, & abuſiuè: cùm nomina, et verba, ſublimi illi natura, minimè conuenire queant.*

15 *Tertius canon: vt per tropum, hæc & his ſimilia intelligantur duntaxat: nimirum Deũ dimittere ſecundùm deſideria cordis: Indurare quempiam: Aggrauare, excæcare, tradere in reprobum ſenſum &c. eum benigniſſimus, & clementiſſimus pater ſit, qui vult omnes ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.*

16 *Quartus verò canon: vt quotieſcunque in ſacris literis eſt ſermo de vita æterna, quæ in præmium nobis promittitur, comparaturque rebus pretioſis, & caris vt nos magis allicere valeat; tantum per tropos eſt explicandus.*

17 *Quintus tandem canon eſt: vt nihil ſit ſub ſenſu ſpirituali alicui loco tribuendum, quod non per alium locum in ſenſu literali manifeſtè traditum inueniatur: adeout, quæ in vno loco exponuntur, quanquàm ad tropologiam, vel allegoriam ſpectent, in alijs tamen locis, ad literam dicta oſtendantur.*

18 *Plures, & plures alij talem ſymbolicam concernentes doctrinam remiſſiuè traduntur canones, qui ideircò hìc omittuntur, vel quia præcontinentur in præfatis, vel quia Diuina Myſteria potiùs veneranda, quàm nimia ſubtilitate ſunt diſcutienda.*

Diuina ſine diſcrimine, cunctis abdita, non pandere Myſteria apprimè neceſſa-
1 rium cenſuit *cap. 2. de cæleſ. hierarc.* Dio-
,, nyſius Areopagita, dicens: Hoc myſticis
,, eloquijs eſt decentiſſimum, per incompre-
,, henſibilia, Diuina, ænigmata occultare,
,, & inuiam multis pandere ſacram abdi-
,, tamque veritatem. Etenim ſi humanæ con-
ditioni ita comparatum eſt, vt ſi quid pretioſum, rarumque habeant, id non tantum
latebris condant, ſed & ænigmaticis verborum inuolucris adeò velent, vt non niſi ſagacibus, & notitia rerum claris manife-
,, ſtum eſſe velint: Quantò magis iudicia,
,, & præcepta Domini, vtique deſiderabilia
,, ſuper aurum, & lapidem pretioſum multum, *Pſalm.* 18. obſcuris ſententiarum documentis, translatiſque verborum ſen-
,, ſibus, obtegenda erunt? Deus nanque
,, cùm Lucem habitet inacceſſibilem, 1. *Ti-*
,, *mot.* 16. Poſuit tenebras latibulum ſuum,
,, *Pſalm.* 17. Puta diuinum verbum ſuum,
,, & profundum cognitionis, ac ſapientiæ *tom. 12. Bibliot. Pat.* ſcitè explicat Philotheus.
,, Itaque ipſemet, qui Multiſariam, multiſ-
,, que modis, olim loquebatur patribus in
,, prophetis, *Hebr.* 1. nouiſſimè diebus iſtis
,, loquens nobis in filio, *ibidem*: adhuc in
,, parabolis, & abſconditè ſit locutus: cùm
,, hæc omnia, *Math.* 13. locutus ſit Ieſus in
,, parabolis ad turbas, & ſine parabolis non
,, loqueretur eis, vt impleret quod dictum
,, erat per Prophetam, dicentem: Aperiam
,, in parabolis os meum, eructabo abſcondi-
,, ta à conſtitutione mundi. Hoc autem ita ſe habere non tantùm vniuerſa ſat, latèque Sacra demonſtrat Scriptura; In qua (teſtante Chryſoſtomo *Homil. 21. in Geneſ.*)
,, quot periodi, tot arcana: quot verba, &
,, & apices, tot myſteria eruditorum obtu-
,, tui exponuntur lectorum: Sed & veterum plurima ſapientum ſymbola, zoroaſtrica ſcilicet, orphaica, pythagorica &c. Nam cupientes aliquid de Deo, de Genijs, de Mundo, Animantibuſque illi tradere ſummi viri; ita quibuſdam verborum gyris, atque mæandris, obſcura ſunt locuti, vt non niſi à peritiſſimo veteris doctrinæ
2 Myſta, penetrari queant. Et quis equidem (vt cætera mittam) Zoroaſtri illud effatum, fortè à prædeceſſoribus Sanctis ſucceſſiuè acceptum Patriarchis, nimirum:

Vbi paterna monas eſt.

abſque ingenij exantlato labore, de Sacroſancto Triadis Myſterio intelligere valebit: Quod tamen eidem omninò aptari poſſe, *tom. 2. Ædipi ægyptiaci, claſſ. 3. §. 1. num. 1.* Athanaſius Kircherius, hoc pacto ſapien-
,, ter oſtendit: Si enim monas paterna eſt,
,, vtique ea relationem dicet ad filium, qui
,, eſt ſecunda Diuinitatis ſubſiſtentia: Et ſi
,, Filius cum Patre vnum eſt, vtique tertia
,, dabitur relatio mutui in ſe inuicem amo-
,, ris, quæ eſt tertia Diuinitatis forma, vt
,, Ægyptij loquuntur: Quæ omnia pulchrè
,, conſentiunt illi Hermetico epiphonemati:
,, Monas monadem genuit, & in ſe ſuum
,, reflexit amorem.

Nec ſacrarum idcircò, diuinarumque
3 Scriptores rerum, bonum tam expetibile,

ſuaque natura maximè diffuſiuum, veluti
verbum æternæ vitæ, griphis, ænigmati-
buſq; adeò claudebant, vt illud *Matthæi* 23.
,, Væ vobis, qui clauditis regnum cælorum;
,, eis videretur fore inculcandum: Etenim
(interprete Chryſoſtomo, *tom.* 3. *Hom.* 44.)
,, Non ſunt Scripturæ clauſæ, ſed obſcuræ,
,, vt cum labore inueniantur. Quandoqui-
dem, operæ pretium minimè exiſtimabant
ignaris, rerumque inexpertis ea proponere,
quæ cùm ex ſe ſe, & natura ſua altiſſi-
ma ſint, & obſcuriſſima; facilè eos, dum
talia inexpiatis animis, temerario auſu pe-
netrare inconſultiùs præſumerent, in va-
riarum opinionum, errorumque præcipi-
tia deducere poterant: Dum enim altiora
non capiunt, ea plerumque contemnunt,
vt dum prudenti rerum conſultatione de-
ſtituuntur, turpi confuſione eoſdem enta-
ri neceſſe ſit: nam, vt inquit Auguſtinus
,, in *Pſalm.* 140. Benè ſunt in ſcripturis my-
,, ſteriorum profunditates, quæ ob hoc te-
,, guntur ne vileſcant: ob hoc quæruntur, vt
,, exerceant: ob hoc operiuntur, vt paſcant.
Quod non obſcure quoquè *in Aſclepii cap.* 1.
olim aſſeruerat Triſmegiſtus, dicens: Tra-
,, ctatum autem tota numinis maieſtate ple-
,, niſſimum, irreligioſæ mentis eſt, multo-
,, rum conſcientiæ publicare. Quamobrem
4 Henricus, 1. *par. art.* 20. *quæſt.* 3. *num.* 4. & *ſequen.* Arcana ſacræ, ſublimiorisque do-
ctrinæ, per modum occultationis, qui eſt
verè diuinus prouectis ſaltem, & exercita-
tis hominibus, hiſce alijs de cauſis eſſe pro-
ponenda expreſsè docuit. Primò ſcilicet,
vt copioſiores, vberioreſque ſint in expli-
,, cando: nam Sermonis obſcuritas (inquit
,, Auguſtinus, 11. *de Ciuit. cap.* 19.) etiam
,, ad hoc vtilis eſt, quòd plures ſententias
,, parit, & in lucem notitiæ producit, dum
,, alius eum ſic, alius autem ſic intelligit.
,, Secundò, vt indignos, & faſtidientes ſtu-
,, dere lateat, cùm ſecundum Chryſoſtomũ,
,, *Hom.* 44. *in Matth.* 23. *citata*; Obſcura ſit
,, notitia veritatis, ne non tam vtilis inue-
,, niatur, quàm contemptibilis: Contem-
,, ptibilis enim eſt ſi ab illis intelligitur, à
,, quibus nec amatur, nec cuſtoditur. Non
,, ergo abſcondita eſt in ſcripturis veritas, vt
,, non inueniant qui quærunt eam, ſed vt
,, non videant qui quærere eam nolunt, vt
,, ad illorum quidem gloriam pertineat, qui
,, inueniunt eam, quia deſiderauerunt eam,
,, & quæſierunt, & inuenerunt: ad illorum
,, autem condemnationem, qui non inue-
,, niunt eam, quia non deſiderauerunt eam,
,, nec quæſierunt, nec inuenerunt. Nec po-
,, teſt ei eſſe excuſatio condemnationis
,, ignorantia veritatis, quibus fuit inuenien-
,, di facultas, ſi fuiſſet quærendi voluntas.
Tertiò denique, quia (vt paulò ſuperiùs
,, idem tradit Chryſoſtomus) Deus voluit
,, alios eſſe doctores, alios verò diſcipulos:
,, Si autem omnes omnia ſcirent, Doctor
,, neceſſarius non erat, & eſſet ordo rerum
,, confuſus.

Verùm enim verò, horum (ni fallor)
5 gratia, Vates, ac Sapientes, Symbolicam,
hoc eſt ſignificatiuam excogitarunt Theo-
logiam: cum ſecundum Dionyſium,
,, *epiſt.* 9. *ad Titum Pontificem*, nil aliud ſit,
,, quàm ea facultas, qua per obſcura quædam
,, ænigmata, diuinam illam, plenamque
,, myſterijs, ac profanis inacceſſam veritatem
,, enuntiamus. Quo ſenſu, iam pridem
,, Paulus. 1. *Corinth.* 2. ſcripſerat: Loquimur
,, Dei ſapientiam in myſterio, quæ abſcondi-
,, ta eſt, quam prædeſtinauit Deus ante ſecu-
,, la in gloriam noſtram. Et inferiùs *cap.* 13.
,, addiderat: Videmus nunc per ſpeculum
,, in ænigmate; tunc autem facie ad faciem.
Procedit autem huiuſcemodi facultas,
(quæ profectò poſitiuæ pars quædam eſt
Theologiæ) ad inacceſſam illam profanis,
enuntiandam veritatem pluribus, varijſ-
que elocutionum formis: Emblematibus
ſcilicet, Parabolis, Apologis, Ænigmis,
& Hieroglyphicis, quorum ſingula iterum
varios ramos poſſident, vt notat Kirche-
rius *in ſuo Ædipo ægyptiaco par.* 1. *claſſ.* 1. *ſym-
bol. cap.* 1. *in fin.* Nam ſicut Symbolum (ge-
nericè tamen acceptum, quatenus ſcilicet
ad ea omnia ſe extendit, quæ rem aliquam
in qua ineſt aliquid obſcuritatis figuratè ſi-
gnificat) præfata, aliquo modo compre-
hendit, vt ibidem idem docet Kircherius:
ita ſymbolica doctrina, eadem in ſe præ-
6 continere habet. Quare, emblematibus
toties videbitur procedere, quoties ſym-
bolum aliquod ingenioſum, ſuaue, mora-
le, ex pictura, & lemmate conſtans, pro-
ponit, quo animi conceptus, & nutus,
grauiori aliqua ſententia, aut lemmate fi-
guræ ſimilitudine quadam conueniente,
indicari ſolet (ſic enim Emblema apud
Cauſſinum *in prolog. ſymbolicæ ægyptiorum ſa-
pientiæ*, alioſque definitur communiter.)
Vt dum lignorum per duorum compagi-
,, nem, in quibus extabat inſcriptum: Iudæ,
,, & filiorum Iſrael ſociorum eius, Ioſeph
,, lignum Ephraim, & cunctæ domus Iſrael,
,, ſociorumque eius, *Ezechiel.* 37. Iudæos, &
Iſraelitas, ſiue Samaritas, iam inter ſe con-
trarios, in Eccleſia per fidem, & gratiam
Chriſti tandem vniendos eſſe, quampluri-
mi apud Cornelium à Lapide fideliſſimè
,, ſentiunt. Aut per Equitem diademata ge-
,, ſtantem multa, habentemque in veſtimen-
,, to ſanguine aſperſo, & in femore ſuo ſcri-
,, ptum: Rex Regum, & Dominus domi-
,, nantium, *Apocalyp.* 19. Poteſtatem omnem,
Chriſto etiam vt homini deſuper eſſe col-
la-

Digitized by Google

latam; contra Petrum de Cugnerijs, *par.1. tom.4. Bibliot. PP.* optimè, interpretatur
7 Bertrandus Card. & Epiſcopus Eduenſis. Si verò Parabola *3. Rhetor.cap.11.* quædam ſimilitudo eſt, ducta à forma ad formam hoc eſt, rerum alioquin diuerſarum, in vna, aut pluribus affectionibus collatio, vt explicat Kircherius, *loco citato*: tunc prædictã inacceſſam Symbolica veritatem, parabolis, & prouerbijs enunciabit facultas, ſi metaphorica aliqua oratione, quæ aliquid quidem ſignificet, ſed id non ſit apertum ſtatim ex ipſis verbis, ſed habeat latentem ſenſum, ingenioſè vtetur: cuiuſmodi ſunt
„ illæ Salomonis parabolæ: Sicut diuiſiones
„ aquarum, ita cor Regis in manu Domini,
„ 21. Sicut qui mittit lapidem in aceruum
„ Mercurij, ita qui tribuit inſipienti hono-
rem, 26. aliæque plurimæ etiam euangelicæ, de quibus plena ſunt Sacrarum Scripturarum volumina, quas libenter hic citarem niſi molem præſentis inſtituti rebus non ita neceſſarijs, crederem auctum iri.

8 Item Apologis, fabuliſque hoc idem præſtabit venuſtis, dum irrationabilia inter ſe colloquentia, vel homines cum illis ad aliquid aliud inſinuandum lepidè faciet; Apologus enim ex Gellio *lib.2. noct. attic. cap. 29. & Quintil. lib. 5. inſt. cap. 11.* nil aliud eſt, quàm figmentum quoddam, quo ex proprietatibus, & moribus animalium, vel eorum natura, aut etiam inſenſibilium naturalibus operationibus, & effectibus, vel bonum, quod amplexandum, vel malum, quod fugiendum eſt docemus ad vitam hominis benè, beatèque tranſigendam ordinatum, canente Phædro. *lib.2. præfat.*

Nec aliud quicquam per fabellas quæritur,
Quàm corrigatur error vt mortalium,
Acuatque ſe ſe diligens induſtria.

Quamobrem, vt Abimelechi deteſtabilem in Iſraelitarum Regem, viris Sichem Ioatham exprobaret electionem *Iudic. 9.* Ligna, de Rege ſibi conſtituendo, inter ſe conſultantia, affabrè introduxit. Item, diuina ſecreta, nimia curioſitate non eſſe ſcrutanda, Syluarum fabella, mari bellum temerè illaturarum, Prophetam Eſdram *lib. 4. cap. 4.* Vriel Angelus vrbaniter admonuit. Et vaſtatam penitùs eſſe Tyrum, nullo alio expreſſiori ſermone Iſaias, 23. quàm apologo maris Sidonem illi proximam ciuitatem, quæ non nihil in ipſa Tyro poſuerat ſpei, vt ſimul de communi erubeſceret iactura adhortantis, explican-
„ dum putauit. Quæ omnia (vt inquit Au-
„ guſtinus lib.contra mendacium) ficta qui-
„ dem narratione, ſed veraci ſignificatione
„ dicta ſunt. Nec ænigmatibus penitùs care-
9 re ſolet ſymbolica Theologia, Quandoquidem plurima, mira occultatione proponit, adeò vt neque res, neque rei ſignificatum intelligatur, priùs quàm inuolucri modus reſectus fuerit, in quo Ænigmatis, Griphique ratio ſecundùm Kircherium *œdipi ægypti. tom.2. par.1. claſſ.1. ſymbol.cap.4.* præcipuè videtur conſiſtere, vt eſt illud
„ *Ioelis* 1. Reſiduum Erucæ comedit Locu-
„ ſta, & reſiduum Locuſtæ comedit Bru-
„ chus, & reſiduum Bruchi comedit Rubigo: quod de euerſione Iudeæ primùm per Chaldeos: deinde per Medos, & Perſas, qui ſubuerſo imperio Chaldeorum, Iudęos habuerunt captiuos: Tertiò per Macedones, omneſque Alexandri ſucceſſores, qui Perſas deleuerunt: Tandem per Romanos, qui Græcis ſuperatis, omnem iudæam terram vaſtauerunt, optimè interpretatus eſt Remigius Altiſidiorenſis, *tom.1. Bibliot.PP.*
„ *in 12.minores Prophetas.* Vel vt eſt illud aliud
„ Chriſti Saluatoris, *Ioann.* 2. Soluite tem-
„ plum hoc, & in tribus diebus excitabo il-
„ lud, quod dicebat de templo corporis ſui.

10 Hieroglyphicis quoque, ſuis in myſterijs haud procedere reputabitur parum, ſi de virga vigilante, & olla ſuccenſa, *Ierem. 1.* cæteriſque figuris, & imaginibus, quibus ſacræ literæ, maximèque Prophetarum ſcatent vaticinia, mentio tandem habeatur. Hieroglyphica nanque propriè ſunt imagines, & figurę ad aliquid ampliùs innuendum, ex hominum determinatæ arbitrio, quibus præ cæteris, literarum vice, Ægyptiorum vtebantur ſapientes, vt Clemens Alexandrinus *lib.5. ſtromat.* teſtatur, dicens:
„ Cum autem Hieroglyphica, nihil ſint
„ aliud, quàm ænigmaticæ quædam in re-
„ bus arcanis ſculpturæ, hac ratione, eædem
„ Ægyptij Sacerdotes adhibuerunt, ne faci-
„ lè vulgo, abdita rerum ſacrarum myſteria
„ vulgarentur.

Cæterùm, quia Diuinitatis arcana my-
11 ſteria otioſa forent, niſi rationem, qua eorundem participes fieri poſſemus, ſedulò oſtendant Myſtagogi: vt inoffenſo hoc valeant decurrere pede, Schematum, Troporumque, quibus tùm Grammatici, tum Rhetores, & interdum etiam Poetæ vti conſueuere plenam, & exactam omninò illis eſſe neceſſariam notitiam, in primis certò ſciant. Quoniam nullo genere locutionis (inquit Auguſtinus *lib. 1. de Tri-*
„ *nit. cap. 12.*) quod in conſuetudine huma-
„ na non inuenitur, Scripturæ vtuntur, quia
„ vtique hominibus loquuntur. Duodecim autem à Quintiliano *inſtit. lib.8. cap.5.* præcipuè enumerantur Tropi: Metaphora ſcilicet, Synedoche, Methonymia, Antonomaſia, Onomatopæia, Cathachreſis, Metalepſis, Epitheton: Allegoria, Periphraſis, Hyperbaton, & Hyperbole; qui omnes

nes

nes per ſacras latè diffuſi, etiam reperiri paginas, his ex innumeris paucis oſtendi poſſunt exemplis. Maraphora enim ab animatis ad animata manifeſtè habetur tum *Pſalm.* 2. Quare fremuerunt gentes: tum 138. Si ſumpſero pennas meas diluculò. Ab inanimatis ad inanimata, *Zach.* 11. Aperi Libane portas tuas, & comedat ignis cedros tuos. Ab animatis ad inanimata, *Amoſ.* 1. Exiccatus eſt vertex Carmeli. Et ab inanimatis tandem ad animata, *Ezechiel.* 12. *&* 36. Auferam cor lapideum. Synecdoche autem, ponendo partem pro toto, propriè reperitur, *Geneſis* 47. Dies vitæ meæ parui, & mali: & ponendo totum pro parte, *Geneſis* 6. Delebo hominem, quem creaui. Item Methonymia inſinuatur, *Matth.* 20. Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum. Antonomaſia verò, 1. *Reg.* 17. Spurius (ſcilicet pro Goliath) altitudinis ſex cubitorum, & palmi, Onomatopæia, 1. *Corinth.* 13. Factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalum tinniens. Cathacreſis, *Luca* 21. Cadent in ore gladij. Metalepſis, *Pſalm.* 127. Labores manuum tuarum quia manducabis. Et Epitheton, *Eccl.* 42. Dilectus Deo, & hominibus Moyſes, dilucidè exprimuntur. Verba denique illa: Videte regiones, quia albæ ſunt iam ad meſſem, *Ioann.* 4. Allegoriam ponunt. Scimus quoniam ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, quòd ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam æternam in cælis, 2. *Corinth.* 5. Periphraſim formant. In tribulatione inuocaſti me, & liberaui te, exaudiui te in abſcondito tempeſtatis, probaui te apud aquam contradictionis, *Pſal* 80. Hyperbaton aſtruunt. Et ibi vidimus monſtra quædam filiorum Enach de genere giganteo, quibus comparati quaſi locuſtæ videbamur. *Numer* 13. Hyperbolem inferunt: Quia verò Allegoria præſertim, & Hyperbaton alias, ſpecies obtinent: Multaque inſuper Poetæ ſchemata, ac Rhetòres figuras addunt: qui plura vlterius ex ſacris literis, præfatis aptari cupit, Alphonſum adeat Salmeronem *tom.* 1. *prolegom.* 12. & Petrum Garziam *lib.* 2. *inſtit. ad ſacrar. ſcriptur. cognitionem per totum*, qui ea omnia diffuſius expendunt. Hæc itaque pauca perſecuti ſumus, & vt allata Diui Auguſtini comprobata reddatur ſententia, & vt ſymbolicæ, ſacræque ſectatores ſcientiæ ad ipſa perſcrutanda, amplius alliciantur.

Summoperè deinde cauere habent, ne
12 figurata ab ipſis vt propria, aut è contra propria vt figurata vſurpetur locutio, niſi manifeſtum hæreſis ſcopulum impingere velimus: ita Diuo teſtante Auguſtino *lib.* 3. *de Doct. Chriſt. cap.* 3. dum inquit: In principio cauendum eſt, ne figuratam locutionem ad literam accipias. Et ad hoc enim pertinet quod ait Apoſtolus: Litera occidit, ſpiritus autem viuificat. Cùm enim figuratè dictum ſit, accipitur tanquam propriè dictum ſit, carnaliter ſapitur: Neque vlla mors animæ congruentiùs appellatur, quàm cùm id etiam quod in ea beſtijs antecellit, hoc eſt intelligentia, carni ſubijcitur ſequendo literam. Nam qui (vt opportunum aliquod ſtatuatur exemplũ) in illis verbis propriè intelligendis: Hoc eſt, ſcilicet, corpus meum, *Matth.* 26. vel: Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto non poteſt introire in regnum Dei, *Ioann.* 3. tropicam locutionem quærit, & vt ſymbolicam, ac figuratam exponit: apertè hæreticam, atque ab Eccleſia damnatam ſectatur doctrinam, *Conc. Trident. ſeſſ.* 13. *cap.* 1. *propè fin.* Qui verò illa verba: Sunt eunuchi, qui ſe ipſos caſtrauerunt propter regnum Cælorũ, *Matth.* 19. & illa: Si autem manus tua, vel pes tuus ſcandalizzat te, abſcide eum, & proijce abs te, *Matth.* 18. & illud: Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem ſuam: adhuc autem, & animam ſuam non poteſt meus eſſe diſcipulus, *Luca* 14. Qui (inquam) has ſententias ad literam acciperet, ſcelus perpetraret; & impietatem, Deo præcipienti impingeret: cùm in illis per tropum intellectis, Dominus carnis concupiſcentiam reprimendam eſſe docuerit: & eos, qui nobis hærent, etiam ſi perindè cari ſint, atque oculi tanquam neceſſarij, ac pedes, & manus: ſi tamen ad peccatum impellant, abijciendos eſſe à nobis, ac penitus deſerendos, & parentes ipſos, etiam cariſſimos, in negotio ſalutis, ſinè Euangelij, Deo principali omnium noſtrum parenti, poſt habendos ſuaſit. Ita ſentiunt Sancti Patres Hieronymus, & Gregorius apud D. Thomam *in cat. aurea ad cap. Matth.* 18. *&* 19. *atque Luca* 13.

Ea igitur de re, huiuſmodi à Sacris Do-
13 ctoribus aſſignantur Canones. Primò à D. Auguſtino *lib.* 3. *de Doct. Chriſt. cap.* 10. ita docente: Iſte omninò modus eſt, vt quicquid in ſermone diuino, neque ad morum honeſtatem, neque ad fidei veritatem propriè, referri poteſt, figuratum eſſe cognoſcas. Morum honeſtas ad diligendum Deum, & proximum: Fidei veritas ad cognoſcendum Deum, & proximum pertinet: vt ſunt illud *Apocalyp.* 6. Vſquequò Domine (Sanctus, & verus) non iudicas, & non vindicas ſanguinem noſtrum de ijs, qui habitant in terra? Quod non deprecatoriè, cùm proximi charitatem lædat, ſed tantùm propheticè veluti euenturum, eſt interpretandum. Et illud

aliud

aliud *Pſalm.* 81. Ego dixi Dij eſtis, & filij
excelſi omnes, quod non propriè, cùm
Deorum pluralitas, catholica religione
prohibeatur, ſed metaphoricè, & ſimili-
tudinariè communiter vſurpatur. Tale au-
tem primum, & principale ſymbolicæ di-
ſciplinæ præceptum, priorum Decalogi
duorum mandatorum ad inſtar vtique ſe
habet: Sicut enim in his tota lex pendet,
& Prophetæ *Matth.* 22. ita cæteri in eo tra-
dendi Canones, totam reperiunt virtutem:
Operis tamen ad coronidem ponendi cen-
ſentur, ne quidem in hac re bolus à nobis
videatur relictus.

Vnde ſecundò adhuc ponitur: Scriptu-
14 ram Sacram, de Deo, Sanctiſſimaque Tria-
de propriè loqui non poſſe, ſed metapho-
ricè tantùm, & abuſiuè. Cauſa præcipua
eſt, quia cum nomina, tùm verba, ſubli-
mi illi minimè naturæ conueniunt: No-
mina quidem, quia primò ad ſignifican-
das creaturas ſunt impoſita, à quibus Deus,
infinito diſtat interuallo: Verba verò, quia
,, cum tempore ſignificant; at Deus in ęter-
,, nitate ſua, ſuper omne exiſtit tempus. Et
,, ſicut in loco operatur, qui extra omnem
,, locum, & ſuper omnem locum eſt, &
,, omnem locum implet *Ieremiæ* 23. licet il-
lo non circumſcribatur: ita ſuper omne
tempus eſt, & extra omne tempus; & ſi in
tempore operatur tempore tamen non
menſuratur. Hanc regulam tradit, his ver-
bis, Didymus Alexand. *lib.1. de Spiritu San-
cto tom. 9. operum D. Hieron. propè fin.* Om-
,, nis humana vox (inquit) nihil poteſt aliud
,, iudicare, quàm corpora: & Trinitas de
,, qua nunc ſermo eſt, omnes materiales
,, ſubſtantias ſuperat: idcircò nullum ver-
,, bum poteſt ei propriè coaptari, & eius ſi-
,, gnificare ſubſtantiam; ſed omne, quod
,, loquimur per Cathacreſim, id eſt abuſi-
,, uè; & de incorporalibus cunctis, &
,, maximè cùm de Trinitate loquimur. Hæc
ille.

Per tropum tertiò Benigniſſimus ille
15 Pater, & Clementiſſimus, qui vult om-
,, nes homines ſaluos fieri, & ad agnitio-
,, nem veritatis venire 1. *Timot.* 2. dicitur
,, tradere in reprobum ſenſum. *Rom.* 1. Di-
,, mittere ſecundùm deſideria cordis eorum
,, *Pſalm.* 104. Indurare aliquem. *Exod.*4. Ag-
,, grauare, Excæcare *Iſa.* 6. & alia, quæ ſunt
his coniuncta. Ita docet, & explicat Eu-
thymius *in Ioannem cap.* 12. dicens: Hoc
,, ſcripturæ idioma eſt; Dei permiſſionem,
,, quaſi opus eius appellare: ſiquidem excæ-
,, cauit, & indurauit, ſignificant, excæcari,
,, & indurari permiſit tanquam incurabiles:
,, neminem enim vi attrahit propter libe-
,, rum cuiuſque arbitrium. Simile etiam eſt
,, quod dicitur: Indurans indurabo cor
,, Pharaonis. Et declinare feciſti ſemitas
,, noſtras à via tua: frequentiaque ſunt hu-
,, iuſmodi in veteri teſtamento idiomata.
,, Tale quoque eſt, quod apud Paulum dici-
,, tur: Tradidit illos Deus in reprobum ſen-
,, ſum; & tradidit illos in affectiones igno-
,, miniæ. Nam non ſolùm nemini hoc facit,
,, ſed nec relinquit, niſi cum relinquamus.
,, Ait nanque *Iſaiæ* 59. Peccata veſtra diui-
,, ſionem faciunt inter me, & vos. Rurſum-
,, que dicit: Ignoraſti legem Dei tui, igno-
,, rabo, & ego te. Et Dauid. Ecce qui elon-
,, gant ſe à te peribunt.

Quartò verò. Quotieſcunque in ſacris
literis eſt ſermo de vita æterna, quæ in
16 præmium fidelium benè operantium, vel
fortiter in finem vſque promittitur perſe-
uerantium, quæque caris, & nobis pre-
tioſis comparatur rebus, quo magis nos
allicere valeant, per tropos eſt explicanda.
Dicitur enim Merces, *Matth.* 5. & 6. Bra-
uium 1. *Corint.* 9. Denarius *Matth.* 20. Co-
rona 2. *Timot.* 4. Regnum Cælorum *Lucæ*
6. Theſaurus, Margarita. *Matth.* 13. at-
que alijs rerum nominibus, quæ ſub ſen-
ſu cadunt, in quibus profectò fælicitas illa
conſiſtere nequit, de qua legitur *Iſaia* 64.
vt teſtatur *Paulus* 1. *Corint.* 2. Nec oculus
vidit, nec auris audiuit, nec in cor homi-
nis aſcenderunt, quæ præparauit Deus
ijs, qui diligunt illum. Alias cum Cerin-
to, & Chiliaſtis, *Platin. in Sixto*, & *Alphon.
à caſtro. v. Beatitudo hæreſ.* 2. immo cum
Mahometo, *Clenardus lib.* 1. *epiſt.* Beatitu-
dinem in bonis ſenſu, aut carnis delicijs
,, conſtituemus, vt teſtatur Gregorius *Hom.*
,, 11. *in euang* Cælorum Regnum, idcirco
,, terrenis rebus ſimile dicitur, vt ex his, quæ
,, animus nouit ſurgat ad incognita, quæ
,, non nouit, quatenus exemplo viſibi-
,, lium, ſe ad inuiſibilia rapiat, vt per ea, quæ
,, vſu didicit quaſi confricatus incaleſcat; vt
,, per hoc quod ſcit notum diligere, diſcat,
,, & incognita amare.

Quintò tandem. Nihil eſt ſub ſenſu
ſpirituali, loco tribuendum alicui, quod
17 non locum per alium in literali ſen-
ſu manifeſtè traditum inueniatur: adeò vt,
quæ in vno exponuntur loco quanquam
ad tropologiam, vel allegoriam ſpectent;
in alijs tamen locis ad literam extendan-
tur dicta. Vt ſi quis exempli cauſa per
eductionem Filiorum Iſrael de Ægyptiaca
ſeruitutis Domo, *Exod.* 12. myſticè oſten-
dere velit. Negotia ſeculi, & actus carnis
eſſe ſeruitutem: è contra verò talia relin-
quere, & ſecundùm Deum viuere eſſe li-
bertatem, quemadmodum interpretatus
eſt Origenes *Homil.* 8. *in cap.* 20. *Exodi*, re-
cta quidem eſſet explicatio, cùm ſecun-
dùm literam expreſsè habeatur *Ioan.* 8. Si
per-

Digitized by Google

„ permanſetitis in verbo meo, vos agnoſce-
„ tis veritatem, & veritas liberabit vos. Cu-
„ ius regulæ author eſt Auguſtinus *lib. 3. de*
„ *doctrina chriſt. cap. 27.* dùm inquit: Quan-
„ dò autem ex eiſdem Scripturæ verbis non
„ vnum aliquid, ſed duo, vel plura ſentiun-
„ tur, etiam ſi latet quid ſenſerit ille, qui
„ ſcripſerit, nihil periculum eſt, ſi quodli-
„ bet eorum congruere veritati ex alijs locis
„ Sanctarum Scripturarum doceri poteſt: id
„ tamen, eo conante, qui diuina ſcrutatur
„ eloquia, vt ad voluntatem perueniatur
„ authoris, per quem ſcripturam illam San-
„ ctus operatus eſt Spiritus: ſiue hoc aſſe-
„ quatur, ſiue aliam ſententiam de illis ver-
„ bis, quæ fidei rectæ non refragatur excul-
„ pat, teſtimonium habens à quocunque
„ alio loco diuinorum eloquiorum. Hæc
„ ille, qui inferius addit: Nam quid in diui-
„ nis eloquijs largiùs, & vberiùs potuit diui-
„ nitus prouideri, quam vt eadem verba,
„ pluribus intelligantur modis, quos alia
„ non minus diuina conteſtantia faciant ap-
„ probari?

Cæterùm plures, ac plures alios, talem ſymbolicam concernentes doctrinam, D.
18 Auguſtinus *lib. 3. citato de doct. chriſt. per*
totum, canones conſtituit; quos idcirco
„ prætereo, vel quia iam in ijs precontinen-
„ tur narratis: vel quia Diuinæ virtutis My-
„ ſteria, quę comprehendi non poſſunt (vt
„ Gregorius *homil. 20. in Ezechielem* inquit)
„ non intellectu diſcutienda ſunt, ſed fide
„ veneranda.

CAPVT III.

Myſticam vt doceãt Sacri Doctores Theologiam; eſto ipſe Deus per ſuperna dona, huius facultatis ſolus Doctor, & Magiſter exiſtat: nonnullas tamen induſtrias, per purgatiuæ, illuminatiuæ, ac vnitiuæ præcepta viæ Diſcipulorum mentibus tenentur ingerere.

SVMMARIVM.

1 *Theologica ſcientia, vtpotè Summi Dei cognitio, non tantum per obſcuram imaginem in quo maximè remoratur ſymbolica Theologia; verùm etiam à viatoribus per ſapientiæ donum, lucis ſupernæ concomitante auxilio, experimentaliter ſuauitate, ſcilicet, & Charitatis dulcedine, in quod Myſtica ſedulò laborat Theologia etiam haberi poteſt.*

2 *Poſitiua Theologia, in ſymbolicam ſecatur, & myſticam: Hæc nil aliud eſt, quam facultas quædam, quæ ad ipſum ſuperſubſtantiale occultum, & Dei caliginem, ſine ſymbolis creata omnia, negatione, tranſcendendo peruadit: Illa verò è contra, quæ Deo, ſcilicet, in Scriptura ad verba noſtra deſcendente, ſenſibiles nobis illius figuras, obijcit, quare priore latior eſt, magiſque extenſa.*

3 *Theologia myſtica bifariam conſiderari poteſt, vel ſcilicet in ratione habitus, vel in ratione actus: In ratione habitus nil aliud eſt, quam ipſum Sapientiæ donum, non quidem vt tale donum importat gratiam gratis datam, ſed gratiam gratum facientem. In ratione verò actus, eſt verè, & propriè contemplatio; quare diuerſimodè deſcribitur, ex quibus autem deſcriptionibus, huiuſmodi doctrina varia eruuntur documenta.*

4 *Contemplatio eſt mentis in Deum ſuſpenſæ eleuatio, æternæ dulcedinis gaudia deguſtans: quare idem videtur, quod Theologia myſtica in ratione actus, quæ nil aliud eſt, quàm experimentalis cognitio habita de Deo per amoris vnitiuũ complexum, quod vtique, multis rationibus oſtenditur, & authoritatibus.*

5 *Theologiam myſticam ſolus Deus in ſpiritu hominem docet: aliæ verò ſcientiæ etiam ab hominibus traduntur; idcircò ſummam continet dulcedinem, quam in quodam raptu eſſe ſe expertum latè teſtatur Diuus Hieronymus ad virgines ſcribendo Deo dicatas.*

6 *Myſtica Theologia, eſto Deus ſolus Doctor, & Magiſter exiſtat: promptitudo tamen ingenij eiuſque habilitas, quæ ſtudio, & labore plerumque comparantur induſtria maximè iuuantur. Quare diſcipulorum ingenia, ad hoc vt aliqua imbuantur induſtria, ab ijs, qui myſticam profitentur Theologiam, legibus, ac præceptis inſtitui debent*

7 *Virtutum regina Charitas, in incipientem, proficientem, & perfectam diuiditur, non eſſentialiter, ſicut in diuerſas ſpecies, ſed accidentaliter, veluti in diuerſos ſtatus, & ordines: Quibus ordinibus, triplex item reſpondet via: purgatiua, ſcilicet, illuminatiua, & vnitiua; quarum etiam in quo vnaquæque conſiſtat, explicatur partitè.*

8 *Incipientes, vt purgatiuam percurrant viam, de hoc præcipuè monendi ſunt; videlicet, vt quod in ipſis peccatum euerterat, pænitentia reſtituat; & quod extulit ſuperbia, deprimat humilitas. Ita ſanè ſummi docuere Magiſtri, Chriſtus ſcilicet, & Ioannes, pluribus Euangeliorum in locis.*

9 *Quædam Athletarum ad ſtuporem enarrantur geſta, per hanc tendentium purgatiuam viam; Quare de vnaquaque prædictorum anima, illud Cantic. 3. Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum ſicut virgula fumi, ex aromatibus myrrhæ, & thuris, poterit affir-*

mari

màrì ; tum per talia, humilitas, & pænitentia ſymbolicè accipiantur.

10 *Proficientes, per ſacrarum literarum ſtudium, & meditationem, illuminatiuam ingrediuntur viam ; cùm cęleſtis radius animam illuſtrans, ſupernorum in ſcripturis latentium arcanorum, iugis ſit meditatio : quare ſpirituales Doctores, per illuminatiuam, ad vnitiuam, ſuos diſcipulos perducent viam, ſi varios ſcripturarum ſenſus, meditandi ſtudio, ipſis aperient.*

11 *Ex vna, & eadem Sacrarum Scripturarum luce, ad illuſtrandam mentem, veluti lumina, quatuor deriuantur ſenſus ; videlicet Literalis, vel Hiſtoricus ; Anagogicus ; Allegoricus, & Tropologicus, vel Moralis. Quicquid vnuſquiſque ſit explicatur ; & talibus vſum fuiſſe Chriſtum in docendo, manifeſtè oſtenditur.*

12 *Perfecti tandem, vt vnitiuam ingrediantur viam, creatis ab omnibus non tam ſenſibilibus, quam intelligibilibus, in ipſis expetitur auulſio. Cùm enim non tantùm ſenſus, verùm etiam, & intellectus, circa exteriora obiecta ad ſuas exeant operationes, ſimul cùm illis egreditur anima, & circa eadem diffunditur obiecta, atque ita incuruatur ſub ſemetipſa, nec ſupra ſe valet aſcendere.*

13 *Quomodo autem abnegatis omnibus, quę vel ſentiri, vel imaginari, vel intelligi poſſunt, ad vnionem Dei, mens venire poſſit, exemplo Statuarij aptè inſinuatur : Nam ſicut is ad educendam formam latentem ex ligno, niſi ablatis exterioribus partibus ligni ipſam impedientibus, diſponi nequit ; ita ad vnionem, & cognitionem Dei, niſi per abnegationem omnium, quæ Deus non ſunt, mens noſtra accedere nõ valet: Deo enim magis cõgruunt prædicata negatiua, quã affirmatiua.*

CVm theologica ſcientia, Summi Dei, videlicet notitia, non tantùm per ſpeculum, & in ænigmate. 1. *corinth.* 13. hoc eſt
1 per obſcuram imaginem (vt cum interlineari loquar) in quo ſymbolica remoratur quammaximè Theologia; verùm etiã à viatoribus per Sapientiæ Donum, mirificæ, ac ſupernæ lucis concomitante auxilio, experimentaliter ſuauitate, ſcilicet, & Charitatis dulcedine, vt 1. *par. q.* 43. *art.* 5. *ad.* 2. non obſcurè docet D. Thomas, in quod Myſtica haud ſegniter laborat Theologia, plerumque habeatur : opere pretium duxi : ijs, quibus incumbere ſymbolicus tenetur Theologus, enucleatis ; ea ſtatim prodere, quæ myſticus, & contemplatiuus, docendo curare debet. Poſitiuam
2 etenim, *lib. de myſtica theol. cap.* 1. in ſymbolicam, & myſticam D. Dionyſius partitus eſt Theologiam ; vbi myſticam illam vocat, quæ ad ipſum ſuperſubſtantiale occultum, & Dei caliginem, ſine ſymbolis creata omnia, negatione, tranſcendendo, peruadit : ſymbolicam verò è contra, quæ Deo, ſcilicet, in ſcriptura ad verba noſtra deſcendente, ſenſibiles nobis illius figuras obijcit, quæ priore latior eſt, magiſque extenſa : eaque de cauſa, dicere ſoliti fuerunt Sanctum Bartholomæum Theologiam, & plurimam eſſe, & minimam, Euangeliumque, & latum, & conciſum ; myſticè, ſcilicet, & aſcendendo conciſum ; ſymbolicè, & deſcendendo, amplum, & latum.

Verùm enim verò, quia de viarum ordine graduumque excogitata ſerie, quibus
3 ad huiuſce progreditur contemplationis apicem, diſſerturi ſumus: nimia verborum in hac conciſione ne laboremus obſcuritate (ad Piſones ita dictante Poeta :

—— Breuis eſſe laboro ?
Obſcurus fio) ——

Myſticæ huius documenta doctrinæ ; ex varijs ipſius definitionum, ſiue deſcriptionum generibus primitùs eruemus: eſt enim rei definitio omnis diſputationis initium, *Moart. de diſtrib. quotid. par.* 1. *quæſt.* 1. *a nu.* 1. Quamobrem ſicut bifariam hæc noſtro iudicio expenditur, ita bifariam verbis definitur : In ratione quippe habitus, vel actus cuiuſcunque obijcitur intellectioni : Quod ſi primo contingat modo, eſt donum gratiæ gratum facientis ſupernaturale infuſum, charitati inſeparabiliter iunctum, vt docet Dionyſ. Carthuſ. *in cap.* 5. *Dionyſij Areop. de myſt. Theol. q.* 2. *prior.* Idcirco (in-
,, quit ipſe) realiter idem eſt, quod præſtan-
,, tiſſimum donum Spiritus Sancti, quod Sa-
,, pientia nuncupatur, ſumendo ſapientiam,
,, non vt de qua ait Apoſtolus 1. *corinth.* 12.
,, Alij per Spiritum datur ſermo ſapientiæ :
,, ſed vt de qua loquitur *Iſaias* 11. Requieſcet
,, ſuper eum Spiritus Dominus, Spiritus ſa-
,, pientiæ, & intellectus &c. Sapientia nanque, quatenus etiam Sancti Donum eſt Spiritus, & gratia gratum faciens, ſecundùm D. Thomam 2. 2. *q.* 45. *art.* 3. eſſentialiter reſidet in intellectu, licet in voluntate, fundamentum, & radicem habeat, nempe Charitatem : ideoque nil aliud eſt, quam rectum iudicium de rebus diuinis cognitis per altiſſimam cauſam, ex quadam vnione, & connaturalitate ad Deum; quam facit diuina charitas, vt ipſam, ex eodem D. Thoma *q. & artic citatis*, adæquatè deſcribunt Salmanticenſes *in arb prędic. virt.* §. 4. *num.* 23. Ex guſtu enim (ſubinferunt) ſiue ſapore, qui ex amore percipitur, oritur viſus, & cognitio ſecundùm illud *Pſal.* 33.
,, Guſtate, & videte. Vnde S. Dionyſ. *cap.* 2.
,, *de diuinis nomin.* de Hieroteo ſcribit, quod

erat perfectus in diuinis, non vt addiſcens, ſed vt patiens. Qui ſanè eſt altior modus cognoſcendi, & iudicandi, dum effectus, & amor faciunt veriſſimas, & pulcherrimas apparere proprietates, & perfectiones obiecti amati. Propterea idem D. Thomas 1. *par. q. 43. art. 5. ad* 2. docet, quod propriè dicitur ſapientia, quaſi ſapida ſcientia iuxta illud *Ecclef.* 6. Sapientia doctrinæ ſecundùm nomen eius eſt. Si autem ſecundo contingat modo, adeo vt hæc myſtica facultas in ratione actus noſtræ obijciatur intellectioni: Eſt, (inquit idem Carthuſianus *loco citato*) ipſa mentis in Deum defixio, admiratio maieſtatis, ſuſpenſio animi in lumen immenſum, ac æternale, fruentiſſima, ac quietiſſima, & transformatiua, ſeu abſortiua inſpectio Deitatis. Quare iure optimo D. Bonauentura *tom. 1. lib. de illumin. Eccleſ. in Hexameron. ſerm.* 2. *propè fin.* Contemplationem eam vocat: Nam ſicut in ratione habitus, hæc idem eſt cum Sapientiæ dono, vt paulò ſuperiùs inſinuatum eſt: ita in ratione actus, vera & propria contemplatio erit; cùm rigoroſa, & propria contemplatio, huiuſmodi Sapientiæ doni actus præcipuus, & principalis ſit. *D. Thom. 2. 2. q. 45. cit. art. 5. & D. Bernard. itin. 3. ætern. diſ.* 2. Quod adeò ratum, firmumque habetur, vt Contemplationis, & Myſticæ in ratione actus huiuſcemodi Theologiæ deſcriptiones præcipuas, idem
4 furnus (vt ita dicam) idem duxiſſe videatur trochus. Contemplatio etenim (inquit D. Bernardus *tom. 2. lib. de ſchola clauſt.*) eſt mentis in Deum ſuſpenſæ eleuatio, æternæ dulcedinis gaudia deguſtans; quem ſequitur D. Thomas 2. 2. *tota quæſt.* 180. D. Bonau. *itiner. 3. ætern. diſ.* 2. Richard. de S. Victore *lib. 1. de contempl. cap.* 8. atque alij. Myſtica verò Theologia in ratione actus conſiderata, vt apud Gerſonem, *3. p. ſui operis tract. de Myſtica Theolog. ſpecul. p. 6. conſid.* 28. inter alias habetur definitiones; Eſt experimentalis cognitio habita de Deo per amoris vnitiui complexum. Quæ verba ſi altè perpenſa fuerint, vtique idem adamuſſim experiemur ſonare: Nam experimentalis de Deo cognitio, habita per complexum amoris vnitiui, non eſt vtcunque cognitio, videlicet, vt cognitum duntaxat eſt in cognoſcente, verùm inſuper, vt amatum eſt in amante, & conſequenter ſecundùm talem inſtitutionem, vel inſtructionem intellectus, qua prærumpat in affectum amoris, vt dicitur *Ioann.* 6. Omnis, qui audiuit à Patre, & didicit venit ad me, *& Pſalm.* 38. In meditatione mea exardeſcet ignis; quemadmodum expreſſis verbis Sanctus loquitur Aquinas. *1. p. q. 43. cum art. 3. tum art. 5. ad* 2. Quæ vtique cognitio regulariter fit quotieſcunque auxilio gratiæ, & ſupernaturalis luminis, contingit ab omnibus terrenis, ac temporalibus, ſuſpenſæ eleuatio mentis, æternæ dulcedinis gaudia tantummodò deguſtans, vt docet D. Bonauentura *loc. ſuperiùs alleg. de illuminat. Eccleſ.* Quæ ſcilicet eleuatio, nil aliud eſt, præter veram, & ſummam contemplationem, vt ex D. Bernardo traditum eſt. Qua de re, id *lib. 1. ſuæ myſtic. theol. cap. 48. iuxta emend. Rom.* 1585. ſcitè animaduertens Harphius, ità inquit: Primus, & nobilior modus contemplandi, & conſurgendi in Deum, dicitur myſticus, & ſecretus, quem à filijs ſuis Dominus voluit frequentari, ac ſenſibilia ab eis funditùs amoueri, vt multò fælicius, & verius in ſecretiori thalamo affectus, interiùs in amoris lectulo collocatum ſentiant: quem Iudæi, & Philoſophi, interiùs cæci per per creaturas exteriores diſcurrendo mendicant. Hæc eſt illa mirabilis, & occulta ſapientia vnitiua, quæ per flammigeras affectiones conſiſtit in amoris deſiderio, ac ſine omni meditatione, & inueſtigatione præuia, amantis affectum ſurſum trahit. De qua dicit Dionyſius *lib. de diuin. nomin.* Sapientia eſt digniſſima Dei cognitio per ignorantiam cognita ſecundùm vnionem, quæ eſt ſupra mentem, quando mens ab omnibus alijs recedens, poſtea ſe ipſam demittens vnita eſt ſuperſplendentibus radijs, imperſcrutabili, & profundo lumine ſapientiæ illuminata.

Et *lib. 2. p. 2. cap.* 21. breuiùs, ſed clariùs
5 inquit: Myſticus, & occultus conſurrectionis modus, vocatur à Dionyſio Myſtica Theologia, quia eſt occultiſſima Sapientia, quam immediatè ſolus Deus in ſpiritu hominem docet, aliæ autem ſcientiæ, à mortalibus Magiſtris etiam traduntur. Vndè Apoſtolus *1. ad Corint.* 2. dixerat: Loquimur Dei ſapientiam in myſterio, quæ abſcondita eſt &c. nobis autem reuelauit Deus per ſpiritum ſuum. Quam ſibi quoque reuelatam (vt de cæteris ſileam) *pſal.* 50. iam Regius manifeſtè aſſeruit Pſaltes, dicens: Ecce enim veritatem dilexiſti: incerta, & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi. Cuius dulcedinem (vtpotè à Patre luminum edoctus) inter plurimos quandoque expertus Hieronymus in eo libro, quem de virginitate ediderat ſeruanda, his verbis talia expreſſit: Poſt multas lacrymas, poſt cælo inhærentes oculos, nonnunquam videbar mihi intereſſe agminibus Angelorum, & lætus gaudenſque cantabam: Poſt te in odorem vnguentorum tuorum curremus. Et ad Virgines Deo dicatas, ſcribens, ait: Experto itaque ſeni deuotè conſulenti credite filiæ: ſi ſe-

mel

„ mel guſtatis; quàm dulcis eſt Dominus ad
„ eum accedentes, lapidem viuum, ab ho-
„ minibus quidem reprobatum, à Deo au-
„ tem electum, poteritis ab eo illud, audire:
„ Venite, & oſtendam vobis omne bonum,
„ & tunc oſtendet vobis talia, qualia non
„ niſi mentes aſſuetæ norunt. Scio quid lo-
„ quor, chariſſimæ. Nam vt meam inſipien-
„ tiam loquar, ego homunculus ſic abiectus
„ ſic vilis in Domo domini, adhuc viuens in
„ corpore, Angelorum ſæpe choris interfui,
„ de corporeis per hebdomadas ſubſtenta-
„ tionibus, & nutrimentis nihil ſentiens, di-
„ uinæ viſionis intuitu. Poſt multorum for-
„ tè dierum ſpatia, præſcius futurorum red-
„ ditus corpori, flebam. Quid ibi manens
„ felicitatis habebam, quid inenarrabiliter de-
„ lectationis ſentiebam, teſtis eſt ipſa Trini-
„ tas, quam cernebam, neſcio quo intuitu:
„ Teſtes ſunt & ipſi beati ſpiritus, qui ade-
„ rant: Teſtis eſt etiam conſcientia mea, qui
„ tantis bonis ipſe fruebar, quot & qualia ne-
„ ſcit proferre mollities corporis mei. De-
„ nique ſubiungit, dicens: Non poteſt, ad
„ tantæ contemplationis dulcedinem cor
„ ſecularibus plenum negotijs aſpirare: ſed
„ oportet vt ſeculo moriatur, vt ſoli Deo
„ per tantas meditationes, & deſideria ſuper-
„ nis Inhæreat. Vnde granum frumenti ca-
„ dens in terram, niſi mortuum fuerit ſem-
„ per ſic ſolum manet vt cecidit: quod ſi
„ moritur; fructum plurimum affert.

Cum autem, hæc ita ſint, vt myſticæ
huiuſmodi Theologiæ, ſeu abſortiuæ po-
6 tiùs in Deitatem contemplationis, ipſe
Deus per ſuperna dona, ſolus Doctor, &
Magiſter exiſtat: promptitudo tamen in-
genij, eiuſque habilitas, quæ ſtudio, & la-
bore plerumque comparantur, nec intem-
peſtiua, nec alabandicum (vt dici ſolet)
penitus erunt opus. Hæc enim contem-
„ platio (inquit Bonauentura *de Illuminat. loco*
„ *citato*) fit per gratiam, tamen ad hoc iuuat
„ induſtria, vt ſeparetur homo ab omni eo,
quod Deus non eſt, & etiam à ſe ipſo.
Quare diſcipulorum ingenia, hac ab omni-
bus ſe alienandi caducis, artificioſa vt im-
buantur induſtria, ſtatas regulas, firmaque
tenentur quoque aſſignare præcepta, qui
myſticam profitentur, methodo & ratio-
ne, præfatam tradere facultatem. Quod
vtique abſolutè perficient, ſi gradus acri
„ ſtudio, ordinemque perpendent charitatis:
„ Nam hæc ſuprema vnitio (ſubdit D. Bo-
„ nauentura loco nuper citato) per amorem
„ fit; *ad Epheſ. 3.* ſcribente Apoſtolo: In
„ charitate radicati, & fundati, vt poſſitis
„ comprehendere cum omnibus Sanctis,
„ quæ ſit longitudo, latitudo, ſublimitas, &
„ profundum. Diuiditur itaque virtutum
7 omnium Regina Charitas, vt 2. 2. q. 24.
art. 9. eruditè tradit D. Thomas, in Inci-
pientem, Proficientem, & Perfectam, non
quidem eſſentialiter, ſicut in diuerſas ſpe-
cies, propter indiuiſibilitatem obiecti pri-
marij, nempe ipſius Dei in ratione ſummi
boni in ſe ipſo, & propter ſe amabilis, ami-
citiæ amore conſiderati: ſed accidentaliter,
veluti in diuerſos ſtatus, vt in virtutum ar-
bore. §. 4. *n.* 22. latè tradunt Salmanticen-
ſes. Nam quemadmodum in eodem motu
naturali inuenitur primò diſceſſus à termi-
no à quo:, deinde appropinquatio ad ter-
minum ad quem: & tandem quies in hoc
termino: ita in habente Charitatem, primò
recedendi à peccato conſideratur ſtudium,
eius reſiſtendo concupiſcentijs, quæ Cha-
ritatis in contrarium mouent; & hoc ad
incipientes pertinet, in quibus proinde ne
corrumpatur potius eſt nutrienda, quàm
tentationibus nimis probanda Charitas.
Secundò conſideratur, quòd in bono pro-
ficere, creſcere, & roborari homo princi-
paliter ſtudeat; & hoc ad proficientes ſpe-
ctare videtur, qui ad hoc ſummopere in-
tendunt, vt in eis charitas per augmentum
roboretur, ſtatumque quaſi virilem acci-
piat. Tertiò conſideratur, quod homo in-
hærere Deo, ipſoque frui principaliter in-
tendat; & hoc ad perfectos pertinet, quo-
rum eſt illa vox ad Philippenſes 1. Coar-
„ ctor autem è duobus deſiderium habens
„ diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Cæterum
„ eum Charitas, Angelis faciat conſimiles
S. Cæſarius exhort. ad cuſtodiend. charit. tom. 5.
Biblio. PP. & purgare, illuminare, & perfi-
cere Angelorum officium ſit. *D. Dionyſ. de*
cæleſ. Hierarch. cap. 10. Purgatiuam idcircò
Incipientes, Proficientes illuminatiuam, &
vnitiuam Perfecti in Charitatis ſtadio cur-
rentes, vias tenere debent, *D. Bonau. de myſt.*
theolog. in prologo, & cap. 1. Ioann. Gerſon. p. 3.
tract. de myſt. theolog. pact. conſid. 1. atque alij
quamplurimi. Nam Purgatiua eſt (inquit
„ Bonauen.) qua mens ad diſcendam veram
„ ſapientiam diſponitur: Illuminatiua, qua
„ mens cogitando ad amoris inflammatio-
„ nem accenditur: Vnitiua verò, qua mens
„ ſuper omnem intellectum, rationem, &
„ intelligentiam à ſolo Deo ſurſum actu di-
„ rigitur.

His igitur monitis, atque induſtrijs, ad
8 purgatiuam percurrendo viam incipientes
erudiendi ſunt profectò: nimirum, vt
quod in ipſis extulit ſuperbia, deprimatur
humilitate: & quod peccatum euertit, pœ-
„ nitentia reſtituatur: Ante enim, quàm illa
„ Sapientia (addit Bonau. *loc. nuper cit. cap. 1.*
„ *part. 1.*) quæ Deus eſt beatiſſimus in ſpiri-
„ tu rationali, veluti in domo propria con-
„ quieſcat, iuxta illud: Anima iuſti ſedes eſt
„ ſapientiæ; oportet vt de ipſa iudicium, &

„ iuſtitia fiat: Dicitur quidem *pſalm*.88. Iuſti-
„ tia, & iudicium præparatio ſedis tuæ. Iu-
„ dicium, vt ſicut à Creatore ſuo, ſe auer-
„ tendo (ſicut fit in omni peccato mortali)
„ ipſum contempſit Creatorem, pro creatu-
„ ra lamentabiliter relinquendo: ſic ipſa hu-
„ milietur totaliter, & humiliatio ipſius in-
„ cipientis,intantùm ipſius clementiam pro-
„ uocet, inquantùm ipſius contemptus diui-
„ nam contra ſe ſententiam in peccatis an-
„ terioribus prouocauit. Oportet etiam, vt
„ ibi ſit iuſtitia, vt illa anima, quæ aliquando
„ delectationem Creatoris, in delectationem
„ creaturę, peccatis ſuis exigentibus commu-
„ tauit, quod in tantum doleat, vel ſaltem ſe
„ non dolere doleat:vt diuinæ iniuriæ ſecun-
„ dùm iudicium ipſius tàm miſericordis, vi-
„ deatur ſecundùm humanã iniuriam aliqua-
„ tenus ſatisfactum, iuxtà illud *Apocal*. 18.
„ Quantum glorificauit ſe, & in delitijs fuit,
„ tantùm date illi tormentum, & luctum: vt
„ ſecundùm artem medicinę per duo con-
„ traria, ſcilicet per humilitatem contra pri-
„ ſtinum contemptum; per dolorem de pec-
„ catis contra priſtinam delectationem,quaſi
„ naſcens denuo,illi qui eſt ſumma maieſtas,
„ & indeficiens bonitas, per vnitiuum gluti-
„ num ardentiſſimi amoris vniatur. Ità ſa-
nè altiſſimæ huius ſapientiæ, ſuos docuere
tyrones Summi Magiſtri Chriſtus,& Ioan-
nes; dum ille, Diſcite à me, dixerat *Matt*.
„ 11. quia mitis ſum, & humilis corde: Et
filium hominis ſe vocabat ſæpius, quàm
filium Dei *Matt*.4. Nam licet eſſet vtrun-
que, ab inferiore tamen frequentius ſe no-
minabat: Nec alio, diſcipulorum de pri-
matu regni contentiones ſedauit, quàm
„ humilitatis conſilio, dicens: Niſi conuerſi
„ fueritis, & efficiamini ſicut paruuli non in-
„ trabitis in Regno Cœlorum: Quicunque
„ ergo humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte
„ (quem ſtatuerat in medio eorum) hic eſt
„ maior in Regno Cœlorum, *Matt*.11. Iſte
autem, (ſcilicet Ioannes) exiſtimanti popu-
lo quod ipſe eſſet Chriſtus, *Ioann*.1. Non
„ ſum ego Chriſtus protinus reſpondit:
„ Tamque humiliter de ſe loquebatur,vt ne-
que Propheta, & ſi Dominus pluſquam
affirmaſſet Prophetam; ſed vox clamantis
„ in deſerto, tantùm cenſeri voluerit. Cæte-
„ rùm quod pænitentiam ſimul docerent,
„ *Marci* 1. habetur:Poſtquam autem traditus
„ eſt Ioannes, venit Ieſus in Galilæam præ-
„ dicans Euangelium Regni Dei, & dicens:
„ Quoniam impletum eſt tempus, & appro-
„ pinquauit Regnum Dei: pænitemini, &
„ credite Euangelio: *& Lucæ* 13. Niſi pęni-
„ tentiam habueritis, omnes ſimiliter peribi-
„ tis. Quoniam oportebat Chriſtum pati,
„ *Lucæ* 24. & reſurgere à mortuis tertia die,
„ & prædicari in nomine eius pænitentiam,
„ & remiſſionem peccatorum in omnes gẽ-
„ res. De Ioanne item, *Matth*.3. apertè legi-
„ tur: Prædicans in deſerto Iudæę, & dicens:
„ Pęnitentiam agite, appropinquabit enim
„ Regnum Cœlorum &c. Facite ergo fru-
„ ctum dignum pęnitentiæ, & ne velitis di-
„ cere intra vos patrem habemus Abra-
„ ham.

Hinc priſcorum, ad perfectionem per
hanc tendentium purgatiuam athletarum
9 viam, hæc ad ſtuporem apud Climacum
„ enarrantur geſta: Inquit enim *lib. triginta*
„ *graduum grad*.5. *de pænit*. Quoſdam vidi no-
„ ctibus totis vſque mane ſubdio ſtare per-
„ uigiles, pedeſque immobiles tenere: cum-
„ que ſomno miſerabiliter oppreſſi agitaren-
„ tur, vim naturæ inferre, nullamque ſibi
„ ipſis requiem indulgere; ſed ſe ipſos incre-
„ pare, ignominijſque,& contumelijs affice-
„ re, atque excitare. Alios miſerabiliter in
„ cælum intuentes, & illinc adiutorium cum
„ gemitu,& ſuſpirijs, & vocibus inuocantes.
„ Alios in oratione exiſtentes, ac reorum in
„ morem vinctis poſt terga manibus, humi
„ luridas facies inclinantes, indignoſque ſe,
„ qui in cælum aſpicerent vociferantes.Non-
„ nullos in pauimento ſtrato cilicio, & cine-
„ re ſedentes. Alios iugiter pectora tun-
„ dentes. Plurimi, vt in mortibus ſolet fie-
„ ri,ſuper animabus ſuis vlulatum diræ vocis
emittebant &c.Hæc quippè ex multis pau-
ca: nam totum illud caput, ſiuè gradus ge-
mitibus, hominumque humiliatione, ve-
rùm ex intimo corde pænitentiam agentiũ
reperitur plenus. Quare Angeli, omneſq;
creaturæ rationales, vt apud Cornelium à
Lapide *comm. in cap*.3.*cantic. ver*.6.explicant
Nyſſenus, Theodoret. D. Ambroſ. & alii,
tales cernentes animas, Charitatis in ſtudio
„ tyrocinia ponentes, earum ſingulis illud
„ aptare valebunt: Quæ eſt iſta, quæ aſcendit
„ per deſertum ſicut virgula fumi ex aroma-
„ tibus myrrhæ, & thuris, & vniuerſi pulue-
„ ris pigmentarij? Vbi ſcite Bernardus *ſerm*.
„ 59. *inter paruos*, per virgulam fumi, ex aro-
matibus myrræ, & thuris, humilitatem, &
„ pænitentiam ſymbolicè accipit, dicens:
„ Aſcendit anima pænitens per deſertum,
„ peccatorum ſuorum recordando: Aſcen-
„ dit ſicut virgula, eadem peccata humiliter
„ confitendo. Quia Deus, vt ex D. Grego-
rio, Caſſiodoro, Beda &c. egregiè docet
vbi ſupra idem Cornelius veluti ſcientiſſi-
mus pigmentarius,animam piam tentatio-
nibus, tribulationibus morbis, perſecutio-
nibus quaſi malleis conterit, humiliat, &
quaſi in pulueres redigit, vt eius patien-
tiam, & virtutes probet, acuat,& perficiat:
hæ enim tot ærumnis quaſi attritæ, dum
ab igne charitatis corripiuntur, & ſuauius
fragrant, & rectius in Deum inſtar virgulæ
fumi

fumi feruntur: penetrat enim eas trítas
ignis facilius, & in ſubriliorem quandam
naturam concurrit: ſicut odorati paſtilli,
priuſquam acerris, vel thuribulis inijcian-
tur, ſolent conieri, ac in puluerem reda-
cti prunis inijciuntur, vt citius excitetur
fumus, ocyuſque expiret ſuauis illa fra-
grantia, quæ naribus hauriatur.

Purgatiuam Incipientes iam peracti
10 viam, adhuc vt proficiant Illuminatiuam
celerare iubentur, de quodam ipſorum
*pſal.*83. ita reſtante Propheta: Aſcenſiones
,, in corde ſuo diſpoſuit in valle lacrymarum
,, in loco quem poſuit. Nam per gemitus, &
,, lacrymas (inquit Bonauentura *de myſtica*
,, *theol. cap.*2. *part.*1.) anima à rubiginibus
,, peccatorum ablnitur, & per hoc imme-
diatè ad ſuſceptionem diuini radij præpara-
tur. Talis vero radius, cuius mirificè ani-
ma in charitate proficiens illuſtratur iuba-
re, cæleſtium in ſcripturis arcanorum la-
tentium iugis eſt meditatio, docente D. Dio-
nyſio *cap.*1. *de diuinis nominibus*, quod indi-
,, cibilia, caſto ſilentio venantes, ad illuce-
,, ſcentes nobis in ſanctis eloquijs ſplendores
,, exercemur, & ab ipſis illuminamur: Re-
,, gius vnde Pſaltes, vt 16. *moral. cap.*9. expli-
,, cat Gregorius, appoſitè dixerat *pſal.*138. Et
,, nox illuminatio mea in delicijs meis: Quia
,, dum per intellectum myſticum (inquit
,, ipſe) ſtudioſa mens reficitur, iam in ca
,, vitæ præſentis obſcuritas, fulgore diei ſub-
,, ſequentis illuminatur, vt etiam in huius
,, corruptionis caligine in intellectum illius,
,, vis futuri luminis erumpat, & verborum
,, delitijs paſſa, prægustando diſcat quid de
,, pabulo veritatis eſuriat. Quod Sanctum
,, præ cæteris tunc expertum fuiſſe Benedi-
ctum, *Dialog.*2. *cap.*35. idem narrat Grego-
rius: dum intempeſta nocte, meditando di-
uina lumen vidit, quo nox ipſa ita reſplen-
duit, vt cum die poſſet contendere. Mox
totum mundum conſpexit arctè, atquè an-
guſtè conſtipatum perexiguæ pilę inſtar: il-
lam enim lucem, quam animo agitauerat,
oculis vidit, & in ea tanquam in ſpeculo,
mundum vniuerſum. Sed ideò quidem
,, tam paruum, quoniam tanquam momen-
,, tum ſtateræ (vt legitur *Sap.*11.) ſic eſt ante
,, Deum orbis terrarum; & tanquam gutta
,, roris antelucani, qui deſcendit in terram.
Per illuminatiuam igitur in vnitiuam, quã
affectant proficientium ſcholæ, pede tunc
inoffenſo, ſe deducet viam, cum varios Sa-
crarum Scripturarũ ſenſus ſpirituales Do-
ctores, meditandi ſtudio explicabunt eidẽ.
Etenim, vt præclarè *in Luca cap.*1. tradit
,, Theophilactus: Eis, qui ſcripturas ſcrutan-
,, tur nihil poteſt illudere, quia ſunt lucerna,
,, & lumen, quo lucente fur depræhenditur:
,, Scriptura quippe ſancta, quæ ſecundum
Gloſſam *Exod. vlt.* ſub typo nubis Taber-
naculo incubabat per diem, & ſub typo
ignis in nocte videntibus cunctis: Sanctis,
,, & ſuam ignorantiam fatentibus lumen eſt:
,, iniquis verò, & ſcientiam iactantibus, nu-
bes eſt. Quod lumen, qui *Pſal.*118. in ex-
,, ceſſu dixerat: Lucerna pedibus meis ver-
,, bum tuum, & lumen ſemitis meis; à Patre
,, luminum ſic poſtulabat enixè: Illumina
,, oculos meos, & conſiderabo mirabilia de
,, lege tua: nouerat enim *Pſal.*18. Præceptum,
,, Domini lucidum illuminans oculos, & in-
tellectum dans paruulis. Vnde Petrus,
,, ſecundò ſcribens *cap.*1. ſuper his omnibus,
,, ità teſtatur. Habemus firmiorem prophe-
,, ticum ſermonem, cui benefacitis attenden-
,, tes, quaſi lucernæ lucenti in caliginoſo lo-
,, co, donec dies illuceſcat, & lucifer oriatur
,, in cordibus veſtris.

Quatuor proinde ſenſus, totidem veluti
11 lumina, ex hac vna luce, potiores prodire
ſolent: Literalis, ſcilicet, vel Hiſtoricus;
Anagogicus; Allegoricus; & Tropologi-
cus, vel moralis, qui ſi rectè expendantur,
omnem hominem venientem in hunc
mundum profectò illuſtrabunt: Nam ſa-
cra eloquia, docente Paulo, 2. *Timoth.* 3.
ad quatuor ſummoperè vtilia videntur,
dum inquit: Omni ſcriptura diuinitus in-
,, ſpirata vtilis eſt ad docendum, ad arguen-
,, dum, ad corripiendum, ad erudiendum in
iuſtitia vt perfectus ſit homo Dei ad omne
,, opus bonum inſtitutus. Vbi Henric. Gand.
,, 1. *part.* 16. *n.* 9. ex varijs gloſſis ita inter-
,, pretatur. Vtilis eſt ad docendum neſcien-
,, tes, hoc quoad hiſtoriam, in quo primò
,, ſunt imbuendi: Ad arguendum, ideſt ad
conuincendum de malo, hoc quoad alle-
,, goriam, qua hæreſes ſunt damnandæ: Ad
,, corripiendum in malo perſiſtentes, hoc
,, quoad tropologiam, qua vitia refrænan-
,, tur: Ad erudiendum pęnitentes, hoc quoad
,, anagogiam, qua ad cęleſtia properatur.
Quare & ipſe Dominus Ieſus, qui ad illu-
minandum ſedentes in tenebris, & vmbra
mortis à Deo venit Magiſter *Ioann.*3. Sa-
,, cras literas ſecundùm præfatos ſenſus, non
,, ſemel eſt interpretatus. Hiſtoricè nanque
dùm improperantibus, quod die Sabbati,
,, diſcipuli ſpicas euulſiſſent, *Matth.*12. Non
,, legiſtis, reſpondit, quid fecit Dauid cum
eſuriret, & qui cum eo erant, quomodo
,, intrauit in domum Dei, & panes propoſi-
,, tionis manducauit, quos non licebat man-
,, ducare niſi ſolis Sacerdotibus. Anagogicè
,, vero, dùm vitam futuri ſæculi, mortuo-
rumque reſurrectionem Sadducęis ſuadens,
illud *Exod.*3. explanauit dicens: *Matt.*22.
,, De reſurrectione autem mortuorum non
,, legiſtis quod dictum eſt à Deo, dicente no-
,, bis: Ego ſum Deus Abraham, & Deus
Iſaac,

Iſaac, & Deus Iacob? Non eſt Deus mortuorum, ſed viuentium. Allegoricè quidem, cùm ex *Ionæ* 2. ita exprobauit incredulis, *Matth.* 12. Generatio hæc ſignum quærit, & non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ Prophetæ: ſicut enim fuit Ionas in ventre Ceti tribus diebus, & tribus noctibus; ſic erit filius hominis in ventre terræ. Tropologicè randem, dùm ſuis conciuibus, patriam, ſibi deſpexiſſe, obijcientibus ex miſſione Eliæ ad ſeraptaneam viduam 3. *Reg.* 17. & Eliſæi ad Naaman Syrum 4. *Reg.* 5. cùm multæ viduæ, & leproſi eſſent in Iſrael: Neminem Prophetam acceptum eſſe in patria ſua, *Lucæ* 4. manifeſtè oſtendit.

Vt vnitiuam tandem Perfecti ingredian-
12 tur viam id ignorare nequaquam liceat, quod ſicut ad viatorum charitatem perfectam, ex D. Thoma 2. 2. *q.* 24. *art.* 8. Expedit omne deputare ſtudium ad vacandum Deo, rebuſque diuinis, prætermiſſis alijs, niſi quantùm præſentis vitæ requirit neceſſitas: ita ad vnitiuam, qua profecturi ſunt viam, creatis ab omnibus, ſumma in ipſis, ac rigoroſa expetitur auulſio. His propterea *Myſt. theol.* 1. Timotheum Epheſiorum Epiſcopum, verbis hortatus eſt Dionyſius: Tu autem ò amice Timothee circa myſticas ſpeculationes, corroborato itinere, & ſenſus deſere, & intellectuales operationes, & ſenſibilia, & inuiſibilia, & omne non ens, & ens, & id vnitatem vt poſſibile, inſcius reſtituere ipſius, qui eſt ſuper omnem eſſentiam, & ſcientiam. Ea enim, te ipſo & omnibus immenſurabili, & abſoluto puræ mentis exceſſu, ad ſupereſſentialem diuinarum tenebrarum radium, omnia deferens, & ab omnibus abſolutus aſcendes. Quæ ſanè verba ſubobſcura non parum, Carthuſianus *ibidem*, claritati ita reſtituit. Tu autem amice Timothee, ad hoc quod capax fias myſticarum contemplationum, quas in hoc libro docere intendo, ſic cooperare radio diuino: Derelinque ſenſus, & ſenſibilia exercitia, & etiam intellectuales operationes, & omnia ſenſibilia, & intelligibilia, & omnia exiſtentia, & non exiſtentia, forti conatu mentis hæc comprimente. Et ſicut eſt tibi poſſibile, conſurge ignoto te, & ſuperintellectualiter, ſuper ſubſtantialiter ad vnitionem Dei, quæ eſt ſuper omnem ſubſtantiam, & cognitionem. Cùm enim te ipſum, & omnia per mentis exceſſum, nullo inferiori retinaculo præpeditus, aſcē- deris ab omni concupiſcentia, & cura abſolutus, & purgatus, tunc tandem ſic cuncta auferens, & ab omnibus expeditus ſurſum ageris, ad ſuperſubſtantialem radium diuinæ incompræhenſibilitatis. Cùm enim ſenſus, & intellectus circa exteriora obiecta ad ſuas exeunt operationes, tunc cum illis anima egreditur, & circa eadem diffunditur obiecta: Anima enim ſenſu, & intellectu fit omnia cutia 3. *de Anim. Text.* 37. atque ita incuruatur ſub ſemetipſa, nec ſupra ſe valet aſcendere; vnde, *Pſal.* 56. Regius, talibus deuinctus Vates impedimentis, meritò conqueſtus, inquit: Laqueum parauerunt pedibus meis, & incuruauerunt animam meam. Oportet idcirco ſpeculatiuum diſcipulum, iſtam alibi haurire ſapientiam, quàm in his, quæ ſpeculatiuæ cognitionis appræhenſiones reſpiciunt. Licet enim, vt docet Arphius *lib.* 3. *p.* 3. *theol. myſt. cap.* 22. vis intellectualis quandoque multa de diuinis percipiat, maximè quando theoriis diuinioribus illuſtratur, illa tamen vis in mente conſiſtit. Ideo hæc eſt multum eminentior, cuius motibus ignita mens erigitur ad profundiorem ſapientiam, tum ratione ſuperioris efficientiæ, tùm ratione ardoris ipſam ſuperius erigentis, quæ ſuper omnes habitus gratuitos, & infuſos in ſpiritu rationali principatum obtinet, ratione ſuæ importunæ extenſionis, & dignitatis: Hæc enim affectio principatum tenens eſt ipſa ſcintilla ſynderéſis, quæ ſola vnibilis eſt diuino ſpiritui: Hæc ille.

Quomodò verò à phantaſmatibus ſe
13 contingat auertere corporeis, & abnegatis omnibus, quæ vel ſentiri, vel imaginari, vel intelligi poſſunt ſpiritus per amorem valeat ſe ferre ad diuinam caliginem, vbi ineffabiliter, ac ſupermentaliter (vt ità dicam) cognoſcitur Deus, proindeque eidem maximè vnimur, cùm vſio, & cognitio (intelligibiliter ſaltem) ſit ſumma vnio, iuxtà illud Commentatoris 3. *de Anim. Text.* 37. decantatum proloquium: Ex intellectu ſcilicet, & re intellecta fieri magis vnum, quam ex materia, & forma; diffusè tradit Dionyſius vbi ſupra *cap.* 2. pulcherrimo adhibito de Statuario exemplo, cuius verba ad clariorem ità conuertit intelligentiam ibidem Carthuſianus, dicens: Quemadmodum artifices abſcindunt à lignis partes exteriores impedientes viſum à pura, & clara inſpectione latentis agalmatis, quod præerat potentialiter in interioribus partibus ligni: ita aſcendendo ab indignioribus attributis, ſeù prædicatis ad præclariora, auferimus hinc, & negamus de Deo hæc inferiora, & viliora, dicendo: Deus non eſt corpus, Deus non eſt brutum, ſiuè lapis &c. atque ità ſinè phantaſmatum, & ſenſibilium velatione cognoſcimus Deum ignotum, ideſt in cunctis entibus velatum, & occultatum. Quamobrem ipſe Sanctus Areopagita 2. *caleſ. Hierarch.* loquens de Dei-

„ Deitate, dixerat: Ab eloquijs ſupermun-
„ danè laudatur, ex quibus non quod eſt,
„ ſed quod non eſt ſignificatur. Hoc enim,
„ vt exiſtimo, potentius eſt in ipſo. Vnde Henricus Gandauenſis *p.3. art.74. q.2.* cum alijs Scholaſticis apertè docuit, Deo magis congruere prędicationē negatiuam, quam affirmatiuam, quod iam 8. *de Trinit. cap.2.* optimè nouerat Auguſtinus, dum huiu-
„ ſcemodi protulit verba: Non enim paruæ
„ notitiæ pars eſt, cum de profundo iſto, in illam ſummitatem reſpiramus, ſi antequam
„ ſcire poſſimus quid ſit Deus, poſſimus iam
„ ſcire quid non ſit. Non enim eſt certè nec
„ terra, nec cælum, nec quaſi terra, aut cæ-
„ lum, nec tale aliquid, quale videmus in
„ cælo, nec quicquam, quale non videmus,
„ & eſt fortè in cælo; nec ſi augeas imaginatione cogitationis lucem ſolis quantum
„ poteſt, ſiuè quo ſit maior, ſiue quo ſit cla-
„ rior millies tantùm, aut innumerabiliter;
„ neque hoc Deus eſt. Nec ſicut cogitantur
„ Angeli mundi ſpiritus, cæleſtia corpora
„ inſpirantes, atque ad arbitrium quo ſer-
„ uiunt Deo, mutantes, atque verſantes; nec ſi omnes, cum ſint millia millium in vnum
„ collati vnus fiant; nec tale quid Deus eſt.
„ Nec ſi eoſdem ſpiritus ſine corporibus co-
„ gites, quod quidem carnali cogitatione
„ difficillimum eſt. Vnde 5. *confeſſ. cap.4.* ad
„ noſtram tandem ità fatetur eruditionem:
„ Infælix ille homo, qui ſcit illa omnia, te
„ autem neſcit. Beatus autem, qui te ſcit,
„ etiam ſi illa neſcit.

CAPVT IV.

Theologi concionatores, ſi munus ſuum ſeduló curare cupiunt; Myſteriorum Dei veluti ſynceri diſpenſatores, fideles maximè inueniantur; ac proindè fidelitatis regulam, cuius præcipua hic aſſignantur, & explicantur præcepta omninò teneant.

SVMMARIVM.

1 *Verbi Dei Concionatores, vtpotè dominici ſermonis publici diffamatores, atque poſitiuæ tàm ſymbolicæ, quàm myſticæ Theologiæ ſynceri pronuntiatores Apoſtolicæ curæ ſummam tunc perfectè ſunt adituri; cum myſtici panis ſeduli diſpenſatores, ſupernorumque myſteriorum miniſtri comperti fuerint.*

2 *Prouido Diſpenſatori ſuique Domini ingenuo Miniſtro, debitam ne frangat fidem; vt ſibi bona credita, nequaquam propria faciat, maximè præcauere conuenit: Quare ſatagentis toties diſpenſatoris, & idonei miniſtri, Euangelici Concionatores appellatione meritò potientur, ſacris quoties in eloquijs, ſectando fidem à iactantia ceſſabunt.*

3 *Cùm autem dominicum Prædicatores cuſtodiant gregem, canibus aſſimilantur, quibus præter cuſtodiæ munia, quæ nunquam ſibi, ſed ſemper Domino exercent; ſi fortè venatu capiendæ ſe accingunt prædæ, ea denique parta, ſuis Dominis illicò præſentare ipſam competit.*

4 *Sacerdos, & fidelis Dei miniſter, per hoc indicium noſcitur, ſi videlicet, iuxtà cor, & Dei animam, hoc eſt Sacram Scripturam operatur: Hæc enim increpandi, arguendi, monendi docendique in iuſtitia, & veritate, quibus ſacri declamatoris conſtituitur, & abſoluitur miniſterium, totus ordo, & regula eſt.*

5 *Concionatoriæ artis apud Matth.10. hæc aſſignantur præcepta; nimirum, vt propinquitas regni annuncietur cælorum; ſanentur infirmi; mortui ſuſcitentur; leproſi mundentur, dæmones eijciantur; operetur gratis; aurum, & argentum, atque pecunia non poſſideatur; item pera, duplicata tunica, calceamenta, & virga non adhibeâtur in viaticibus tamen, & quotidianus victus minimè recuſetur.*

6 *Regni fælicitas cæleſtis à Prędicatoribus, populo ante omnia præponenda eſt; quia cum vltimus finis, & bonum ſummum ſit, labores, quibus acquiſitur, libenter ſuſcipientur; quod per occurſum Prophetarum Sauli vrbem ingredienti 1. Reg.10. quos Pſalterium, inde Tympanum, Tibia poſteà, tandem antecedebat Cithara, latè oſtenditur.*

7 *Alterum Domini pro huiuſmodi fidelitatis regula præceptum eſt; vt futuram gloriam, quam prædicant, miraculis confirment, quod non tantùm corporaliter, vt per Apoſtolos, cæteroſque fideles concionatores factum eſſe legimus, eſt intelligendum; verum etiam ſpiritualiter, vt paſſim experimur: nam miracula ſpiritualia, tantò maiora ſunt quantò per ea non corpora, ſed animæ infirmæ ſanantur, & mortuæ ſuſcitantur.*

8 *Spiritualium rerum fideles Miniſtri, vt fidelitatis tertium ſeruent præceptum, ſummopere cauere tenentur, ne temporalium, caducarumque, eas procurent commutare pretio, in quo ſimoniaca maximè viget lues, quæ in emendi, aut vendendi, ſeù commutandi rem ſacram, ſeù ſpiritualem, vel ſpirituali annexam, ſtudioſa voluntate, oneroſo conſiſtit contractu.*

9 *Quæſtuarijs, licet aliàs, quibuſdam, ſcilicet, adhibitis honeſtis conditionibus concionari fuerit permiſſum; quia tamen ſibi conceſſa ſæpè abutebantur facultate, & nomine & vſu per Sacros Canones penitus ſunt orbati.*

10 Cum

10 *Cum hoc tamen ſtat, vt Sacris Concionatoribus tantùm abſit alimenta non eſſe tribuenda quotidiana, quod Sacra Tridentina Synodus ſtrictè mandit, eorum impenſis, qui eleemoſynas præſtare tenentur, vel ſolent, illos omninò eſſe alendos.*

11 *Flexuoſa reſoluitur quæſtio: Cur Domino præcipiente Apoſtolis, ne aurum, vel argentum, calceamenta, vel tunicas, & peram poſſiderent: Petrus tamen, & Paulus, his omnibus ſint vſi?*

12 *Sacris Concionatoribus myſticè probibetur aurum, hoc eſt ſapientia ſæcularis: item argentum, ideſt ſermo coloratus: tandem pecunia, tunica duplicata, virga, & pera; videlicet cupiditas, duplicitas animi, vel ſanctitas ſimulata, rigor vindicta, & theſauri impietas.*

SVpernæ veritatis Paulus inclytus aſſeue-
rator, ſuper Tychici commiſſa prædica-
1 tione Epheſijs 4. teſtimonium redditurus
firmum: ipſum in Domino, pro tanti mu-
neris fortaſſe coronide, fidelem, hiſce ver-
bis, nuncupauit miniſtrum: nimirum; Vt
,, autem, & vos ſciatis, quæ circa me ſunt,
,, quid agam: omnia vobis nota faciet Ty-
,, chicus chariſſimus frater, & fidelis miniſter
,, in Domino. Quod & de Epaphra ad *Co-
loſſenſes* 1. & Timotheo 1. *ad Theſſalonicenſes*
3. viciſſim aſſeruit. Quin de ſe ipſo licet
1. *Corinth.* 15. Apoſtolorum minimum, &
abortiuum eſſe ſe ſenſerit, 2. tamen *Corinth.*
,, 11. dicens: Miniſtri Chriſti ſunt, & ego;
,, hoc idem minimè negauit. Quod adeò,
diuino conſonum cenſetur conſilio, vt
Chriſtus Dominus, qui nos ad docendum
deſuper à Deo venit Magiſter, & Doctor,
cum in Tiberiadis ſeceſſu, quinque fregiſ-
ſet ſanctificatos panes *Matth.* 14. Sacras vi-
delicet expoſuiſſet ſcripturas, iuxta Gloſ-
ſam *ibidem*: fidis tanquam miniſtris ipſas
Apoſtolis ad prædicandum miſſis, Turba-
rum pro captu propoſuerit diſtribuendas.
,, Legitur enim: Benedixit, & fregit, & dedit
,, diſcipulis panes: Diſcipuli autem turbis.
,, Vbi Gloſſa: vt per miniſterium Diſcipulo-
rum, alijs exponantur, addit. Quibus pro-
fectò iuuat documentis colligere: Verbi
Dei Concionatores (vtpotè ſermonis diſ-
ſamatores dominici, 1. *Theſſal.* 1. poſitiuæ-
que tàm ſymbolicæ quàm myſticæ Theo-
logiæ ſynceri pronunciatores) Apoſtolicæ
curæ, perfectè tunc ſummam fore adituros;
cùm myſtici panis ſeduli diſpenſatores, ſu-
pernorumque myſteriorum miniſtri, om-
ninò comperti fuerint, 1. *Corinth.* 4. dictan-
,, te Paulo: ſic nos exiſtimet homo, vt mini-
,, ſtros Chriſti, & diſpenſatores Myſteriorum
,, Dei. Miniſtrare nanque Domino (inquit
,, Gregorius *lib.* 3. *cap.* 1. *in* 1. *Reg.*) in labo-
,, rem prædicationis pergere eſt: quod pro-
,, prium Apoſtolorum putatur, de quibus
,, legitur *Lucæ* 9. Miſit illos prędicare ver-
,, bum Dei, & ſanare infirmos.
Prouido autem diſpenſatori, ſuique
Domini ingenuo miniſtro, debitam ne
2 frangat fidem; vt ſibi bona credita, ne-
quaquam propria faciat, maximè præca-
,, uere conuenit. Diſpenſatoris enim eſt
,, (inquit Chryſoſtomus. *tom.* 4. *homil.* 10. *in*
,, 1. *Corinth.* 4.) quæ ſuæ fidei commiſſa
,, ſunt, ea fideliter diſpenſare non res Do-
,, mini ſuas facere, ſed contra, ſuas Domi-
,, ni. Vnde 1. *Petri* 4. habetur: Vnuſquiſ-
,, que ſicut accepit gratiam in alterutrum
,, illam adminiſtrantes ſicut boni diſpenſa-
,, tores multiformis gratiæ Dei. Si quis lo-
,, quitur quaſi ſermones Dei: Si quis mini-
,, ſtrat, tanquam ex virtute, quam admini-
,, ſtrat Deus, vt in omnibus honorificetur
,, Deus per Ieſum Chriſtum, cui eſt gloria,
,, & imperium in ſecula ſeculorum. Amen.
Quare ſatagentis toties diſpenſatoris, &
idonei miniſtri, euangelici Concionato-
res appellatione meritò potientur, quo-
ties ſacris in eloquijs, ſectando fidem à
,, iactantia ceſſabunt. Scribente Paulo 1. *Co-
,, rinth.* 4. Quid autem habes, quod non
,, accepiſti? Si autem accepiſti, quid glo-
,, riaris quaſi non acceperis? Hinc D. Gre-
3 gorius 20. *moral. cap.* 9. ipſos, vtpotè domi-
nicum cuſtodientes gregem, Canibus aſ-
,, ſimilauit, dicens: Qui alij huius gregis
,, Canes vocantur, niſi Doctores ſancti,
,, qui eorundem fidelium cuſtodes extite-
,, runt? Qui pro Domino ſuo diurnis, no-
,, cturniſque vigilijs intenti clamauerunt:
magnos, vt ita dixerim, latratus prædi-
cationis dederunt: Quinimmò & cuſto-
diæ præter munera, quæ nunquam ſibi,
ſed ſemper Domino exercent canes, ſi
fortè venatu capiendæ ſe accingunt præ-
dæ, ea denique parta, ſuis Dominis illico
præſtant, ita concinnè ludente Martiale,
epigramm lib. 14. 198.

Non ſibi, ſed Domino venatur vertagus acer,
Illæſum leporem, qui tibi dente feret.

Ita ſanè generoſi, ac vigiles Concionato-
res, ſi feras (animas ſcilicet) hortando,
quaſi latrando, vitiorum excitare cubili-
bus, earumque fugæ, celeritate cuſtodiæ
perluſtrare ſaltus; immenſa ſe ſe offeren-
tium difficultatum, mentis agilitate; cun-
ctorumque laborum, charitatis affectu
ineſtricabiles adire lucos, ipſis aliquando
ſit opus; atque ita cum fugacibus curſu,
cum audacibus robore, & cum callidis
conueniat certare aſtu: non quidem ſibi,
ſed qui verbum præbet euangelizantibus,
,, *Pſalm.* 67. animas ſanctorum cuſtodit ſuo-
,, rum *Pſalm.* 96. pedes perficit tanquam
cer-

Digitized by Google

ceruorum, *Pſalm.17.* dat virtutem, & fortitudinem, *Pſalm.67.* & paruulis aſtutiam, *Prouerb.1.* adeptam prædæ victoriam, omnium Domino referendam ſciant: Cum omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum ſit, deſcendens à Patre luminum, apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio: *Iacobi 1.*

Cæterùm, vt ſeruandæ fidei Verbi Dei Miniſtris, quæ tanti muneris eſt potior
4 conditio, aliqua tradatur regula: eos minimè latere debet, quòd ſecundùm Gregorium *lib.2. in 1. Reg. cap.3. ad illa verba, Suſcitabo mihi Sacerdotem fidelem &c.* Sacerdos, & fidelis miniſter per hoc indicium noſcitur; ſi videlicet iuxta cor, & Dei animam operatur: quia profectò tunc verè fidelis eſt, ſi non diſpenſationis eius licentiam, ſed præcepta ſequatur amoris. Quòd ſi vlteriùs ſciſcitentur ab eo, quid iuxta cor, & animam Dei ſit agere? Vtique ſeruandæ fidei tutam regulam inuenient: Inquit enim paulò ſuperiùs: Quid cor, & animam Dei, ni ſacram eius ſcripturam accipimus? Hæc quidem increpandi, arguendi, monendi, docendique in iuſtitia, & veritate, quibus ſacri declamatoris conſtituitur, & abſoluitur miniſterium, ordo & regula eſt: ſecundò ſcribente Paulo *ad Timoth.3.* Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad erudiendum in iuſtitia, vt perfectus ſit homo Dei, ad omne opus bonum inſtitutus. Quia ve-
5 rò Sacrarum Scripturarum, & legis myſteriorum puteus altus eſt, nec in quo hauriamus protinus ad manus habemus: Superna, & increata illa ſapientia, quæ ad plantationum, hoc eſt ad electarum irrigandum animarum hortum, ſicut aquæductus, virginali exiuit de paradiſo; dictis in modicis, ſacroſancti Euangelij, quaſi in vtre aquas maris, omnium, ſcilicet, Scripturarum congregando monita: vt fructuoſæ prædicationis hauriantur aquæ in gaudio de fontibus Saluatoris, huius apoſtolicæ artis apud *Matth.10.* hæc dedit præcepta. Euntes (inquit) prædicate, dicentes: Quia appropinquauit Regnum Cælorum. Infirmos curate. Mortuos ſuſcitate. Leproſos mundate. Dæmones eijcite. Gratis accepiſtis, gratis date. Nolite poſſidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in Zonis veſtris; non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam: Dignus eſt enim operarius cibo ſuo. Cuius admirandæ, licet compendiariæ doctrinę, vnaquæque ſi expendantur verba, eorumque ſingula proprio reddantur ſenſui; nec carnalium diuini eloquij duris cordium commiſſa petris areſcent ſemina, neque ſuo exantlatis diù procurato laboribus fructu, euangelici fraudabuntur Satores.

Regnum ergo Cælorùm, cuius approximatio Apoſtolis, cæteriſque Euangelij
6 præcinenda iubetur miniſtris, & ſi variè ſacris in literis patiatur ſignificata, de quibus Toſtatus *in 10. Matth. quæſt.51.* Hic tamen æternæ, ſupernæque non immeritò *tom. 2. Homil.33. in Matth.* Chryſoſtomus applicuit duntaxat fælicitati. Cælorum regnum (inquit) & totam illam Beatitudinem prædicare iubentur, Apoſtoli. Quæ profectò expetenda fælicitas, cùm ſummum humanæ mentis bonum, ac nouiſſimus finis ſit. *D. Bernard. ſerm.5. de aſſumpt.* in ſui amorem, & ſi rebelles, adeò conijciet voluntates, vt ipſam non tantùm, verùm etiam conſecutioni quæcunque eiuſdem apta cenſentur, vehementer exambiant. *Henric. 3. par. artic.60. quæſt.3. num.26.* Finis nanque iuxta placitum Auguſtini *19. de Ciuit. cap.1.* illud eſt propter quod amantur cætera. Quapropter pœnitentiæ lacrymas, pietatis opera, aliaſque, de quibus monent ſcripturæ, ex animo virtutes inde amplectentur homines, ſi de cæleſtis propinquitate Regni per verbi Dei Præcones, primùm illis ſecuritas conſtiterit. Ante omnia (*lib. 4. in 1. reg. cap.10.* inquit Gregorius) cæleſtis gloria prædicanda eſt, vt dum bonum agnoſcimus, quod amemus, laborare pro eodem bono adipiſcendo cupiamus. Propterea, vt Prophetarum, quos Pſalterium, inde Tympanum, Tibia poſtea, tandem antecederet Cithara, alium translaturus in hominem, obuiam *1. reg. 10.* in intuitu vrbis Saulus haberet gregem, minimè forti, caſuique, ſed diuino tribuendum videtur decreto. Cùm enim Prophetæ, ſacri ſcilicet Concionatores, ad Immutandum cor inhabitantium, vt conuertantur in ſenſum alium *4. Eſdra.6.* miſſi ſint: Pſalterium, hoc eſt æternorum prędicationem gaudiorum, *vt loco cit.* notat Gregorius, cæteris alijs præcedentem habere debent. Hanc quidem muſica inter ſe inſtrumenta illa differentiam tenent: Pſalterium nanque (inquit Auguſtinus *tom. 8. ſuper Pſal. 107.*) eſt organum, quod quidem manibus fertur percutientis, & chordas diſtentas habet: ſed illum locum vnde ſonum accipiunt chordæ, illud concauum lignum, quod pendet, & tactum reſonat, quia concipit aerem, Pſalterium in ſuperiore parte habet. Cithara verò, genus ligni cauum, & reſonans in inferiore parte habet. Itaque in Pſalterio chordæ ſonum

„ num deſuper accipiunt: in Cithara autem
„ chordæ ſonum ex inferiore parte accipiunt. Tympanum deinde, mortui animalis ex vna parte membrana clauſum intus vacuum, quod baculo pulſatur, valdè notorium inſtrumentum eſt *Claudian. in calce panegyris 3. in laudem Stiliconis*.

——— Taurinaque pulſu
Baccharum Bromios inuitant tympana renios.

Tibia denique, fiſtula quædam ſiue calamus canorus fuit, quo in funeribus plurimum vtebatur antiquitas, *Ouid. 5. triſt. eleg. 1.*

Tibia funeribus conuenit iſta meis.

Quare ſi Pſalterium, quia de ſuperiore parte reſonat, æternorum gaudiorum prædicationem deſignat, ex eodem Gregorio, qui morum diſciplinæ talia mirificè reddidit, in Tympano, quod de mortui animalis corio tenditur, non inconuenienter carnis noſtræ mortificatio figuratur. Tibia verò, cùm in mortuorum exequijs haberi ſoleat, Sanctorum luctus exprimitur, qui dum ſe ab illa æterna vita, quam appetunt proiectos aſpiciant, ſemetipſos quaſi mortuos plangunt. Cithara tandem, quæ ex inferiori parte ſonum emittit, electorum gaudium de promiſſa hæreditate portendit. Sed quia
„ (ſubdit ipſe) cùm cæleſtia noſcimus; ſi ad
„ ea peruenire volumus, neceſſe eſt, vt paſ-
„ ſiones carnis mortificemus: Prædicatores
„ Sanctæ Eccleſiæ velut poſt Pſalterium,
„ ſonum tympani faciunt. Poſt Tympa-
„ num prædicatores noſtri Tibiam habent,
„ quando & membra noſtra nos docent
„ mortificare, & pro amore æternæ vitæ
„ ingemiſcere. Citharam quoque poſt Ti-
„ biam ducunt, cùm præcipiunt ſic deflere
„ ærumnas præſentis exilij, vt gaudeamus
„ de promiſſione æternæ hæreditatis: Hæc
„ ille. Quibus profectò verbis totam prædicationis ſummam, Regni Cælorum eſſe annuntiare propinquitatem, ſatis oſtendit. Quandoquidem, vt *par. 2. euangelicæ concord. cap. 55.* Ianſenius Gandauenſis Epi-
„ ſcopus ſapienter admonuit: Includitur
„ (inquit) in eo capite, prædicatio contem-
„ ptus regni terrarum: prædicatio vitio-
„ rum, & quorumcunque impedientium
„ homines à Regno Cælorum. Cùm ſecun-
„ dùm Carthuſianum, *enarrat. in Matthæi*
„ *cap. 10. artic. 19.* Homines elongentur, ac
„ diſtent à Regno cæleſti, & vera fœlicitate
„ per culpam.

Verùm enim verò, vt tubæ terrena ſectantes, cæleſtia aliquando ſperarent, &
7 à ſenſibilibus ad intelligibilia dulciter raperentur, huiuſcemodi regulæ pro Verbi Dei Miniſtris, hoc aliud intexuit præce-
„ ptum, dicens: Infirmos curate; Mortuos
„ ſuſcitate; Leproſos mundate; Dæmones
„ eijcite, *Matth. vbi ſupra*. Quoniam, vt
„ *Homil. 4. in euangel.* S. aduertit Gregorius:
„ Florente mundo, creſcente humano ge-
„ nere, diu in hac vita ſubſiſtente carne,
„ exuberante rerum opulentia, quis cùm
„ audiret vitam eſſe aliam, crederet? Quis
„ inuiſibilia, viſibilibus præferret? Sed ad
„ ſalutem redeuntibus infirmis, ad vitam
„ reſurgentibus mortuis, carnis munditiam
„ recipientibus leproſis, ereptis à iure im-
„ mundorum ſpirituum dæmoniacis, tot
„ viſibilibus miraculis exactis, quis non cre-
„ deret quod de inuiſibilibus audiret? Paſſim idcircò euangelicæ in teſtimonium doctrinæ, non tantùm Apoſtoli, vt in actis ipſorum traditur; verùm etiam plerique ex fidelibus id ſunt operati Præcones: Diuo nanque Vlyſſiponenſe in Gallia concionante Antonio, quòd ſacra verba vir quidam ęgrotans vxorem ſuam, miniſtrandi cauſa, domi coactè detentam, ad duo milliaria eſto diſtantem, audientem comperiſſet, religioſa pietate commotus, protinus quam amiſerat adeptus eſt ſanitatem. *Surius in eius vita tom. 3. 13. Iunij*. Franciſcus Xauerius, antonomaſtice Indorum apoſtolus, non ne quorundam, mortis cum vita permutatione obtenta, miſſionem ſuam mirificè commendauit, *Turſell. lib. 2. illius vitæ cap. 7.* Et ſi à lepra mundatos nonnullos cupimus enarrare; Philippum illum ſanctitate celebrem, Seruitarumque inſtituti inſignem propagatorem, qui viſitando, & prædicando, Embdam vſque Friſiæ Orientalis metropolim peruenit; apud Camilianum agri ſenenſis vicum, hanc in pauperem charitate diuinitus impetratam præ cæteris exercuiſſe virtutem, ſatis erit aſſeuerare. *Giannus in eius vita lib. 2. cap. 4. & 10.* Nec tandem de Energumenis, à Dæmonis ſeruitute, in priſtinam reſtitutis libertatem deerunt exempla; ſi cuiuſdam Proceris Ethelhere nomine, quem inter Broctuarios, feras, & indomitas gentes, poſt Bruſuuicenſium, & finitimarum vrbium conuerſionem, eadem vi prædicationis, Suuibertus ſanctiſſimus Vverdenſis Antiſtes miſericorditer ſanauit, *ex Annal. Baron. tom. 8. ann. Chriſ. 705.* mentio non opprimatur. Quæ miranda, & ſi de recenti non adeò ſenſibiliter ſuccedant, vt per ſacros aſſerta concionatores, illis intermiſſis, incredibilia reddan-
„ tur: Sancta tamen Eccleſia (inquit Gre-
„ gorius *homil. 29. in Euangel.*) quotidiè ſpi-
„ ritualiter facit, quod tunc per Apoſto-
„ los corporaliter faciebat. Doceat interea Remigius quid infirmi, quid mortui,

quid

Digitized by Google

quid leproſi, quid dæmoniaci ſpirituali-
ter ſint; indéque cernemus ſi non tan-
tùm eadem, verùm etiam in ipſos maio-
ra catholicorum cœtus, modò etiam ope-
„ retur ſigna. Infirmi (inquit ipſe apud
„ D. Thomam *in cat. aur. ſupra Matth. 10.*)
„ ſunt ignaui, qui non habent vires benè
„ viuendi. Leproſi ſunt immundi, ope-
„ re, vel delectatione carnali. Mortui ſunt,
„ qui opera mortis agunt. Dæmoniaci
ſunt, qui in poteſtate Diaboli ſunt redacti.
Quæ fortaſſe vbi ſupra animaduertens Gregorius: hæc in pauca, ſed profectò conſulta contulit verba, dum ait.
„ Quæ nimirum miracula tanto maiora
„ ſunt, quanto ſpiritualia: tanto maiora
„ ſunt, quanto per hæc non corpora, ſed
„ animæ ſuſcitantur. Et paulò inferiùs.
„ Nam corporalia illa miracula oſtendunt
„ aliquando ſanctitatem, non autem fa-
„ ciunt. Hæc verò ſpiritualia, quæ agun-
„ tur in mente, virtutem vitæ non oſten-
„ dunt, ſed faciunt. Illa habere, & mali
„ poſſunt: iſtis autem perfrui niſi boni non
„ poſſunt. Vnde de quibuſdam Veritas di-
„ cit *Matth. 7.* Multi mihi dicent in die illa,
„ Domine, Domine, non ne in nomine
„ tuo prophetauimus, & in nomine tuo
„ Dæmonia eiecimus, & in nomine tuo
„ virtutes multas fecimus. Et tunc confite-
„ bor illis, quia nunquam noui vos.

Tertium verò, vt propoſitam concionandi, verbi Dei miniſtri dirigantur ad
8 regulam, hoc illis ſuppeditauit præce-
„ ptum: Gratis, ſcilicet, accepiſtis, gratis
„ date. Præſcierat namque (inquit Grego-
„ rius vbi ſupra) nonnullos, hoc ipſum do-
„ num accepti ſpiritus in vſum negotiatio-
„ nis inflexuros, & miraculorum ſigna ad
„ auaritiæ obſequium declinaturos. Hinc
„ eſt enim quòd Simon magus, *Act. 8.* per
„ impoſitionem manus, edita miracula
„ conſpiciens, percipere donum Spiritus
„ Sancti pecunia voluit, ſcilicet, vt dete-
„ riùs venderet, quod malè comparaſſet.
„ Hinc de templo Redemptor noſter, fla-
„ gello de reſticulis facto turbas eiecit,
„ *Ioann. 2.* cathedras vendentium columbis
„ euertit. Columbas quippè vendere, eſt
„ impoſitionem manus, qua Spiritus San-
„ ctus accipitur, non ad vitæ meritum, ſed
„ ad præmium dare. Spiritualium, ſacrarumque rerum proptereà fideles ſummopere cauere tenentur diſpenſatores, ne temporalium, caducarumque, eas procurent commutare pretio, in quo ſimoniaca maximè vrget lues: conſiſtit enim in emendi, aut vendendi, ſeu commutandi ſtudioſa voluntate, oneroſo contractu, & non gratuito rem ſacram, ſeu ſpiritualem, vel ſpirituali annexam pro

temporali: vt cum D. Thoma 2. 2. *quaſt. 100. artic. 1. & alibi* communiter tradunt Doctores. Nam quotieſcunque de pretio ſit mentio ſatis reſultat, quòd aliqua ſit emptio *C. de prædiis curio. non alien. l. fin. lib. 10. C. mandati l. fin. §. ſed cùm hi. & l. penul. §. 1. in fin. ff. de præſcript. verb. naturalis. apud Durandum lib. 2. ſpeculi. partic. 1. de ceſſion. action. §. 2. num. 2.* Quæſtuariis idcir-
9 eo, & ſi alias, honeſtis quibuſdam adhibitis conditionibus, vt latè oſtendit Barboſ. *par. 3. de offic. & poteſt. Epiſcopi. allegat. 109. num. 1. & 2.* concionari fuerit permiſſum: veruntamen, quia tali ſibi conceſſa abutebantur facultate, & ſibi referebant quæſtus, ac negotia gerebant; non tantùm per Concilia tam Lateranenſe. *cap. 62. ſub Innocentio III.* ac Lugdunenſe *cap. cùm ex eo de pœnitent. & remiſſ.* quàm Viennenſe, *clement. 2. de pœnitent.* eorum aduerſus abuſus ſalutaria ſunt inſtituta remedia: Sed inſuper Sacra Tridentina Synodus. *ſeſſ. 5. de reformat. cap. 2. & ſeſſ. 21. cap. 9.* tale nomen, & vſum penitus abo-
10 leuit. Cæterùm tantùm abeſt quòd ſtipendia vitæ, corporiſque alimenta, cibaria ſcilicet, indumenta habitacula, atque ea, ſine quibus quis viuere non poteſt, Sacri Concionatores, ſibi iure oblata nequeant aſſumere (hæc enim omnia, nomine comprehenduntur alimenti, *l. legatis, cum leg. fin. ff. de alimentis, & cibar.*) vt cælestis ille Præceptor, qui talem poſuit regulam, his quoque verbis, ipſam
„ explicauerit. Dignus eſt enim operarius;
„ ideſt Prædicator (inquit Carthuſ. *artic. 18. enarrat. in euangel. Matth.* verbi Dei, mini-
„ ſter altaris, ſeu quilibet ſpiritualis in tem-
„ plo miniſtrans, & ſpiritualia populo ex-
„ hibens,) cibo ſuo: ideſt neceſſariis ad cor-
„ poris ſubſtentationem. Quinimmò, ip-
ſius veritatis proclamator, Doctorque gentium, qui à Mileto acceſſitos Epheſios. *Actor. 20.* fluu madente ore, ita eſt
„ conteſtatus: Argentum, & aurum, aut
„ veſtem nullius concupiui; ipſi ſcitis, quo-
„ niam ad ea, quæ mihi opus erant, & his,
„ qui mecum ſunt miniſtrauerunt manus
„ iſtæ. Quod epiſtolis quoque, cum *2. ad Corinth. 11. tum 2. ad Theſſal. vlt. atque alibi.* plurimum commendauit: Adhuc tamen. *1. Corinth. 9.* hæc ſcribere non eſt ve-
„ ritus. Neſcitis quoniam, qui in ſacrario
„ operantur, quæ de ſacrario ſunt edunt;
„ & qui altari deſeruiunt, cum altari par-
„ ticipant? Ita & Dominus ordinauit iis,
„ qui euangelium annuntiant de euangelio
„ viuere. Quare Sacra Tridentina Synodus. *ſeſſ. 24. de reformat. cap. 4.* ſtrictè mandat, vt impenſis eorum, qui eleemoſynas præſtare vel tenentur, vel ſolent, ad

prædicationis munus aſſumpti ſedulò nitantur. Hinc, *quodlib. 13. quæſt. 17. concluſ. 9.* Henricus Gandauenſis, Concionantem debiti coactione officij, ſimpliciter, & abſolute (cæteris paribus) perfectiùs de euangelio, quàm de labore manuum, aut de mendicitate viuere, vberrimè docet. Ex maxima enim humiliatione Interiori, quæ reperitur in eo, qui ex euangelio viuit, ſuam poſitionem ſufficienter oſtendit: Quoniam verus euangeliſta (inquit ipſe in calce quæſtionis) in tantùm ſemetipſum deſpicit, quòd omnium, quibus incumbit ipſum euangelizare ſe ſeruum facit ſecundùm Apoſtolum, *eadem 1. Corinth. 9.* Cum eſſem liber ex omnibus, omnium me ſeruum feci, vt plures lucri facerem: Laborans autem, vel mendicans in quantum huiuſmodi, non niſi gratiæ eius, à quo mercedem, vel eleemoſynam recipit ſe ſubijcit. Cum igitur in maxima humiliatione ſit maxima perfectio; perfectiùs erit de euangelio, quàm de labore manuum, aut de mendicitate viuere. Hæc autem obiter dicta maneant.

Extremum itaque præceptum, quod cum allatis, hæc regula contraxit in
11 vnum ita tandem curandum proponitur. Nolite poſſidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in Zonis veſtris; non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta neque virgam. Quibus ſanè verbis, flexuoſam excitandi quæſtionem, Chryſoſtomus. *tom. 4. Homil. in hoc Pauli. ſalutate Priſcam, & Aquilam.* imminuit occaſionem. Hoc, ſcilicet, cur non obſtante præcepto, Petrus calceatus inceſſerit, ſic illi iubente Angelo, *Actor. 12.* Calcea te caligas tuas; & Paulus, penula, libris, atque membranis ſit vſus, dum Timotheo. *2. cap. 4.* ſcribit; Penulam, quam reliqui Troade apud Carpum, veniens affer tecum, & libros, maximè autem membranas? Quam tamen, breui poſita hac diſtinctione, ingenioſè ſoluit, dicens: Non enim obiter, & nudè inquirenda ſunt hæc; ſed operæ pretium fuerit ſimul & perſonam, & tempus, & omnia hæc diligenter perſcrutari. Itaque, cùm hæc diligenter conſideramus, inuenimus quod ipſa non ſint omnibus imperata, ſed ſolis Apoſtolis, & neque illis in omne, ſed ad præſcriptum, & determinatum tempus. Nam Chriſtus (paulò inferiùs ſubdit) neque Apoſtolos ſemper, huius legis neceſſitate obſtringi voluit, ſed eos abſoluit ab hac lege, cùm iam ad ſalutarem Crucem iturus eſſet: Nam paſſionem aggreſſurus, vocatis illis, dixit *Lucæ 22.* Cum vos mitterem ſine marſupio, & pera, aliquid ne deerat? At hi reſpondentes, dixerunt: nihil. Ipſe autem dicebat eis: Sed nunc qui habet marſupium, tollat & peram: & qui non habet, vendat veſtem ſuam, & mercetur gladium. Quamobrem, cùm ſolis Apoſto-
12 lis, & ijs ab eo penitus iam abſolutis traditum ſit tale præceptum: literæ decerpto cortice, in nuditate duntaxat ſpiritus, ad ſacros peruenit concionatores. Ideòque per aurum (loco ſuperiùs allegato inquit Carthuſianus) hoc loco prohibitum, intelligitur ſapientia ſecularis: per argentum, ſermo coloratus: per pecuniam autem, cupiditas: per duas tunicas, duplicitas animi, vel ſanctitas ſimulata: per virgam rigor vindictæ: per peram, theſauri impietas. Omnia igitur hæc abijcienda ſunt prædicatoribus, atque Doctoribus Chriſti, quia vt ait Apoſtolus. *Roma. 8.* Prudentia carnis mors eſt. Et rurſus *1. Corinth. 2.* Sermo (inquit) meus non fuit in perſuabilibus humanæ ſapientiæ verbis. Iacobus denique hortatur *cap. 4.* Purificate corda duplices animo. Hactenus Carthuſianus. Et hæc pro ſeruanda fide, ſacris exhibita verbi Dei Miniſtris, ad præſens dixiſſe ſufficiet.

CAPVT V.

Theologi ſcholaſtici, quibus orthodoxam incumbit tueri fidem, eiuſque truces expugnare hoſtes: vt tanti muneris, ſtudia cautè exerceant; quinque præcipua ſummopere curare debent.

SVMMARIVM.

1 *Scholaſticam Theologiam, Lutherani, Caluiniani, Trinitarij, plerique alij heretici, explodere, vel ſaltem extenuare impiè conati ſunt, atque in ſummos huius facultatis Doctores, quorum eruditionem ſummoperè verentur, ac pauent imprudentiſſimè ſunt debacchati more Philiſtinorum, qui cauebant ne faber ferrarius audiretur in Iſrael, vt populo Dei patrijs legibus pugnanti, non ſuppeditarentur arma.*

2 *Ideirco Petrus Lombardus, antonomaſticè ſententiarum Magiſter, Sanctorum Patrum, Eccleſiaſticorumque Virorum dicta, & ſententias in vnum coegit, atque methodo ſcholaſticas eas tradidit.*

3 *Cum omne dictum veri, ratione perfectum ſit, & ſcholaſtica ſpeculatiua ſcientia finis veritas nuncupetur: ſcholaſticus, & ſpeculatiuus Theologus debet procedere quidem cum manuductione fidei, & naturalium rationum adiutorio: non vt fidem reſpuat, ſed*

vt

vt ea, quæ fidei firmitate iam tenet, etiam rationis luce conſpiciat.

4 *Ne Sacrorum Theoreticorum ſpeculatio extra modum excedat legibus, præcipuiſque monitis ſummoperè coercenda videtur: quare à D. Nazianzeno quinque aſſignantur pro ſcholaſticis præcepta; quorum primum eſt, vt non cuilibet de diuinis rebus ſpeculatio, & diſſertatio conueniat, ſed his duntaxat, qui exactiſſimè explorati ſunt, & corpus, & animam à vitiorum ſordibus purgarunt.*

5 *Tyrones in ſtudijs Lauream doctoratus, ac docendi munus non debent optare: quare cautum eſt de iure communi, vt hoc tantummodò liceat, expleto decimoſeptimo ætatis anno: De iure verò ſpeciali vigeſimoquinto, & quoad ſtudia theologica, trigeſimo; niſi ob eminentiam doctrinæ aliter videatur.*

6 *Pro diluendis obiectis, aduerſarijſque redarguendis, niſi in diſputando promptitudo adſit, & ſolertia, vix Doctrina ſufficere videtur: hinc eſt, quod ſcholaſticis theologis, non tantum in literis exploratos, verùm etiam contemplandi acumine præditos eſſe conuenit.*

7 *Quia verò in maleuolam animam non intrabit ſapientia, ad diſſerendum de fide; peruerſis hominibus, impijs, Dei noſtri gratiam transferentibus in luxuriam, pharmaco pænitentiæ, à vitijs nedum purgatis, liber aditus minimè patere poteſt.*

8 *Secundum, ſcholaſticis præceptum exhibitum Theologis eſt, vt non temerè, & omni tempore, ſed cordatè, poſt orationem, ſcilicet, fidei cum hoſtibus ſit diſputandum; per quod Eumonij maximè temeritas exprobratur, qui inordinato diſſerendi ſtudio flagrans, omnem hominis gloriam, atque probitatem, in intempeſtiua diſputandi ratione penitus collocabat.*

9 *Quando ſcholaſtico cum hæreticis præcipuè conueniat diſputare, optimè inſinuatur per illa verba, prouerb. 26. nimirum: Ne reſpondeas ſtultò iuxta ſtultitiam ſuam, ne efficiaris ei ſimilis. Reſponde ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne ſapiens tibi eſſe videatur: Licet enim hæc, ſi tantum eorum audiatur ſonus, omnino contrariari videantur; tamen ſi myſticus in ipſis capiatur ſenſus, tempus diſſerendi, ſcholaſtico vndequaque præſcribitur; vt exemplo D. Bernardi cum Petro Abailardo diſceptante oſtenditur.*

10 *Tertium præceptum pro ſcholaſticis eſt, vt non apud quoſuis, ſed apud certos, diſcretos, & doctos homines cum hæreticis certent: ſanctum enim non eſt dandum canibus; neque margaritæ mittendæ ſunt ante porcos, ne fortè conculcent eas pedibus, & conuerſi vos dirumpant. Quemadmodum accidit doctiſſimo Echio, de dogmatibus fidei cum Luthero Lipſiæ in Germania diſputanti.*

11 *Quartum verò pro ſcholaſticis præceptum eſt, vt ea ſeruentur, quæ eorum captum, auditorumque non excedant; aliter enim cæci fient, & duces cæcorum: Nam in alijs certaminibus laureas referunt, qui victores redeunt; at in diſputationibus diuinis, ſolis debetur corona, qui ſe, vel magnitudine victos ingenuè fatentur.*

12 *Quintum denique, & vltimum præceptum, Theologis ſcholaſticis datur, vt diuinis in rebus, diſſerendi opus non ſit interminatum, ſed veri, & Chriſtiani ſapientis finibus circumſeptum, qui tres virtutes ſunt theologales, Fides nempè Spes, & Charitas.*

13 *Theologia, de qua conflictantur ſcholaſtici, eſto abſolutè, verius dicatur ſpeculatiua, quàm practica, aut affectiua: eminenter tamen ſpeculatiua, practica, & ſimul affectiua nuncupari ſolet. Quare, vt ſpeculatiua terminatur ad fidem, qua credimus credenda: quatenus practica ad ſpem, qua ſperamus ſperanda: quatenus autem affectiua ad charitatem, qua diligimus diligenda.*

14 *Laicis diſputare de fide penitus prohibetur, etiam ſi docti, & experti fuerint: limitatur tamen, dummodo ſcilicet, vrgens non adſit neceſſitas; aut ſi tantum exercitij cauſa, inter religioſos velint diſputare: tunc enim non formalis, ſed tantùm materialis eſſet diſputatio, & conſequenter non prohibita.*

15 *Clericis, & Religioſis, licet minores, vel maiores ordines non ſuſceperint, diſputare de fide non inhibetur, ſi cauſa adſit, & docti ſint: dummodò non fiat talis diſputatio coram rudibus, niſi detur caſus, quod ità ſint excellentes, vt ſe accommodent etiam ſimplicium capacitati:*

16 *Diſſerere cum hæreticis, qui alicuius erroris authores, & Magiſtri ſunt non licet alicui, niſi ex circumſtantia, maximè, ſcilicet, alicuius vrgentis neceſſitatis, præcipuè ſi diſputans cum illis ſit neophytus, vel hæſitans in fide.*

SColaſticam, quam vocant Theologiam, (vt alteram iuxta traditam *cap. 1. n. 2.* hu-
1 ius ſupremæ facultatis diuiſionem partem abſoluam) ex neotericis quidam Sanniones, etiam non defuerunt hæretici, Lutherani, ſcilicet, Caluiniani, Trinitarij, atque alij, qui vel explodere, vel extenuare impiè conati ſunt; atque in ſummos omnium ſeculorum ſcholaſticos Theologos impudentiſſimè debacchati. *Benedictus, ex Benedictis. iacula* Eccleſ. Cath. *hæreſ.* 326. Hi nanque, ſanam penitus abhorrentes doctrinā, ſimplicium cordium vanis, & peruerſis commentis ne præcludatur aditus, ſcholaſticorum eruditionem ſummoperè verentur.

tur. Quare ſicut Philyſtim. *1. reg. 13.* callidè
cauerant, ne faber ferrarius in omni inue-
niretur Iſrael, atque ita contra eos, pugnan-
di, populo Dei minimè ſuppeditarentur
arma: ſic profectò exterminatores hæreti-
ci, vt Eccleſia cum ipſis congrediatur iner-
mis: Doctores, & Sapientes, qui ſuis diſ-
putationibus, ſtudiiſque, certandi quaſi
ſcuta, gladioſque miniſtrant, funditus diri-
mere contendunt. Peruerſi enim homi-
nes, & falſitatis amantes antiquitùs, & re-
center hunc modum ęgrè ferunt; quoniam
comminùs iſto genere pugnæ robuſtò, acu-
to, breui confodiuntur. Vrſacius idcirco,
& Valens Ariani Epiſcopi, quos Hilarius
ſanctiſſimus Pictauorum Epiſcopus, ſcrip-
ptis nuper confutarat; Imperatori Con-
ſtantio item Ariano ſuaſerunt, vt ſpecie
honoris, eum, in ſuum Pictauienſem Epi-
ſcopatum reſtitueret, cum præſentis ad
publicè diſputandum, iritis iam exhibitis
libellis, eruditionem valdè pertimeſcerent,
ex Breuiario Rom. 14 Ianuar. Hac vna de
cauſis videlicet, vt catholica fides opitu-
letur pijs, & aduerſus impios ſtrenuè de-
fendatur; ſanctorum eccleſiaſticorumque
Patrum ſententias, ſcholaſtica methodo,
Petrus Lombardus, agnomento ſententia-
rum Magiſter, ſimul coegit. Itaque, ex D.
Auguſtino *lib. 3. de trinit. in proam.* his ver-
bis, ſuum quadripartitum commendauit
„ opus. Inardeſcentes, ſcilicet; Fidem no-
„ ſtram aduerſus errores carnalium, atque
„ animalium hominum, Dauidicæ turris
„ clypeis munire, vel potius munitam oſten-
„ dere, ac theologicarum inquiſitionum ab-
„ dita aperire, nec non, & ſacramentorum
„ eccleſiaſticorum pro modulo intelligentiæ
„ noſtræ notitiam tradere ſtuduimus. Quare
factum certè putatur, vt Hæreticorum ſola
procacitas, & pertinacia, intermiſſa plana
illa, & ſplendida theologizandi ratione,
qua maiores noſtri vti ſolebant; ad hoc
acre, vehemenſque pro veritate altercandi
genus, quaſi altera manu templum Do-
mini ædificantes, reliqua verò nos liberoſ-
que noſtros, breuibus hiſce diſceptandi
pugionibus, ab iniquis defendentes hoſti-
2 bus. *2. eſdræ cap. 4.* penitùs impulerint. Quo-
„ rum etiam improbitas (inquit Athanaſius.
„ *diſp. 1. aduer. arium.*) contra inſolentes quę-
„ ſtionum illarum nouitates, rebus immuta-
„ biliter permanentibus, nominum vocabu-
„ la mutare, & ſignificantiùs rerum naturas
„ exprimere nos adegit.

Cæterùm, cùm omne dictum veri ratio-
ne perfectum ſit, vt ibidem protinus ſub-
3 dit ſententiarum Magiſter: ſcholaſticus
Theologus, cuius eſt maximè veritatem
ſectari (finiſquippè ſcholaſticæ, ſiue ſpe-
culatiuæ ſcientiæ, veritas eſt. *2. metaph text.*
3.) debet procedere (inquit Henric. Gand.
1. p art. 7. q. 2. num. 9.) cum manuductione
fidei, & rationum naturalium adiutorio.
Propterea *tom. 2. epiſt. 203 ad Maximum* ſic
„ D. ſenſerat Auguſtinus. Re agamus, ra-
„ tione agamus, diuinarum Scripturarum
„ authoritatibus agamus, quieti, atque tran-
„ quilli quantum poſſumus peramus; quæ-
„ ramus, vt accipiamus, & inueniamus, &
„ aperiatur nobis ſi forte fieri poſſit, vt adiu-
„ uante Domino, tanta deformitas, atque
„ impietas de noſtris terris incipiat aboleri.
Quod adeò ratum, ſemperque firmum te-
nuit, vt Conſentio, qui epiſtola ſua de non-
nullis quæſtionibus circa Sanctiſſimæ Tri-
nitatis myſterium, Catholicam veritatem,
ſcripturis tantùm, non rationibus conten-
debat eſſe tradendam, ita reſcripſit; Neque
cùm cæpero, te in tanti ſecreti intelligen-
„ tiam vtcunque introducere, quod niſi
„ Deus intus adiuuerit, omninò non poſſum;
„ aliud diſſerendo facturus ſum, quàm ra-
„ tionem, vt potero redditurus, quam ſi
„ vel à me, vel à quolibet Doctore non irra-
„ tionabiliter flagitas, corrige definitionem
„ tuam. Non vt fidem reſpuas, ſed vt ea, quæ
„ fidei firmitate iam tenes, etiam rationis lu-
„ ce conſpicias. Quia vt habetur inferius) qui
„ ea, quæ credenda ſunt, credenda tantum-
„ modò exiſtimat, cui rei fides proſit igno-
rat. Et Felicianum è contra, qui veritatem
Scripturæ potiùs ratione, quam fide opi-
natus eſt eſſe indagandam, *tom. 6. cap. 2.* ita
redargueret: Faciliùs in negotijs fidei teſti-
„ ſtimonijs creditur, quàm ratio intelliga-
„ tur. Vtriſque ergo (ad rem optimè con-
„ cludit Henricus *1. p. art. 16. q. 7. n. 6.*) quo-
„ dammodò contra vtroſque Auguſtinus
„ conſentit.

Cæterùm, cùm tantæ molis credenda,
quæ fides præbet ſit illuſtrare rationibus,
4 adeò vt in quæſtiones dum incidimus (reſte
Chryſoſtomo *Homil. 12. in 1. Timoth*) de Deo,
quæ non oporteat opinemur quamplurì-
mum: ne modum idcirco extra, ſacrorum
deinceps Theoreticorum excedat ſpecula-
tio; legibus, præcipuiſque moribus, ſum-
mopere coercenda videtur. Hæc itaque
verenda ex Nazianzeno *orat. 1. de Theologia*
aduerſus Eunomianos in diſſerendo de Deo, ſe
offerunt pręcepta, quibus ſedulò quis vſus
fuerit, nunquam à veritatis ſemita ſe exce-
„ diſſe comperiet. Ergo ſic fatur. Non cuiuſ-
„ uis eſt, ò viri, de Deo diſſerere: non inquam.
„ cuiuſuis (adeo vilis, ac protrita hæc res eſt
„ & eorum, qui humi reptant) addam etiam.
„ non cuiuſuis tẽporis, nec apud quoſuis, nec
„ de quibuſuis; ſed certo tempore, & apud
„ certos homines, & aliquouſque faciendum
„ eſt. Quibus profectò verbis, ni fallat ſup
„ putatio, quinque videtur aceruatim præ
cipe-

cipere: quorum primum adhuc latè declarans, ſtatim ſubdit. Non cuiusliber quidem; quoniam his duntaxat hoc muneris incumbit, qui exactiſſimè explorati ſunt, contemplandique acumine excellunt, qui etiam, & corpus, & animam à vitiorum ſordibus purgarunt; aut, vt parciſſimè loquar, iam in hoc toti ſunt, vt ſe à vitiorum labe purgent. Quemadmodum enim apud Romanos, vt tradit. Roſin. *antiquit. rom. lib.* 10. *cap. 3. & lib.* 6. *cap.* 11. ars militaris tanti habita fuit, vt ad præclara milites non admitterentur facinora, ex veteribus niſi experti, & ſcitè inſtructi; ob idque iuuentus intereà ceſtibus, curſu, ſaltu, diſco, & paleſtra ſeſe exercebat in diem: ita ſanè doctrinæ peritia illos maximè opus eſt colluſtrari, quibus omnium in conflictu maximo, vbi de ſumma rerum, fidei, ſcilicet, pietatiſque diſcrimine agitur, acriter cum hoſtibus dimicare contingit. Hinc cautè
5 ſtatutum eſſe putatur, ne quis ſtatim ac rei literariæ crepundia nouerit, veluti maturum ingenij ſui iam edidiſſe partum, docendi munus præſumat accipere: Quod niſi ſaltem decimum ſeptimum ætatis expleuerit annum, nec laurea inſigniri doctorali, nec poſtulare queat, vt de iure communi ex *l. 1. §. pueritiam ff. de poſtulat.* cum *Menoch. de arbit. caſu* 427. *num.* 18. & alijs dictum eſt ſupra *lib. 1. cap. 17. n. 14.* de iure verò ſpeciali, annum vigeſimum quintum; & quoad theologica ſtudia trigeſimum requiritur tranſactum, *lib. 3. ſtatut. academ. conimb. tit. 48. §. 1. & tit. 67. §. 1. apud Pereyr. de repub. lit. lib. 8. n.* 1174. à qua tamen recedere licet ſanctione dummodò ob eminentiam doctrinæ aliter videatur, *Alex. n 4. ad l. 1. C. de annon. ciuili lib.* 11. vbi *n. 7.* addit, talem excellentiam debere probari per quindecim teſtes: nam doctrinæ cauſa quędam fiunt, quæ alias non fierent *Gloſſ. margin. l. ſi pupilli §. quid ergo ff de nego. geſtis.* Quare ita rectè monebat D. Bernard. *ſerm. 18. in cantic.* Si ſapis concham te exhibebis, & non canalem: hic quidem penè ſimul, & recipit, & refundit: illa donec impleatur expectat, & ſic quod ſuperabundat, ſine ſuo damno communicat. Et deinde ſubdit: Verum canales multos hodie in Eccleſia habemus, conchas verò perpaucas. Et paulò poſt: Implere tu priùs, & ſic curato effundere.

Quia verò ad differendum, niſi pro diluendis obiectis, aduerſarijſque redarguendis, promptitudo adſit, & ſolertia; doctrina
6 ex Philoſopho 1. *poſt. cap. vlt. text. com.* 44. vix ſufficere videtur: meritò quidem in literis exploratos non tantùm, verùm etiam contemplandi acumine, ſcholaſticos Theologos adhuc prędítos eſſe cenſuit vbi ſupra, vt iam dictum eſt idem Gregorius: Quandoquidem hac ſolertia carentes, catholicæ fidei cum hoſtibus differendi prouinciam non ſuſcipiant, idoneis quin potiùs, aptiſque ex animo renuntient, ne dimicando ſuccumbant, & aduerſariorum audaciam reformidantes, cæteris anſam à fide deficiendi tribuant. Conſultò igitur Valerius Hipponenſis Epiſcopus ſanctitate clarus: Homo, natura, græcus (vt inquit Poſſidonius *in vit. D. Aug. cap. 5.*) minuſque latina lingua, & literis inſtructus, & eidem Presbytero poteſtatem dedit coram ſe in Eccleſia, euangelium prædicandi, ac frequentiſſimè tractandi.

At ſanè, quia in maleuolam animam non intrabit ſapientia, nec habitabit in
7 corpore ſubdito peccatis. *Sap.* 1. D. idem Gregorius vbi ſupra, primum iſtud elucidando pręceptum, poſtquam dixerat: Eis duntaxat hoc muneris incumbit, qui exactiſſimè explorati ſunt, contemplandique acumine excellunt: Hęc item ſuperaddenda cenſuit, nimirum: Qui etiam & corpus, & animam à vitiorum ſordibus purgarunt: aut, vt parciſſimè loquar, iam in hoc toti ſunt, vt ſe à vitiorum labe purgent, vt nuper traditum eſt. Quorum tamen paulò inferiùs cauſam expendens, ſic fatur: Impuro enim rem puram attrectare ne periculo quidem, fortaſse caret: quemadmodum nec ægris oculis, ſolis radios intueri. Siquidem diuinam ad audiendam tantummodò legem, ex cuius operibus adhuc non iuſtificatur homo. *ad Galat.* 2. Moyſi, Aaronique duntaxat in vertice Sinai, ſi locus exhibitus eſt; pecoribus verò non tantum (quæ pro iniuſtis, brutalibuſque hominibus, *orat. 2. theolog.* idem vſurpat Gregorius) verum inſuper etiam Sacerdotibus, populiſque aliàs licet ſanctificatis ne perirent, ad calcem relictis, omnino prohibebatur acceſſus. *Exod.* 19. quomodò ergo ad differendum de fide; peruerſis hominibus, Dei noſtri gratiam transferentibus in luxuriam, pęnitentiæ pharmaco nondum purgatis à vitijs, liber patebit aditus? Valet quidem (negatiuè ſaltem) à maiori ad minus deductum argumentum. *Iaſ. in l. quæ de legato. n. 4. ff. de legat. 1. Thom. de Thomaſſer in flor. leg. reg. 53. Curt. iun. conſ. 134. num. 4. & conſ. 339. num. 59. & 60. lib. 3. Surd. de aliment. tit. 9. q. 1. n. 11. Tuſch. pract. concl. tom. 1. litt. A. concl. 501. num. 8. & 10. & alij.* Quod etiam paſſim admittunt Dialectici, vt in noſtra ſylloge. *diſp. 48. de locis extrinſ. abſol. ſump. q. 2.* latè oſtenſum eſt.

Iiſdem ſcholaſticis, hoc inde Theologis quoque præceperat, citato loco, D. Na-
8 zianzenus dicens: Non cuiuſuis temporis eſt de Deo differere, ſed certo tempore ac.

veluti

velut nuper inſinuatum eſt. Quod vtique explicandi magis, magiſque vt captaret auſam, veluti de quando ſedulò percontatus, cordatè reſpondit: Tum videlicet, cùm noſmetipſos in quietem, atque otium aſſeruerimus. Cuius ſententię rationem expendens, ita ſubdit: Ne alioqui princeps noſtri pars, improbis formis, vagiſque confundatur. Quod, vt intimiùs omnium hæreat mentibus, hiſce denique non inconcinnè firmauit exemplis: Dum, ſcilicet, veluti deformibus literis elegantes, cænoque vnguentum admiſcemus. Hoc tamen plenam ad horum intelligentiam, ignorandum minimè cenſeo: Eumonium, ſcilicet hęreſiarcam (à quo Eunomiani, contra quos præcipuè D. Gregorius ſpatioſa conceperat bella) inordinato differendi ſtudio flagrantem haud parum fuiſſe, omnemque hominis gloriam, atque probitatem, iugi in diſputandi ratione penitùs collocaſſe, *Sozom. lib.* 1, *hiſt. eccleſ. cap.* 26. Quod intempeſtiuum de Deo differendi genus, vtpotè impetuoſum, nimiſque audax ipſe Gregorius ſummè abhorrens; poſt allata præcepta, Eunomianos ita leniter carpit. Liber (inquit) à Beatiſſimo Dauide initium dicendi ſumere, vel ab eo potius, qui in Dauide locutus eſt, ac per eum etiam nunc loquitur. Quiſquis enim vel orationem aliquam, vel negocium auſpicatur, non meliorem, commodioremque ordinem tenere poteſt, quàm vt à Deo incipiat, & in Deo conquieſcat. Inquit enim *pſal.* 54. Veſpere, & mane, & meridie narrabo, & annuntiabo, & exaudiet vocem meam. Quæ vtique verba, diſceptationi fidei cum hoſtibus ſuſcipiendæ, hac erudita *tom.* 5. *Bibliot. PP.* Arnobij explanatione rectè coaptari poſſe; minimè eſt ambigendum. Ait namque. Si ergo ad Dominum clamaueris, & vis vt Dominus Ieſus exaudiat te: veſpere, & mane, & meridie ipſi narrabis, ipſi confiteberis, ipſi preces effundes, & ſine dubio, ita exaudiet vocem tuam, vt liberet à bello eorum animam tuam. Bellum quippè tam graue, tam anceps, nulli committendum videtur alteri, quam exercituum Deo, cui noſtram hinc obijciendo tenuitatem, inimicorum indè robur; dabit profectò in illa hora, quid loquemur; cùm non ipſi,
9 ſed ſpiritus Patris noſtris ſit locuturus in nobis *Matth.* 10 Audiatur interea, vt det nobis victoriam per Ieſum Chriſtum, quid loquatur in nobis Dominus Deus, qui olim loquens patribus in Prophetis, ſic *prou.* 26. conteſtatus eſt, dicens: Ne reſpondeas ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne efficiaris ei ſimilis: Reſponde ſtulto iuxtà ſtultitiam ſuam, ne ſapiens ſibi eſſe videatur. Hæc autem ſibi inuicem, ſi tantùm verborum audiatur ſonus, contrariari omninò videntur; ſi verò myſticus in eis capiatur ſenſus; quando ſcholaſtico præcipue ſit differendum, aptè diſponunt, indicantque tempus. Vtrunque enim (inquit Beda *tom.* 4. *lib.* 2. *in Salom. prou. cap.* 23.) pro temporum, & perſonarum diuerſitate concordat: dum & ſtultus contemnitur, quia non recipit ſapientiam: & ſtulta ſuperbia, alia decutitur ſtultitia, iuxta quod, & Apoſtolus ait, 2. *corinth.* 12. Factus ſum inſipiens: vos me coegiſtis. Nam per hoc quod ait. Ne reſpondeas ſtultò iuxta ſtultitiam ſuam, nos admonet (vt *tom.* 1. *Bibliot* PP. ſcitè docet Salonius *in myſt. Salomon. parab. explic.*) vt quia ſtultus ſapientiam non percipit, nos eius ſtultitiam non imitemur, ſed potius contemnamus, & deſpiciamus; & quoties ei loquimur, non turpiter, non furioſè, non ſuperbè, ſed honeſtè, patienter, ac humiliter hoc loquamur, & ſapienter, ne illi ſimiles efficiamur. Per hoc verò quod ſequitur: Reſponde ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, nos admonet, vt ſapienter increpemus, & redarguamus ſtultum, & manifeſtè demonſtremus quanta ſit in eo ſtultitia, ne fortè non agnoſcens ſtultitiam ſuam, ſe putet eſſe ſapientem. Huiuſcemodi quandoq; rei clara, & illuſtria D. Bernardus in ſe nobis ſtatuit exempla, dum Innocentio Secundo, dè ſibi oblata à Petro Abailardo, orthodoxæ fidei inſenſiſſimo hoſte dogmatica monomachia, nec non de celebri contra ipſum adepta victoria, *epiſt* 189. hæc pauca retulit. Diſſeminauit vbique (inquit de Petro Abailardo) ſe mihi, die ſtatuto apud Senonas reſponſurum. Exiit ſermo ad omnes, & non potuit me latere. Diſſimulaui primum, nec enim ſatis rumore populari mouebar. Cedens tamen (licèt vix, ita vt flerem) conſilio amicorum, qui videntes quomodò ſe quaſi ad ſpectaculum omnes pararent, timebant ne de noſtra abſentia, & ſcandalum populo, & cornua creſcerent aduerſario, & quia error magis confirmaretur, cùm non eſſet qui reſponderet, aut contradiceret; occurri ad locum, & diem; imparatus quidem, & immunitus; niſi quod illud mente reuoluebam. Nolite præmeditati qualiter reſpondeatis; dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Et illud: Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo. Conuenerant autem pręter Epiſcopos, & Abbates, plurimi viri religioſi, & de ciuitatibus Magiſtri ſcholarum, & Clerici literati multi, & Rex præſens erat. Itaque in præſentia omnium, aduerſario ſtante exaduerſo, producta ſunt quædam capitula de libris eius excerpta, quæ cùm cœpiſſent legi, nolens audire exiuit, appellans ab electis iudicibus, quod

non

Digitized by Google

„ non putamus licere. Porrò capitula, iudi-
„ cio omnium examinata,inuenta ſunt fidei
„ aduerſantia,contraria veritati. Hæc ille;ne
„ temerè,ſed opportuno ſcholaſtici Theolo-
„ gi congrediantur tempore.

Verùm enim verò, quia præfati Docto-
10 res, differendo de Deo, Virtute pruden-
tiæ annuntiant populis ſanctiſſima verba,
„ *Eccleſiaſt.* 44. & Arguendo ſapientem,Inau-
„ ris aurea ſunt, & margaritum fulgens,
Prouerb. 25. non apud quoſuis, ſed apud
certos homines, hoc eſſe ritè faciendum,
illis tertio loco (vt ſuperiùs eſt dictum) di-
ſtrictè præcipit D. Gregorius: Etenim
„ *Matth.* 7. ſcriptum legitur: Nolite dare
„ ſanctum canibus, neque mittatis marga-
„ ritas veſtras ante porcos, ne fortè concul-
„ cent eas pedibus, & conuerſi dirumpant
„ vos: Vbi Dionyſius Carthuſianus rem no-
„ ſtram ita mirificè attigit. Nolite ſanctum,
„ hoc eſt pura, & immaculata myſteria fidei,
„ profunda,& ſecretiſſima chriſtianæ ſapien-
„ tiæ, vel Sacramenta Eccleſiæ dare, idest
„ propalare, ſeù tradere canibus, ideſt irra-
„ tionabilibus, & inſanis hæreticis, vel cæte-
„ ris infidelibus, aut indoctis impenitenti-
„ bus, & paſſionatis hominibus, de quibus
„ dicit Apoſtolus ad *Philipp.* 3. Videte canes,
„ videte malos operarios, videte conciſio-
„ nem. Neque mittatis margaritas veſtras:
„ hoc eſt, cæleſtiſſima dona gratiarum vo-
„ bis conceſſa. Ante porcos, ideſt, homi-
„ nes carnales, de quibus idem Apoſtolus ad
„ *Titum.* 1. Malæ beſtiæ (inquit) ventres
„ pingues. Ne fortè conculcent eas pedibus
„ ſuis, hoc eſt intellectu, & affectu prædicta
„ bona contemnant, irrideant, & condem-
„ nent. Et conuerſi non à malo ad bonum,
„ ſed à malo in peius,vel corporaliter ad nos
„ conuerſi; Dirumpant, ideſt perſequantur,
„ impugnent, vel occidant vos. Nec libera-
liori, in differendo de Deo (niſi ſecus ne-
ceſſitas poſcat) ſepta detinenda eſt lingua
cuſtodia; dùm vulgarium, ſimpliciumque
hominum, nobis pariter adſtat circumfu-
ſa caterua: quandoquidem, vt 2.2.*quæſt.* 10.
„ *art.* 7. ſcitè docet Angelicus: Periculoſum
„ eſt publicè diſputare de fide coram ſimpli-
„ cibus, quorum fides ex hoc eſt firmior,
„ quia nihil diuerſum audierunt ab eo, quod
„ credunt. Et ideò non expedit eis, vt ver-
„ ba infidelium audiant diſputantium con-
„ tra fidem. Quod vtique non pigeat, hoc
amplius graui coniectare euentu; Demo-
phoonti, Phyllidis perſonam vſurpante,
Epiſt. 2. ita ſcribente Naſone.

Exitus acta probat: careat ſucceſſibus opto
Quis quis ab euentu facta notanda putat.

Nam publica illa, celebriſque cum Lu-
thero, Lipſiæ in Germania, diſputatione
habita: &ſi doctiſſimus Echius non ſemel
apertiſſimis aduerſatium deuiciſſet argu-
mentis: populus tamen ille rudis, & craſ-
ſus, non ita vt res erat, planè diiudicans;
impium magis Lutherum, quàm catholi-
cum Echium commendauit: atque ita,
hoc penitus neglecto, inſanum Lutheri
dogma, animarum ſuarum, non abſque
iactura, ſacrilegè ſuſcepit. *Alphonſus de Ca-
ſtro lib.* 1. *de iuſta hæret. punit. cap.* 19.

Quamuis autem, viris coram eruditis,
11 & probis de diuinis tantummodo inſti-
tuenda ſit diſſertatio myſterijs: veruntа-
„ men; Non de quibuſuis, quarto loco mo-
„ net Gregorius vbi ſupra,eſſe diſputandum;
„ ſed de his ſolum, quæ ingenij noſtri mo-
„ dulum, captumque auditoris non exce-
dunt. Scholaſticis nanque intentio, to-
tuſque ſcopus, ſicut de concionatoribus
cap. 4. *num.* 4. iam dictum eſt ſupra; veri-
tatem docere, arguere falſitatem, malos
corripere, bonoſque per theologicas ratio-
nes quoque erudire debet eſſe duntaxat;
ſcribente Apoſtolo 2. *Timoth.* 3. vt ibidem
„ meminimus: Omnis ſcriptura diuinitus in-
„ ſpirata vtilis eſt ad docendum, ad arguen-
„ dum,ad corrigendum, ad erudiendum in
„ iuſtitia, vt perfectus ſit homo Dei, ad om-
„ ne opus bonum inſtructus. Siquidem vt
„ fidelis,& familiaris eius interpres,*Homil.* 9.
„ ibi notat Chryſoſtomus: Si quid vel diſce-
„ re, vel ignorare opus ſit, illic addiſcemus:
„ ſi arguere falſitatem, inde hauriemus: ſi
„ corrigi, ſi caſtigari ad exhortationem, ad
„ ſolatium ſi quid deſit, & oporteat adipiſci,
„ ex ea nihilominus diſcimus. Hæc itaque
ſacræ beneficia doctrinæ, ægrè præſtare va-
lent,qui ea diffundunt,quę non continent;
ſeminant, quæ non congregant; docent,
quæ minimè noſcunt. Hi nimirum (in-
quit Seneca, *epiſt.* 45.) non inuenta, ſed
„ quærenda nobis reliquerunt:& inueniſſent
„ forſitan neceſſaria, niſi vacua quæſiſſent.
Quare, differendo de ijs, quæ mentis non
acuunt, ſed obtundunt aciem; cæciſiunt,
eaque docendo, cæcorum duces, qui non
dirigunt, ſed dirimunt; non erigunt, ſed
„ deprimunt: Cæcus enim, ſi cæco ducatum
„ præſtet,ambo in foueam cadunt,*Matth.* 15.
Rectè igitur Chryſoſtomus apud Nice-
phorum *lib.* 8. *cap.* 15. Sozom. *lib.* 2. *cap.* 3.
„ atque alios, ita dictare ſolebat: In alijs cer-
„ taminibus lauream referunt, qui victores
„ redeunt; at in diſputationibus diuinis, ſo-
„ lis debetur corona, qui ſe rei magnitudine
„ victos ingenuè fatentur: idcircò *Eccleſ.* 3.
„ habetur, Altiora te ne quæſieris, & fortio-
„ ra te ne ſcrutatus fueris; ſed quæ præcipit
„ tibi Deus, illa cogita ſemper; & in pluri-
„ bus operibus eius ne fueris curioſus: Non
eſt enim tibi neceſſarium,ea quę abſcondi-
ta ſunt videre oculis tuis &c.

Demùm, ne per omnia ſpeculantium
12 placita, diuinis in rebus, cunctis libera vagandi tribuatur facultas, atque ita germanus Sacrarum Scripturarum extorqueatur, aut labefactetur ſenſus; non interminatè hoc differendi opus, ſed alioufque eſſe faciendum, quinto, & extremo præcepto, *eadem citata oratione* 2. conteſtatus eſt Nazianzenus. Quod latè indè explicans, hęc luculenter addit: Finibus noſtris philoſophiam circumſcribamus, nec in ægyptum abripiamur, neque ad Aſſyrios protrahamur, neque canemus canticum Domini in terra aliena. Fines quippè noſtri, vtpotè veri, & chriſtiani ſapientis, quibus veræ, & chriſtianæ ſapientiæ vndequaque terminatur initium, ſcilicet timor Domini, *Pſal.* 110, Fides, Spes, & Charitas omninò ſunt, *Eccleſ.* 2. vbi iubetur: Qui timetis Dominum credite illi, & non euacuabitur merces veſtra: Qui timetis Dominum ſperate in illum, & in oblectationē veniet vobis miſericordia: Qui timetis Do-
13 minum diligite illum, & illuminabuntur corda veſtra. Nam cùm Theologia, de qua conflictantur Scolaſtici, contineat ſecundùm Henricum 1 *par. art.* 8. *quæſt.* 3. *n.* 15. quicquid eſt perfectionis in omni habitu tam ſpeculatiuo, quàm practico: eſto abſolutè verius dicatur ſpeculatiua, quàm practica, aut affectiua: eminenter ſaltem ſpeculatiua, practica, & ſimul affectiua nuncupari prohibetur nequaquam. Quare vt ſpeculatiua complectitur ea, quæ ſacra canonica decernit Scriptura eſſe credenda: vt practica docet certò promiſſa expectare diuinitus præmia: vt denique affectiua, ad ea mouet affectum, quæ amore caſto, atque gratuito ſunt diligenda: Atque ideò, quatenus ſpeculatiua, terminatur ad Fidē, qua credimus credenda: quatenus practica, ad Spem, qua ſperamus ſperanda: & quatenus affectiua, ad Charitatem, qua diligimus diligenda. Fides enim (inquit Anſelmus *in* 1. *Corinth.* 13.) eſt, qua credimus quicquid Scripturæ ſanctæ, nobis credendum intimant: & Spes, qua ſperamus promiſſa nobis diuinitus præmia: & Charitas, qua Deum, ac proximum diligimus, & ipſa præmia. Adeò vt Chriſti fideles rectè credere, certò ſperare, ſyncerè amare, ac verè promereri, quæ credenda, expectanda, & diligenda ſunt minimè valeant, niſi his contineantur finibus, terminiſque claudantur. Quibus profectò aliquo pacto excidere, vtique non eſt in lumine Dei videre lumen, *Pſalm.* 35, ſed in Ægyptiorum tenebras turpiter abripi, *Exod.* 10. Non adoptionem filiorum Dei expectare, redemptionem corporis noſtri, *Rom.* 8. ſed Aſſyriorum ad ſeruitutem protrahi, 4. *Reg.* 17. Non demum in regno filij dilectionis ſuę in quo habemus redemptionem, & remiſſionem peccatorum, cum gaudio gratias agere, *Coloſſ.* 1. ſed flentes canticum cantare Domini in terra aliena, *Pſalm.* 136.

Hæc autem Beati Patris Gregorij ſoliſſima doctrina, inter catholicos adeò re-
14 cepta eſt, vt celeberrimi Doctores, ipſam omninò ſint amplexati. *Ex cap.* nanque *Quicunque* §. *inhibemus de hæret. lib.* 6. *& ex l. nemo C. de ſumma Trinit. & Fid. Cath.* iuxta allegata præcepta, huiuſmodi Theoremata ponunt, quorum vnum eſt: Laicis diſputare de fide penitus prohibetur, *Sanchez cum alijs in oper. mor. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 22. quem inter alios ſequitur *Ægid. Trulenc. par.* 1. *lib.* 1. *cap.* 1. *dub. fin.* Etiam ſi docti experti, & eruditi fuerint. *Sanchez vt ſupra num.* 3. *Dominic. in dicto* §. *inhibentes num.* 1. *&* 2. *Syueſter verb. diſputatio, num.* 2. *Nauarr. conſ.* 24. *de hæret. num.* 2. *Alphonſ. à Caſtro de iuſta hæret. punit. Villalob. in ſumma tract.* 1. *diff.* 7. *num.* 4. *& alij.* Dummodo vrgens non adſit neceſſitas: vt ſi aliquis hæreticus eſſet fideles peruertens, & non adeſſent Eccleſiaſtici docti, qui fidei ſuſciperent partes: tunc enim Laicus doctus tenetur ſaluti plurimorum magis conſulere ſpirituali. *Sanch. loc. cit. num* 7. *Filiucc. tom.* 2. *tract.* 22. *cap.* 3. *à num.* 101. *Bonacc. tom.* 2. *diſp.* 3. *q.* 2. *punct.* 4. *Trulenc. ſub dicto num.* 1. *ver. ceſſaret. Villalob. dicto dub.* 7. *num.* 4. *in fin. Suar. tract. de Fide diſp.* 20. *ſect.* 1. *num.* 11. *Sanctarell. de hæreſ. cap.* 8. *num.* 7. *Becan. de Fide cap.* 15. *quæſt.* 7. *num.* 6. *vt tradit Barboſ. in dicto* §. *inhibemus cap. quicunque num.* 13. 16. *&* 17. aut ſi inter religioſos exercitij cauſa velit diſputare: tunc enim non formalis, ſed tantùm materialis eſſet diſputatio, & conſequenter non prohibita. *Caiet.* 2. 2. *quæſt.* 10. *art.* 7. *Bannez & Aragon. ibidem. Ledeſma in ſum. tom.* 2. *cap.* 5. *concl.* 13. *atque alij.*

Alterum verò, quod ponunt Theorema
15 eſt. Clericis, ac Religioſis, licet ad maiores, vel minores ordines non initiatis, dummodo tonſura non careant, diſputare de fide non inhibetur. *Farin. de hæreſ. qu.* 178. *num.* 111. *cum alijs*, quibus adduntur *Bordon. de inquiſit. cap.* 1. *num.* 118. *in fin. Sanch. ſupradicto cap.* 6. *Sanctarell. vt ſupra num.* 5. *Barboſ. vt ſupra num.* 14. *in fin. atque alij.* Quæ diſputatio tamen (vt rectè limitat Ægid. Trulenc. *dicto cap.* 1. *dub. fin. num.* 2. apud Fermoſ. *ad rubric. de ſumma Trinit. quæſt.* 5. *num.* 11. 12. *&* 13.) eis permittitur, ſi cauſa adeſt, & docti ſint, nec fiat coram rudibus, etiamſi fiat cauſa exercitij; niſi quando Doctor ita eſſet excellens, vt ſe accommodaret etiam captui ſimplicium.

Tertiùm denique Theorema eſt, quod
16 differere cum Hæreticis, qui alicuius erroris

roris ſunt Magiſtri, non licet alicui, cùm nimis in cauſis fidei ſint obſtinati, niſi ex circumſtantia maximę alicuius neceſſitatis: præcipuè ſi diſputans ſit hæſitans in fide. *Sanch. dicto lib. 2. cap. 6. Becan. dicto cap. 15. de fide quæſt. 7. Farin. dicta quæſt. 178. §. 5. Sanctarell. dicto cap. 8. Eymericus direct. inquiſ. par. 1. quæſt. 10. Bordon. de inquiſ. dicto cap. 1. num. 16. apud Fermoſ. vbi ſupra nu. 17. 18. & 19.*

CAPVT VI.

Morales Theologi, quorum propriam non tantum, verum etiam intereſt alienam dirigere conſcientiam; munus ſuum tunc perfectè abſoluent cum rectam firmabunt, erroneam, dubiam, & ſcrupuloſam penitus amouebunt; ac ſaltem morali, probabilem, certitudine fulcient.

SVMMARIVM.

1 *Scholaſtica, quatenus practica eſt Theologia, ad agendum vitam, & mores pariter eſt ordinata, cùm ſcientiæ practicæ finis ſit operatio: quamobrem plurima de Sacramentis, eorumque Miniſtris, de Virtutibus, & vitiis, de pœnis, aliiſque ſalutem neceſſariis ad noſtram vberrimè tractat.*

2 *Tam Morales ideircò, quàm Canoniſtæ in ea occupantur Theologi: eadem nanque, quæ in morali tractentur Theologia, in Iure traduntur canonico: neque alia inter hos Doctores differentia ſolet aſſignari, quàm fori interioris, & exterioris: Quinimmò eorum in primitiua Eccleſia per quadringentos annos, & vltra, nulla erat diſtinctio.*

3 *Onera tamen Moralium, Canoniſtarumque, hoc diſtribui debent loco, eorum in præſenti inſequentibus iſtorum ſedulò examinando. Quod vt commodè fiat, quid ad moralis finem maximè conducat Theologia in promptu eligendum eſt; cùm electio eorum ſit, quæ ſunt ad finem, & iuxta exigentiam finis, cætera moderari oporteat.*

4 *Moralis Theologiæ finis, & ſcopus eſt, hominum in ſuis operibus conſcientias dirigere, eoſque à peccatis, & vitiis retrahere; atque ideò Ethicus opportunum ſibi onus aſſumet Theologus, Deo ſi militanda, ſuam cæterorumque in fide inſtruat conſcientiã, quemadmodum ex pluribus Leuitici locis, ſymbolicè percipitur.*

5 *Quia diuerſorum non vnicum, ſed multiplex debet eſſe iudicium; iudicare, & aliquid de conſcientia dirigere nequimus, niſi ipſam diuidamus in partes, quæ licet ex obiecto materiali, & ex modo ipſius actus, plures, ac plures habere poſſit; communiter tamen, in quatuor ſecatur duntaxat: vndè Certa, Dubia, Probabilis, & Scrupuloſa, ex vario ipſius intellectus practicè iudicandi modo nuncupatur.*

6 *Conſcientia eſt iudicium practicum, quo de benè, vel malè factis, aut faciendis hìc, & nunc iudicamus: Quare in tali iudicio plerumque contingit error, & deceptio. Vndè Theologi certam, & determinatam conſcientiam in rectam, & erroneam adhuc ſecant; & pro recta, & vera hæc tenentur docere; nimirum: Dei timore, mandatorum obſequio, & charitatis feruore, ipſam ſummè foueri.*

7 *Timor tripliciter conſiderari poteſt, videlicet, vt vitium iraſcibilis eſt, qui nihil aliud eſt, quàm dolor, & perturbatio quædam; vel vt ſatus prudentiæ, & ſic virtuti augmento eſt: vel vt tandem initium veræ ſapientiæ nuncupatur, atque ita expellit peccatum, & ſapientiæ corona dicitur, quorum relicto primo, vterque ad rectam inſeruit firmandam conſcientiam.*

8 *Inſtar maris humana vita eſt, in qua cuncti ceù nauigium, corpus hoc ingreſſi, imaginario traiicimus: veruntamen Dei lex, diuinaque præcepta inter tot fluctus, fax, lumen, & ſemita nobis ſunt. Quapropter, ſi auerſi oneris reo, recta nauigatione contempta, littora deuia ſectanti Nauiculario capitalem impoſuerunt pœnam; ita diuinarum legum præuaricatoribus, mortis, & interitus, non immeritò intimatur pœna.*

9 *Amor in Deo mellificat, in cæteris acerbat: nam mundanus amor, ſine amuſſi charitatis, ſibi etiam obeſt, ſibi deeſt, atque vt vnum amet, odit plures, offendit omnes. E contra verò, amando Deum, non tantum nullo decipimur errore, nec proximorum amittimus amorem; verùm inſuper, non vulgari ipſum alleuamus virtute, purum facimus, defæcatum, acrem, fortem, fidum, & omni vera perfectione excultum.*

10 *Pro iis, qui certa, ſed erronea laborant conſcientia, dummodo ex vincibili hoc illis contingat ignorantia, erroris expulſio in remedium eſt adhibenda. Duobus nanque peccat noſtra cògnitio modis, falſa, ſcilicet, pro veris apprahendendo, aut vera ſegniter, & inefficaciter proponendo; quibus malis ſola ratio medetur, cùm ægrotanti animo, ipſa ſit medicus optimus.*

11 *Ex ſola voluntatis ad operandum non applicatione, penitus mentis non adimitur error; nec honeſtis non adhibitis conſiliis, conſcientia deponitur erronea: nam licet voluntatis ſit velle, & nolle; tamen quia cæca eſt, niſi intellectus, & rationis fulciatur lumine cum niſu vult, plerumque nullo modo vult: Blandimentum enim à ratione cupit, quo mitius gubernetur ad bonum.*

12 *Ad conſcientiam autem deponendam dubiam occupandus eſt paulatim rationibus animus, donec quæ obuerſantur difficultatum pondera diſcutiantur, atque ad vnam flectatur partem: nam dubietas eſt, quæ vnumquodque contradictorium æqualibus ambit rationibus: qua de re, niſi firmioribus, validioribuſque argumentis dubitantis animus ad vnam flectatur partem, iners, & deſes fiet.*

13 *In rebus dubijs, præcipuè dum animæ timetur iactura, tutior, & firmior pars eſt eligenda, quod fundatur in iure naturali, & diuino, quo prohibentur omnes ſe exponere diuinæ offenſæ, propriæque ſalutis periculo. Contra quod ius, & vbi agitur de materia peccati nulla datur poſſeſſio, immo nulla præſcriptio, aut conſuetudo.*

14 *Dum rebus in dubijs tutior pars non apparet, iuris ad regulas eſt recurrendum: nimirum eſſe iudicandum, vt actus valeat potiùs quàm pereat; eſſe præferendum, quod in regione in qua actum eſt frequentatur; Vbi contrariæ extant ſententiæ, pronunciandum eſt pro poſſeſſore; Eſſe præferendum quod benignius eſt, quod veriſimilius, quod plerumque fieri ſolet, atque alia id genus, de quibus remiſſiuè agitur.*

15 *Pro conſcientia dirigenda probabili, cùm deponenda abſolutè non ſit, hæc inter cæteras præcipua aſſignatur regula, nimirum: In actibus humanis ad hoc, vt quis honeſtè operetur neceſſe eſt, vt habeat certitudinem ſaltem moralem de honeſtate operationis; quod ità communiter recipitur, vt quidam non dubitent affirmare eſſe de fide. Quæ autem ſit certitudo moralis, latè explicatur.*

16 *Quæſtio illa perdifficilis leuiter tangitur: An ſcilicet in moralibus ſequi liceat opinionem probabilem ſecundùm ſe, præſcindendo à quacunque probabilitate opinionis oppoſitæ, adeò vt humanis in actionibus eligens quod probabile eſt non agat temerè, ſed prudenter, & conſultò.*

17 *Obiter tamen, & perfunctoriè tantùm negatiuæ parti adhærendum putatur, cùm vix percipi poſſit, quomodò de honeſtate quis moralem teneat ſuæ certitudinem operationis, & ſimul opinetur, quod nil aliud eſt, quàm aſſentiri vni parti cum formidine alterius, quæ vtique formido, certitudinem moralem, omninò videtur tollere.*

18 *Plures coniecturæ in moralibus, ac probabilia argumenta, & ſi per ſe ſingula aſſenſum in nobis certum minimè generent, ſed valdè formidoloſum; tamen ex omnibus ſimul ſumptis moralis illa conſurgit certitudo, quæ licet demonſtratiua non ſit, probabilitatis limites nihilominus excedit, & eſt extra omnem formidinem.*

19 *Dictamen, quod ex leuibus prodit coniecturis, ſcrupuloſa nuncupatur conſcientia, cui plurimæ aſſignantur cauſæ, quæ tamen ad quatuor tantùm ſunt reductæ: Corporalis, ſcilicet intrinſeca, & corporalis extrinſeca. Spiritualis intrinſeca, & ſpiritualis extrinſeca. Et quæ earum qualibet ſit abundè explicatur.*

20 *Scrupulorum corporales cauſæ, adimendæ cùm ſint à Medicis, vel Philoſophis; tantùm ſpirituales hìc per aliquam regulam ſunt amouendæ, quam prudentes, ac ſapientes viri, quibus maximè adhærendum eſt, optimè ſuppeditabunt; ſi contra ſcrupulos, non tamen conſcientia retenta ſcrupuloſa, frequenter eſſe operandum, ſcrupuloſos ſedulò monebunt.*

21 *Pro corollario totius capitis hoc eſſe; Vt quilibet non intermittat opus probabile, ſiue à pluribus videatur, ſiue ſine arbitrio ſit: nam ſe ipſum vnuſquiſque, & animum ſuum ſeuerum iudicem, ſui vltorem ſceleris, & vindicem criminis habet.*

SCholaſtica, cùm ex ſuperiori capite *n.* 13. quoque practica ſit Theologia; ad agen-
1 dum vitam, & mores (vt verbis D. Auguſtini apud Henricum *1. p. art. 8. q. 3. n. 1. & 13.* vtar) pariter eſt ordinata. Etenim practicæ cuiuslibet ſcientiæ finis eſt operatio *2. met. text. 3.* Quamobrem practica Theologia (vt ſcitè notat Zara *de anatom. ingen. & ſcient. ſect. 4. cap. vnico in fin.*) quæ Dei, ac Eccleſiæ præcepta nobis proponit ſeruanda, & obſeruanda: Sacramenta exhibet, Miniſtros inſtituit, & quibus illa, quoue modo, ac tempore danda ſint inſtruit: omnia virtutum, ac peccatorum genera, vt hæc vitemus, illa ſequamur oſtendit: cenſuras profert, monſtratque viam, ne in illas incurramus, & incurſis, vt è veſtigio abſoluamur; & plurima alia denique ediſſerit, quæ ad noſtram ſunt ſalutem diuinitus inſtituta. Æqualibus
2 proinde ſe calculis in ea occupare ſolent tam morales, quàm canoniſtæ theologi: nam illa eadem, vt ex Auguſtino de Ancona, & Pelbarto tradit Ioan. Altenſtaig. *in ſuo lexico theolog. v. Theologus.* quæ tractantur in Theologia, in iure tractantur, & recipiuntur canonico: atque eatenus inter ſe diſcriminantur Theologi, & Canoniſtæ, quatenus ij magis vniuerſaliter determinant, & in foro conſcientiæ, in quo agitur cauſa inter Deum, & hominem: iſti verò ad particularia applicant negotia in foro exterioris iudicij, in quo agitur

agitur cauſa inter hominem, & hominem. Hæc ille. Quinimmo Theologorum, & Canoniſtarum (addit Gerſon. 2. *p. in recommend. licent. in decret.*) non erat diſtinctio in Eccleſia primitiua per quadringentos annos & vltra. Verùm enim verò,
3 quoniam ipſorum onera, quibus nulli vacare licet, ægrè vehit vna nauis, bipartitò diſtribuam, & quæ Canoniſtis committenda cenſentur ad ſequentia tranſmiſſis; ea modò diſcutiam duntaxat, quæ ethicis ſunt iniungenda Theologis. Vt autem ab his commodiùs aptiora ex potioribus eligi queant: quæ moralis ad finem maximè ducunt Theologiæ, præſertim expendenda ſunt: Quandoquidem eorum, quæ ſunt ad finem propriè electio eſt 3. *ethic. cap. 2.* Et ſecundùm exigentiam finis, cætera debent moderari. Gerſon. 1. *p. epiſt. ad ſtuden. Nauarræ.*

Finis itaque, totiuſque ſcopus moralis
4 Theologiæ, hominum eſt in ſuis operibus conſcientias dirigere, eoſque à peccatis, & vitijs retrahere, vt *init. moral. Theolog.* ex vnanimi Doctorum placito, ſuum lectorem ſufficienter erudit Bartholom. Maſtrius. Opportunum quapropter ethicus onus ſibi aſſumet Theologus, Deo ſi militando ſuam cæterorumque in fide inſtituat conſcientiam. Hinc Paulus, Timotheo, quem Epiſcopum, animarumque conſtituerat rectorem, *epiſt. 1. cap. 1.* ſcribens: Hoc præceptum (inquit) commendo tibi fili Timothee, ſecundùm præcedentes in te prophetias, vt milites in eis bonam militiam, habens fidem, & bonam conſcientiam; quam quidam repellentes, circa fidem naufragium fecerunt. Et meritò quidem (ibidem *Hom. 5.* ſubinfert Chryſoſtomus) nam vbi vita reprehenſibilis fuerit, Dogma item huiuſmodi ſit, neceſſarium eſt. Sacerdotibus idcircò, atque Prophetis, *Leuitic. 2. 7. & 26.* quædam mandauit Deus ſibi apponi clibano cocta, per quæ interpretes, cor hominis intelligunt, vt *lib. 14. Hierogly. cap. 8.* notat Pier. Valer. Hoc eſt (ipſe ait) tacita mentis agitatione examinata, cùm ſcilicet, nos erroris pænitet, & conſcientia noſtra, ardore quodam occulto intra ſe ſuccenditur, vitiumque ipſa ſuum paulatim exurere contendit.

Cæterùm quia multifariè iuxta diuer-
5 ſas ſcilicet, opinantium indagines conſcientia vſurpari ſolet, vt docet Alenſis *2. p. ſum. q. 74. memb. 1.* niſi priùs in ſingulas ſecetur præconceptas partes, nulla ei firma certaque poterit adhiberi cura: Diuerſorum etenim, non vnicum, ſed multiplex debet eſſe iudicium, *l. inter ſtipulationem § ſacram ff. de verb. obligat. Steph. Grat. Marchiæ. deciſ. 32. n. 8. & deciſ. 42. n. 10.* Ex varijs propterea capitibus, diuerſimodè conſcientia à pleriſque diuiditur: nam ex obiecto materiali rectè dicitur: alia eſſe de præteritis, & alia de futuris: alia inquinata, & alia munda: alia vera, & alia falſa, ſiue erronea. Et ex modo ipſius actus, rectè dicitur: alia eſſe conſcientia determinata, & alia indeterminata, ſiue dubia: alia certa, & alia formidoloſa: alia probabilis, & alia ſcrupuloſa: alia turbata, aut inquieta, & alia pacata, vel tranquilla, vt videre eſt apud Reginald. *in praxi lib. 13. cap. 6. n. 57. Vaſquez 1. 2. diſp. 59. cap. 1. n. 5. Salas 1. 2. tract. 8. diſp. vnic. ſect. 2. Sanchez lib. 1. in decal. cap. 9. n. 2. Sayr. lib. 1. clau. reg. cap* 3. & alios. Ex his tamen diuiſionibus ſi illas omittamus, quę ſunt minùs præcipuæ, ac leuiores patiuntur difficultates, vtique dici poteſt, Conſcientia eſſe omninò quadruplex, videlicet, Certa, Dubia, Probabilis, & Scrupuloſa: nam intellectus per iudicium practicum certò iudicat, vel dubitat, & eſt anceps, vel opinatur, vel ex leuibus timet cauſis, & angitur, vt notat Sanchez *loc. ſuper. cit.* atque alij non pauci.

Cùm autem conſcientia ex D. Thoma
6 *q. 17. de verit. art. 1. & 1. 2. q. 76. art. 13.* practicum ſit iudicium, quo de benè, vel malè factis, aut faciendis hic, & nunc iudicamus, vtique de actione non erit in vniuerſum, ſed in particulari, prout ſcilicet, eſt benefacta, vel facienda hic, & nunc, vt ex eodem D. Thoma *q. 16. de verita. art. 2.* latè colligitur; atque ideò frequenter in ea, error contingere poteſt, & deceptio, ex traditis per Gerſonem. *p. 2. de eſſe natura, & qualit. conſcien.* Quamobrem, in rectam, & erroneam cum D. Thoma *q. 17. cit. de verit.* vt ipſam diſtinctè dirigere queant, certam, & determinatam communiter Theologi, conſcientiam partiuntur adhuc. Et pro recta, & vera, hæc præcipuè tenentur docere, nimirum: Dei timore, mandatorum obſequio, & charitatis feruore, ipſam ſummè foueri: Nam ad Alcherum Monachum. vt *lib. de conſcien. cap. 7. tom. 9. Bibliot. PP.* ſcribit Petrus Cellenſis: Inchoatur conſcientia à timore, producitur, & deducitur à ſubiectione, perficitur, & conſummatur in amore; Niſi timeat conſcientia, facinus quodlibet attentat, vel perpetrat; niſi ſubijciatur verbis veritatis, in elationis, & mendacij ventum euaneſcit: niſi diligat quod diligendum eſt, calcaribus ſemper vrgetur, & circa propoſitum ſiſtitur.

Timor ſanè, quatenus vitium iraſcibilis eſt, Perturbatio quædam, & dolor 2.
7 *rhet. cap. 5.* iure optimò nuncupatur: ſemel

enim

enim lymphatum cæco pauore animum curæ perpetuò lacerant. Hic vera ſibi fingit, illa, quæ abominatur. Et ſi non re vera, æger eſt, tamen rerum malarum perpetua expectatione ægreſcit: Meticuloſus odit ſublimia, vtpotè, qui inter ima trepidationum verſatur, niſi quatenus eſt intra nubila ſuarum ſuſpicionum. Nihil clementer, omnia formidabiliter accipit; omnia trahit peiori via. Ad vmbram arundinis, quòd aiunt, aut vtre conſpecto, contremit. Quæ vera ſunt habet pro falſis; tuta, & potiora deſerit, vt inclinet ad incerta, & reuoluatur ad intuta, & inanias vnde perpetuæ confuſioni relinquitur. At ex oppoſito; Timor ad menſuram adductus, moderatuſque, virtuti augmento eſt 1. *magnor. moral. cap.* 5. Earum nanque virtutum effectus putatur, quæ impendentia aduertunt: quare nequaquam eſt perturbatio, ſed cautela, quæ ſi eſt neceſſaria, eadem eſt ſalutaris: ſi ſuperflua, quid iacturæ ſit cauendo? Hic timor vnicuique eſt ſuæ infirmitatis quædam veluti conſcientia, quæ homini perpetuò aurem vellit in hoc, vt rei timendæ appropinquationem vitet, quandoquidem, ſub omnem, vt aiunt, lapidem ſubrepit ſcorpius. Cæterùm, vt cautus metus præclarus eſt prudentiæ fætus, ita huic alius adeſt, & quidem pudori, & reuerentiæ affinis, cuſtos, immò author pietatis probi, & ingenui cuiuſque proprius. Hoc eſt quoddam veluti vehiculum diuini cultus, eſt initium, eſt cumu-
„ lus, & perfectio ſapientiæ; de hoc enim
» dictum eſt: Timor Domini expellit pec-
» catum. Et corona ſapientiæ timor Domi-
» ni. *Eccleſiaſti.* 1. Vnde ſubditur *cap.* 2. Serua
» timorem illius, & in illo veteraſce. Me-
» tuentes Dominum ſuſtinete miſericor-
„ diam eius, & non deflectatis ab illo ne
„ cadatis. De timore Domini (inquit Caſ-
„ ſianus *de inſtit. mon. lib.* 4.) naſcitur com-
» punctio ſalutaris. De compunctione cor-
» dis procedit abrenunciatio, ideſt nuditas,
» & contemptus omnium facultatum: de
» nuditate humilitas procreatur: de humili-
» tate mortificatio voluntatum generatur:
„ de voluntatum mortificatione extirpan-
„ tur, atque areſcunt vniuerſa vitia.

8 Sed enim, cùm obedientia ſepulchrum ſit voluntatis, & excitatio humilitatis. *Climacus in ſcala parad. grad.* 4. voluntatum mortificatio, qua extirpantur vitia, & areſcunt; illud profectò erit mandatorum obſequium, veritatiſque verbis humilis ſubiectio, quæ rectam, vt diximus, perficit, & reducit conſcientiam: Quandoqui-
» dem; Inſtar maris humana vita eſt, B. aie-
» bat Theodorus Studita *catechet. ſerm.* 106. in
„ qua cuncti, ceù nauigium, corpus hoc in-
„ greſſi, imaginariò traijcimus; nec defini-
„ to quodam tempore, vt qui ſub ſenſum
» ſubiectum æquor permeent, nunc naui-
» gantes, nunc in portum appulſi, quin aſ-
„ ſiduè nauigamus, dies nocteſque, nec ci-
„ tra fluctus, ac tempeſtatem, vt nihil di-
„ cam atrox pelagus obiectum, neque atrox
» ſolum, ſed impendio vaſtum, vitæque
» curriculo noſtræ deſcriptum. Quod dici
» non poteſt quantis procellis præ malignis
» ſpiritibus inhorreſcat, quotue incurrant
„ Demones piratæ, qui nos demergant: Id
„ adeò non ignorans, vt Sanctus Dauid præ-
„ cabundus diceret *Pſal.* 68. Libera me ab
» his, qui oderunt me, & de profundis aqua-
» rum, non me demergat tempeſtas aquæ,
» nec abſorbeat me profundum, neque vr-
» geat ſuper me puteus os ſuum. Veruntamen, nigrantes inter tot procellas, nimboſaſque tempeſtates, ac rapidos fluctus; præceptiua Dei eloquia, ipſis dum ex animo ſubijcimur, Fax, Lumen, & ſemita nobis ſunt vndecunque; dicitur enim
„ *prou.* 6. Conſerua fili mi præcepta patris
„ tui, & ne dimittas legem matris tuæ. Li-
„ ga ea in corde tuo iugiter, & circunda
» gutturi tuo. Cùm ambulaueris gradian-
» tur tecum: cum dormieris, cuſtodiant te;
» & euigilans loquere cum eis; quia manda-
» tum lucerna eſt, & lex lux, & via vitæ in-
„ crepatio diſciplinæ. Etenim apud quemcunque conſcientia obruta, & ſepulta eſt, lex ibi emergit ſcripta, quæ vox vtique diuina eſt publicè propoſita, vt iuſti, & iniuſti regula exiſtat monendi vim habens cogendi, & vlciſcendi. Monendi quidem, quod quædam leges veriùs conſiliariæ ſunt, quàm cogentes. Cogendi verò, quòd in pluribus ex metu legum innocentia eſt, ex quo inde motu oritur ſanctitas, præcipuum hominis decus: hic enim ille eſt, qui cupiditates cohibet ne excurrant ad illicita. Vlciſcendi denique quod quæ vni eſt vltio, cunctis eſt exemplum. Illæ monitrices gignunt pudorem; quæ cogunt morem; quæ puniunt, timorem: quemcunque ex effectibus lex edat, ea humanæ naturæ ſalus eſt; vnde omnis vita, & honeſtas, & quies reſilit. Quapropter ſi auerſi oneris reo, recta nauigatione contempta littora deuia ſectanti Nauiculario *l.* 5. *C. de nauic. lib.* 11. Honorius VIII. & Theodoſius III. A. A. capitalem impoſuerunt pœnam: minimè erit abs re huius ſi myſtici maris, à recto præceptorum deflectendo itinere, remotaque à legis tramite ſectando littora per Ieremiam 44. his item mulctis coerceantur Nautæ, dum legitur: Non ſunt mun-
„ dati vſque ad diem hanc, & non timue

tunt,

runt, & non ambulauerunt in lege Domini, & in præceptis meis, quæ dedi coram vobis, & coram patribus veſtris. Ideò hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael. Ecce ego ponam faciem meã in vobis in malum, & diſperdam omnem Iudam; & aſſumam reliquias Iudæ, qui poſuerunt facies ſuas, vt ingrederentur terram Ægypti, & habitarent ibi, & conſummentur omnes in terra Ægypti, cadent in gladio, & in fame, & conſummentur à minimo vſque ad maximum, in gladio, & in fame morientur.

Quia verò, finis præcepti eſt charitas 1.
9 *Timoth.* 1. directa per mandatorum obſeruantiam, minimè perficietur conſcientia, quoaduſque in amore fundetur; & conquieſcat. Nam de voluntatum mortificatione (proſequitur Caſſianus vbi ſupra) extirpantur, & areſcunt vniuerſa vitia: vitiorum expulſione, puritas cordis acquiritur: per cordis puritatem Apoſtolicæ charitatis perfectio poſſidetur. Quare Paulus Coloſſenſes 3. hortatur, dicens: ſuper omnia autem charitatem habere; quod eſt vinculum perfectionis. Quod ſi dilectio, cum dolore plerumque miſtas voluptates viciſſim affert; vnde

Amor, & melle, & felle, eſt fœcundiſſimus.

vt apud Plautum *in Ciſtellar.* Meretricula quædam lepidè decantauit: ita tamen anceps diſtinguere iuuat proloquium. Nimirum: in Deo mellificat, cæteris acerbat. Amor enim, vt apis, officioſiſſimus, & ſui operis pacifici zelator, ſi impediatur aculeatus eſt; ſtimulo ſuo dire ſauciat. Ideò amatores rerum caducarum delibuti abſinthio, acerbiſſimè ſuam ipſam cupiditatem, immò voluptatem ferunt. Pungit illos amor extrà alueare ſuum, dulcis tranquillitatis artificio impeditus. Diligentes duntaxat Deum, nectare alit: ijs fauum conficit iucundum: in Deo ſolum locum opificij ſui reperit. Nam quicunque alius amor diſconueniens, inæqualis, amariſſimus, crudeliſſimus eſt: & ſua, his rebus non natum docet inæqualitas, & atrocitas: monſtrat violentia extrà locum ire proprium, niſi in Deo, quem vtique, qui amat debet amare omnes, & amari ab omnibus, cum omnes vniat amores vnicus Dei amor; in quo maxima iucunditas ſita eſt, & ſuper omnia ſuauiſſima. Quid enim dulcius, quàm eſſe amantem, aut amatum? Quid ſuauius vtroque? ſane nihil dulcius, quàm amare, aut amari, niſi amare, & amari ſimul. Vtrunque facit perfecta charitas. Mundanus, è contra ſine amuſſi charitatis amor, ſibi etiam obeſt, ſibi deeſt: certè, vt vnum amet odit plures, offendit omnes, errat ſemper, & cum amat, & cum odit. Adeo vt Lyſiteles apud Plautum *Trinummi actu* 3. Lesbonico compatiens, ſic eius excuſaret dementiam.

Scio te ſponte, non tuapte erraſſe, ſed amorem tibi
Pectus obſcuraſſe———

Itaque amando Deum, non tantùm nullo decipimur errore, nec aliorum amittimus amorem; verum inſuper, non vulgari ipſum eleuamus virtute, purum facimus, defæcatum, acrem, fortem, fidum, & omni vera perfectione excultum: Nam Charitas 1. *Corinth.* 13. patiens eſt, benigna eſt: Charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non eſt ambitioſa, non quærit, quæ ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati: omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet. Vnde mirificè, rectam perficit, & complet conſcientiam.

Pro ijs vero, qui certa, ſed erronea tur-
10 piter laborant conſcientia, maximè ſi ex vincibili prodeat ignorantia (ſiquidem, quæ ex inuincibili emanat ignorantia permittitur operari *D. Tho.* 1. 2. *q.* 19. *art.* 3. *Vaſquez. ibidem à q.* 58. *Azzor. tom.* 1. *lib.* 2. *à cap.* 8. *Filiuc. tom.* 1. *tract.* 21. *cap.* 4. & communiter DD.) idem excogitarunt adhiberi remedium, cuius ad Marc. Filium *offic.* 2. *ſect.* 34. *num.* 10. eruditè meminit Tullius, dicens: Quorum error eripiendus eſt omniſque opinio ad eam ſpem traducenda, vt honeſtis conſilijs, iuſtiſque factis, non fraude, & malitia ſe intelligant ea, quæ velint, conſequi poſſe. Ita S. Tho. 1. 2. *q.* 18. *art.* 6. *D. Bonau.* 2. *diſt.* 39. *art.* 1. *q.* 3. *Scotus ibidem in report. ad* 3. *quaſt.* & communiter omnes apud Bait. Maſt. *Theol. moral. q.* 2. *art.* 2. *num.* 29. Duobus nanque peccat cognitio modis; apprehenſionibus, ſcilicet, falſis, quæ excitant voluntatem, aut veris, quę non ſtimulant: quare in illis mendacium, in his ſocors quædam, & remiſſa veritas delinquit. Opus vnde eſt, ſancta, atque magnifica ſenſa animi parare, veridicisque mentem cogitatibus ornare: vtrunque verò operatur ratio: Eſt quippe lingua, & interpres rerum, ſed iam ſerpentis, dum falſitate contaminat; iam canis, dum veritate lambit, & mulcet. Et quemadmodum canina lingua id ſanat, quò poteſt pertingere, omnibus ità medetur ratio malis; cum ægrotanti animo ſit
11 medicus optimus. *Diogen. apud Laert. lib.* 6. *cap.* 2. Fiet inde, vt vix percipi queat, quomodò ex ſola voluntatis ad operandum non applicatione, penitus mentis adimatur error, & honeſtis non adhibitis conſilijs conſcientia deponatur erronea, vt fortè ſpeculatiuis, quàm practicis magis

gis fauendo argumentis, arbitrati ſunt *Caiet. 1. 2. q. 19. art. 3. Bartho. Medina ibidem dub. 3. Valent. ibidem diſp. 2. quæſt. 14. punct. 4. quæſtiun. 3. Sayr. lib. 1. clau. reg. cap. 4. num. 18. & aliqui alij*. Nam licet ſatis ſit voluntati, vt poſſit velle, aut odiſſe, quæ vellet; niſi tamen, luce (cùm ſit cæca) adiuuetur aliqua, cum gemitu, cum niſu volet, plerumque nullo modo volet: Blandimentum enim à ratione cupit, quo mitius gubernetur ad bonum, vt cardo oleo, axis vnguento voluitur facilè verſus apprehenſa, eſt itaque intellectus conſiliarius, atque vt ſemel dicam, oculus voluntatis, prout enarrat, prout hortatur, prout nuit ille, ruit iſta penè, & dum ille fœdo errat abuſu, eius illa aberrat vſu. Impellitur nanque annulorum catenæ inſtar, ſi vnum trahas, alterum contrahes. Quoniam voluntas eſt appetitio boni cum ratione coniuncta, cùm nemo velit præterquàm quod ſuſpicatur eſſe bonum *1. Rhet. cap. 10.* Ceù virgo pudica in clauſtris, nihil per ſe tuens, nihil audiens, niſi quod vnus famulus renuntiet, dicta credit omnia; ita ſolam ſequitur voluntas fidem mentis, ex cuius dicto, ſi veridicus ſit nuntius, nullo, niſi reſpuat, culpatur errore. Iuuat ergo conſcientiam pro regula deponendi erroneam, contrarijs rationibus, iudicijſque oppoſitis præparare quam maximè voluntatis adminiſtrum, ne falſis rumoribus defatiget, & infeſtet Dominum, vt latè præ cæteris probant, *Franc. Victoria in relect. de indis non longe ab initio. Io. Medina cap. de pœnit. tract. 2. in quæſ. de temp. quo confiteri oportet. Cordub lib. 3. quæſtion. q. 12. Vaſquez. 1. 2. diſp. 67. cap. 1. Salas ibid. diſp. de conſc. ſect. 3. num. 30. Sanch. lib. 1. in decal. cap. 11. num. 9. & 10. cum alijs quamplurimis.*

Appoſitis ex quibus hactenus, quid
12 etiam dubia pro deponenda ſtatuendum ſit conſcientia facilè comperietur, repetendo ſi reficiatur memoria: Occupandum eſſe paulatim rationibus animum, donec quæ obuerſantur difficultatum pondera diſcutiantur. Animi nanque laborare diſcordia (*Dial. 75.* aiebat Petrarcha) nullum hoc bellum peius, ne ciuile quidem: illud enim ciuibus inter ſe; hoc homini ſecum eſt: Illud inter partes populi, in plateis vrbium; hoc intus in anima, interque ipſas partes animæ geritur &c. Diuerſitatem idcirco illam abijce (paulò addit inferius) vnum velle incipe, tunc compoſita erit, & immota pax animi, cùm diſcordes affectus, quaſi ſeditioſi ciues in vnam conuenerint voluntatem. Dubietas enim eſt, quæ vnum quodque contradictorium, æqualibus ambit rationibus. *Albert. mag. 7. ethic. tract. 1. cap. 1.* Qua de re, niſi firmioribus, validioribuſque argumentis, dubitantis animus ad vnam flectatur partem, iners, & reſes fiet: cum id Ambiguitas ſignificet, quod impedimento eſt, ne progrediamur. *Plato in Cratyl.* Rationabilis idcirco hæc adhæſio, non ex quacunque ratione, ſed ex probabilibus ſaltem (modo tamen inferius explicando) neceſſario prodire debet *c. per tuas il. 2. de ſimonia, & c. inquiſitioni de ſent. excomm.*

Propterea, in rebus dubijs (vbi præcipuè animæ pernicies timeri poteſt) vt in-
13 offenſo progrediatur pede; tutior, & firmior pars omninò deligenda eſt. *c. ad audientiam de homicid. c. ſignificaſti il. ſecundo eodem titul. c. petitio. eodem titul. c. ſi quis poſitus. de pœnit. diſtinct. 7. c. ſi quis autem. eadem diſtinct. & c. iuuenis. de ſponſal.* Quod fundatur in iure naturali, & diuino, quo prohibentur omnes ſe exponere diuinæ offenſæ, propriæque ſalutis periculo: iuxta illud *Eccleſ. 3.* Qui amat periculum, in illo peribit. *D. Tho. quodlib. 8. artic. 13. quodlib. 9. artic. 15. in 4. argumen. cont. quodlib. 3. artic. 9. ad 3. Henr. quodlib. 4. quæſt. 33. artic. 9. Scot. quæſt. 2. prolo. & in 4. diſtinct. 17. quæſt. vnic.* Et contra ius diuinum, & vbi agitur de materia peccati, nulla datur poſſeſſio, immo nulla præſcriptio, aut conſuetudo. *c fin. vbi D. D. de conſuet.* Vndè tutior in dubio, ex præcepto eſt eligenda. Quod ſatis Canones probant præallegati, qui verbis vtuntur, minimè ſimplex conſilium, ſed obligationem inferentibus; videlicet: Via tutior eſt eligenda: Pars ſecurior eſt tenenda: Semitam debemus eligere tutiorem: Quod certius exiſtimamus tenere debemus &c. Prætereà *in c. illud. de cler. excommun. miniſt.* deciditur de rigore, Deponendum eſſe Epiſcopum, qui in dubio illo, tutiorem non elegit partem. Ergo electio huiuſmodi eſt in præcepto: nam pro tranſgreſſione conſilij, Epiſcopus deponi non potuiſſet. *c. quiſquis præceptis 14. quæſt 1.* vt paſſim cernere licet apud Fagnan. *tract. de opin. probab. à num. 184. vſque ad* 191. Cæterùm, cùm varijs de cauſis plerumque contingat, tutiorem in eligendo, non planè apparere
14 partem; Iuris ad regulas tunc eſſe recurrendum latè demonſtrauit idem Proſper Fagnanus ibidem *à num. 229. vſque ad* 253. quas ſatis proindè, eſto compendioſè Matthæus de Matteſil. *in ſuo opuſc. elect. opin.* ita recenſuit: In dubio, ſcilicet, iudicandum vt actus valeat potiùs, quam pereat. *l. quoties, & l. 2. ff. de reb. dub.* Quam reginam omnium interpretationum appellat Cardin. Mant. *de coniecturis vlt. volunt. lib. vlt. tit. vlt. num. 13.* Item: In dubijs præferendum quod in regione, in qua actum eſt frequentatur. *l. ſemper in ſtipul. ff. de reg. iur.*

Item:

Digitized by Google

Item: Vbi contrariæ extant ſententiæ pronunciandum eſt pro poſſeſſore. *l. res alienas. C. de rei vendic.* Rurſus: In dubijs præferendum, quod benignius eſt, quod veriſimilius, quod plerumque fieri ſolet. *l.ſemper in dubijs l.in obſcuris.& l.quoties idem. ff.de reg.iur.* & quamplures alias his conſimiles.

Cùm autem *lib.4.diſput.24.num.2. moral. Theol.*notante Baldello, Non omnis depo-
15 nenda ſit conſcientia, verùm erronea tantùm, dubia, & ſcrupuloſa, de qua tamen inferiùs (recta nanque fouenda, & retinenda conſcientia videtur; & ex probabilibus, modo ſaltem ſtatim adducendo, omnibus permiſſum eſt operari) Regula manet proponenda duntaxat à qua rationabili adhærendo voluntas alicui practicæ probabilitati, niſi manifeſto ſe malit ſubdere periculo, minimè liceat aberrare. Hæc autem inter cæteras cenſetur eſſe præcipua, nimirum: In actibus humanis, ad hoc vt quis honeſtè operetur, neceſſe eſt, vt habeat certitudinem ſaltem moralem, de honeſtate operationis. *c.ſi quis poſitus.& c.ſi quis autem in fin.de pœnit.diſtinct.7. c.iuuenis. verſ.in his. de ſponſal. Medin.in 1.2. quæſt.19.artic.5. Suarez de actibus hum.diſp.2. ſect.2.Salas.1.2.tract.3.ſect.4. Leſſius. de iuſt.& iur. cap.1.* & communiter recipitur; adeò vt nonnulli cenſeant eſſe de fide propter
„ illud *Roman.14.* Omne, quod non eſt ex
„ fide peccatum eſt, vbi interpretatur Gloſſ.
„ Fides noſtra vult, vt homo agat hoc; quod
„ benè intelligit eſſe agendum, & peccatum
„ eſt, quod aliter fit, quàm probatum eſt.
c.quoniam omne de præſcript. & §. ex his. 28. quæſt.1.S.Tho. in præallegato loco Apoſtoli, & quodl.8.artic.13. Certitudo autem moralis, ſeu, vt dicunt alij, Ciuilis, quia ad differentiam ſupernaturalis, quæ principijs innititur fidei, & mathematicæ, ſiue naturalis, quæ per demonſtrationem acquiritur *D.Tho.3 ſentent.diſput.23.quæſt.2.artic.2. quæſt.3.& diſtinct.26. quæſt.2.artic.1.* ex probabilibus tantùm videtur conſurgere. *1. ethic. cap.3. & 2. cap.2.* cui maximè conſonant etiam Iura ciuilia.*l.non poſſunt ff.de legibus. & l.in obſcuris. ff.de reg. iur.* hæſitandi non parùm Theologis exhibuit copiam:
16 An in moralibus ſequi liceat opinionem probabilem ſecundùm ſe, præſcindendo à quacunque probabilitate opinionis oppoſitæ, adeò vt humanis in actibus, eligens quod probabile eſt, non agat temerè, ſed prudenter, vt ſuadere ſtudent *Vaſquez.1.2.quæſt.19 artic.6.diſput.62.cap.5.n.26. Salaſ.ibidem.quæſt.21.tract.8.diſput.vnic.ſect.4 num.4.Sanch.in decal.lib.1.cap.9.num.18.Philaletus.opin.praxi. quæſt.1.& quidam alij* ex neotericis. Vel potiùs è contra; vt docere contendunt *D.Auguſt.2.de Doctr.Chriſtian. relat.in c.in canonicis diſtinct.19. D.Ioan. Chryſoſt. in Matth. homil.44. cap.23. D.Tho. quodlib.8.artic.13.Scot.in 4 diſtinct.11.quæſt.6. Henric. Gand. quodlib.4. quæſt. 33. Maior. in prol. 4.ſentent. quæſt.2. Gerſon. in regul. moral.* quem citat, & ſequitur *Gab.in 4.diſtinct.15. quæſt.8.artic.13.dub.2.Conrad.de contract.quæſt. 100. Nider. in conſolatorio timor. conſc. 3.par. cap 11.Cordub.lib.2.quæſtion.quæſt.3.S. Anton. par. 1. tit. 3. cap. 10. §.10.reg.4.verſ.reuertendo*, atque alij plurimi, quos citat, & ſequitur paſſim *Fagnan. in ſuo tract. de opinion. probab. ſed præcipuè à num. 340. vſque ad 348.*

Verùm enim verò, minimè quidem de hac re mihi quicquam expedit pronun-
17 ciare, cùm nec Iouis, aut Mineruæ pro libito, ſuffragio vti liceat: Hoc vnum tamen eſt, quod ſi in dubiis, ne animarum ſaluti inferatur periculum, tutiora, & firmiora ſunt eligenda, vt ſatis explicatum eſt ſupra; tutius negatiuæ, quàm affirmatiuæ haud temerè eſſe puto adhærere ſententiæ, quæ licet neotericis ferè ſit deſtituta patronis, priſcorum tamen innititur ſapientiæ, ac ſolidiſſimis fulcitur fundamentis: Quandoquidem, qui probabilem in moralibus ſequitur opinionem, ab oppoſitæ præſcindendo probabilitate, vix percipi poteſt, quomodò de honeſtate moralem teneat ſuæ certitudinem operationis: Certitudo nanque ſecundùm D. Thomam *in 3.diſtinct. 23. quæſt.2. artic.2. quæſt.3.* nil aliud eſt, quàm ad vnum intellectus determinatio; quæ vtique determinatio, quomodò in eo eſſe poſſit, qui vnam tantùm partem probabiliter opinatur contradictionis, non ſatis capio. Ad eam enim non abſolutè ſe ſimpliciterque determinat, ſed fluctuatione, atque formidine, tantùm illi aſſentitur: cùm opinari, vni ſit aſſentiri parti, cum formidine alterius: hoc eſt hæſitando ne pars oppoſita vera ſit. *Bald.in l.eum in antiquioribus in 3.quæſt.num.6.C.de iur.liber.* & communiter omnes. Quæ formido, moralem certitudinem potiùs videtur tollere, vt præ cæteris eruditè docet Caiet. *Opuſ. tom. 1. tract.vlt.reſp.13.dub.vlt.*Surgit quippe moralis hæc certitudo ex vnica violenta præſumptione, vel ex argumentis plurimis, probabilibuſque rationibus, quę licet conſiderata ſeorſim, non certa, ſed oppoſitæ cum formidine partis, & tantùm probabilia ſint, ſimul tamen, & aceruatim ſumpta, moraliter certa, atque indubitata
18 ſunt. Sicut enim plures imperfectæ, ac in iudicijs, ſemiplenæ probationes, atque adminicula disiunctim conſiderata, plenam non faciunt probationem, neque ex

illis cum certitudine Iudex animum informat ſuum, ſed anceps remanet. *Bald. in l. in bona fidei. num. 15. C. de reb. credit.* & tamen ex illis plena ſimul iunctis conſurgit probatio, iudicialiſque ad cauſam ſine vlla trepidatione decidendam, ſufficiens certitudo, iuxta *Textum in cap. cum dilectus. de ſucceſſ. ab inteſtat.* ita & in moralibus, coniecturæ plures, ac probabilia argumenta, etſi per ſe ſingula, aſſenſum in nobis certum minimè generent, ſed valdè formidoloſum, ex omnibus tamen ſimul iunctis talis conſurgit moralis certitudo, quæ licet demonſtratiua non ſit, probabilitatis limites nihilominus excedit, & eſt extra omnem formidinem. Tantùm idcircò abeſt, quòd in moralibus probabilis ſufficiat certitudo, vt probabilitas, & certitudo opponantur potiùs, mutuóque ſe deſtruant; quemadmodum, omni contendit oſtendere ſtrenuitatè idem Proſper Fagnanus *à num. 50. vſque ad 109.* At hæc dicta ſint obiter.

Tandem, quia plerumque noſtra nos architectamur mala, ipſo noſtro furiamur
19 iudicio, atque ingenio ad noſtram vtimur dementationem, me quidem minimè latet, adeò quoſdam timidos laborare ſcrupulis, vt quę mala non ſunt conuitijs etiam condemnent iniquis, quorum dictamen, cùm ex lenibus prodeat coniecturis, ſcrupuloſa idcircò nuncupatur conſcientia. *c. per tuas. il. 2. de Simon. Bartol. in l. admonendi. num. 19. cum tribus ſequen. ff. de iur. iuran. Bald. l. in bonæ fidei. num. 14. C. de reb. credit. Syluest. ver. ſcrupu.* & communiter omnes. Quoniam verò ex pluribus, varijſque lethalis hic animi morbus poteſt originari principijs; ipſum tota medendi ratio eius in inſpectione naturæ, radicis, & cauſæ, dubio procul conſiſtet: Euripide *in Bellerophonte*, dictante:

Ad morbi naturam Medicum quoq; oportet
Reſpicientẽ mederi, non imperata pharmaca
Exhibendo, niſi morbo conueniant.

Plurimas vndè ſcrupulorum rectè exprompſerunt cauſas S. Anton. *par. 1. tit. 3. cap. 10. §. 9. in fin. Salaſ. 1. 2. diſput. de conſc. ſect. 20. in fin. Azor. 1. par. lib. 2. cap. 20. Regnald. in praxi lib. 13. cap. 11. num. 108. & alij.* quas ad duo, ingenioſè genera redegit Baldell. *lib. 4. theol. moral. diſput. 19. num. 1.* ad corporales, ſcilicet, & ſpirituales, quarum intrinſeca, vel extrinſeca quælibet, ipſi homini ſcrupulis affecto eſſe poteſt. Intrinſeca enim, ſed corporalis cauſa, frigidior, & aquoſior ſanguinis, humorumque complexio, ſiue innata, ſiue ex morbo, vigilijs, & abſtinentijs fuerit influxa, plerumque cenſetur. Extrinſeca verò, aliorum id genus hominum conſortium, ac domeſtica conſuetudo interdum eſſe ſolet. Spiritualis item, ſed intrinſeca ſcrupulorum cauſa, inſcitia, & ignorantia quorundam eſt, quæ ſæpè ſæpiùs, nimia ingenij ſubtilitate, ac ſuperuacanea rerum indagine quoque reperitur permiſta, dum contra illud Pauli *ad Roman. 12.* non ad ſobrietatem, ſed pluſquam oportet nituntur ſapere. Extrinſeca denique, & ſpiritualis cauſa, quandoque Spiritus nequam ſunt, angoribus, inaniumque cogitationum moleſtijs acediam, torporemque inducentibus, pias ne Deo vacent, ac ſupernis fruantur delicijs, mentes deturbantes: Aliquando verò ipſemet Deus, qui talibus permittit conſcientiæ ſtimulis, vel in delictorum pœnam quoſdam ità vexari; vel ad exercitium virtutis, meritorumque diſponit augmentum.

Veruntamen huiuſcemodi inſenſi intrinſecæ morbi ſpirituales adimentur cau-
20 ſæ, euellentur radices (quicquid enim de corporeis cùm intrinſecis, tùm extrinſecis dicendum ſit cauſis, curent Medici, vel Philoſophi, quorum intereſt talia ſcrutari) dum viri ſapientes, quibus in hoc plurimum adhærendum eſſe, *2. ſent. diſtinct. 39.* cuncti fatentur Theologi; illud Gerſonis. *par. 2. tract. de præpar. ad miſſ. alph. 17. lit. vlt.* exhibebunt remedium, nimirum: Contra ſcrupulos frequenter eſſe operandum; non quidem conſcientia retenta ſcrupuloſa; hoc enim ſacris aduerſaretur canonibus, maximè *c. inquiſitioni, & c. per tuas.* ſecundùm intellectum Innocentij. *ibi in fin.* & vnanimi Canoniſtarum ſententiæ, atque naturali rationi; cùm ſcrupulus à Caiet. *Opuſc. tom. 1. tract. vlt. reſpon. 13. dub. vlt.* mors nuncupetur conſcientiæ, ſed ipſos flocci-pendendo, atque ita deponendo, audacter operari, vt explicat citatus Fagnanus, *vbi ſupra num. 251.* Hoc ſanè optimo, ſcrupulis, qui premebatur ad ſanandum fratrem, pharmaco S. eſt vſus Bernardus; di-
„ cens: Vade frater in fide mea, & fac ſa-
„ crificium (ab eo enim ſe maximè abſtine-
„ bat) quòd ſcio ſcrupulum tuum, quem
„ falsó putas, nullum eſſe. *S. Anton. 1. par. tit. 3. cap. 10. §. 10.* Item quidam Sacerdos, ſua ſibi confitentem Diuum Ignatium peccata, cibumque idcircò renuentem ſumere. *Pet. Ribad. lib. 1. de vit. B. Ignat. cap. 16.* Quinimmo, & ipſe Deus, Virginem Lugardem, canonicas ſingulas bis, ternè repetentem horas, vt expreſsè tradit Tho. Cantiprat. vitæ author. *lib. 2. cap. 14. apud Surium. 16. Iunij.*

Huius denique totius capitis quidem pro coronide, D. Ambroſij *epiſt. ad Conſtan.*
21 conſilium adſit: Vnuſquiſque, ſcilicet,
„ non intermittat opus probabile, ſiue à

pluri-

„ pluribus videatur, ſiue ſine arbitrio ſit.
Abundat enim ſibi locuples teſtis con-
„ ſcientiæ; fugat etiam mala, & opprobria,
„ etiam ſi ſe credat non poſſe conuinci: nam
„ & ſi clauſis parietibus ſit coopertus tene-
„ bris, ſine teſte, ſine couſcio, habet ta-
„ men facti arbitrum, quem nihil fallir, ad
„ quem facta clamanr omnia: denique cla-
„ mauir, & vox ſanguinis. Seipſum vnuſ-
quiſque, & animum ſuum, ſeuerum iu-
„ dicem, ſni vltorem ſceleris, & vindicem
„ criminis haber. Quod cùm iam antea,
licer non gratiæ, ſed naturæ capru. *Satyra* 5. etiam nouiſſet Perſius, ſic luſit venuſtè.

Stat contra ratio,& ſecretam gannit in aurē,
Ne liceat facere id,quod quis vitiabit agēdo.
Publica lex hominum, naturaque continet
hos fas;
Vt teneat vetitos inſcitia debilis actus.
Diluis Helleborum, certo cōpeſcere puncto
Neſcius,examen vetar hoc natura medendi.

CAPVT VII.

Sacros tractantes Canones, vt æternæ Legis ad normam, humanas dirigant actiones; charitatis, & diſciplinæ zelo ſummoperè flagrare debent.

SVMMARIVM.

1 *Moyſes velut exemplar, omnibus imitandus proponitur Canoniſtis, qui teſtimonio ipſius Domini, non ſicut cæteri Prophetæ (quibus per viſum, aut ſomnium tantùm loquebatur) dominica percipiebat mandata; ſed familiariter, & apertè quicquid præcipiebatur populo, audiebat oretenus.*

2 *Moyſis ſequentur Canoniſtæ veſtigia, ſi cum Theologo diuina, & cum Iuriſta contemplentur humana, cùm Ius canonicum (vt latè oſtenditur)non pauca ex ſacra depromat Theologia, atque Canones, & Iura inter ſe maximè adiuuentur.*

3 *Ius canonicum, quod ſcientiarum omnium nuncupatur ſcientia, eſt veluti regula, & ſpirituale bonum ad rectè viuendum: conſurgit enim ex Pontificum decretis, vel Conciliorum, aut Legatorum, Abbatum, aliorumque Prælatorum inferiorum, vel tantùm ex dictis Sanctorum Patrum, vbi tamen in contrarium nulla viget anthoritas canonica.*

4 *Cum Iuriſtæ ad humana tunc conuertentur Canoniſtæ, dum Iura ita dirigent, ac perficient, vt æterna ſaluti diſpendia minimè patiantur afferri: Quarè ſalutis in cauſa Ius canonicum ſtatuitur omninò eſſe obſeruandum, ſacriſque Canonibus à ſecularibus legibus eſſe obtemperandum.*

5 *Cætera ſecularia iura, niſi à canonico dirigantur, animarum ſaluti, multa inferunt incommoda: nam Ius naturæ (vt aliqua expendantur ex multis) permittit inceſtus, omnia indifferenter bella, captiuitates, ac ſeruitutes, Ius gentium: & Ius cæſareum Vſucapiones, & Præſcriptiones, & ſi mala fides ſuperueniat poſſeſſori.*

6 *Media, quibus, ad ſacras pro negotio ſalutis leges tuendas vſus ſic Moyſes, qui prototypi ad inſtar propoſitus eſt Canoniſtis, ex libro Exodi 32. commodè eruuntur; dum de libro vitæ pro ſalute populi, deleri cupit; & tranſgreſſoribus pœnam, ſeueritatis gladio aſcribere non ſit veritus. Duplici propterea zelo, Animarum ſaluti ſedulò incumbens quiſque exæſtuare debet probus Canoniſta, charitatis ſcilicet, & diſciplinæ.*

7 *Quamuis, vt plurimum honeſta ſequantur quandiù illis ſpes honoris, aut vtilitatis ineſt: viro tamen prudenti ſacrarumque legum zelatori penitùs inhibetur colere virtutem ob temporale lucrum; cùm perfectus animarum zelus ſic publicis erratis inuigilet deterrendis, vt nullatenus priuatis inhiet commodis.*

8 *Verus quippè, & bonus zelus, ad magna cogit, nec otiari permittit: ſcintilla diuini amoris eſt, & diuina quædam vis hominem in animarum vtilitatem, & Dei honorem impellens, quo repleti erant quotquot Apoſtolorum poſt tempora, doctrina, ſanctitateque celebres, proficuas leges, ſalubreſque canones condiderunt.*

9 *Ius canonicum, quod plerumque diuinum quoque nuncupatum eſt, omnium primus Sanctus Fulgentius Ruſpenſis Epiſcopus ad benè, rectèque viuendi formam, pro animarum ſalute, ex mera, & ſimplici compilauit charitate, quem deinde ſequuti ſunt, eadem pietate, Iſidorus Hiſpalenſis Antiſtes, Burchardus, Iuo, Vgo Catalaunus, Creſconius, Deuſdedit Cardinalis, Anſelmus Lucenſis, Gregorius presbyter, Gratianus, Gregorius XIII. & Gregorius tandem IX. opere, & labore S. Reymundi à Pennafort Barcinnonenſis.*

10 *Quia Canoniſtæ, diuinæ Bonitati illatas nequeunt vindicare iniurias, niſi zelo dirigantur diſciplinæ; ſummoperè curare debent ne ſub obtentu iuſtitiæ, iræ, & furori locum præbeant: nam zelus ſecundùm ſcientiam debet eſſe, quæ ipſum ſupprimat, ſpiritum temperet, ordinet charitatem.*

11 *Cùm autem quamplurimi indiſcreto zelo laborantes in ſacri reprehendantur literis; in corrigendo regula Sancti Moyſis ſeruanda eſt, hoc eſt, vt de porta vſque ad portam tranſeamus, nimirum de vitio ad vitium. Per medium caſtrorum, ſummam ſcilicet tenendo æquitatem. Et non parcendo fratribus, aut amicis, nempè nullo carni, & ſanguini habito reſpectu.*

12 *Sicut in corporis colligante morbis, ipſum nequit corpus perfectè ſanari, niſi per medicinam omnes illæ tollantur affectiones; ita in mentis languoribus, niſi per diſciplinam, omnes penitus amoueantur defectus, animæ perfectè non medetur.*

13 *Licèt omnia peccata ſimul non ſint connexa, ſicut inter ſe connectuntur virtutes: quadam tamen funiculo contexto, & in longum aſſimilantur protracto, quod remiſſiuè, peccato præ cæteris explicatur luxuriæ.*

14 *Omnia præclara facinora, oculis notantur inuidiæ, & maledictis obloquutorum linguis obroduntur; ſed ea quam maximè, quæ à Rectore quantumuis æquo, & Doctore quantumuis probo patrantur: Nam Rectoris actio, improbis ſemper diſplicuit ſuſpecta, & Doctoris probitas, diſcolis videtur iniqua.*

15 *Cùm plurima tribuantur conſanguinitatis ſuffragio, aut adulationis ſtudio, ſimulacra Thebis, Iudicibus, & Rectoribus, ſine manibus, per quas generatio ſignificatur, conſecrata fuerunt; ne ſcilicet generationem in puniendo agnoſcant, cuius gratia adulteratur iudicium, & æquitas mulctatur exilio.*

16 *Filij Iacob in Sichem, Finees in Zambri, Ioſue in Acham, Iſraelitæ in Galaaditas Beniamin, Elias, & Iehu in Sacerdotes Baal, Nehemias in Iudæos accedentes ad alienigenas, Mathatias in idololatram ſæuientes, propter diſciplinæ dona, ſacris in literis, plurimùm commendantur.*

NEſciam pictorem quondam celeberrimum dictitare apud Ælianum *lib. 3. de*
1 *var. hiſt.* ſolitum legimus: Artis pingendi non minimam partem in eo eſſe poſitam vt argumentum eligatur pingi dignum, & quod ſpectantium oculos idoneum ſit tenere. Hinc ab Antiquis, Pyreico qui tonſtrinas, ſutrinaſque pingebat, aſellos, & obſonia, ex quibus rhyparographus viciſſim dicebatur, Dionyſius quidam, cognomento, anthropographus, eo quod penicillo, nil aliud præter humanas repræſentaſſet ſpecies, meritò prælatus fuit. *Plin. lib. 35. cap. 10.* Quamobrem, eodem in inſtituto, alicuius præſtantiſſimi viri, ſacrorum Sectatoribus Canonum, velut in tabula, cupiens & ego, eorundem conſpectu imaginem pingere dignam: Principem omnium, Exodi, Leuitici, ac Deuteronomij veraciſſimo teſtimonio, Canoniſtarum Moyſen tantùm ad præſens, intuendum proponam. Illum, inquam, Legislatorem, qui (vt verbis D. Baſilij *examer. 1.* vtar) octogeſimum ætatis annum agens vidit Deum, vt erat homini
„ videre poſſibile, immo vt nemini potiùs
„ licuit alij, ſecundùm teſtimonium ipſius
Domini dicentis: Quia ſi fuerit propheta
„ quis veſtrum Domino, propriè per vi-
„ ſum ei cognoſcar, & per ſomnium lo-
„ quar: ſed non ita famulus meus Moyſes,
„ qui in omni domo mea fidelis eſt; ore
2 ad os colloquar ei in ſpecie, & non per
figuram. Cuius itaque docendo, & erudiendo Canoniſtæ inhærebunt veſtigijs, ſi eiuſdem exemplo, nunc cum Theologo aſcendent in montem, & ibi Domini, ac viuentis Dei gloriam contemplabuntur: nunc cum Iuriſta deſcendent in caſtra, humana tractantes, neceſſitatibus populi prouidebunt *c. niſi de renunciat. propè fin:* Nemo enim ſatis probè Canonici Iuris aggredi valet interpretationem, qui & Iuris Ciuilis apprimè non ſit ſcientia imbutus. Quandoquidem Canones, & Leges adiuuantur inter ſe: *Rebuff in tract. nomin. q. 5. n. 14.* Multaque ex fontibus quoque Theologorū non delibauerit. Cùm Pontificio iure ea comprehendantur præcipuè, quæ humanum plerumque captum conſiderantur excedere. Omnium enim tractatum complectitur Sacramentorum, chriſtianis hominibus licet abſtruſum, cognitu tamen maximè neceſſarium: Efficaciam docet iuramenti: Eccleſiaſticarum Cenſurarum vſum: Votorum ligamina; & quæcunque ſolutione ardua excogitari queunt; vt ſi Imperium immediatè ſit à Deo an ab Eccleſia *c. per venerabilem qui fil ſint legit. & c ſolitæ de maior. & obed.* An Imperator poſſit aduerſus Romanum Pontificem bellum indicere *c. ſicut. clement. 3. de iur. iur.* An Papa poſſit ſe ſubijcere Imperatori *c. cum Eccleſia S Mariæ de conſtit.* Quando ſuccedat in iuriſdictionem Imperatoris, *c. quod ſuper de voto.* Quando diſpenſet circa legem diuinam *c per venerabilem, prædicto.* Quando ſolus diſpenſet contra conſtitutionem concilij, *c. ex parte de capell. Monach.* An ligetur dictis Sanctorum. An poſſit in fide nouum articulum inducere, *c. cum Chriſtus de Hæreticis*, & cætera id genus, quæ tam ad perpetuam cuiuſque beatitudinem, quàm ad fœlicem militantis Eccleſię ſtatum ſpectant. Non tamen

Theo-

Theologorum vſu, ſpeculando, ſcilicet, & diſceptando, ſed ſtatuendo, decernendo, eaque firmando, quę ab ipſis euentilata ſunt. Siquidem ad Romanos Pontifices, & Sacroſancta æcumenica Concilia, tanquam ad Authores, Iuriſque canonici parentes, hoc attinere ſancitum eſt in Concilio Mileuitano *cap.* 2. & in Tridentino *ſeſſ.* 4. Ius idcircò cano-
3 nicum, quod meritò ſcientiarum omnium ſcientiam vocat Hoſtienſis *p.* 1. *ſumm.n.* 11. quatenus à naturali diſiungitur, diuino gentium, & ciuili; veluti regula, quâ homines ad rectè viuendum, & ſpirituale ab Eccleſiaſticis Proceribus diriguntur bonum, nuncupatur. *Iſid in* 1. *p.decret.diſt.* 3. *& Dionyſ. Paul. de vera quatuor Patriarch.ſedium erect.cap.* 12.*n.* 60 Conſurgit quippe, ac coaleſcit ex Pontificum decretis, vel Conciliorum, aut Legatorum, Abbatum aliorumque Prælatorum inferiorum; vel tantùm ex dictis Sanctorum Patrum, vbi tamen in contrarium nulla viget authoritas canonica, vt ex multis tradit Barboſa *collect. doctor.in* 1. *p. decreti diſt.* 3. *cap.* 2. *n.* 3. 4. *&* 5. atque ideò,
4 & cum Iuriſta tunc deſcendent in caſtra; dum cætera iura ita dirigent, ac perficient, vt æternæ ſaluti diſpendia minimè patiantur afferri: vnde ſalutis in cauſa, ius canonicum ſtatuitur omninò eſſe obſeruandum *Felin.in cap.eccleſ.S.Mariæ n.* 5. *de conſtit. Tiraquel.de priuileg.piæ cauſæ.priuil.* 163. *Surd.deciſ.* 158 *n.* 9. *& de alimentis tit.* 7. *q.* 29. *n.* 11. *cum ſequen. Menochius conſ.* 18. *n.* 11. *Azeued.ad tit.* 1. *n.* 17. *&* 18. *lib.* 2. *nouæ recop.Camill.Boſſel. in ſumm. omnium deciſ. tit.* 13. *de leg. n.* 82. *atque alij.* Sacriſque Canonibus à ſecularibus legibus eſſe obtemperandum *c.ſuper ſpecula de priuilegijs, cui conſonat.cap.* 1. 10. *diſt. & c.certum eſt eadem diſt.extra vnam ſanctam. verſ. vterque de maiorit.& obed.*

Et ſanè, non quinis, aut vicenis, ſed
5 decies centenis (ſic mihi liceat fari) animarum ſalus, ex iure cum naturali, tùm gentium, atque ciuili, ni leuaretur à Canone, premeretur incommodis: Nam (vt cætera ſileam) inceſtus, & adulterium, vtpote carnalia deſideria à quibus, *Epiſt.* 1. *cap.* 2. abſtinere præcipit S. Petrus, adeò militant aduerſus animam, vt Paulus, *ad epheſ.* 5. ſcripſerit: Immundos non habere hæreditatem in regno Chriſti, & Dei. Et ad *Heb.* 13. Fornicatores, & adulteros à Domino eſſe iudicandos. Quæ tamen à naturali primæuo Iure, cuius indultu pecudum more, concubitus vagus, coituſque promiſcuus. *Inſtit. imper. lib.* 1. *tit.* 2. permittebatur, ſi Canones non prohiberent *extra.de conſang. & affin. per tot.* enormiter eſſent patrata. Et licet Ius gentium ſtrictiùs quàm naturale, homines ab his inhibuerit, vetando ſcilicet, certas coniungi perſonas, eaſque coniunctas, inceſti damnando crimine, *l. quod ſeruus ff. de cond.ob cauſ.* & adhuc ſtrictiùs Ius ciuile *auth.de inceſt.nupt. per tot.* Ius tamen canonicum, ſiue Pontificium, in his, ſimilibuſque negotijs, ad ſcopum ita iuſtitiæ, bonitatis, & æquitatis propius accedit, vt qua parte, cæterorum iurium ab ipſo diſſident Deciſiones, non tam bonum, & æquum, cuius artem profitentur ſe tradere, quam ſcelus quodammodo continere videantur. Quare illud *extra vnam ſanctam verſ.vterque de maiorit.& obed.* communi recipitur plauſu: Gladium oportere eſſe ſub gladio, & temporalem authoritatem ſpirituali ſubijci poteſtati. Item Ius gentium, quatenus etiam humanum appellari ſolet, permittit bella, captiuitates, ſeruitutes &c. & quaſi vrgente neceſſitate, ſuo tempore indiſtinctè ſtatuit eſſe legitima. *Inſt.imp.lib.* 1. *tit.* 2. Quia verò *Pharſaliæ* 10. teſtante Lucano,

Nulla fides pietaſque viris qui caſtra ſequuntur.

Atque ideo iniuſtam (contra illud *Eccleſ.* 28. Abſtine te à lite, & minues peccata) gerendi belli tueri cauſam, haud parum æternæ aduerſatur Beatitudini: hinc eſt, quod iure canonico, ea tantùm tolerantur bella, vel quæ ex vera iuſtitia contra chriſtianæ reipublicę implacabiles hoſtes, aut contumaces rebelles iniri ſolent *c. ſicut* 3. *de iur.iur.* Ius denique cæſareum, ſeu ciuile, vt interminatis quandoque litibus optatuș imponatur finis, Vſucapiones, & præſcriptiones, quas diſpoſuit, procedere, ac compleri eſto poſſeſſori mala ſuperueniat fides, induxit *l. cum notiſſimi iuris C.de præſcript.* 30. *vel* 40. *ann.* At ius canonicum, alienæ rei ſcientia, & ſic mala ſuperueniente fide, penitus inhibet præſcriptiones *c.vigilanti, & c. fin. de præſcript. c.poſſeſſor.de re iud.in* 6. Quin etiam (vt nonnulli addunt ſcrupuloſiores) & ſi pręſcriptione complexa mala inopinatò ſuccedat fides *Bald. in auth. ad hæc C. de vſu.* Quibus igitur, circa eaſdem facti ſpecies cunctorum determinationibus principalium Iurium, quas licet innumeras adducere poſſem; Iuriſconſultum *in l. ſi ita vulneratus* § *fin.ff.ad leg. aquiliam.* ferè imitando ritè collatis; his paucis idcirco contenti erimus: ſatis eſſe fortè putantes ad oſtendendum, omnia ſtatuta, conſuetudineſque, peccati quæ ſunt nutritiuæ improbari per canones, eoque Iure minimè ſubſiſtere, vt in *c.cùm Eccleſia S. Mariæ de conſtit.* expreſsè habetur.

Cæ-

Cæterùm, quibus medijs, quibuſque
6 ſtudijs, ad ſacras pro negotio ſalutis tuendas leges, quem prototypi Canoniſtis ad inſtar iam imitandum propoſui vſus ſit Moyſes; ex 32. *exodi*, quilibet abundè comperiet, ſi præceptorum tranſgreſſione ſequuta, in tanto quæ geſſerit conſtitutus diſcrimine, attentè dignetur penſare. Nam ſibi dicenti Domino: Dimitte me, vt iraſcatur furor meus contra eos, & deleam eos faciamque te in gentem magnam; omni ambitione, faſtuque ſuperior, illico reſpondit: Aut dimitte eis hanc noxam, aut ſi non facis, dele me de libro tuo, quē ſcripſiſti. Atque inde ſtans in porta caſtrorum, ait: ſi quis eſt Domini iungatur mihi. Quibus ait: Hæc dicit Dominus Deus Iſrael: Ponat vir gladium ſuper femur ſuum: Ite, & redite de porta vſque ad portam per medium caſtrorum, & occidat vnuſquiſque fratrem, & amicum, & proximum ſuum. Quæ, *lib.* 20. *expoſit. moral in* 29. *Iob. cap.* 8. animaduertens B. Gregorius, ad rem ità mirificè noſtram cenſetur loquutus. Ecce, qui vitam omnium, etiam cum ſua morte petijt, paucorum vitam gladio extinxit. Intus arſit ignibus amoris, foris accenſus eſt zelo ſeueritatis. Et poſt pauca. In regimine ergo populi vtrunque Moyſes miſcuit, vt nec diſciplina deeſſet miſericordiæ, nec miſericordia diſciplinæ. Duplici propterea zelo, animarum ſalutis ſedulò incumbens quiſque exæſtuare debet probus Canoniſta: Charitatis, ſcilicet & Diſciplinæ: Charitatis vtique, propriæ nimio vtilitatis ne indulgeat ſtudio: Diſciplinæ verò, vt alienis haud negligat culpis mederi: Charitas enim non quærit quæ ſua ſunt 1. *Corinth.* 13. Et via vitæ increpatio diſciplinæ *prou.*6.

Verum quidem eſt, quod virtutis à
7 rectâ plerumque deflectimus via, vt obliquas, & ſcopuloſas vtilitatis ingrediamur ſemitas. Honeſta ſequimur, ſed quandiu illis ſpes honoris, aut vtilitatis ineſt, in contrarium facilè tranſituri, ſi plus ſcelera promittant. Ad Maximum proinde Naſo. 2. *de ponto eleg.* 3. cecinit venuſtè:

Ipſe decor recti, facti ſi præmia deſint
Non mouet, & gratis pænitet eſſe probū.
Nil, niſi quod prodeſt carum eſt, en detrahe menti
Spem fructus auidæ, nemo petendus erit.
At reditus iam quiſque ſuos amat, & ſibi quid ſit
Vtile, ſollicitis computat articulis.

Ob temporale tamen lucrum, viro prudenti, ſacrarumque legum zelatori penitus inhibetur, colere virtutem. Labor eius, quamuis aliud maximè curet (alienam, ſcilicet ſalutem) aſſequetur hoc quoque. Nam ſicut in agro ſementi exculto flores non ſemel internaſcuntur: ita etiam animus, vtilitatis floribus diteſcit, & ſi ſolùm honeſtatis quærantur fructus, dicente Domino *Matth.* 6. Quærite primùm regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis. Veruntamen, diuina tantum gloria expetenda eſt ab opere, nec aliud nobis futurum propoſitum. Amor enim, & perfectus animarum zelus, ſic publicis erratis inuigilat deterrendis, vt nullatenus priuatis commodis inhiauerit cumulandis. Hoc ſæpè dixit diuinus Apoſtolus (ſcribit Theodoretus. *cap.*8. *ad illud Corinth.* 13. *ſi linguis hominum loquar &c.*) Non quæro meam vtilitatem, ſed multorum vt ſeruetur. Obliuiſcitur lucra, vt ab aliis depellat errata; immo non ſolum obliuiſcitur lucra, ſed patitur libenter diſpendia: Inquit ſanè 1. *Corinth.*9. Cum liber eſſem ex omnibus, omnium me ſeruum feci, vt plures lucrifacerem. Et factus ſum Iudæis tanquam iudæus, vt Iudęos lucrarer ijs, qui ſub lege ſunt, quaſi ſub lege eſſem, (cum ipſe non eſſem ſub lege) vt eos, qui ſub lege erant lucrifacerem. ijs, qui ſine lege erant, tanquā ſine lege eſſem (cum ſine lege Dei non eſſem, ſed in lege eſſem Chriſti) vt lucrifacerem eos, qui ſine lege Dei erant. Factus ſum infirmis infirmus, vt infirmos lucrifacerem. Om-
8 nibus omnia factus ſum, vt omnes facerem ſaluos. Zelus quippè ad magna cogit, nec otiari permittit: Scintilla diuini amoris eſt, & diuina quædam vis hominem in animarum vtilitatem, & Numinis honorem impellens; D. ſcribente Ambroſio *ſuper Pſal.* 118. Zelus eſt gratia Dei, qui exquirit, qui ſuperuenit, qui ſe iuſti pectori infundit.

Hoc ideò zelo pleni, quotquot Apoſtolorum poſt tempora, doctrina, ſanctitateque celebres in Eccleſia Dei, non tantum Summi Pontifices, verum etiam cæteri floruerunt viri, vt Cyprianus, Hilarius, Baſilius, Ambroſius, Chryſoſtomus, Hieronymus, Auguſtinus, atque alii, proficuas leges, ſalubreſque Canones, quibus ne ſerpant perſecemus vitia, iugatas amplexemur virtutes, atque ſeculorum permanſuras in ſecula inchoemus fælicitates, nobis ad ſtuporem condiderunt. Ius nanque canonicum,
9 quod non ſemel diuinum quoque nuncupari ſolet. *Marant de ord. iudic. p.* 3. *n.* 32. *Tiraq. in præfat. retract. tit.* 1. *n.* 11. *Azor. inſtit. p.* 1. *lib.* 5. *cap.* 12. *verſ. ad illud.* iuſtitię, ac

ſan-

ſanctitati quàm maximè fauet; ad *Rom.* 7. ſcribente Paulo: Lex quidem ſancta, & mandatum ſanctum, & iuſtum, & bonum; cum ſit Immaculata conuertens animas, *Pſal.* 18. Vnde meritò, quòd rectam benè, beateque viuendi normam traderent, ac diſtortos prauoſque mores corrigerent; Fulgentius Afer Ruſpenſis Epiſcopus, doctrina, pietateque clarus, omni mundano exutus affectu, & ſolo in animarum ſalutem zelo charitatis indutus, primus omnium annum circiter 460. præfatos canones breuiter perſtrinxiſſe dicitur. Sed cum pauca à Fulgentio comprehenſa fuiſſe viderentur, Iſidorus Hiſpalenſis Antiſtes, Romanorum Pontificum Epiſtolas, Conciliorumque acta, vſque ad ſua tempora, ideſt Honorium primum, qui ſedere cepit anno 621. in vnum collegit. Quod ſanè opus poſt Iſidorum, Burchardus Vuormatienſis Epiſcopus pari charitate flagrans, proſequendum ſuſcepit, ac primus Ius Pontificium in ſua loca digeſtum methodicè ordinauit, vigintique libris complexus eſt. Cum verò nouis exortis Hæreticorum ſectis, etiam Berengarius in Sacroſanctam Euchariſtiam blaſphemus extitiſſet, atque ideò, non ſine animarum pernicie, multi in Eccleſia Dei obrepſiſſent errores; Iuo genere Gallus, qui primò Canonicis à D. Auguſtino inſtitutis, Præfectus, poſtea Carnotenſium Antiſtes fuit, præter alia opuſcula, ampliſſimum Decretorum Volumen, decem & ſeptem libris diſtinctum concinnauit. Cæterum Iuonis opus, cum alia, & ipſius etiam Iſidori Decreta, magnitudine ſuperaret. Vgo Catalaunus, non multò poſtquam ſcriptum eſt, in compendium redegit, ac Pannommiam, ſiue Summam Decretorum Iuonis nuncupauit. Atque exindè non defuerunt alij, qui etiam Patrum Decreta, ob id collegiſſe tradūtur, vt Creſconius, Deuſdedit Presbyter Cardinalis, Anſelmus Lucenſis, & Gregorius Preſbyter. Intereà Burchardi, & Iuonis Decretis, ob librorum magnitudinem, neglectis, eorum tantùm legebantur compendia, in vſuque erant: in quibus cum multa prætermiſſa fuiſſent; Gratianus, gente Etruſcus; Patria, Cluſinus; profeſſione D. Benedicti Monacus Claſſenſis; Eugenio 3. Summo Pontifice, ac Conſtantino 3. Imperante, ad annum Domini 1145. opus conſarcinandum, atque inſertis Pontificum conſtitutionibus, reformandum ſuſcepit. Quod tamen à mendis, quibus ſcatebat, purgatum, ſuæ à Viris quibuſdam eruditiſſimis, Gregorij de cimi tertij Pontificis authoritate, anno 1580. adhuc reſtitutū fuit, integritati. *Panzirol. de illuſt. Iur. Pontif. interpret. lib. 3. c. 1. &* 2. Demum, completo, atque ad quintam vſque, ſub Honorio 3. compilationem, eo perducto: Gregorius IX. eadem proximorum, & in iure quam maximè ſtudentium Pontificio, vtilitate, & charitate permotus, vt & ipſe in Decretalium teſtatur proœmio opera Fratris Raymundi à Pennafort Barcinnonenſis ex Ordine Prædicatorum Generalis Magiſtri, & his tempeſtatibus vltimis à Clemente 8. inter Sanctos relati eam, quæ nunc extat edidit compilationem *Bellarm. de Scriptor. Eccleſiaſ. ſub anno Domini* 1230. *& Panzirol. vbi ſup. cap.* 8. Hoc adeo pacto, charitatis Zelus homines vrget, vt alienis commodis propria poſtponant, & proximorum ſaluti tantum incumbant: nam qui honoribus inhiat, aut propriæ vtilitati indulget ſtudioſius, nec proximorum prouidebit ſaluti, nec Numinis vlciſcetur iniurias. Vnde meritò *9. ethic. 9.* tales culpantur, opprobrioque dantur permanſuri.

Verū enim verò quia iuxta illud *Hebre.* 12. In diſciplina perſeuerantibus, tanquā
10 filijs ſe offert Deus &c. Diuinæ illatas Bonitati nequeunt Canoniſtæ vindicare iniurias, niſi alienis medendo culpis, zelo dirigantur diſciplinæ: cautè obſeruandum eſt, quod: Plerūque enim (verba ſunt quidem D. Gregorij *26. moral. cap.* 28.) mentem ſub obtentu iuſtitiæ, iræ immanitas vaſtat, & dum quaſi ſæuit zelo rectitudinis rabiem explet furoris, iuſteque ſe facere æſtimat quicquid ira nequiter dictat. Vnde, & modum ſæpè vlciſcendi tranſgreditur, quià menſura iuſtitiæ non frenatur, & paulò inferius hæc habet. Non autem iam correctio delinquentis, ſed magis oppreſſio ſequitur ſi in vltione ira vltra quàm culpa meretur extenditur. Ergo reprehenſio temperetur ad emendationem, non furat; medeatur, non feriat, ducat in criminis dolorem, non in vindictam reprehenſionis impellat. Nam oppreſſionis, & iniuriæ reus eſt qui iræ indulget dum corrigit, & correctio, corrigentis eſt morbus non alieni medela criminis. Hinc Paulus dicit: Quoſdam habere zelum, ſed non ſecundùm ſcientiam *ad Roman.* 10. cui ſubdit D. Bernardus *ſerm. 49. in cant.* Importabilis ſiquidem abſque ſcientia eſt zelus. Vbi ergo vehemens æmulatio, ibi maximè diſcretio eſt neceſſaria, quæ eſt ordinatio charitatis. Semper quidem zelus abſq; ſcientia minus efficax, minuſque vtilis inuenitur, plerumque autem, & perniciosus valdè ſentitur. Quò igitur zelus feruidior, ac vehementior ſpiritus pro-

ſu-

„ fuſiorque charitas, eò vigilantiori opus
„ ſcientia eſt, quæ zelum ſupprimat, ſpiri-
„ tum temperet, ordinet charitatem. Sa-
11 cris idcircò quotquot inſano inquieta-
bantur zelo, vt plurimum exprobrantur
in literis, vt Abiſai Saruiæ Dauidis in
maledicum de cognatione Saul caput ei
cupiens amputare 2.reg.16. Ionas, pæni-
tentes in Niniuitas, comminatam eorum
petens euerſionem cap.4. Iacobus, & Io-
annes, de Cælo in Samaritanos, quod
Domini non recepiſſent nuntios, depre-
cantes ignem. Luca 9. atque alij id genus
non pauci. Illud proptereà Moyſis Exodi
32. Gregorius par.3.paſtoral.curæ. admon.26.
„ mirificè exponens conſilium: Ite, nimi-
„ rum, & redite de porta vſque ad portam
„ per medium caſtrorum, & occidat vnuſ-
„ quiſque fratrem, & amicum, & proxi-
„ mum ſuum. Ait. De porta verò vſque
„ ad portam ire, eſt à vitio vſque ad vitium
„ per quod ad mentem mors ingreditur, in-
„ crepando diſcurrere. Per medium verò
„ caſtrorum tranſire, eſt tanta æqualitate
„ intra Eccleſiam viuere, vt qui delinquen-
„ tium culpas redarguit, in nullius ſe debeat
„ fauorē declinare. Vndè, & rectè ſubiungi-
„ tur: Occidat vir fratrem, & amicū, & pro-
„ ximum ſuum. Fratrem, ſcilicet, & ami-
„ cum, & proximum interficit, qui cum
„ punienda inuenit, ab increpationis gla-
„ dio, nec eis, quos per cognationem dili-
„ git, parcit.
Omnia vitia penitùs expungenda ſunt,
12 vt perfecta morum ſalus conſiſtat: Quid
enim proderit (exempli cauſa) pudicitia
ſeruetur, ſi auaritia animus deprauatur.
Corporis perfecta ſalus, omnium conſtat
ſanitate membrorum; nec ſatis eſt, ma-
„ num carere vitio, ſi ægrotant pedes do-
„ lore. Qui ſanè affectus (inquit Galenus
„ in aphoris. Hippoc.comm.1.aphoris.16.) ſi cui
„ ſimul accidant ei, qui vrgere videbitur
„ magis obſiſtendum, altero tamen non ne-
„ glecto. Vt ſi febricitet aliquis, & ſimul
„ hydropica affectione laboret; nos ad vtri-
„ que affectum contrariam curationem fla-
„ gitantem, reſpectu habito ambobus ſo-
„ lerter, & ingenioſè obſiſtemus; quod in
„ cæteris colligatis morbis facere conſueui-
„ mus. Ad morbos animi, hæc optimè
„ trahenda videntur, vbi vel leuis plaga
„ vulneris pignus eſt: creſcit enim malum,
& in dies adauctum adoleſcit ſi reliquiæ
vitiorum penitùs non extinguantur: quia
virtus minimè perfectè triumphat niſi
adeò vitia deleuerit, vt nulla vel curioſis
„ oculis, eorum apparuerint argumenta:
„ Cum Aſſurgere non poſſit vbi vitium
„ libero paſſu comitatur Eraſm.roterod. lib.5.
13 dialog.20.de milit.rom. Equidem peccata,
„ licèt ſicut colligantur virtutes non omnia
„ ſint connexa D.Tho.1.2.quæſt.73.à 1.Vita
„ tamen, quæ per peccatorum gradus pro-
„ greditur (inquit Baſilius in Iſa 5.) aſſi-
„ milatur funiculo cuipiam contexto, & in
„ longum protracto. Ob hoc, ait; Væ qui
„ attrahitis peccata quaſi funiculo longo.
„ Quod etiam mirificè explicat exemplo
„ peccati Luxuriæ. Quare niſi quod ſupereſt
ex fune cæpto contorqueri, cum ipſo
fune penitùs dirimatur, alterum eidem
protinus attexetur, & intexetur, quo
longior euadat, & augeatur, colligato-
rumque animum inſtar languorum diu-
tius prement. Hoc autem ire, & redire
perfectè eſt de porta vſque ad portam
docet Gregorius.
Quod ſi per medium caſtrorum tran-
14 ſeat quoque neceſſe eſt, qui delinquen-
tium culpas redarguit, quia in nullius ſe
debet fauorem declinare &c. Haud qua-
quam latere nos conuenit, quod natura
quicquid laudabile eſt, vt proprio potitur
honore, ſic etiam maleuolentiæ ſuſtinet
dentes, & æmulationis faces. Præclara
„ facinora, & res à quopiam egregiè geſtæ
„ (hiſt.lib.1. aiebat Polybius) magnam ple-
rumque inuidiam, & graues calumnias
conflare ſolent. Veruntamen, & ſi omnia,
oculis inuidiæ notērur, & maledicis oblo-
quutorum linguis obrodantur; illa tamen
inuidiæ plus patent, quę à Rectore quan-
tumuis æquo, & Doctore quantumuis
probo patrantur. Vnde Velleius Patercus
lib.2. dicere ſolebat. Ratò inuidetur iis
hominibus, quorum vis non timetur;
contra in iis homines extraordinariè re-
formidant, qui ea ſuo arbitrio, aut depo-
ſituri, aut retenturi videntur, & modum
in voluntate habent. Semper equidem
Rectoris actio improbis diſplicuit ſuſpe-
cta, & Doctoris probitas diſcolis videtur
iniqua: Quoniam vt in fragmen.vet. græc.
poet. canit Menander.
Se ipſum nullus fatetur eſſe malum.
Quinimmo multorum natura facillima
eſt ad querelas, alij aliorum inſuſcant
murmurationibus merita, vt ſua tuean-
tur errata: quæruntur omnia tribui con-
15 ſanguinitatis ſuffragio, aut adulationis
ſtudio: ne dum illis ad correptionem plu-
rima ſubtrahuntur, denudati putentur
merito. Illud Senecæ cap.1.de tranquill.vit,
ad ſui vſurpantes tutelam: Familiariter
„ domeſtica aſpicimus, & ſemper iudicio
„ fauor officit. Hinc, ſimulacra Thebis
„ (ſcribit Plutarchus de Iſide, & Oſiride)
„ conſecrata fuerunt iudicum, manibus
„ mutila; præſides iudiciorum conniuens,
„ quod abſtinens, & immota ſit iuſtitia.
Manus nanque apud Veteres generatio-
nem

nem ſignabat: vndè præciſa manus ſterilitatem innuebat. *Apud Naxeram in Ioſ. cap.17, §.13. num.51.* Ergo, & opinio canoniſtæ, cui diſciplinæ zelo, incumbit punitiua correctio. Simulacrum manibus excudendum videtur penitùs orbatum, ne ſcilicet generationem agnoſcat, cuius gratia adulteratur iudiciũ, & æquitas mulctatur exilio. Atque ita per medium caſtrorum gradiens, increpationis gladio, fratrem, proximum, & amicum ſalubriter interficiet.

Simeon propterea, & Leui filij Iacob
16 ob ſtuprum Dinæ ſororis per Sichem oppreſsæ principem Sichar in vniuerſam ſæuientes Ciuitatem, etſi Patrem, gentemque ſuam, imminenti vitæ expoſuiſſent periculo. *Geneſ.34.* zelo, tamen plurimum commendantur iuſtitiæ, ac diſciplinæ. *Iudith.9.* dum legitur: Domine Deus patris mei Simeon, qui dediſti illi
,, gladium in defenſionem alienigenarum,
,, qui violatores extiterunt in coinquina-
,, tione ſua, & denudauerunt fæmur virgi-
,, nis in confuſionem, & dediſti mulieres
,, illorum in prædam, & filias illorum in
,, captiuitatem, & omnem prædam in di-
,, uiſionem ſeruis tuis, qui zelauerunt zelum tuum. Phinees ad ſcortum madianitidem intrantem irruentis in Zambri (quod non reſpexiſſet ad carnem: aut ſanguinem) Domino adeò placuit religioſus zelus, vt *num.25.* Moyſi diceret: Phinees filius Eleazari filij Aaron Sacer-
,, dotis auertit iram meam à filijs Iſrael: quia
,, zelo meo commotus eſt contra eos, vt
,, non ipſe delerem filios Iſrael in zelo meo.
,, Idcircò loquere ad eum: Ecce do ei par-
,, tem fœderis mei, & erit tam ipſi, quam
,, ſemini eius pactum Sacerdotij ſempiter-
,, num, quia zelatus eſt pro Deo ſuo, &
,, expiauit ſcelus filiorum Iſrael. Eodem planè diſciplinæ zelo Acham Ioſue lapidare præcepit, & totam eius comburi ſupellectilem, quia tulerat de anathemate Iericho. *Ioſue* 7. Omnes item filij Iſrael, quaſi vir vnus congregati fuere grauiſſimum ad vindicandum ſcelus, quod Galaaditiæ Beniamin pro Leuitæ patrarunt vxore. *Iudic. 19. & 20.* Elias *2. reg. 18.* & Iehu, alias eſto impius. *4. reg. 10.* Baal Sacerdotes iuſſerunt occidi. Cernens Nehemias, alienigenas Iudæos ducentes vxores, omnes maledixit, quoſdam verberauit, decaluauit nonnullos. *Nehem.13.* Mathatias, hominem cernens ſuper aram immolantem Idolis, trucidauit. *1. mac. 2.* atque alij quibus non tantum Sacræ Literæ verum etiam Eccleſiaſticæ abundant hiſtoriæ, propter huiuſcemodi diſciplinæ dona inueniuntur commendati.

CAPVT VIII.

Abſtractas intelligentias, eò magiſque ipſum Deum; formidine abſque erroris, vt naturali lumine, Metaphyſicus, ſiue naturalis Doctor Theologus, aliquo modo valeat percipere: fide, vel ſpeciali aliqua diuina illuſtratione, ſuum naturale lumen, à ſummo bonorum omnium Largitore enixè poſtulet eleuari.

SVMMARIVM.

1 *Diuina eſſentia, atque natura nudæ viſionis cognoſcibilitate in hac mortali vita ignota, & inacceſſibilis eſt; non tamen cognoſcibilitate generalis cognitionis, nimirum ex creaturis, diuina duntaxat aſſiſtente generali illuſtratione.*

2 *Deus à creatura minimè diſtat, cum vbique non ſolum nobis ſit proximus, ſed inſuper infuſus: etenim non tantùm ſub illo agimus, ſed cum illo viuimus: ex quo quantus, & admirabilis ſit optimè valemus agnoſcere, quod vtique eſt ſuam non ignorare quidditatem: nam quantitas ſua eſt ſua quidditas.*

3 *Philoſophi inquiſierunt Creatorem per creaturam: Quarè non inaniter, & fruſtra intueri oportet pulchritudinem cæli, & ordinem ſtellarum, in quorum conſideratione, non vana, & peritura curioſitas exercenda eſt, ſed gradus ad immortalia, & ſemper permanſura faciendus.*

4 *Ethnicorum ſapientes, ea ratione qua ſol cum ſit vnus, Dei optimi maximi agnouerunt vnitatem: Quare nobilem Planetam prophano cultu ſummè venerabantur cæterorũ Deorum reiecta caterua, adeò vt Dijs nulla templa condenda crederent.*

5 *Ex ſerpentum natura, & proprietatibus, Dei immortalitatem, diuinitatemque venabantur Ægyptij, atque Phœnices, quod ſpiritualiſſimum eſt omnium animal, & maximè igneum longæuumque præterea, & ſenectam cum pelle deponens reuiuiſcit. Quare ſerpentibus tantùm cultus tribuit Gentilitas, vt Draconia, templa nominaret.*

6 *Diuina quædam alia ex diuerſis rebus creatis Ethnici colligebant attributa: vt prouidentiam ex oculis, benificentiam ex Iſide mammoſa, ex palmo, vel pugillo omnipotentiam, ex mundo immenſitatem, ex petrarum firmitate ſapientiam, & ſic deinceps.*

7 *Plato, Plotinus, Timæus locrenſis, Triſme-*

giſtus, & alij, ex rationibus ab ipſa natura, & rerum comparatione deductis, Sanctiſſima Triadis inſuper licet ſub anigmatibus valde obſcuris, oſtenderunt myſterium, vt grauiſſimi teſtantur Authores.

8 *Talis autem excellens cognitio, quâ Diuina attigerunt Gentiles, vt ſcientiarum omniũ anteſignana naturalium, vnde frequentiori nomine Metaphyſica dicitur, præclarioribus titulis pra cateris, inſignita, & decorata eſt: idcircò autonomaſticè Philoſophia; prima, & vniuerſalis Philoſophia; naturalis Theologia; Scientia Diuina, ſupernaturalis Philoſophia, & ſapientia nuncupari ſolet.*

9 *Metaphyſica, ſeu naturalis Theologia, ſupponit ſua principia certa ex teſtimonio naturalis rationis; propter ſuam tamen abſtractionem, & noſtri debilitatem intellectus, qui illorum attingere nequit euidentiam non ſemel circa ipſa ſibi contingit errare; quoniam naturalis luminis inſtrumento ad ea pertingere nequimus, qua ſe ipſo penetrare non valet, quemadmodum res ſupernaturales ſunt.*

10 *Gentiles redarguuntur Philoſophi, qui cum per ea, qua facta, & creata ſunt iam cognouiſſent Deum, errore tamen turpiter decepti, mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & ſerpentum: ex eo, quia non ſicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis.*

11 *Vt naturali Theologo, ſolertiue Metaphyſico, omnis errandi praeludatur via, eius intellectus, aliquo auxilio ſanandus eſt: nam intellectus noſter in puris naturalibus, oculo comparatur infirmo: quare, licet in apprehendendo ſit verus, tamen in componendo falſus vt plurimum apparet: etenim ratio non habet à natura vt ordinet conceptus, ſed in ordinando errare poteſt.*

12 *Duobus modis ſanari poteſt humanus intellectus eiuſque naturale adiuuari lumen, quorum primus eſt donum fidei: nam cognitio Dei (ad quam vltima ordinatur intentio Theologiæ naturalis) dùm habetur per fidem cateras mentis conceptiones erudit errorumque diſpergit nebulas. Quare errabant Philoſophi, plus dando naturæ quod habuerit, dum ſupernaturalia lumine attingi poſſe putabant naturali.*

13 *Triplex attingendi res intellectus ſtatuitur modus: quidam ſcilicet naturalis, & naturali modo: quidam ſupernaturalis, & ſupernaturali modo: quidam verò medius, nempè ſupernaturalis, ſed naturali modo. Horum primo, intellectus cognoſcit naturalia per lumen naturale: ſecundo, ſupernaturalia clarè, & diſtinctè per lumen ſupernaturale gloria: tertio tandem, ſupernaturalia ænigmaticè per lumen fidei.*

14 *Fides, ſiue formata, ſiue informis ſemper innititur diuino teſtimonio, ſcilicet, ſacris ſcripturis quarum proprietas eſt, in ijs, que fide ſunt, totius ſpiritualis ædificij ſtruere fundamenta: quare titubabit fides, ſi diuinarum ſcripturarum vacillat authoritas.*

15 *Infuſa fidei, temporibus ſuis, nobiles protulerunt fructus quotquot ſacrarum ſcripturarum ex ſibi expoſita notitia, depulſis erroribus, falſam cum vera fæliciter commutarunt philoſophiam; quorum omiſſa caterua, quicquid de ſe Diuus ſcripſerit Auguſtinus, in exemplum adducitur duntaxat.*

16 *Secundus modus, humanus, quo ſanari poteſt intellectus, eſt ſpecialis illuſtratio Dei: Quia diuina ſapientia iuxta duo opera ſapientis, qua ſunt, non mentiri de quibus nouit, & mentientem poſſe manifeſtare, congrua remedia dignata eſt reuelare: & ſicut priori ſuffecit fidem, ita poſteriori ſpecialem ſubſtituit illuſtrationem.*

17 *Naturale lumen, luci in oculo Cati aſſimilatum eſt; quod niſi à ſuperiore, ſcilicet, ſolis, aut ignis adiuuetur lumine, tantùm groſſiora, & naturalia, minimè verò ſubtilia, & ſupernaturalia percipiet.*

18 *Deus cum illuminet omnem hominem venientem in hunc mundum; erit quippè hac ſuperna Lux, qua lucis corporea ad inſta, in aere mentis noſtra fugat ignorantiæ tenebras: & ſicut corporea, directè, & obliquè illuſtrat; ita hac diuina Lux directè illuminat, dum ſupernaturalia in patria, clarè, & manifeſte oſtendit; obliquè verò dum per ſpeculum, & in ænigmate ſupernaturalia, in via quoque manifeſtat.*

19 *Hac eadem Lux idèò ſacris in literis furtiuus appellatur ſuſurrus, quia plerumque in animis noſtris ita emicat, vt eos lateat, quibus adeſt: eius tamen non exigua praſentia percipimus indicia, dũ enim, qua ſunt cuncta creata cernimus, in Creatoris admirationem ſubleuamur.*

20 *Talis diuina illuſtratio, non tantùm prolibito Dei exhibetur iuſtis, verùm etiàm, & iniuſtis, quinimmo, & Damonibus, dum voce veritatis ſcripta intus in mentibus ſuis, verum aliquid cogitant.*

ETſi Diuina, ac ſupereminens Natura, nudæ viſionis cognoſcibilitate ignota,
1 inacceſſibiliſque Viatoribus ſaltem naturaliter exiſtat, *lib. 1. de Speculo tract. 6 cap. 28,* do-

docente Auguſtino: Quòd, Tanta, & ta-
lis eſt, vt de eius viſione nihil in hac vita
ſibi vſurpare mens humana audeat: cogno-
ſcibilitate tamen generalis cognitionis,
hoc eſt ex creaturis, diuina duntaxat aſſi-
ſtente generali illuſtratione, eos vſque-
quaque minimè latere, latè tradit Henri-
cus Gandauenſis. 1. *par. ſumm. art.* 24. *quæſt.* 6.
per totam. Nam, quæ Deus, ſua natura
texit, & quaſi tenebrarum latebris valla-
uit, effectorum beneficio, quaſi per ſo-
bolem parentes agnoſcimus, ſi non plena,
rudi cognitione ſaltem: in operibus enim
eius, & in mundi omnibus motibus, vir-
tutem eius ſemper præſentem aſpicimus,
cùm tonat, fulgurat, fulminat, cùm ſe-
2 renat. Et ſanè, quomodo Deus eminùs
manet, cùm omnia cæleſtia, terrenaque,
& quæ extra iſtam orbis prouinciam ſunt,
Deo cuncta ſint plena? Vbique non tan-
tùm nobis proximus, ſed infuſus eſt.
Equidem ſi Sol Cælo affixus, terris omni-
bus ſparſus eſt tamen: pariter præſens vbi-
que intereſt, & miſcetur omnibus, nuſ-
quam enim claritudo violatur: quanto
magis Deus author omnium, ac ſpecula-
tor omnium, à quo nullum poteſt eſſe ſe-
cretum, tenebris intereſt, intereſt cogita-
tionibus noſtris, quaſi alteris tenebris?
Etenim non tantum ſub illo agimus, ſed
cum illo (vt propè dixerim) viuimus.
Quamobrem ſuper illud *Roman.* 1. *Reuelabi-*
,, *tur enim &c.* Hæc habet Gloſſa: Tam pul-
,, chra aſtra condidit, vt ex eis quantùm,
,, & quàm admirabilis eſt eorum Creator
,, cognoſci poſſet. Quod eſt quodammo-
,, dò Diuinam entitatem agnoſcere. Co-
,, gnoſcere enim quantùm ſit, & quàm
,, admirabilis (*ibidem num.* 5. ſubdit Henricus)
,, eſt cognoſcere eius quidditatem; quia
,, quantitas ſua, eſt ſua quidditas.

De tali idcirco Deum cognoſcendi mo-
do, *tract.* 2. *in Ioann.* tradit Auguſtinus,
3 quòd: Philoſophi inquiſierunt Creato-
,, rem per creaturam, quia poteſt inueniri
,, per creaturam. Quoniam, vt ipſe, *cap.* 29.
,, *de vera relig.* abunde ſe explicat: Non
,, fruſtra, & inaniter intueri oportet pul-
,, chritudinem cæli, & ordinem ſiderum,
,, quæ omnia in ſuo genere modum pro-
,, prium, naturaſque ſeruant. In quorum
,, conſideratione, non vana, & peritura
,, curioſitas exercenda eſt, ſed gradus ad
,, immortalia, & ſemper permanſura facien-
,, dus. Quare, *de verb. Domin. ſerm.* 38. ſcite
,, concludit: Laudent ergo Creatorem om-
,, nia opera ſua, totum quod hic ex parti-
,, bus ſingulis, & rebus ſingulis inuenitur,
,, totum ibi ſimul, & non ſolùm hoc, quod
,, in creatura ibi inuenitur, ſed inenarra-
,, biliter tranſcendere credendum eſt Crea-
,, torem. Veterum hinc Ethnicorum Sa-
4 pientes, ea ratione, qua Sol cùm ſit vnus,
vnde illi nomen, quippe à ſolitudine, Dei
optimi maximi agnouerunt vnitatem;
atque prophano cultu, ante omnes Per-
ſæ, reliqua Deorum omnium, quam Gen-
tes ipſæ venerabantur, caterua reiecta,
ſolem Deum eſſe vnicum arbitrabantur,
ita vt Dijs nulla templa condenda eſſe cre-
derent, eo quòd vni Soli, quem colerent
vix Mundus ipſe ſufficeret. Pythagoras,
tanta cum veneratione proſequutus eſt,
vt aduerſus eum nefas eſſe dixerit lotium
effundere, vtpotè quem omni cultu di-
gnum arbitraretur. Et Heſiodus, præce-
ptum hoc, ſumma religione obſeruan-
dum adhortatur. At conſultius quidem
Socrates apud eruditiſſimum, optimum-
que Xenophontem, eos reprehendit, qui
Solem Deum poſuere: lumenque eius,
& formam ad Deum Summum refert,
quòd omnis eius poteſtas, & magnitudo
ab eo ſit, à quo vna cum Luna fuerit crea-
tus: Homerum idcirco, & cæteros re-
prehendit omnes, qui Solem, vnicum
eſſe Deum crediderunt. *Pier. valer. Hie-*
5 *rog. lib.* 44. Immortalitatem, ac Diuinita-
tem in Deo haud inepte, ex Serpentum
conditione adhuc oſtendebant: Talis
quippe ab ijs cenſebatur natura Serpen-
tum, vt apud Cauſſin. *in Hori Apoll. Hie-*
rogl. lib. 1. docent Philo Biblius, & Sacho-
mathon: Scribunt enim Taautum Ægy-
ptiorum Deum, draconum naturam, at-
que ſerpentum diuinam putaſſe, Quod
,, ſpiritualiſſimum eſt omnium animal, &
,, maximè igneum, longæuum prætereà, &
,, ſenectam cum pelle deponens reuireſcit,
,, & vix naturali nece conficitur. Cum quo
facit Ælius Lampridius, qui Deos quo-
que ſerpentes ab Ægyptijs nominatos
memorat, vbi ſic de Heliogabalo loqui-
tur: Ægyptios draculos Romæ habuit,
quos illi Agatho-dæmonas appellant.
,, Nec tantum Ægyptij, ſed & Phænices
quoque ſerpentem Dæmonem fælicem
nominabant, vt tradit Euſebius *lib.* 1. *de*
præpar. euangel. cap. 7. Et quod magis mi-
randum; Serpentibus tantum cultus tri-
buit gentilitas, vt Draconia templa no-
minaret. *Strabo lib.* 14. Quòd prima (vt
arbitror) circa ſerpentes extiterunt Idolo-
latriæ ſemina, adeò hanc ſpeciem Dæmon
habuit in delicijs, vt nec ſine ſerpentum
effigie conſecrata ſuperſtitionis domicilia
crederentur, quod conſtat ex Perſio *Sa-*
tir. 1. dum canit.

Pinge duos angues: pueri, ſacer eſt locus:
extra
Meyte ————————
6 Nec minùs præclara illa ſunt, quæ de
R 2 Deo

Deo ipſo per figuram, nuncupationem-
ue oculi commonſtrato, intelligebant:
,, Veluti, ſcilicet, (vt eruditè *Hierogl.lib.33.*
,, explicat Valerianus) in minori mundo,
,, oculi ſunt articulorum omnium præſtan-
,, tiſſimi, pulcherrimique, ac omnium
,, actuum moderatores, ita Deum illum
,, Optimum Maximum, mundi oculum, pa-
,, trem luminum à Iacobo nuncupatum,
,, omnia formoſitate tranſcendere, omnia-
,, que gubernare, atque vt ait Apoſtolus,
,, nihil eum latere, cuius oculis omnia nu-
,, da, & aperta ſint, atque ita bonos, &
,, malos ſpeculatur: & vt quæ pro facie
,, ſunt homo videt, ita quæ deliteſcunt in
,, imo corde proſpicit Deus, & perſcrutatur.
Atque ita deinceps, ex ſenſibilibus alijs,
vt Iſide mammoſa, Beneficentiam. *Cauſſ.
polyh.ſymb.lib.2.36.* Spithama, duodecim
menſura digitorum, hoc eſt palmo, vel
pugillo, Omnipotentiam, *Pier.valer.Hie-
rogl.lib.36.* Mundo, Immenſitatem, *Cauſſ.
polyh.ſymb.lib.1.1.* Ventorum ſonitu, Maie-
ſtatem occultam. *ibid.24.* Petrarum firmi-
tate, Sapientiam. *Pier.valer. Hierogl.lib 49.*
cæteriſque creatis, diuina venabantur at-
,, tributa. Nam ideo noſſe ſe voluit, ideo
,, mundum, & opera ſua diuina conſtituit,
,, vt eum per iſta omnia cerneremus. *Marc.
Victorin. Afer. aduer. Arium. lib.3.tom.4. Bi-
bliot.P.P.par.1.*

At ſanè (quod maximè mirandum vi-
detur) vt rationibus ab ipſa natura, & re-
7 rum comparatione deductis, Plato, Plo-
tinus, Timæus Locrenſis, Triſmegiſtus,
& alij, altiſſimum quoque valuerint, li-
cet ſub ænigmatibus valde caliginoſis (vt
cum Hugone Eteriano *tom.9. Bibliot. P.P.
loquar*) Sanctiſſimæ Triadis penetrare My-
ſterium, grauiſſimi teſtantur Authores:
Suidas enim de Triſmegiſto ita diſertè
,, ſcribit. Mercurius ter maximus Ægy-
,, ptius Sacerdos, Rex, Philoſophus, ante
,, Pharaonem floruit. Sic dictus, quod de
,, Trinitate loquutus eſt, in Trinitate vnam
,, eſſe Deitatem aſſerens, in hæc verba. Fuit
,, lumen intelligens ante lumen intelligens,
,, & fuit ſemper mens mentis lucida, & ni-
,, hil aliud fuit huius veritas, & ſpiritus om-
,, nia continens. Extra hunc non eſt Deus,
,, non Angelus, non eſſentia vlla alia: om-
,, nium enim Dominus, & Pater, & Deus:
,, & omnia ſub ipſo, & in ipſo ſunt. Ob-
,, teſtor te Cælum, magni Dei ſapiens: ob-
,, teſtor te vocem Patris, quam loquutus
,, eſt primam, cum omnem mundum fir-
,, mauit: obteſtor te per vnigenitum ſer-
,, monem, & Patrem omnia continentem
,, propitius, propitius eſto. Et tandem (vt
cæteros mittam) Ludouicus Viues *in lib.10
Auguſt.de Ciuit.Dei. cap.29.* ita teſtatur, di-
cens: Auguſtinus *lib.7. confeſſ. cap.9.* ait:
,, ſe in libris Platonicorum legiſſe, & ſi non
,, eiſdem verbis, ſententiam Euangelij D.
,, Ioannis, In principio erat Verbum. Ame-
,, lius autem Platonicus ſic inquit: Atque
,, hoc erat illud Verbum, per quod ea, quæ
,, facta ſunt, fiebant, cùm tamen ſemper
,, eſſent, quemadmodum, & Heraclitus
,, voluit. Et per Iouem barbarus ille cen-
,, ſet in ordine, dignitateque principij con-
,, ſtitutum apud Deum eſſe, & Deum eſſe,
,, & per ipſum omnia facta eſſe, & in ipſo
,, quod factum eſt, viuum, & vitam, &
,, ens fuiſſe: Barbarum verò Ioannem di-
,, cit. Ex Platonis item epiſtolis conſtat,
,, Verbo Dei omnia eſſe facta: & ex Ploti-
,, no, Filium Dei eſſe creatorem &c.

Hæc proindè naturalis intra cognitio-
nis ambitum ſuprema illa facultas eſt, quę
8 frequentiori nomine Metaphyſica, natu-
ralia ſcilicet tranſcendens, *Scot. quæſt. 9.
prolo.* nuncupatur: & vt cæteris, nobilita-
te præſtat. *1.met. cap.2. 4 met. cap. 1. & 6.
cap.1.* ita præclarioribus titulis præ omni-
bus inſignita, & decorata eſt. Antono-
maſticè enim Philoſophia vocari ſolet;
vel prima, & vniuerſalis Philoſophia.
Rurſus naturalis Theologia: Scientia di-
uina. Supernaturalis Philoſophia: Sapien-
tia denique, ac Domina, & Regina ſcien-
tiarum. His profectò, & conſimilibus
appellationibus, eam dignatur Ariſtote-
les, pluribus in locis. *1.met. cap.1. & 2.4.
met.text.5. & lib.6.text.3.lib.11.cap.6.* & alibi
frequenter. Quæ cuncta, ingentis ſpeciei
Mulier, vitta opertos oculos, caput co-
rona, læuam geſtans redimitam ſceptro,
clepſammidium vna cum mundi globo,
cogitabunda calcans, apud Ripam *Icono-
log.par.2.* icone ſuo pergraphicè diſtinxit.
Sola nanque mentis intelligentia natura-
lium omnium quatenus Anteſignana
ſcientiarum, à caducis abſtrahens, & tem-
poris mutationi ſubiectis, Diuinam, &
ſupernas minimè veretur contemplare
naturas.

Quia verò, naturalis ex teſtimonio ra-
tionis, cuius eſt hanc indagare ſcientiam,
9 ipſamet omninò ſua præſupponit princi-
pia. Henr.Gand. *1.par.artic.6.quæſt.2.num.14.*
& ſi de ſe certiſſima ſint, quia prima ſunt,
& aliorum cauſa veritatis. *2. met. text. 4.*
,, Propter ſuam tamen abſtractionem, &
,, noſtri debilitatem intellectus, qui illorum
,, nequit attingere euidentiam (ibidem.
,, *num.* 11. inquit Henricus) nobis, ſiue ſa-
,, pienti in ea, non poſſunt eſſe notiſſima
,, ſecundum quod dicitur *2.met.text.1.* Quod
,, manifeſtiſſima in ſua natura, ſunt diffici-
,, lis cognitionis in veritate ſua, non pro-
,, pter ſe, ſed propter nos: quia diſpoſitio
intel-

,, intellectus noſtri ad ipſa, eſt ſimilis diſpo-
,, ſitioni oculorum veſpertilionis ad lucem.
Quamobrem, praua ex intellectus hac
noſtri diſpoſitione, non ſemel circa ipſa
contingit errare, Henr. *1. par. artic. 7. quæſt. 2. num. 5.* Ratio enim naturalis, naturæ vti-
tur lumine veluti inſtrumento. Henr. *1. par. artic. 3. quæſt. 4. num. 4.* quod cùm valdè
tenue, ac limitatum ſit, eius beneficio,
ad ea pertingere nequimus, quæ ſe ipſo
penetrare non valet, ſicut inſtrumento ar-
tis fabrilis (vt ipſe explicat Henricus) opus
carpentationis faber efficere non poteſt.
Quare Paulus *Roman. 1.* gentiles redarguens
10 Philoſophos, qui cùm per ea, quæ facta,
,, & creata ſunt, iam cognouiſſent Deum,
,, errore tamen turpiter decepti, Mutaue-
,, runt gloriam incorruptibilis Dei in ſimi-
,, litudinem imaginis corruptibilis homi-
,, nis, & volucrum, & quadrupedum, &
,, ſerpentum: Non aliam præter eam, tan-
,, tæ iacturæ cauſam expoſuit, quòd: Non
,, ſicut Deum glorificauerunt, aut gratias
,, egerunt, ſed euanuerunt in cogitationi-
,, bus ſuis. Quæ verba, *1. tom. Bibliot. P.P.*
Theodulus Cæleſyenſis, ita mirificè eſt
,, interpretatus: Errauerunt (inquit) & à
,, Deo prorſus exciderunt. Porrò cùm di-
,, xiſſet, quòd voluntarij excæcati eſſent,
,, adijcit cauſam, quæ eſt quòd omnia ſuis
,, rationibus commiſerint, & non Fidei.
,, Volentes enim per formam, & figuram
,, formæ omnis expertem, perque imagi-
,, nes corporeas, incorporeum deprehen-
,, dere, in errorem delapſi ſunt: cum non
,, poſſent cogitationibus ſuis ad finem duci.
,, Verbi gratia. Vnde nam pateat, quòd cæ-
,, lum, aut terram Deus condiderit? Quis
,, nam Pater Dei, quæue cauſa ſubſtantiæ,
,, vel perſonæ eius, aut quæ ipſa ſit Hypo-
,, ſtaſis? Et obſcuratum eſt inſipiens cor
,, eorum. Nubibus enim adæquatæ cogi-
,, tationes eorum obſuſcarunt ipſorum cor
,, inſipiens. Inſipiens autem ideo appellat,
,, quod noluerint fide Vniuerſum ipsū com-
,, prehendere. Dicentes enim eſſe ſapien-
,, tes, ſtulti facti ſunt. Cauſam reddit cur
,, omnia cogitationibus ſuis permiſerint:
,, Putarunt, inquit ſe eſſe ſapientes, ſeque
,, ſufficere ſibi ad cuiuſlibet rei comprehen-
,, ſionem, idcirco ſtulti facti ſunt: Quid
enim dementiùs, lapidum, & lignorum
adoratore?

Vt igitur naturali Theologo, ſtudioſo-
que Metaphyſico, omnis errandi præclu-
11 datur via eiuſdem mens, intellectuſque,
aliquo auxilio, haud ſegniter iuuandus
eſt. Quemadmodum enim, vt videamus
oculi curandi ſunt, quibus videmus; ita
vt ex ratione rectè iudicemus, intellectus
per quem iudicamus, ſi languet protinus
ſanandus eſt: Intellectus quippe noſter,
vt dictum eſt, oculo comparatur infirmo.
2. met. text. 1. cum non ſecus ſublimiora,
ineptus in iudicando ſit, quàm oculus in
cernendo lucidiora. Nam & ſi, ſimpli-
cium in apprehenſione ſemper ſit verus,
in eorum tamen iudicio plerumque fit fal-
ſus: quare *2. par. artic. 24. quæſt. 8. num. 5.* ita
,, docet Henricus: Ad cognitionem intel-
,, lectiuam duo requiruntur, quorum pri-
,, mum eſt verbum intellectus, quo infor-
,, matur concipiendo quod quid eſt in re,
,, ſecundum verò eſt iudicium de tali con-
,, ceptu, ſine quo intellectus purus non eſt,
,, ſed ſemper phantaſticus manet. Et eſt
,, primus intellectus ſimplicium, & ideo
,, ſemper verorum eſt ſecundùm Philoſo-
,, phum (intellige non concipiendo verita-
,, tem rei, ſed id, quod verum eſt in re).
,, Veritatem enim ſolùm concipit intelle-
,, ctus ſecundus, qui in compoſitione, &
,, diuiſione conſiſtit, vndè & verus, & fal-
,, ſus poteſt eſſe ſecundùm Philoſophum.
,, In quo, & plures deluduntur, credentes
,, percipere veritatem, qui tamen eam non
,, percipiunt, veriſimilitudine phantaſma-
,, tum decepti, ſecundùm quod dicit Augu-
,, ſtinus *de ver. relig. cap. 49.* Amplexamur no-
,, ſtra phantaſmata, quæ redeuntibus nobis
,, ad inueſtigandam veritatem in itinere no-
,, bis occurrunt, & nos tranſire non ſinunt.
,, Quæ tamen, quantùm eſt ex ſe non niſi
,, verum ex imaginatione, & ſenſu oſten-
,, dunt: vndè non ſolùm intellectus ſimpli-
,, cium apprehenſionum ſemper verus, quin-
,, etiam ſemper verus eſt, & ipſe ſenſus in
,, apprehendendo, & nunciando; ita quòd
,, omnis falſitas in iudicio, & collatione,
,, vel intellectus, vel imaginationis oriatur,
,, ſecundùm quòd dicit Auguſtinus. *3. de acad. cap. 11.* Credo ſenſus non accuſari,
,, videlicet quòd imagines falſas ferentes pa-
,, tiuntur, vel quòd falſa in ſomnis vide-
,, mus. Quicquid poſſunt videre oculi, ve-
,, rum, vident, noli plus aſſentire, quàm
,, vt ita tibi perſuadeas apparere, & nulla
,, deceptio eſt: Cuius in iudicando deceptio-
,, nis cauſam, iam pridem *1. par. artic. 1. quæſt. 6. num. 13.* attulerat, dicens: Quia
,, ratio non habet à natura, vt ordinet
,, conceptus, ſed in ordinando errare po-
,, teſt.

Duobus igitur modis, humanus ſanari
12 poteſt intellectus, eiuſque exile inſerti
lumen, vt ita dicam, in clariſſimum ſo-
lem. Primus ab Auguſtino *1. ſolil. cap. 6.*
diſertis his explicatur verbis: Animæ
,, opus eſt, vt oculos ſanos habeat; quibus
,, tam benè vti poſſit. Oculi ſani mens eſt
,, ab omni labe corporis pura, quod nihil
,, aliud præſtat, quam fides primò. Nam

cum

cum teſte Auicenna 1. *ſuæ met. cap.* 3. Intentio vltima in hac ſcientia ſit cognitio gubernationis Dei altiſſimi, & cognitio Angelorum ſpiritualium, & ordinum eorum: quæ iuxta Philoſophi dictum 2. *met. tex.* 1. Nobis ſunt difficilè intelligibilia, non quidem propter ſe, ſed propter nos: aliter enim (vt ibidem docet Commentator) fruſtra eſſent facta nobis intelligibilia, ſi nunquam ea intelligere poſſemus. Eſt propterea acies mentis noſtræ inualida (inquit idem Auguſtinus, 1. *de Trin. cap.* 2.) nec in tam excellenti luce figitur, niſi per virtutem Fidei nutrita vegetetur, vt ad perceptionem incommutabilis veritatis imbecillem mentem obſeruata pietas ſanet. Dei quippe cognitio per fidem, & honorabiliſſimarum veritatum perſpicacia, cæteras mentis conceptiones erudiet, diſperget errorum nebulas. Regula cognitionum, amuſſis veritatum eſt, vel in ænigmate contemplatio primæ. Hæc reliquas gubernabit, vt prior machinæ rota cæteras voluit: Cardinalis nanque talis cognitio verſat alias. Hinc Metaphyſicorum quorundam nonnullas, 1. *p. art.* 4. *q.* 5. *n.* 14. ita carpit Poſitiones. Errabant ergo, dicentes: ſeparata, quoad eſſentias, & quidditates ſuas cognoſci poſſe ex puris naturalibus, plus dando naturæ quod habuerit. Errabant etiam, dicentes, quòd quidditates illæ, clarè ab homine cognoſci non poſſent, quia ex naturalibus ad illas attingere non poſſet; denegando naturæ, quod habuit, ſcilicet, potentiam receptiuam vnius, ex dono alterius. Medium eſt ergo tenendum; ſcilicet, vt notitiam illorum recipere poterit, ſed quòd propria actione ad illam attingere non poterit.

13 Triplex proinde attingendi res, ipſimet intellectui ſtatuitur modus apud eundem Henricum, 1. *p. art.* 5. *q.* 3. *n.* 5. Quidam naturalis (inquit) & modo naturali: quidam ſupernaturalis, & modo ſupernaturali: quidam medius, ſupernaturalis, & modo naturali. Primus eſt, quo cognoſcuntur ſcienda in diſciplinis philoſophicis, quæ ſunt de rebus naturalibus, quarum notitia eſt naturalis, quia inueſtigatione naturalis rationis, & modo naturali, qui à via ſenſus, & experientiæ capit ortum. Secundus eſt ille, quo cognoſcuntur clarè, & apertè quidditates cæleſtium ſpirituum Dei, & Angelorum, qui ſunt res ſupernaturales, quorum notitia non eſt naturalis, quia non naturalis rationis inueſtigatione, neque modo naturali, quia nec per illa, quæ accipiuntur à ſenſu, ſed immediatè, & purè à diuino dono ſpeciali. Vnde ad notitiam talem, & talium ſcibilium ſuper ſcientias philoſophicas habendam non eſt ſtudendum naturalis rationis inueſtigationi, vt in vita iſta acquiratur, quia ſtudium ad hoc, eſſet fruſtrà, & labor perditus; ſed ſic viuendum eſt in præſenti vita, vt in futura haberi promereatur, vel ſi Deo placuerit ad horam concedatur. Tertius modus eſt ille, quo ſupernaturalia, & diuina hîc cognoſcuntur per fidem, quorum notitia eſt ſupernaturalis, quia per lumen infuſum, modo tamen naturali, quia in ænigmate rerum ſenſibilium. Hoc itaque tertio modo, intellectus adeò natiuum ſanatur lumen, vt ea luminis eſto ſit indoles: quo ſcilicet, magis rutilat, eo plus oculis officiat, 3. *de ani. tex.* 7. Fidei tamen infuſum lumen, mentis oculos non obruit, ſed detegit; non opprimit, ſed eleuat, non offuſcat, ſed illuſtrat: ad Conſentium *epiſ.* 222. *ſub init.* ſcribente Auguſtino: In quibuſdam rebus ad doctrinam ſalutarem pertinentibus, quas ratione percipere non dum valemus, ſed aliquandò valebimus, Fides qua cor mundatur præcedat rationem, vt rationis capiat, & proferat lucem, hoc vtique rationis eſt. Et ideò rationabiliter dictum eſt per Prophetam: Niſi credideritis, non intelligetis. Quod ſanè, ſymbolo ignis, coruſco expoſiti Soli, huiuſcemodi arridente lemmate: Oblector lumine victus, *apud Ioann. Ferr. p.* 2. *theat.* Ioannes Franciſcus Iuſtinianus, lepidiſſimè expreſſit. Non enim grauatur, ſed gaudet ſummopere mens ſuam notitiam infra agnitionem eſſe, quæ habetur ſuffragio Fidei, quam ſuo lumine adæquare minimè queit.

14 Quia vero catholica Fides, charitate quamuis exuta, quæ ſecundùm Theologos, 3. *ſent. diſt.* 23. eſt vera forma, & perfectio illius, ex teſtimonio, propriam alterius ſemper ſortitur veritatem: cùm ea, quæ credimus, teſtimonio, alterius teneamus. *Aug. de viden. Deum cap.* 3. non humanæ, ſed Diuinæ inniti debet authoritati duntaxat: Etenim, Hoc eſt verum quod diuina dicit authoritas, potiùs quàm illud, quod humana infirmitas conijcit. *Aug.* 2. *ſuper Geneſ. cap.* 9. Eam ob rem, ſpiritualis totius ædificij, in iis, quæ fidei ſunt ſtruere fundamenta, ſolis Sacris Scripturis proprietas eſt. *Henr.* 1. *p. art.* 14. *q.* 1. *n.* 7. quæ ſicut in fabrefactis eiuſmodi hæc fuerint, ſperandum eſt eiuſmodi fore quicquid ſuperſtrueretur, videlicet ex ſolidiſſimis, ſolidiſſimum. Vnde meritò, 1. *de doct. chriſt. cap.* 37. aiebat idem Auguſtinus. Titubabit Fides, ſi diuinarum Scripturarum vacillat authoritas.

,, tas. *Maximam ergo eſſe non tantùm*
authoritatem Dei, Deumque vera, &
certa dicere, nemo ſanæ mentis dubita-
bit vnquam: ſed nec inſuper addubitari
poterit, Deum non eſſe illum, qui fidem
largitur, & per fidem, mentem hominis
illuſtrat. Hæc quidem lux eſt, quæ in
mundum venit; quæ maximis inſcitiæ
noſtræ tenebris depulſis, hominem cæli
ciuibus ſimilem fecit, Deo proximum,
quià diſcipulum. Eſt, ait Dominus, ſcrip-
,, tum in Prophetis, *Iſa* 54. Erunt omnes
,, docibiles Dei. Omnis, qui audiuit à Pa-
,, tre, & didicit venit ad me, *Io.* 6. Merito
,, quippe Tertullianus *ad ſcapulam*: Magi-
ſtrum neminem habemus, niſi ſolum
Deum. Hac ſe oblectet diſciplina Chri-
ſtianus Philoſophus, in hoc diuino fidei
Gymnaſio ſe diu, noctuque exerceat, &
,, erit ſine dubio tanquam lignum ſecùs
,, decurſus aquarum, quod fructum ſuum
,, dabit in tempore ſuo, Pſal. 1.

Hinc ſanè infuſæ Fidei tempeſtatibus
15 ſuis nobiles protulerunt fructus, quot-
quot ſacrarum ex Scripturarum ſibi ex-
poſita notitia, depulſis erroribus, falſam
cum vera fæliciter commutarunt Philo-
ſophiam, quorum innumera miſſa ca-
terua, quid de ſe, Sanctus fateatur Au-
guſtinus *lib.* 8. *confeſs. cap.* 12. legentem
queſo minimè pigeat audire. Et ecce
(gemebundus inquit) audio vocem de
,, vicina domo cum cantu, dicentis, &
,, crebro repetentis quaſi pueri, an puellæ,
,, neſcio: Tolle, lege: Tolle, lege: Statim-
,, que mutato vultu, intentiſſimus cogita-
,, re cæpi, vtrùm nam ſolerent pueri in
aliquo genere ludendi cantare tale ali-
,, quid, nec occurrebat omninò audiuiſſe
,, me vſpiam: repreſſoque impetu lachry-
,, marum, ſurrexi nihil aliud interpretans
,, diuinitus mihi iuberi, niſi vt aperirem
,, codicem, & legerem quod primum ca-
,, pitulum inueniſſem........ Arripui,
aperui, & legi in ſilentio capitulum, quò
,, primum coniecti ſunt oculi mei: Non
,, in commeſſationibus, & ebrietatibus,
,, non in cubilibus, & impudicitijs, non
,, in contentione, & æmulatione: ſed in-
,, duite Dominum Ieſum Chriſtum, &
carnis prouidentiam ne feceritis in con-
,, cupiſcentijs. Nec vltra volui legere,
,, nec opus erat. Statim quippe cum fine
,, huiuſce ſententiæ, quaſi luce ſecuritatis
,, infuſa cordi meo, omnes dubitationis
,, tenebræ diffugerunt &c.

Cæterùm, cum nulli dubium ſit, ge-
16 mino pondere nos impelli ad diſcendum
authoritatis, atque rationis, *Aug. lib. 3. de
ord. ad. cap. 20. in fin.* poſtquam ſatis videtur
oſtenſum, intellectus erga credibilia na-
turale lumen, Fidei ſanari dono: erga
intelligibilia quomodo ſanandus ſit, ad-
huc ſupereſt inquirendum. Quamobrem
Diuina Sapientia (vt *1. p. art. 13. q. 4. n. 3.* do-
cet Henr.) iuxta duo opera Sapientis,
quæ ſunt non mentiri de quibus nouit, &
mentientem poſſe manifeſtare congrua
remedia dignata eſt reuelare: & ſicut
priori muneri, fidei ſuffecit Lumen; ita
poſteriori, ſpecialem ſubſtituit illuſtra-
tionem: quod ab eodem ſe accepiſſe Au-
guſtino, plurimum commendat. Suadet
,, enim Sanctus Epiſcopus, *14. de trin. cap.* 1.
,, Quod aliud eſt ſcire tantummodò quid
,, homo credere debeat propter adipiſcen-
,, dam vitam beatam: aliud verò ſcire, quo-
,, niam hoc ipſum ſcire, & pijs opitulatur,
,, & contra malos, & impios defenditur.
,, Qua ſcientia non pollent fideles plurimi,
,, quamuis polleant ipſa fide plurimum.
,, Ac proinde *contra epiſtolam fundamenti cap.*
,, 14. apertè concludit: Vt ipſa fide valen-
,, tiores facti, quod credimus, intelligere
,, mereamur, non iam hominibus, ſed ip-
,, ſo Deo intrinſecus mentem noſtram il-
,, luſtrante, atque firmante. Ideoque re-
17 ctè mentis noſtræ naturale lumen, ab
eodem Henrico Gandauenſe, *1. p. art. 3. q.
4. n. 6.* luci in oculo Cati aſſimilatum eſt
exiſtenti. Nam ſicut hæc ad illuſtran-
dum medium, vt eò tantùm groſſiora
percipiantur viſibilia, ſecus verò minu-
tiſſima quæque, niſi lumine ſolis, vel
ignis fulciatur externo, cenſetur ſuffi-
ciens; ita intellectus illud naturale lumen
niſi ſuperiori aliqua adiuuetur illuſtra-
tione ſpeciali, naturalia duntaxat, ſuper-
naturalia nequaquam pandet occulta.
Quæ profectò ſuperior, ac ſuperna illu-
ſtratio, prauam intellectus ſanandi affe-
ctionem, modus erit alter.

Atquia, Deus ipſe eſt, qui illuſtrat;
18 Aug. *1. ſolil. cap.* 6. cum illuminet om-
,, nem hominem venientem in hunc mun-
,, dum, *Ioan.* 1. nil aliud præter ineffabi-
,, lem Deum, hęc erit ſuperna Lux: Deus
,, nanque intelligibilis lux eſt in quo, & à
,, quo, & per quem lucent, quæ intelligi-
biliter lucent omnia, *Aug. ibidem cap.* 1.
Equidem lucis ad inſtar fugat à mente,
ignorantiæ tenebras, & cæcitatis contra
languorem ſpiritualem ei tribuit valetu-
dinem. Nunc idem Auguſtinus, 11. *de
ciuit. Dei cap.* 10. inquit. Non inconue-
,, nienter dicitur, ſic illuminari anima lu-
,, ce incorporea ſimplicis ſapientiæ Dei, ſi-
,, cut illuminatur aeris corpus luce corpo-
,, rea, & ſicut tenebreſcit aer iſte deſertus
,, luce; ita tenebreſcere animam, luce ſa-
,, pientiæ priuatam. Quoniam autem, du-
plici via, tenebroſo in iſto aere, vt *1. p.*
art.

*art.1.q.3.n.*10. non inepté notauit Henricus, luminoſi corporis diffunditur iubar, directa ſcilicet, & obliqua: hác quidem dum obliquo ferit aſpectu, aliud aliquid directè illuſtrando: illa vero, dum ex diametro reſpicit, eumque immediatè immutat: Primo modo, ſe ipſo immergitur; at ſecundo vehiculo alterius: ità ſanè, noſtræ diuinum, ac ſupernaturale lumen illabitur menti, directè ſcilicet, cùm in æterna fælicitate videbimus eum ſicuti eſt: indirectè verò, & obliquè, cum in hac mortali, ac miſerabili vita, ex parte, ſeu per ſpeculum tantùm intuemur; 1. *Corinth.*13. Nam illa Lux ſe oſtendere dedignatur in hac cauea incluſis, niſi tales fuerint, vt illa vel effracta, vel diſſoluta poſſint in auras ſuas euadere. *Aug. 1. ſolil. cap.*14. Tunc enim erit mens idonea, quæ lucem illam videat, quæ nunc nondum eſt. *Idem Aug. epiſt.6. ſub init. exponens illud Apoſtoli 1. Corinth. 4. Cum venerit Dominus, & illuminabit abſcondita tenebrarum &c.*

Cum denique eadem in animis ita
19 emicet noſtris, vt eos ipſos plerumque lateat, quibus fortaſſe adeſt, propterea myſticè à Iobo *cap* 4. Sancto Gregorio *lib.* 5. *Moral. cap.* 20. interprete, Furtiuus appellatur ſuſurrus: Non deſunt, qui intelligere optant, quibus ſe ipſa prodat, quibuſque à nobis deprehendatur indicijs, aut quibus vehiculis animum ſubeat ipſum. Quare diuinitus factum eſt, vt idem Sanctus Pontifex, Sacræ Scripturę hęc exponendo verba, eius occultæ pręſentiæ, nobis ſic indicaret indicia. Legitur enim: Quaſi furtiuè ſuſcepit auris mea venas ſuſurri eius: Vbi inquit: Nunc occulti verbi Diuinum ſuſurrium, tot ad nos venas habet, quot creatis operibus ipſa Diuinitas præſidet: Dum enim quæ ſunt cuncta creata cernimus, in Creatoris admirationem ſubleuamur: Nam ſicut aqua leniter fluens rimata per venas quæritur, vt augeatur, tantoque ſe latiùs fundit, quantò venas apertiores inuenerit: ita nos, dum ſtudioſè Diuinitatis notitiam ex creaturæ eius conſideratione colligimus, quaſi ſuſurrij ad nos venas illius aperimus, quia per hoc, quod factum cernimus virtutem Creatoris admiramur, & per ea, quæ ſunt in publico, illud ad nos emanat, quod latet in occulto. Quaſi enim per quendam ad nos ſonitum erumpit, dum conſideranda nobis, ſua opera oſtendit, in quo temetipſum vtcunque indicat, dum quam ſit incomprehenſibilis manifeſtat. Hæc ille.
20 Nec tamen proinde ſequitur, hanc diuinam tantummodò animis exhiberi ſpecialem illuſtrationem, qui ſanctitate vel maximè innocentia pollent: nam gratia plerumque non eſt ſanctificans, ſed gratis data cui liberè vult Deus, licet indignis, & inimicis: Impij enim (inquit Aug. *lib.* 14. *de Trinit. cap.* 15.) cogitant æternitatem, & multa rectè reprehendunt, rectéque laudant in hominum moribus. Quibus tandem regulis ea iudicant, niſi in quibus vident quemadmodum quiſque viuere debeat, etiam ſi non ipſi eo modo viuant. Vbi ſcriptæ ſunt niſi in libro lucis æternæ? Quinimmo, ipſe etiam Diabolus (docet Henricus, *1.p. art.1. q.1. n.* 9.) ſi quid veritatis ſynceræ videt, in tali luce videt; ſecundùm quod dicit Auguſtinus *lib.2. de ſermo. Dom. in monte cap.* 9. Vocem Dei (inquit) audiuit, quod voce veritatis ſcriptæ intus in mente ſua, verum aliquid cogitauit. Verum enim verò, hoc tandem fatendum eſt, quòd quęcunque diuinæ cognitionis lux in animis oriatur noſtris, quandiù quaſi carceribus includuntur corporibus, pretioſiſſima quidem eſt, maximumque Dei, rebus mortalibus omnibus, meritò anteponendum beneficium; cuius aliquando obſtupens Auguſtinus excellentia, *lib. 2. de lib. arbit. cap.* 16. ſuarum laudum, hæc præconia fecit. O ſuauiſſima lux, purgatæ mentis ſapientia, non ceſſis innuere nobis, quæ & quanta ſis, & nutus tui ſunt omne creaturarum decus.

CAPVT IX.

Optimi Iuris ciuilis Interpretes, quorum in ciuitatibus honeſtam, beatamque eſt conſeruare vitam, vt muneris ſui præclara monimenta relinquant; Legum non tantum tenentur proprium penetrare ſenſum, verùm etiam earum cenſuræ, ſuos in cunctis committere actus.

SVMMARIVM.

1 *Origo conſtituendi Reſpublicas, & Ciuitates, Chria, hoc eſt, vſus, vitaque vtilitas tantùm fuit; cùm propterea ſint inſtitutæ, vt mutua ſcilicet, communicatione, ſe ſe homines iuuent, & è diuerſis muneribus in vnam quandam conſpirent harmoniam.*

2 *Quare Indi in ſeptem genera ſuos diſtribuere Ciues: in totidem Egyptij, licet non eadem ſerie. Arabes in tria. Veteres Galli in duo. Athenienſes, Romani, & Plato item in tria, & ſi diuerſa ratione. Ariſtoteles tandem ſex tantùm genera poſuit,*

qui-

quibus communitas, & viciſſitudo, in qualibet conſeruaretur Ciuitate.

3 *Quia nulla ciuitas, nullaque communitas poteſt abſque legibus beatè, & honeſtè viuere; ſapientis legum Interpretis, quibus legibus, & præceptis, id aſſequi poſſit erit quam maximè conſiderare: cùm leges ad ſalutem ciuium, ciuitatumque incolumitatem, vitamque omnium quietam, & beatam præcipuè condita ſint.*

4 *Homines idcircò è ſyluis, montibuſque ad ciuilem conuocatis ſocietatem, ſapientes legum latores non tantùm mœnibus, quam legibus ipſos firmarunt: Quod in Latinos Saturnum, in Græcos Orpheum, Amphionemque feciſſe, eleganter teſtati ſunt Poetæ.*

5 *Leges ſunt ſtabiliſſimi muri, inconcuſſaque ciuitatum fundamenta, in quibus bonos quàm diutiſſimè detinent, malos arcent, & ijs appropinquare non ſinunt: in his ſalus bonorum, in his conſilia ciuitatis, in his pacis præſidia continentur. Quæ legum beneficia ſingillatim explicantur.*

6 *Ad honeſtè, beateque viuendum, ſatis eſt de legibus bene ſentire, recteque facere: vnde Iuris interpres, cuius eſt in ciuitatibus honeſtam, beatamque conſeruare vitam, maximè curare debet, in primis reconditos legum eruere ſenſus, præcipuè vbi magis viget ambiguitas; ad quod rectè peragendum nonnulla aſſignantur præcepta.*

7 *Ad conciliandam antinomiam, legum, ſcilicet, contrarietatem, priùs ad titulos, ſub quibus iura ſunt locata inſpiciendum eſt. Deinde ratio cuiuſcunque deciſionis diligenter eſt perpendenda. Tandem finis, & cauſa prædictorum minimè eſt ignoranda: nam diſpar cauſa plerumque iura conciliat.*

8 *Ex vnius quoque legis declaratione, aliarum perplexitas tollitur, cum anteriora iura à poſterioribus quandoque emendentur. Sed hoc manifeſtè conſtare oportet. Si verò id apertè non exprimatur, quædam verba in prædictis legibus emendationem indicantia aſſignantur, quæ diligenter perpendenda ſunt.*

9 *Principum hiſtoriam, ad prædictam legum dignoſcendam emendationem, valdè vtile eſt non ignorare: Quare chronologia, ſiue temporis characteriſmus huic rei maximè fauet: cùm temporis adnotatio inſtar candelæ ſuper candelabrum ſit, quod ſi tollas, & lumen ſuſtuleris, omniaque tenebrarum, & confuſionis plena feceris.*

10 *Charondas Thuriorum legiſlator, legum correctionem, & emendationem permiſit; ſed ad ipſos, ne temere id agerent, correctores terrendo ſtatuit, vt periculo laquei ſe priùs exponerent. Quare conſultiùs Octauius Auguſtus conſtituit qui lege cauit, ne quilibet, abſque Principis expreſſa authoritate, hoc attentaret.*

11 *Iuriſperitus, ne comparetur viro conſideranti vultum natiuitatis ſuæ in ſpeculo, qui poſtquam abijt oblitus eſt qualis fuerit; debet in ſpeculo legis, non perfunctoriè, ſed mentis oculos diligenter figere: cùm ſpeculi vſus, non ad ſimplicem faciei intuitum, ſed ad intuentis emendationem ſit inſtitutus: Quare non auditor tantùm, ſed factor legis debet exiſtere.*

12 *Non ſolùm diuina, verùm etiam humana iura, quædam moralia ſpecula ſunt intellectus, ad emendationem morum adinuenta: nam ius humanum imitatur diuinum; & leges quatenus leges à ſe inuicem minimè diſcrepant; aliter non eſſent leges, ſed potius edicta, decreta, Principumque inſtituta.*

13 *Lactantij Firmiani, vtilis diſcurſus adducitur, quo eruditè oſtendit, non ſufficere Iuriſperitis alta, & ſubtilia de legibus ſentire, niſi opere ea compleant: Homines enim malunt exempla, quam verba; quia loqui facile eſt, præſtare verò difficilè.*

14 *Antiqui Ægyptiorum Reges, quia legibus à ſe traditis ſpontè ſubijciebantur, ſubditorum beneuolentiam adeò aſſequuti ſunt, vt ſingulis maior Regis, quam vxorum filiorumque, aut aliorum principum ſalutis ineſſet cura. Vnde Zaleucus quoque plurimum commendatur, qui ne ſcinderet de adulterio à ſe ſtatutas leges, proprium pro altero delinquentis filii oculo; paterno commutauit amore.*

15 *Ex prædictis accipitur documentis, quid in illa ſentiendum ſit moleſta, & odioſa difficultate: An ſcilicet iuriſperiti Rebuſpublicis, & Ciuitatibus proſint, vel obſint potius; ſi opponentibus Iuriſperitorum impudentiam apertè dicatur, eam non cadere in ijs, qui benè de legibus ſentiunt, illarumque præceptis ſe ſubijciunt, ſed in ijs duntaxat, qui eas extorquent, & extorquendo, & non obtemperando lædunt.*

RErum publicarum, ſicut, & Ciuitatum, Chriam, vſum ſcilicet, ac vitæ
1 vtilitatem extitiſſe originem, 2. *de republ.* affatim teſtatus eſt Plato. Hæ quidem propterea inſtitutæ, vt mutua commutatione ſe ſe homines iuuent, & è diuerſis muneribus in vnam quandam conſpirent harmoniam. Hinc tanquam ex fonte (vt notat Bodinus *de repub. lib. 2. cap. 8.*) partes, & ordines manarunt ciuium varij apud varias nationes. Indi in ſeptem ge-
2 nera ſuos diſtribuerunt: Philoſophorum vnum, qui ab omni opere immunes, & præſtantiſſimi ſunt habiti: ſecundum Agricolarum: tertium Paſtorum, & Ve-

natorum: quartum Opificum: quintum Militum: ſextum Ephororum, & Præſidum: poſtremum Conſiliariorum, & Acceſſorum regiorum. *Strab. lib.* 15. Ægyptij, quoque ſeptem habuerunt ordines, quorum primus fuit Sacerdotum; alter Pugnatorum: tertius boum Paſtorum: quartus Subulcorum: quintus Ruſticorum: ſextus Interpretum: poſtremus Gubernatorum naualium. *Herod. lib.* 2. Arabes trifariam partiti ſunt Rempublicam, in Sacerdotes, Agricolas, & Milites. *Diod. lib. 6 cap.* 10. Galli, Iulij Cæſaris tempore, diuiſi omnes in duo fuere genera Druidum, & Equitum, quorum illi rebus diuinis, ac religioni operam dabant; hi bellis gerendis diſtricti tenebantur. *Iul. caſ. comm. lib. 6.* Apud Athenienſes tres fuerunt gradus: primus Nobilium, & doctrinæ deditorum: alter Illorum, quibus agri erant aſſignati: tertius Plebis, & Artificum. *Diod. lib.* 1. *cap.* 2. Romani tres quoque ordines ciuitatis conſtituerunt: vnum Senatorum: alterum Equeſtrem, tertium Plebeium. *Liuius lib. 1. à cond. vrbe.* Totidem conſtituit ordines, & ipſe Plato, ſed diuerſa ratione, vt eſſet primus Agricolarum, Opificum, Mercatorum, qui cæteris ciuibus, veluti horum miniſtri, ad vitam neceſſaria compararent: alter Militum, qui ciuitatem tuerentur: tertius Cuſtodum, quorum authoritate, & conſilio res tum pacis, tum belli tempore gererentur. *lib. 2. de repub. vt ſupra.* Ariſtoteles tandem, ſex ad ciuitatem eſſe neceſſarios ordines contendit ſecundum res, quæ neceſſario in vrbe requiruntur: & conſtituit Agricolas primùm, ſeu glebæ addictos, & Paſtores propter victum: ſecundò Opifices, propter inſtrumenta varia: tertiò Milites propter arma: quartò Diuites, propter pecuniam: quintò Sacerdotes, propter rerum diuinarum procurationem: poſtremò Iudices, & Senatores propter iudicationes, & conſultationes. *7. polit. cap.* 9.

Quia verò, aduerſus Clodium, *para-*
3 *doxo 4. ſect.* 121. Tullio teſte: Illa non eſt ciuitas cùm leges in ea nihil valent, cùm iudicia iacent, cùm mos occidit patrius, quæ omnia vincula ſunt ciuitatis: Sapientis legum ſcriptoris, ſiue Ephorus, Conſiliarius, & Philoſophus, ſiue Druida, ſiue Sacerdos fuerit, ſummoperè erit videre (*vt 7. de repub. cap.* 2. tradit Ariſtoteles) quem ad modum ciuitas hominumque genus, ac omnis reliqua ſocietas benè, beateque poſſit viuere. Cum ſecundùm eundem Tullium. 2. *de leg. ſect.* 171. *n.* 11. conſtet profecto: Ad ſalutem ci-
„ uium ciuitatumque incolumitatem, vi-
„ tamque omnium quietam, & beatam
„ conditas eſſe leges, eoſque qui primùm
„ eiuſmodi ſcita ſanxerunt populis oſten-
„ diſſe, ea ſe ſcripturos, atque laturos, qui-
„ bus illi adſcriptis, ſuſceptiſque honeſtè,
4 beateque viuerent. Quamobrem, homines è ſyluis, montibuſque ad ciuilem conuocatis ſocietatem, ſapientes legum latores, non tam mœnibus, quàm legibus ipſos firmarunt: nam iuxta illud
„ Chryſoſtomi *Hom. 4. de verb. Iſaiæ.* Stabilis,
„ firmaque protectio ciuitatum, neutiquam
„ conſiſtit in lapidibus, lignis, & mœnium
„ ambitu, ſed in prudentia, & ſagacitate eas incolentium. Idcirco de Saturno 8. *æneid.* Poeta cecinit.

Primus ab æthereo venit Saturnus Olympo
Arma Iouis fugiẽs, & regnis exul ademptis.
Is genus indocile, ac diſperſum montibus altis,
Compoſuit, legeſque dedit ———

Et de Orpheo, Amphioneque ad Piſones ſcribit Horatius:

Syluestres homines ſacer, interpreſque Deorum,
Cædibus, & victu fœdo deterruit Orpheus.
Dictus ob hoc lenire tigres rapidoſque leones.
Dictus, & Amphion Tebanæ conditor Vrbis
Saxa mouere ſono teſtudinis, & prece blanda
Ducere quo vellet: fuit hæc ſapientia quondam,
Publica priuatis ſecernere, ſacra prophanis.
Concubitu prohibere vago, dare iura maritis.

5 Sunt quippè leges ſtabiliſſimi muri inconcuſſaque Ciuitatum fundamenta, in quibus bonos quam diutiſſimè detinent, malos arcent, & ijs appropinquare non ſinunt: in his ſalus bonorum, in his conſilia ciuitatis, in his pacis præſidia continentur. Arma imperia parant, leges parta conſeruant: ſicut ſine armis, regna acquiri non poſſunt, ita nequiuerunt eadem ſine legibus cuſtodiri. Quæ porrò vita iucunda? Quæ honeſtæ, ac ſecuræ rationes ſine legibus? Vtiliſſimum eſt ad merces tranſportandas nauigare maria? id leges præſtant, quæ Piratas vndique ſupplicijs perſequuntur duriſſimis: Nam latronibus æquiparati *l. poſtliminium* §. *à piratis ff. de capt. & poſtlimin. reuerſ.* debent ſuſpendi verſus eum locum, vbi deliquerunt. *Auth ſed nouo iure C. de ſeru. fugit. Bald. in c. 1. § iniuria verſ. ſeu furtum de pace iur. firm.* & allegat *l. capitalium* §. *famoſos ff. de pœnis.* Impunè occidi poſſunt. *Auth. nauigia C. de furtis d. l. poſtliminium § à piratis ff. de capt. & poſtlim. reuer. l. 3. in fin. ff. de Sica-*

cætijs. Æquiparantur hoſtibus fidei chriſtianæ, & poſſunt impune derubari. *Auth. nauigia C.de fur.* Ideirco excommunicantur in Bulla cænæ &c. Atque ipſo iure diffidantur. *Bald. in d. auth. nauigia.* Nec poſſunt creari milites, & priuilegijs non gaudent *Bald. in l.1. in fin.C.qui bo. ce. poſſ.* Optimum item eſt, & neceſſarium, commeatus, profectiones, itineraque conficere: id leges efficiunt, quę latrones arcent, & graſſatores, & inſidiarum pericula longè, lateque repellunt: Inquit enim Calliſtratus *l.capitalium §.graſſatores ff. de pœnis.* Graſſatores, qui prædæ cauſa id faciunt, proximi latronibus habentur; & ſi ferro aggredi, & ſpoliare inſtituerunt, capite plectuntur vtique ſi ſæpius, atque in itineribus hoc admiſerunt; cæteri in metallum dantur, vel in inſulas relegantur. Iucundiſſimum tandem eſt libere in ciuitate verſari: leges obtinent ſummam libertatem: neque enim ſublata libertate leges, neque rurſus ſublatis legibus, poteſt eſſe libertas. Nullis vim, nullis iniuriam, nullis impetum fieri patiuntur: vnumquenque in ſuo gradu, ſuaque tuentur dignitate, ita interloquente Theſeo apud Euripidem *in ſupplicibus verſ.* 430.

Nihil eſt ciuitate præſtantius, quam leges
Rectè poſitæ. Nam & inferioris homo ſortis,
Et qui ditior eſt, æquale ius experiuntur.
Vincit autem minor maiorem, ſi iuſtam cauſam habeat.

Cæterùm, quia benè ſentire, recteque
6 facere ſatis eſt ad benè beateque viuendum. *Tullius ad torquat. lib.6. epiſt.famil.1.* ciuilis iuris interpres, cuius in ciuitate honeſtam, beatamque eſt conſeruare vitam, vt ſui muneris primas iactet haſtas, maximè curare debet reconditos legum eruere ſenſus, abditaſque veterum, ſuis auditoribus, ſententias explicare prudentum: Mentem enim potiùs, quam verba legis eſſe ſeruandam tradit *Gloſ.§.imitari l. at ſi quis impediat.ff.de religioſ.& ſum.fun.& l. quamuis ff.de in ius vocando.* Quod quidem nil aliud eſt quàm de aliquo benè ſentire *Quintil.lib.2. cap.* 15. 25. Sed quia nullum ius, aut pauca, dubio carere ſolent, vt docent Doctores *l.quod labeo ff.de carbon.edict. & l.dominus labeo ff.de teſtam* cum in ijs aliqua contingit ambiguitas, tunc quid ſtatuendum ſit, *l.ſi ſeruus plurium §.ſi numerus ff.de legatis, & fideicomm.*1. ſcite tradit Vlpianus, dicens: ſi numerus nummorum legatus ſit, neque appareat quales ſint legati; ante omnia ipſius patris familias conſuetudo, deinde regionis, in qua verſatus eſt exquirenda eſt; ſed & mens patris familias, & legatarij dignitas, & charitas, & neceſſitudo; item earum, quæ præcedunt, vel quæ ſequuntur ſummatim ſcripta ſunt ſpectanda. Quandò verò in eis nihil horum apparet; quòd minimum eſt ſequetur; *vt l.nummis ff.de legatis* 3.idem docet Vlpianus. Nummis (inquit) diſtinctè legatis, receptum eſt, vt exiguiores legati eſſe videantur, ſi neque ex conſuetudine patris familias, neque regionis vnde fuit, neque ex contextu teſtamenti poſſit apparere. In dubio enim minus grauari hæredem, quàm fieri poſſit credendum eſt *l.titia cum teſtamento §. qui in vita ff.de legatis* 2.Et id eſt Benignius quod in dubio ſequi tenemur. *l. benignius l.in ambigua ff.de legibus.* Ea quoque interpretatio, quæ actum ſuſtinet, cæteris præualet. *l.quoties ff. de rebus dubijs l. quoties* 80.*ff.de verb. obligat.* Aliquando tamen; veluti fauore religionis, non minimum, ſed quod decentius eſt amplectemur, vt in exemplo à Sceuola propoſito *in l. titia §.vlt.ff.de auro,& arg.lega.* cernere licet. Vnde in obſcuris, quod veriſimilius eſt ſpectari Paulus voluit *in l.in obſcuris ff.de regul. iur.* Et Iulianus, ſenſum, qui aptior eſt rei gerendæ, retinendum eſſe cenſuit *l. quoties idem ſermo ff. de reg. iur.* Quamobrem, nulla erit certior interpretatio, quam quæ ex ratione legis elicitur: ſenſum enim ambiguum minimè relinquere poteſt *l.his ſolis C.de reuo.donat.vbi Baldus &c.*

Verùm enim verò, cùm non ita veritatis
7 tis planum ſit extrahere ſenſum vbi viget Antinomia, legum ſcilicet contrarietas, *Anton.nebriſſenſe vocab. iuris interprete,* & ſi Iuſtinianus *l.1.§.nulla itaque C.de veteri iure enucl.* nullam in iure relictam eſſe affirmet; plura tamen reperiuntur, quæ inter ſe niſi ſubtili concilientur ratione pugnare omninò videntur. Quare in prædictis ſoluendis antinomijs, vt ab ineptis ad quos vulgo inopes conſilij recurrunt caueatur ſolutionibus: in primis ad titulos, ſub quibus ſunt iura locata, reſpiciendum erit: diuerſas enim ſolutiones, diuerſi plerumque tractatus inducunt: Propterea Baldus, tollendæ antinomiæ, *in proœm.ff. in princ.in 3.lect.nu.*8. methodum tradens: Tribus (inquit) modis iura conciliantur cum dicimus, aliter hic verbum accipitur, aliter ibi: aliud hic, aliud ibi, diuerſa exiſtente ratione ſignificat; vel ſimpliciter hic intelligitur, ibi ſecundùm quid. Deinde ratio cuiuſque deciſionis diligenter erit perpendenda: cùm enim ſingulę ſpecies proprias habeant rationes diuerſas etiam neceſſe eſt inueniant definitiones, vt idem Iuſtinianus *l. 2. §. contrarium C. de vet.iur. enucl.* monet eſſe fa-

,, ciendum, dicens;Contrarium autem ali-
,, quid in hoc codice poſitum, nullum ſi-
,, bi locum vindicabit, nec inuenietur, ſi
,, quis ſubtili animo, diuerſitatis rationes
,, excutiat: ſed eſt aliquid nouum inuen-
,, tum, vel occultè poſitum, quod diſſo-
,, nantiæ querelam diſſoluit, & aliam natu-
,, ram inducit, diſcordiæ fines effugientem.
Diſpar quoque cauſa plerumque iura
conciliat; veluti tutelæ filij conſentiens
pater non obligatur *l. lucius ff de admi. tuto.*
Aliud verò eſt, ſi voluntate eius fiat de-
curio *l. 2. ff. ad municip.* Id enim publicæ
vtilitatis cauſa eſt introductum *Aret. conſ.*
8 *50.* Ex vaius denique legis declaratione,
aliarum peiplexitas diſſoluetur, cum iu-
ra, iuribus, ſoleant dilucidari, *l. non eſt
nouum ff de legibus* quinimmò licet in Pan-
dectis exploratum ſit, nullam legem cor-
rigentem reperiri *l. 1. ſ. nulla l. 2. ſ. contra-
rium C. de vet iur enucl.* in codice tamen
anteriora à poſterioribus Principibus
quandoque emendantur *l. 1. ſ. 1. C. de emē-
da. codicis, dom. Iuſtin.* Sed id aperte conſta-
re oportet. Iuſtinianus quippè id ſe feciſ-
ſe, ſæpiſſimè fatetur, vt in *l. maximum vi-
tium C. de lib. præt. ſ. noſtra inſti. de legat. & ali-
bi.* tunc autem hæſitandum non erit le-
gum anteriorum correctionem induci.
Vbi verò id apertè non exprimitur, ſi lex
vtatur verbo nouam deciſionem deno-
tante, puta ſtatuimus, ordinamus, inno-
uamus, decernimus, & ſimilibus, modo
antiqua illis non recitetur verbis deciſio
quod rarò euenit, eam nouam, & corre-
ctoriam legem cenſendam eſſe. *Abbas Pa-
norm. in cap. 2. in fin de iudi.* opinatur. Si
quam pariter eorum, qui poſt iuriſcon-
ſultos imperarunt, conſtitutionem ab
antiquis diſcrepantem inuenerimus, cor-
rectoriam eſſe exiſtimabimus; veluti cùm
maternorum bonorum vſumfructū tan-
tùm ad patrem non ad filios ſpectare *in l.
1. C. de bonis mater.* Conſtantinus correxit:
certè iura vetuſta. *l. placet ff. de acqui. hæred.*
9 corrigi concedemus, quamuis in hoc
quidam diſſentiant, Qua in re Principum
hiſtoriam tenuiſſe multùm proderit, nę
eorum incurramus inſcitiam, qui poſte-
riores ab anterioribus corrigi quandoque
crediderunt. Pro iure quippè ciuili, vt
notat Antonius Maruillius *in præfat. de
commendatione codicis theodoſiani &c.* fuere
olim apud Romanos, Acta populi, & Se-
natus: Triumphalia Vrbium, & Princi-
pum annales; Faſti publici; Scrinia Im-
peratorum, & Magiſtratuum; Regeſta
Scribarum; Libri elephantini, linteique;
Tabulæ capitolinæ; Æra ad æternitatem
fixa; Columnarum tituli; veteres Inſcrip-
tiones, quibus continebantur fœdera;
Leges, Plebiſcita, Senatus conſulta, Edi-
cta, Decreta, & Conſtitutiones Princi-
pum: ideoque chronologia, ſiue tempo-
ris characteriſmus, tum ad falſas prædi-
ctorum cauſas, quæ afferri poſſunt reſu-
tandas, vice verſa, ad veras eruendas;
tum ad conciliationes legum ex muta-
tione temporum; tum ad earum coniun-
ctionē, ſanè in eorum ſingulis plurimum
confert. Nam regulariter omnis hiſtoriæ
portio de temporis adnotatione fidem
meretur: contra de fide nulla periclitari
ſolet, quæcunque certo temporis chara-
cteriſmo deſtituitur. Proinde: Temporis
,, adnotatio (*Homil. 2. de Oſia, in verbis illis
,, Iſaiæ Vidi domin. circa fin.* inquit Chryſoſt.)
,, inſtar candelæ ſuper candelabrum eſt,
,, quod ſi tollas, & lumen ſuſtuleris, om-
,, niaque tenebrarum, & confuſionis ple-
,, na feceris. Et poſt pauca: Quemadmo-
,, dum termini, fineſque in agris, fundos
,, miſceri non patiuntur, ita & tempora res
,, inuicem confundi non ſinunt: verum ab
,, inuicem ea ſeparantia, & ſecundùm de-
,, bitum ordinem ea diſponentia, magna
,, confuſione nos liberant.
Meritò ergo Charondas Thuriorum
10 legislator, teſte Diodoro *lib. 12. bibliot. hi-
ſtoricæ* à legis ſcripto iuſſit ne vllo pacto
diſcederetur, licet omninò malè ſcripta
foret: ſed corrigi permiſit, ſi qua corre-
ctione egeret; ne cui (quod fieri ſolet in
iudicijs rerum capitalium) licentia, oc-
caſione pateret per argurias intepreirandi
leges, variaſque pro ratis verbis ſenten-
tias inducendi prohibuit, ne cauillationi-
bus interpretum legū ſeueritas, & maie-
ſtas diſtraheretur. Nam cum perſpexiſſet
in pleriſque ciuitatibus pro ſuo cuiuſque
commodo, leges interpretando diſtrahi;
iamque totum propè priſci iuris colu-
men concuſſum labare, deflexamque
prorſus variè legum ſeueritatem haud
poſſe conſiſtere, indè ſæuas in vulgo ex-
citari ſeditiones, varioſque tumultus; ſin-
gulare quiddam, quo tali occurreretur
flagitio, excogitauit, ſanxitque; Si quem
cuiuſpiam legis abrogandi libido, ſeu ne-
ceſſitas adduxiſſet; is collo laqueum
primum circundaret: tùm in concionem
ad poſtulandam à Populo legis emenda-
tionem prodiret, ibique expectaret, do-
nec à Populo de legis mutatione, quid
ſentiret decerneretur. Vbi comitia mu-
tandam probaſſent: tum ille nouæ legis
author ſolueretur. Sin, hanc legis corre-
ctionem concio repudiaſſet, tum mox
ibidem, nouo rogatori laqueo, quo vin-
ctus, acceſſerat, guttur perſtringeretur. At
fortè longè melius, atque conſultiùs, vt
maior Iuris haberetur authoritas, primus

omnium Octauianus conſtituit Auguſtus, vt Ex authoritate ipſius de iure quis reſponderet duntaxat *l. 2. §. primus Diuus Auguſtus ff. de origine iur.* Vnde res eo deuenit, vt retento Auguſti more, nemo Iuriſconſultus appellaretur, iuſque interpretaretur, deque eo reſponderet, niſi à Principe eam impetraſſet facultatem: Quorum omnium ſententiæ, & opiniones tunc honoris intantum venere, vt ex Principum conſtitutionibus, ab eorum recedere reſponſo iudicibus non liceret: & ex horum tantummodo ſcriptis, vt tradit Sigonius *lib. 17. imperij occid.* ſuas Pandectas, cæteris reiectis, confici voluerit Imperator Iuſtinianus. Aſt vtinam, cum retento more, talem, tantamque in conferendo dignitatem, eadem adhiberetur ſeueritas: non ſanè tot legum temerarias, ineptaſque Scioli vaticinarent ſolutiones, quas idcircó Docti diuinatiuas appellant, & tanquam miſerorum refugium, vitandas monent. *Gloſs. in l. filium quem habentem in ver. hæreditaria ad medium C. fami. hercïſc.*

Cum autem de legibus benè ſentire, eaſque fideliter interpretari, ad honeſtam
11 beatamque vix ſufficiat fouendam in ciuitatibus vitam, niſi (vt ex Tullio pronuntiatum eſt ſupra) iuris interpres etiam rectè faciat, ne Comparetur viro conſideranti vultum natiuitatis ſuæ in ſpeculo, qui conſiderauit ſe, & abijt, & ſtatim oblitus eſt qualis fuerit: operæ pretium erit, vt auditor, & inſpector verbi non tantum, verum & factor, & exequutor exiſtat. *Iacobi* 1. Inuenta propterea ſunt ſpecula (*natural. quæſt. lib. 1. cap. 17.* inquit Seneca) vt homo ipſe ſe noſceret. Multa ex hoc conſequuta primo ſui notitia, deinde & ad quædam conſilium: Formoſus vt vitaret infamiam: Deformis vt ſciret redimendum eſſe virtutibus quicquid corpori deeſſet: Iuuenis vt flore ætatis admoneretur, illud tempus eſſe diſcendi, & fortia audiendi: Senex vt vt indecora canis deponeret, & de morte aliquid cogitaret. Nam qui ex intuitu ſpeculi nihil præter aſpectum, & ſui vultus contemplationem quærit: exiguum, vel potius, nullum percipit fructum; amoto enim ſpeculo, eius intuitus illico euaneſcit memoria, ſiue quia ſedulo non obſeruauit, quæ obſeruanda erant, vt corrigerentur, atque emendarentur; ſiue quia reflexa, illa cognitio, quæ percipitur in ſpeculo, leuiter afficit ſenſum, atque adeò non ita firmiter inhæret; ſiue denique contemplantis ignauiam, & vecordiam notat, qui ita ſe ipſum in ſpeculo contemplatur, vt non intelligat, vel certè non animaduertat, quo vis illa ſpeculi referatur. Non enim mentitur ſpeculum, cum aut ſordes vultus, aut ſenectutis indicat rugas. Qui igitur ſe in ſpeculo idcirco tantum contemplantur, vt ſuæ ſint pulchritudinis admiratores, ij nihil inde percipiunt vtilitatis. Quibus omnino ſimiles ſunt ij, qui ſola legum cognitione contenti, earum obſeruantiam, aut ne-
12 gligunt, aut contemnunt. Quandoquidem: Mandata Dei (*vt concione 4. in Pſal. 118.* explicat Auguſtinus) ſiue cum leguntur, ſiue cum memoria recoluntur, tanquam ſpeculum ſunt ſecundum Apoſtolum Iacobum. Quod non inficiabitur quiſque, ad omnia iura poſſe dictum extendi, cum Ius humanum imitetur Diuinum. *Gloſſ. granida. §. ſi non propter. lib. 2. ff. ſi quis caut. iudicio ſiſtendi cap. factis non obtemp.* Et leges, quatenus leges à ſe inuicem minimè differant. *Plato in Minos, ſeu de lege lib. 7.* nam quæ differunt, & ad optimum, recto non proficiſcuntur calle, non leges, ſed potius, edicta, decreta, hominumque inſtituta cenſentur. *Marſ. Ficin. ibidem in argumento.* Siſtat ergo proinde ſe, huic fideliſſimo animorum ſpeculo, non vt inſpiciat, ſed inſpiciendo corrigatur, quiſquis præceptis alienos ſtudet mores componere, & in agendo, illud Naſonis 3. *de arte aman.* ſibi nunquam labatur mente:

——— ——— Quod, quàmque decebit
Eligat, & ſpeculum conſulat ante ſuum.

Sicut enim vſus eo refertur ſpeculi, vt poſſit quiſque ea cernere, quæ alioqui in vultu ſuo intueri non poſſet, & ſi qua fœda ſunt elui, atque abſtergi queat: haud aliter lex, quicquid honeſtum, quid turpe ſit, quid item agendum, fugiendumue videatur, indicat. Quare Aldobrandini Cardinalis ampliſſimi, apud Henricum Farneſium *in apopht. de principe.* familiare dictum legitur: Iuris, ſcilicet, ſcientiam, in actione magis, quàm cognitione conſiſtere. Quaſi callere leges, eaſque ingenij acumine altiſſimè penetrare parum ſufficiat, ſi mores, & geſta, ipſarum præceptis minimè ſubijciantur. *carm. lib. 3. ode* 24. concinente Lyrico:

Quid triſtes querimoniæ
Si non ſupplicio culpa reciditur;
Quid leges ſine moribus
Vanæ proficiunt, ſi neque feruidis
Pars incluſa caloribus
Mundi, nec Boreæ finitimum latus,
Durataeque ſolo niues
Mercatorem abigunt? Horrida callidi
Vincunt æquora nauitæ.
Magnum pauperies opprobriũ iubet
Quiduis & facere, & pati
Virtutiſque viam deſerit arduæ.

Cuius

13 Cuius rei argumentum, rationemque Lactantius Firmianus Magno Conſtantino pandens. *lib.4. diuin. inſtitut. cap. 23.* ad ſtuporem ita ratiocinatur: Quicunque præcepta dat hominibus, ac vitam, moreſque fingit aliorum: quæro debeat ne ipſe facere, quæ præcipit, an non debeat? Si non fecerit, ſoluta præcepta ſunt. Si enim bona ſunt, quæ præcipiuntur: Si vitam hominum, in optimo ſtatu collocant; non ſe debet ipſe præceptor à numero, cætuque hominum ſegregare, inter quos agit, & ipſi eodem modo viuendum eſt, quo docet eſſe viuendum; ne ſi aliter vixerit, ipſe præceptis ſuis fidem detrahat, leuioremque doctrinam ſuam faciat, ſi reipſa reſoluat, quod verbis nitatur aſtruere. Vnuſquiſque enim cum audit præcipientem, non vult imponi ſibi neceſſitatem parendi; tanquam ſibi ius libertatis adimatur. Reſpondebit itaque Doctori hoc modo. Non poſſum facere, quæ iubes, quoniam ſunt impoſſibilia. Vetas me iraſci; vetas cupere; vetas libidine commoueri; vetas dolorem; vetas mortem timere; ſed hoc adeò contra naturam eſt, vt his affectibus animalia vniuerſa ſubiecta ſint: vel ſi adeo putas repugnari poſſe naturæ; tu ipſe, quæ præcipis, fac vt ſciam fieri poſſe; cum autem ipſe non facias, quæ inſolentia eſt, vt homini libero imponere velis leges, quibus ipſe non pareas. Prius diſce quid doces, & antequam mores aliorum corrigas, tuos corrige. Quis neget iuſtam eſſe hanc reſponſionem? Quin etiam in contemptum veniet huiuſmodi Doctor, & deludetur viciſſim, quia videbitur ipſe deludere. Quid ergo faciet ille præceptor, ſi hæc ei fuerint oppoſita? Quomodo adimet excuſationem contumacibus, niſi vt præſentibus factis doceat poſſibilia ſe docere? Inde euenit, vt præceptis Philoſophorum nullus obtemperet. Homines enim malunt exempla, quàm verba: quia loqui facilè eſt, præſtare difficile.

Hac vna de cauſa Ægyptiorum Reges. Diodoro *lib. 1. rerum antiqu. par. 2. cap. 3.*
14 teſtante, omnium beneuolentiam adeo aſſequuti ſunt: vt non ſolum Sacerdotibus, ſed ſingulis Ægyptijs, maior Regis, quàm vxorum, filiorumque, aut aliorum Principum ſalutis ineſſet cura: Pro conſuetudine nanque recepta, nil agebant proprijs affectibus, ſed omnia iuxta legum decreta. His perinde iudicandi, neque congregandi pecuniam, neque puniendi quemquam per ſuperbiam, aut iram, aut aliam iniuſtam ob cauſam licentia permiſſa erat, ſed veluti priuati legibus tenebantur: neque id ægrè ferebant, exiſtimantes parendo legibus, ſe beatos fore. Et iure quidem optimo Valerius Maximus *lib. 6. cap. 5.* hoc aliud plurimum fecit, quòd Zaleucus, Vrbe Locrenſium à ſe ſaluberrimis, atque legibus vtiliſſimis munita; cum filius eius adulterij crimine damnatus, ſecundum ius ab ipſo conſtitutum, vtroque oculo carere deberet, ac tota Ciuitas in honorem patris neceſſitatem pœnæ adoleſcentulo remitteret, aliquandiu repugnauit. Ad vltimum, precibus populi victus, ſuo prius, deindè filij oculo eruto, vſum vtrique videndi reliquit. Ita debitum ſupplicij modum legi reddidit, æquitatis admirabili temperamento, ſe inter miſericordem patrem, & iuſtum legiſlatorem partitus. Lex quippè eſt ex Demoſthene *lib. 2. ff. de legibus, & ſenatuſconſul.* cui omnes homines decet obedire, cum propter multa, & varia; tum maximè quia omnis lex eſt inuentio quædam, & donum Dei, decretum autem hominum ſapientum; correctio autem ſapientum; correctio autem voluntariorum, & non voluntariorum peccatorum; Ciuitatis autem compoſitio communis, ſecundum quam omnes decet viuere, qui in Ciuitate ſunt.

Ex quibus hactenus dictis, odioſa tandem, & moleſta illa reſoluitur quæſtio:
15 Iuriſperiti, an Rebuſpublicis, Ciuitatibuſque proſint, obſintue potiùs? Videtur nanque hos improbare Plato, cum *lib. 3. de republ.* turpe eſſe docet, & imperitiæ validum argumentum, in eas adduci anguſtias, vt cogantur vti iure quodam aduentitio, & mutuato ab alijs propria iuris penuria. Quarè malè, inſtitutæ reipublicæ indicium eſſe affirmat, ſi multi inueniantur in ea Iureconſulti, iucundæ, & tranquillæ vitæ in controuerſijs forenſibus ferè totum terentes tempus. Plerique idcirco, etſi non abſque iure, Iureconſultis tamen viuere malunt, vt de Vngaris retulit Viues *lib. 7. de cauſis corruptarum artium*. Et Connanus *lib. 1. cap. 15.* Caium Caligulam, refert ſe iactaſſe Iureconſultorum ſcientiæ vſum omnem penitus aboliturum. Quod tamen non de Iuriſinterpretibus, qui de legibus benè ſentiunt, rectèque in ipſis agunt, ſed de fori tintinnabulis, rabuliſque accipiendum videtur, qui aliquot iuris formulis memoriæ mandatis, dominari conantur in foro clientulos ſuos euacuant, & exhauriunt, dum lites ſerunt, & alunt, non tollunt. Fideles verò Iuriſinterpretes, & qui legum ſectantur præcepta, Sacerdotes meritò appellantur: Iuſtitiam enim colunt: boni & ęqui profitentur notitiam: ęquum

ab

Digitized by Google

„ ab iniquo ſeparant: licitum ab illicito „ diſcernunt: bonos non ſolum metu pœ- „ narum, verum etiam præmiorum exhor- „ tatione efficere cupiunt: Philoſophiam veram, non ſimulatam ſectantur. *lib.* 1. *ff. de iuſtit. & iur.* Similes ſunt ſcholarum magiſtris, qui diſcipulis literas quaſdam præſcribunt, quas ipſi exprimant. *Plato in protagora*. Vndè horum domus Cicero Ciuitatis oracula vocat: Ad Iureconſultos enim olim ſic veteres adibant, vt non ſolum de omni re ciuili, verum etiam de omni officio, & negotio referretur. 1. *de orat. ſect.*102. *num.*200. Et ſine Iureconſultis, rectè Ariſtoteles affirmat: Ciuitatem benè, fæliciterque habitari non poſſe. *Polit.*3.*cap.*8. Ac ſanè, ſicut morbi corporum Medicorum curantur inuentis: ita immanitas animorum, Legumlatorum exterminatur prudentia. *Demoſth. orat.*2. *contra Ariſtogitonem*. Leges ſunt Rerumpublicarum vincula. *Plato* 1. *de lege.* Fundamenta libertatis. *Cicero pro Cluentio. ſect.*49. *num.* 46. Muri Magiſtratuum contra vulgi importunitatem. *Leo Imperator in proœm. conſtit. nouell.* Non ergo excludendi, & exterminandi è Ciuitatibus Iureconſulti erunt, qui legum veri ſectatores, & interpretes extiterint. Quam ob cauſam, & ipſe Plato annum agens 86. Iuris ciuilis peritiam ſibi acquiſiuit. *Valer. Maximus lib.* 8. *cap.*7. Alexander ſeuerus ſine Iureconſultis nullum arduum decreuit. *Pontan. de magnanimit.* Et Magnus Iuſtinianus, Tribonianum, Theophilum, Dorotheumque, ſummoperè amauit, & coluit. *ex* §. *cumque in proœm. inſtitut.* §. 1. *in* 1. *conſtitut. cod. & l.*2. §. *quæ omnia C. de veter. iure enucl.*

CAPVT X.

Cauſas rimari, patientiam partibus cùm in ciuilibus, tum criminalibus, aureſque præbere, dummodo cum iuſtitia quam maximè in pœnalibus miſericordiam exerceat; perfecti Iudicis Officium eſt.

SVMMARIVM.

1 *Encomia Iuſtitiæ, eiuſque varij deſcribuntur effectus, cùm ſit inconniuens oculus, arbiter, & vindex perpetuus rerum, attentè vigilans, exaltat humiles, diuitias, honores, regiamque vt plurimùm ipſam ſectantibus præbet dignitatem.*

2 *Secus verò, ipſa conniuente, multi, ſplendido licet prognati loco, ſupremaque pollentes etiam excellentia, diras calamitates ſunt experti. Quarè meritò filiam Iouis vetuſtas eam finxit, ipſique Ioui proximam dedit ſedem.*

3 *Sed fortè meliùs, ſi eam vocaſſet Heſiodus Iouem ipſum: hoc eſt eam legem, quæ antiquiſſima, & perfectiſſima omnium legum, ab illo cœleſti domicilio, in animam eius deſcendit, qui ſit iuſtus, indeque in ciuilem ſocietatem: Hominis nanque iuſti eſt quidam æternus vigor, in quo omnia eminent recta, æqua, & ſancta.*

4 *Licet nos ad iuſtitiam eſſe natos, neque opinione, ſed natura conſtitutum eſſe Ius, dixerit Tullius: Iudicium tamen, quod eſt. Iuſtitiæ actus, & exequutio ita dilaceratur, vt ſæpè Dominus in Scripturis ſanctis, ſe non inuenire, qui iuſtitiam faciat, & iudicium aſſeruerit.*

5 *Iudicis officium valdè arduum eſt, proindèque minimè ſufficit, ſi Iudex veluti priuatus, conſcientia teſte, laudetur duntaxat; ſed inſuper, vt aliorum cenſor, publicis debet præconijs fulgere virtutum: Nullus enim in ſe reus, quas habere reſpicit Superiorem, veretur culpas.*

6 *Sanctitas in Iudice quàm maximè expetita, non de neceſſitate iudicij, actorumque cenſenda valore, ſed perfectioni, munerìſque decentiæ tantummodò eſt tribuenda. Vndè præualere videtur ſententia illa, quòd etiam in lethali crimine, dummodò regulas iuſtitiæ teneat, Iudex ritè poſſit iudicare.*

7 *Iudicium, & ſi multiplex illud ſit, duplex tamen illud communiter faciunt: Ciuile, ſcilicet, & Criminale: Ciuile nanque dum agitur ad commodum priuatum, ſiue ex contractu, ſiue ex delicto: Criminale verò, quoties de crimine principaliter agitur ad publicam vindictam, etiam ſi pœna imponatur pecuniaria, dum tamen fiſco, non parti applicetur.*

8 *Triplici modo per ciuilia iudicia (quod etiam per criminalia fieri decet) diſtrahuntur, & componuntur cauſæ: Primò ipſius cauſæ ex apta rimatione: Secundò Iudicis modeſta patientia: Tertiò, partium ſæpè repetita interrogatione. Quos modos, ad duos, primum ſcilicet, & tertium, breuitati conſulens, redegit Tribonianus.*

9 *Cauſæ rimatio, quid ſit; quæ licet ſit diuerſa ab eiuſdem cauſæ definitione; ſtilus tamen Romanæ Curiæ, Iudicibus remittit cauſam ſimul cognoſcendam, & definiendam; quia lato modo, Iudex etiam Inquiſitor dicitur, & in quacunque parte litis, veritatem erudiendi cauſa, legitimè partes queit interrogare; Vndè cognitio*

cauſæ,

cauſæ, vtpote de iure diuino, minimè poteſt omitti, vt per Prophetam Danielem obſeruatum legimus.

10 *Ex hac cauſæ diſtricta rimatione, ipſam quoque ordo cognoſcendi, ad inſtantiam rectè conſtituendam, de iure poſitiuo introductus eſt qui pariter ſeruari debet in Principum cauſis; ſed per Principem tamen non recognoſcentem Superiorem alterari poteſt, cum legi non ſubijciatur poſitiuæ: quemadmodum Moleduni ſub Henrico ſecundo, factum eſſe legimus.*

11 *Crebra Iudicis interrogatio, non tantùm ad pleniorem dicendam ſententiam, cauſamque diſpungendam, nec non cognitionem ſatiandam, verùm etiam, vt ſi Iudex animo hæſitet, atque ad Principem referre habeat, plenam inſtructionem mittere poſſit. Qua induſtria (& ſi fraudulenter) tamen vſus eſt Abſalon, dum interrogando, corda ſollicitabat filiorum Iſrael, venientium ad iuditium.*

12 *Affabilitatis ſtudio, idcirco antiquitus Iudices, ciuitatum ſedebant in portis: Et apud Romanos tribunitiæ domus fores interdiù noctuque cunctis patebant: Nam ſi acceſſus eſſet difficilis, facilè Iudices ad pænitendum properarent: cum in iudicando criminoſa ſit celeritas, & parte inaudita, preceps terminatio.*

13 *Quamuis pæna, qua compenſantur crimina, etiam dicatur ciuilis, vtpotè impoſita à Iure ciuili; quia tamen propriè irrogatur propter culpam, ad criminalia iudicia, principaliter ſpectare videtur: nam vbi culpa, ibi pariter reperitur crimen.*

14 *Vindicatio, quà redditur malum pæna pro malo culpæ, non eſt ex ſe opus virtutis, ſed indifferens: quare etiam in Iudice, cuius eſt vlciſci iniurias propter commune bonum, poteſt, honeſtari, & vitiari à fine: proinde odium, ſicut & fauor, à Iudicibus æque abeſſe debet, vt rectè iudicent, quod ab ipſis, iure iurando, affirmari præcepit Imperator Iuſtinianus.*

15 *Iudex, rectè liberandum abſoluet, condemnabit damnandum, atque miſericordia, vbi facultas eſt, ſeueritate vbi lex præcipit, vtetur, ſi legibus in omnibus obtemperauerit. Quare abſoluendo reos, ſicut innocentes damnando, leges violabit.*

16 *Ita tamen cum miſericordia temperanda eſt iuſtitia, vt nunquam à miſericordia iuſtitia, & à iuſtitia abſit miſericordia. Quod ſi iudicij dubietas abſit, & ad ſeueritatem lege conſtitutam deuenire neceſſarium ſit ita vt ſupplicium à delinquentibus ſit ſubeundum; Iudex dolenter pænas imponat: cuius rei cauſa Veſpaſianus ſummopere commendatus fuit.*

SI qua virtus eſt, cuius intellectus, vſuſque humano generi ſit neceſſarius, ea
1 eſt Iuſtitia; nam: Salus animæ in ſanctitate iuſtitiæ. *Eccleſiaſtici* o. & Initium vitæ bonæ facere iuſtitiam, quæ magis accepta eſt apud Deum, quàm immolare hoſtias *prou.* 10. Hæc quidem vt Regina cauſarum, & arbitra rerum: Hæc diſceptatrix, vrnam ſortium temperat, accidentium vices alternans, voluntatumque noſtrarum exorſa interdum aliò, quàm quo contendebant exitu terminans, multiplices actus permutando conuoluit: Eademque neceſſitatis inſolubili retinaculo mortalitatis vinciens faſtus tumentes incaſſum, & incrementorum, decrementorumque momenta verſans, vt nouit, nunc erectas mentium ceruices opprimit & eneruat; nunc bonos ab imo ſuſcitans ad benè viuendum extollit; quia: Inconniuens iuſtitiæ oculus arbiter, & vindex perpetuus rerum vigilat attentè, *Ammon. Marcell. hiſt. lib.* 23. Hæc ex latrone Parthorum Regem, Arſacem fecit. *Fulg. lib.* 3. *cap.* 4. Et Hermannum Belingi filium, obſcuro loco natum Othonis primi Cæſaris liberis, Albinæque Saxoniæ præfecit *Cranzius lib.* 4. *ſaxon. cap.* 8. 9. & 15. Hæc Ariſtidis iuſti duabus filiabus, vt Populus athenienſis ſponſalia publicè faceret, ac tria millia drachmarum dotis, vtrique ſciſceret; filioque Lyſimacho minas argenti centum, tótidemque iugera agri arboribus conſita daret, ſicut *in Ariſtide*
2 tradit Plutarchus; operata eſt. Vbi, ex oppoſito, eadem rerum Domina conniuente, multi ſplendido licet prognati loco, ſupremaque pollentes inſuper excellentia, diras calamitates ſunt experti. Quot enim capita, quæ gentes horruere, funeſti carnifices abſciderunt? Quot graues, non pauci fortuna ſuperbientes, ærumnas videntur perpeſſi, dum alter in vincula ducitur, alter ſumma premitur egeſtate, alius à ſummo culmine dignitatis excutitur. Quę omnia, ſi ſcire quiſquam velit quàm varia ſint, & aſſidua, arenarum numerum, idem iam deſipiens, & montium pondera ſcrutari poterit. Vnde meritò filiam Iouis, vetuſtas iuſtitiam finxit, ipſique Ioui proximam dedit ſedem. ita *lib.* 1. *georg.* concinente Heſiodo, Nicolao de Valle interprete.

Illa quidem virgo eſt, ſupero Ioue nata parente
Nomine clara ſuo, cætuque verenda Deorum,
Quam ſi quis violet lacrymans ſua fata, parentis,
Et Iouis ante pedes, & lamentabile fundens,

Hu-

Humanos queritur mores, ac debita po-
ſcit
Supplicia in populos ——————
3 At fortè fidentiùs eſſet loquutus, ſi Iu-
ſtitiam dixiſſet ipſum eſſe Iouem: hoc
eſt eam legem, quæ antiquiſſima, &
perfectiſſima omnium legum ab illo
cælesti domicilio in animam eius de-
ſcendit, qui ſit iuſtus, indeque in ciui-
lem ſocietatem. Cùm enim anima,
quæ eſt immortalis, Deum cupiat imi-
tari, qui Iuſtus eſt, & iuſtitiam dilexit.
,, *pſal.*10. immo, qui ipſiſſima iuſtitia eſt,
,, Reddens vnicuique ſecundùm opus
,, ſuum. *prou.*24. fatendum omnino vide-
,, tur, hanc animæ immortalitatem illud
eſſe pedamentum, quo omnis innititur
Iuſtitia. Hominis nanque iuſti eſt quidã
æternus vigor, in quo omnia eminent
recta, æqua, ſancta: idcircò Iuſtitia, ab
anima, cuius eſt propria dos, ſe ſe dif-
fundit humani generis in communio-
nem, ac ſit habitus, ſiue perfecta illa
notio eorum, quæ cuique conueniunt,
eaque, vt par eſt, diſpartiens, de qua
Tullius 2. *de inuent. ſect.* 160. *n.*36. Ergo
meritò dici poteſt Achæna, virga ſcili-
cet illa geometrica ægyptia, apud Apoll.
*argon.lib.*3.§.65. veluti Romanum Anci-
le de Cælo delapſa, quæ cùm Nilus di-
luuiaſſet, vnicuique ſuos terminos indi-
cauit, eaque occaſione Ægyptios diſcor-
dijs, & cædibus eripuit: nam ita vna ex
virtutibus eſt, vt aliarum quodammo-
do ſit ductrix, protectrix, conſeruatrix.
Cæterùm, & ſi Iuſtitia, illa ſit poten-
4 tiſſima virtus, quæ vſque eò humanæ
dignitatis ſit propria, vt omnes homi-
nes, ne ijs quidem exceptis, qui iura,
& leges ignorant, ad eius erigantur
ſplendorem, ipſiuſque numen, & ma-
,, ieſtatem reuereantur, cùm: Nos ad iu-
,, ſtitiam eſſe natos, neque opinione, ſed
,, natura conſtitutum eſſe ius. *lib.*1. *de leg.*
,, *ſect.*28.*num.*56. dixerit Tullius: Iudicium
,, tamen, quod ipſe iuſtitiæ actus, &
,, exequutio eſt. *D. Tho.*2.2.*quæſt.*60. *art:*1.
ità diſtrahitur, ac dilaceratur, vt de po-
pulo, licet electo *Iſaia* 5. grauiter his
verbis conqueſtus ſit Dominus: Expecta-
5 ui vt facerer iudicium, & ecce iniquitas;
,, & iuſtitiam, & ecce clamor. Iudicis
,, nanque officium valdè arduum eſt:
,, quia iudicatio ſecundùm Philoſophum
,, 1. *polit cap.*2. iuſti iudicium eſt: proinde
minimè ſufficit, ſi Iudex, veluti priua-
tus, conſcientia teſte laudetur duntaxat,
ſed inſuper vt aliorum cenſor, publicis
debet præconijs fulgere virtutum. Nul-
las enim in ſe reus, quas habere reſpicit
Superiorem veretur culpas. Debet id-
circò eſſe innocentiæ templum, vbi ſa-
crum omne, & nihil videatur profanum.
Eſto innocentiæ templum (officiorum
,, Magiſtrum apud Caſſiodorum 1.*variar.*
,, 12. monebat Theodoricus) temperan-
,, tiæ ſacratium, ara Iuſtitiæ: Abſit à iu-
,, diciarijs mentibus aliquid profanum.
,, Nequit ſanè aliorum criminum eſſe Iu-
dex, cuius probitas omnibus non eſt
conſpicua; quia erroribus creditur in-
fuſcatum, quod adſpectum fugit occul-
tum. Quod maturè *Eccleſ.*7. perpen-
dens Sapiens: Noli (inquit) quærere
,, fieri Iudex niſi valeas virtute irrumpere
,, iniquitates, nè fortè extimeſcas faciem
,, potentis, & ponas ſcandalum in agili-
,, tate tua. Quia verò inter ipſas delinqui-
tur leges, inter iura peccatur, atque
innocentia, vbi defenditur vix ſeruatur
6 incolumis; Sanctitas in Iudice quam
maximè expetita, non de neceſſitate
iudicij, actorumque valore cenſenda,
ſed perfectioni, munerique tantum-
modo decentiæ eſt tribuenda. *Marc. An-*
ton. Sabelli in aureo ſuo compendio ex Alua-
rez de Velaſc. num. 24. Alioquin, & quis
rectè iudicare poſſet, cùm nullus im-
munis ita reperiatur à culpa, vt in ipſo
non habeat, vel iuſtitia quod arguat,
vel miſericordia quod remittat? Dicitur
,, quippè *Io.*1.*cap.*1. Si dixerimus quoniã
,, peccatum non habemus, ipſi nos ſedu-
,, cimus, & veritas in nobis non eſt. *Et*
,, *Iob.*15. Cæli non ſunt mundi in conſpe-
,, ctu eius; quanto magis abominabilis,
,, & inutilis homo, qui bibit quaſi aquam
,, iniquitatem? Propterea (quicquid plu-
ra contrarium ſuadeant) receptiſſima
eſt opinio: Criminoſum etiam, eadem-
que, vel maiori ſubditorum labè in-
quinatum, poſſe Iudicem eſſe, ab eo
valere geſta, neque criminis, vel indi-
gnitatis exceptione à iudicando repelli,
niſi legitimo agitato iudicio priuatio-
nis, aut ſuſpenſionis ſententiam paſſus
fuerit: cum valeant ab eo geſta non de
merito vitæ, ſed de muneris poteſtate
illi tributa, & ſi crimen eſſet notorium.
Bertrand conſ 83.*vol.*1. *Maiol. de irregul. lib.*
3 *cap.*17.*num.*10. *& alij* per Velaſc. *tract. de*
*iudic. perfec. rub.*7.*annot.*1 *per tot apud Marc.*
Ant. Sabel. loco ſupra cit. Dummodò Iu-
ſtitiæ ad trutinam ponderet iudicia, aliàs
lethaliter delinqueret, reddendique
obligatione vinceretur, cum non ſit le-
gum dominus ſed miniſter. *Sayr. clau.*
*reg. lib.*12.*cap.*19. *Tolet. in ſum. lib.*3. *cap.*56.
Rob. Holcoth. cap 6 *ſuper ſapien. lect.*77. *textu*
in cap. Deus omnipotens, & alij apud Guaz-
zium Abbatem. *lib.*2. *de iudice. defenſ.*2.
*cap.*15.*n.*1.2.3. *&* 4.

Quandoquidem probos illud Tullia-
7 num *orat. 12.pro Cæcina num.6.* haud Iudi-
ces latere debet. Quod, ſcilicet, omnia
judicia, aut diſtrahendarum contro-
,, uerſiarum, aut puniendorum malefi-
,, ciorum cauſa, reperta ſunt. Quamo-
brem, & ſi multiplex eſſe iudicium in-
ſinuet Rubrica, quæ inſcribitur *de iudi-
cijs*, vt notant *Gloſſa in rub. ff. hoc tit. Io.
Andr. & Alexander de Neuo C. eodem tit. de
iudic. num. 1. Ancha. ibidem num. 2.* atque alij
ex ſpeculat. *hoc tit. Ripa à n. 51. Bero nu. 32.*
alijſque permultis; Petrus tamen Greg.
& Oſacus *in praxi. cap. 5.* duplex ſolum-
modò ipſum faciunt: Ciuile, ſcilicet,
& Criminale. Ciuile nanque dum
agitur ad commodum priuatum, ſiue
ex contractu, ſiue ex delicto: Crimi-
nale verò, quoties de crimine princi-
paliter agitur ad publicam vindictam,
etiam ſi pecuniaria pęna imponatur.
l. 2. ff. de publ. iudicijs §. 1. inſt. eodem dum
tamen Fiſco, non parti applicetur. *l. fin.
ff fin. de priuat. delict. l. 3 ff. de ſepulch. viol.*
cum adductis à Menochio *de arbit. lib. 2.
caſ. 265.* Iura idcirco ciuilia, in vſu iuris
dicuntur, ex eo quod leuiter, & vt ci-
uem decet, & more tractentur ciuitatis.
*l. vult. § fin. ff quod metus cauſa. l. probum. 42.
ibi ciuiliter, & quaſi more ciuitatis ff. de verb.
ſignificat.* Criminalia verò, quia deno-
tant rigorem, & aſperitatem. *C per tuas.
in fin. ibi non ſecundum rigorem iuris, ſed ſe-
cundùm temperantiam æquitatis &c.* Proin-
,, deque Tullius, loco addit citato; Quo-
,, rum alterum leuius eſt, propterea quod,
,, & minùs lædit, & perſæpe diſceptatore
,, domeſtico dijudicatur: alterum eſt
,, vehementiſſimum, quod, & ad gra-
,, uiores res pertinet, & non honorariam
,, operam amici, ſed ſeueritatem Iudicis,
,, ac viri requirit.

Triplici autem modo per ciuilia iu-
8 dicia rectè diſtrahuntur, ſeu (quod
idem eſt) componuntur, ac terminan-
tur cauſæ (diſtrahere enim pro compo-
nere, de numidica loquens à plebe,
Cæſari in foro erecta columna, apud
quam controuerſię componebantur,
Suetonius *in Cæſare cap. 85.* lepidiſſimè
poſuit) nimirum ipſius cauſæ ex apta
rimatione, adeout ordinem rerum,
plena Iudex inquiſitione diſcutiat. Se-
cundò, eiuſdem Iudicis modeſta pa-
tientia, partibus ſcilicet interrogandi,
proponendi, adijciendi quæ ad rem per-
tinent controuerſiam, patientiam præ-
bendo. Tertiò tandem, partium ſæpe
,, repetita interrogatione num quid noui
,, adijcere velint: Quandoquidem; Iudi-
,, cantem (*lib. 2. codicis Theodoſ. tit. 18.* ad
,, Maximum Vrbis Præfectum ſcribit Cō-
,, ſtantinus Auguſtus) oportet cuncta
,, rimari, & ordinem rerum plena inqui-
,, ſitione diſcutere: interrogandi, ac pro-
,, ponendi, adijciendique patientia præ-
,, bita ab eo, vt ibi actio partium limita-
,, ta ſit, contentiones, non occurſu Iu-
,, dicis, ſed ſatietate, altercantium me-
,, tas compreſſerint, ſæpius requiritur,
,, vt crebra interrogatione Iudicis fre-
,, quentetur, num quid noui reſideat,
,, quod annecti allegationibus in judicia-
,, ria contentione conueniat cùm ad alte-
,, rutrum hoc proficiat ſiue definienda ſit
,, cauſa per Iudicem, ſiue ad noſtram
,, ſcientiam referenda. Quæ quidem lex,
,, ita à Triboniano *l. 9. C de iudicijs.* in pau-
,, ca contracta eſt. Iudices oportet in
,, primis, rei qualitatem, plena inquiſi-
,, tione diſcutere, & tunc vtranque par-
,, tem ſæpius interrogare: Num quid no-
,, ui addere deſideret, cum hoc ipſum
,, ad alteram partem proficiat &c. Nam
,, vtranque partem ſæpiùs interrogare,
vtriuſque addenda prudenter expectare,
eſt omninò vtrique parti patientiam
præbere, & occurſu Iudicis aliquid vl-
terius allegaturis non obuiare, vt tra-
dunt Vlpianus *l. 9. §. circa aduocatos ff de
officio proconſ.* & Calliſtratus *l. 19. §. ſed &
in cognoſcendo ff. de officio præſidis.*

Vt autem à primo ſuſcipiamus exor-
9 dium, videlicet vt ipſe Iudex cuncta
rimetur; ignorandum nequaquam eſt,
vocem iſtam Rimandi in re iudiciaria
eſſe propriam, adeò vt Rimari (ſeu ri-
mare per Priſcianum) nil aliud ſit, quam
diligenter quærere, quaſi rimulas quaſ-
que perquirere, tractum à ſuibus, qui
glandes rimantur de rimis terrarum,
authore Seruio *in Virg. 1. georg. 77.* quod
in judicando maximè obeundum eſt:
vndè Saluianus *lib. 2.* loquens de Dei re-
,, cto iudicio: Vt probaret (inquit nihil
,, ab eo negligi, quem oſtenderet vniuer-
,, ſa rimari: Et Mantius Theodorus *lib. 5
,, p. 121.* cecinit.

Quæſitor ſcelerum veniet vindexque reo-
rum.
Qui commiſſa ſuis rimabitur argumen-
tis.
In lucemque trahet, tacita latitantia
fraude.

Eà propter, quamuis cauſæ cognitio,
& definitio ſint diuerſa *c. quamuis. c. accu-
ſatus. 3. q 6. c. cauſam de reſcriptis.* ſtilus ta-
men Romanæ Curiæ Iudicibus remittit
cauſam ſimul cognoſcendam, & defi-
niendam, vt refert Barbol. in dicto *cap.
cauſam num. 4.* ſiquidem lato modo, Iu-
dex etiam inquiſitor dicitur, quia cun-
cta

ctâ debet inquirere, & rimari, vt rectam
promat ſententiam, iuxta textum *in cap.
interrogantem.30 quaſt.3.* vbi habetur, quòd
veritatem eruendi cauſa, in quacunque
parte litis poteſt Iudex legitimè interro-
gare: proindèque cognitio cauſæ eſt de
iure diuino, atque ita omitti nequit, vt
docet Triuizzanus *deciſ.23. num.10. lib.2.*
Ideircò legitur *Danielis* 13. quòd ipſe me-
ritò, Iſraelitis plurimùm obiurgatis, qui
nulla quæſtione præhabita, inſontem,
morte plectere cogitarent, eorundem per-
miſſu, tribunal conſcendit; & ſingillatim
de ſenioribus quæſtionem habuit. Cùm-
que alter ſub lentiſco, alter ſub ilice Su-
ſannam, ſe cum iuuene adulterantem
conſpexiſſe, dixiſſet: perfidia illorum co-
gnita, populo, lapidibus obruendos tra-
20 didit. Ex qua deindè cauſæ cognitione,
ordo quoque ipſam cognoſcendi, ad in-
ſtantiam rectè conſtituendam, de iure
poſitiuo introductus eſt, vt tradit Beroius.
quaſt. 27. num.6. & 7. qui debet etiam ſerua-
ri in Principum cauſis *.l.digna vox.C.de le-
gibus.* Docent Burſatus *conſ.402. num.49.
& Rolland.conſ 89.num.7.volum.2. & conſ.66.
num.22. volum.3.* qui tamen poterit altera-
ri per Principem, ſuperiorem non reco-
gnoſcentem. *in Clementin.ſapè, & verb. ſign.
Pariſius conſ.2. num.144. num.4.* cùm non
ſubijciatur legi poſitiuæ. *Barbatia. conſ.45.
num. 12. tit.4. Flaminius. de reſignat. lib. 12.
quaſt.3. num.45. Decianus. reſpon 14. num.65.
tit.3.* Quemadmodùm actum fuiſſe Mole-
duni narrat Ioannes Bodinus *in methodo
hiſtor. cap.6.* Dum Henricus II. Italum
ſeruum in carcerem duci iuſſiſſet; non
adiecta cauſa, Iudices hominem libera-
runt, priùs tamen admonito Rege. Rex
iuſſit illum condemnari, cùm religiosè,
ac ſanctè iuraret, ſe hominem in ſcelere
turpiſſimo deprehendiſſe, quod euulgari
nollet, ac Iudicibus ſuccenſeret, quòd
ſibi affirmanti fidem non haberent. Li-
beratus eſt tamen à Iudicibus, & carceri-
bus ereptus: ſed poſteà iuſſu Regis in flu-
men Sequanam noctu demerſus, ne inſo-
lentia facti, populum perturbaret. Qua-
lis autem, & quoruplex ordo cogno-
ſcendi cauſas ſit, quæque ad ipſum ſpe-
ctare videantur requiſita, ſi quis am-
pliùs ſcire percupiat, Barboſam præ cæ-
teris, & Fermoſinum adeat *Decretal.
Gregorij XIX. lib.2. ad tit. de ordine co-
gnitionum*; vbi ſcitu digna, multa repe-
riet.

Ex quibus proindè ſequitur crebra Iu-
dicis interrogatio, Num partes aliquid
21 aliud adijcere velint, eiſque præbita pa-
tientia, quod alterum rectè iudicandi do-
cumentum eſt; à quo profectò Plinij non
abludit locus. *lib.6.epiſt.2.* Equidem quo-
„ ties iudico, quantum quis plurimùm po-
„ ſtulat aquæ, do: etenim temerarium exi-
„ ſtimo diuinare quàm ſpatioſa ſit cauſa
„ inaudita, tempuſque negotio finire, cuius
„ modum ignores: præſertim, cùm primùm
„ religioni ſuæ Iudex patientiam debeat,
„ quæ pars magna iuſtitiæ eſt. Non tan-
tùm ad pleniorem dicendam ſententiam,
& vt Tertullianus loquitur *lib.1. ad nation.
cap.2.* ad cauſam diſpungendam, ad ſa-
tiandam cognitionem: verum etiam (qui
prædictarum legum, alter, & fortè potiſ-
ſimus finis eſt) vt ſi Iudex animi pendeat,
atque ad Principem referre neceſsè ha-
beat, plenam inſtructionem mittere poſ-
ſit; vt ex ſuperius *num.8.* adductis legibus,
omninò patet. Qua profectò affabili, &
vrbana, licet aliàs affectata, patientia ſe
in Regem conſtituere, populumque in
ſui fauorem pellicere ſtudens vnico iudi-
candi veluti artificio. *2.reg.cap.15.* vſus eſt
„ Abſalon, ſtando iuxta introitum portæ
„ in via, & omnem virum, qui habebat
„ negotium, vt veniret ad Regis iudicium
„ vocando ad ſe, & dicebat, de qua Ciui-
„ tate es tu? Qui reſpondens aiebat: Ex vna
„ tribu Iſrael ego ſum ſeruus tuus. Reſpon-
„ debatque ei Abſalon: videntur mihi ſer-
„ mones tui boni, & iuſti, ſed non eſt qui
„ te audiat conſtitutus à Rege. Dicebat-
„ que Abſalon. Quis me conſtituat iudi-
„ cem ſuper terram, vt ad me veniant om-
„ nes, qui habent negotium, & iuſtè iudi-
„ cem. Sed & cum accederet ad eum ho-
„ mo, vt ſalutaret illum, extendebat ma-
„ num ſuam, & apprehendens oſculabatur
„ eum; faciebatque hoc omni Iſrael ve-
„ nienti ad iudicium, vt audiretur à Rege,
„ & ſollicitabat corda virorum Iſrael. Il-
„ lius fortè non ignarus, quod poſtea do-
„ cuit Ieſus filius Sirach *Eccleſ.* 4. Congre-
„ gationi pauperum affabilem te facito.
„ Et audiens Sapiens ſapientior erit, & in-
„ telligens gubernacula poſſidebit. *Pro-*
12 *verb.* 1. Ob id antiquitus Iudices mora-
bantur in Ciuitatum portis. *Deuter.* 15.
„ vbi habetur: Iudices, & Magiſtros con-
„ ſtitues in omnibus portis tuis, vt iudi-
„ cent populum iuſto iudicio. Et *Iob.* 29.
„ dicitur: Quando procedebam ad portam
„ Ciuitatis, & in platea parabant cathedram
„ mihi. Ad idque alludit Horatius, dum
de arte poetica laudat.

——————————— Salubrem
Iuſtitiam, legeſque, & apertis otia portis.

Ita acceſſu facilem Iudicem lex deſiderat,
vt occurrat potius ſubditis, quàm quæra-
tur, in portis, non in abdito velit. Qua
ratione apud Romanos, tribuuitiæ do-
mus fores non interdiu, non item noctu

occludebantur ecu portus quidam, ac re-
fugium celebre, quo indigentibus ſem-
per, & facilè pateret aditus, *Cœlius Rho-
dig. antiquar. lection. lib. 8 cap. 1.* Nam ſi diffi-
cilis eſſet acceſſus, & crebra negaretur par-
tibus interrogatio decernendo, ac decre-
tando, facilè Iudex ad pœnitendum pro-
peraret, vt *in Mimis Plubiani apud Eraſ-
mum,*

Ad pænitendum properat, citò qui iudicat

„ Cum in iudicando (teſte Hieronymo
„ *lib. 1. aduerſus Iouinianum*) criminoſa ſit ce-
„ leritas, à qua ſummopere *1. Reg. 7.* ſe ab-
„ ſtinuiſſe cenſendus eſt Propheta Samuel,
„ dum Ibat per ſingulos annos circuiens Be-
„ thel, & Galgala, & Maſphath, & iudica-
„ bat Iſrael in prædictis locis, reuertebatur-
„ que in Ramatha; ibi enim erat domus eius,
„ & ibi iudicabat Iſraelem.

Modis igitur, quibus præcipuè ciuiles
diſtrahuntur, & componuntur lites expli-
13 catis: operæ pretium erit, ea quæ crimi-
nalia concernunt iudicia (etſi præfata
etiam commodè aptari queant) Iudicibus
ſeorſim indicare. Nam quamuis pœna,
qua compenſantur crimina, quoque di-
catur ciuilis, eo quòd à iure imponatur
ciuili, vt notat Guazzinus Abbas *tract.
moral. lib. 2. de iudice. defenſ. 6. cap. 40. num. 1.*
qui alios allegat; quia tamen propriè im-
ponitur propter culpam. *D. Auguſt. lib. 1.
retract. cap. 9.* quem refert Ludou. Carbon.
de legib. lib. 8. diſput. 1. verſic. tertiò notandum.
& ante illum Alphonſ. de Caſtro. *de leg.
pæn. lib. 1. cap. 3.* Et vbi culpa, ibi quoque
crimen. *c. cum voluntate. de ſentent. excommu-
nic. Perett. ad extrauag. ambitioſa de reb. eccleſ.
non alien. pag. 94. num. 30.* ad criminalia iudi-
cia, quorum eſt de crimine principaliter
agere ad publicam vindictam, vt dictum
eſt ſupra *num. 7.* præcipuè videtur ſpecta-
14 re. Quia verò Vindicatio, qua redditur
malum pœnæ pro malo culpæ. *D. Tho.
2. 2. quæſt. 108. artic. 1.* non eſt ex ſe opus vir-
tutis, ſed indifferens; ex fine honeſtari, &
vitiari poterit: Nam cuius finis bonus
eſt, & ipſum quoque bonum eſt: & cuius
finis malus eſt, ipſum quoque malum
eſt, inquit Boetius. *3. topic. cap. 1. non pro-
cul à princip.* Quare licet ponatur in Iudi-
ce, cuius eſt ſecundum Caietanum, *artic.
citat.* iam illatas vlciſci iniurias propter
commune bonum; vnde talis actus, ad
iuſtitiam ſpectare ſolet legalem: Si eius
„ tamen intentio (docet ibidem S. Thomas)
„ feratur principaliter in malum illius, de
„ quo vindictam ſumit, & ibi quieſcat, eſt
„ omninò illicitum, quia delectari in ma-
„ lo alterius pertinet ad odium, quod cha-
„ ritati repugnat, qua omnes homines de-
„ bemus diligere. Odium idcirco, & ſi-
militer fauor à Iudicibus æquè debet abeſ-
ſe. *Clement. 1. de iur. patron. verſic. præcipimus
autem Diœceſanis. C. quantum. 78. 11. quæſt. 3.
cap. 1. 15. quæſt. 7. c. de eccleſiaſticis. 8. in ordi. 25.
quæſt. 2. c quatuor. 78. 11. quæſt. 3. cap. 1. de re iu-
dic. lib. 6.* Quia ſemper iniquus eſt Iudex,
qui aut inuidet, aut fauet, Ciceronis ſen-
tentia *pro Plancio. ſect. 260. num. 7.* Atque
ideo à ſordibus, vt Iudices alienos, affe-
ctu perſonarum vacuos, & inexorabiles.
Iuſtinianus redderet, *in authen. ius iuran-
dum, quod præſtatur ab iis &c. §. iure quoque
coll. 2.* eorum quemlibet, cum ad muneris
functionem recipitur, iurare præcipit:
Nam bonorum cordibus, in odium non
venit perſona, ſed culpa ex D. Gregor.
Moral. lib. 9. cap. 1.

Nemo igitur (vt verbis D. Nazzianze-
ni *orat. 26.* præſens caput abſoluam) ſapien-
15 tior ſit, quàm conueniat, nec lege exa-
„ ctior, nec luce ſplendidior, nec norma
„ rectior, nec præcepto diuino ſublimior,
„ niſi decipi in iudicando procuret: Quo-
„ niam, Non eſt diſcipulus ſuper Magi-
„ ſtrum; perfectus autem omnis erit ſi ſit
„ ſicut Magiſter eius. *Luc. 6.* Ergo, Iudices,
„ (*1. de inuent. ſect. 70.* inquit Tullius) qui ex
„ lege iurati iudicatis, legibus obtempera-
„ re debetis. Obtemperare autem legibus
„ non poteſtis, niſi, quod ſcriptum eſt in
„ lege ſequamini. Quod enim certius legis
„ ſcriptor teſtimonium voluntatis ſuæ re-
„ linquere potuit, quàm quod ipſe magna
„ cum cura, atque diligentia ſcripſit? Quo
pacto perfectus Iudex nihil hæſitans, libe-
randum abſoluet, damnandum condem-
nabit: miſericordia, vbi facultas eſt, ſeue-
ritate vbi lex præcipit, vtetur: Et hoc
quidem, vt *homil. 32. in euangel.* monet Gre-
„ gorius: Ne dum culpas incautè remitti-
„ mus, non iam per charitatem compati,
„ ſed per negligentiam concidiſſe videa-
„ mur. Iudex enim Dei miniſter eſt, vin-
„ dex in ira ei, qui malum agit, vt Paulus
„ *ad Romanos 13.* ſcribit. Atque ita violat
leges abſoluendo reos, ſicut innocentes
condemnando, quemadmodũ ex D. Hie-
ronymo in epiſtola ad Philippenſes, tradit
Farinacius. *quæſt. 17. num. 3.* vbi & D. Grego-
rium, *in expoſ. pſal. 57. in illud Lætabitur iuſtus
cùm viderit vindictam,* adducit dicentem:
„ Iudicem eſſe peſtem Reipublicæ, qui reos
„ cum rigore non corripit: Quia: Acerbi-
„ tas plerumque vlciſcendi maleficij benè,
„ & cautè viuendi diſciplina eſt, Gellio
„ teſte *noct. atticar. lib. 20. cap. 1. propè fin.* Ve-
16 runtamen, ita ſanè cum miſericordia
iuſtitia temperanda eſt, vt nunquam à mi-
ſericordia iuſtitia, & à iuſtitia abſit miſeri-
„ cordia. Diſciplina enim, vel miſericor-
„ dia multum deſtituitur, ſi vna ſine altera
tenea-

,, tenecatur *lib.20.moral.cap.8.* D.Gregorio te-
,, ſte. Vtrunque diligit Deus, *Pſalm. 32.*
,, *in Pſal.118. octonar. 20.* Miſericordiarum
,, plenus eſt (ſcribit Ambroſius) & miſeri-
,, cordia eius cum iudicio, & iudicium cum
,, miſericordia, Neque enim ſine iudicio
,, miſeretur, neque ſine miſericordia iudi-
,, cat. Propterea ab Innocentio III. Ponti.
,, fice Maximo. *c. à nobis. 28. §. vt autem. de ſen-*
,, *tent. excommunic.* inſtruimur: Vt in vno
,, pariter, & eodem negotio, & ſeruemus
,, rigorem, & manſuetudinem oſtenda-
,, mus.

Quibus per omnia optimè conueniunt textus *in c. ecce 18. in ordi. 24. quaſt. 3. & in cap. qualiter, & quando 24. de accuſat.* Et tandem Sacroſanctum Concilium Trident. *ſeſſ. 13. de reformat. cap. 1.* hæc omnia mirabiliter complectens, Rectores ita monendos cenſet: Vt ſe Paſtores, non percuſſores eſſe meminerint &c. Quæ verba, non ſuperfluitatis, ſed breuitatis ſtudio omittuntur; Quare Lector meritò ibi remittendus putatur. Etſi iudicij dubietas abſit, & ad ſeueritatem lege conſtitutam deuenire neceſſarium ſit, ita vt ſupplicium à delinquentibus ſit ſumendum: Iudex dolenter pœnas imponat, iuxta illud Naſonis *lib. 1. de ponto, eleg. 3.*

—— Doleat quoties cogitur eſſe ferox.

Nam vt bellè Claudianus in panegyri Manlij Theodoſij.

Qui fruitur pœna ferus eſt: legumq; videtur
Vindictam præſtare ſibi, quem viſcera felle
Canduerunt, ardet ſtimulis, ferturque nocendi
Prodigus ——————

Cuius rei cauſa, ſummoperè Veſpaſianum *in eius vita. cap. 15. in fin.* Suetonius laudat, qui neque cæde cuiuſquam vnquam lætatus, iuſtis ſupplicijs illacrymauit, etiam & ingemuit. Non affectatè quidem (vt de ſæuo fraudulentoque ſimulatore Domitiano, *in eius pariter vita cap. 11.*
,, idem Suetonius prodit). Qui nunquam
,, triſtiorem ſententiam ſine præfatione cle-
,, mentiæ pronunciauit: vt non aliud iam
,, certius atrocis exitus ſignum eſſet, quàm
,, principij lenitas.

CAPVT XI.

Curiales Patroni, & quique præclarè, honorificèque curant exercere cauſidicinam; modeſtiam ſeruent, cauſarum multitudinem euitent, iuſtas tantùm ſuſcipiant, pauperum lites gratis agant, pacta de precio non ineant, & ſuis clientibus fidelitatem, ac diligentiam in omnibus præbeant.

SVMMARIVM.

1 *Patronorum numerus antiquitùs non indefinitus, ſed terminatus erat, quorum munus diù Rhetores exercuerunt, ſed deinceps Iuriſperiti, ſibi tantùm tribuerunt, qui idcircò dicti ſunt Aduocati, quia à clientibus aduocabantur, vt ſuæ adeſſent cauſæ, ius ſuggerendo eam d fenſuri.*

2 *Aduocati, & Procuratores, ſtricto conſiderati ſignificato, in hoc diſcriminantur, quòd iſti tantùm cauſas agunt, factumque narrant in iudicio; illi verò iura Iudicibus ſuggerunt. Quare Aduocatorum exercitium dicitur laudabile, aliquibuſque militum priuilegijs cohoneſtatur: Procuratorum non ita.*

3 *Ampliori tamen ſignificato, Aduocatorum, Procuratorumque nomina mutua cenſentur; quo ſenſu, ad eorum cauenda ſcandala, qui in iudicijs perniciosè verſant, ſub communi Patronorum vocabulo, Benedictus XII. cum Aduocatis, tùm Procuratoribus quædam valdè mandauit vtilia, quæ tribus hìc tantùm præceptis, gratia breuitatis perſtringuntur.*

4 *Patroni cauſarum, earum in defenſione, modeſtiam in primis ſeruare debent; nam eam tanti fecere Sapientes, vt nihil ad priuatam conſcientiam dulce, ad patria defenſionem forte, ad perennem hominum memoriam ſtabile, abſque illa fieri poſſe crederent. Ideòque Feſtus, & Symmachus, gemina Curiæ lumina plurimùm commendantur.*

5 *Prohibentur propterea inaniter garrire, adeò vt in allegationibus ipſis, breuitati potiùs teneantur conſulere, quàm longis Iudicum aures orationibus obtundere. Sicut abſtinere ſe debent maximè Aduocati à verborum malignitate: nam Procuratores non ſic, cùm non ita ſcientia calleant, vt ſophiſmatibus, præter factum valeant aliquid in iudicio proponere: Licet plerumque peiora inferant damna, vnde à Iudicibus meritò corripiuntur.*

6 *Procuratori, Aduocati munus exercere negatur, quod ſi tamen exerceat, & damnum*

ſui

ſui ſequatur clientis, grauiter peccat, atque ad reſtitutionem tenetur. Secus verò dicendum videtur, ſi læſio ſequatur nulla, & ſufficiens interueniat ſcientia, niſi loci vſus repugnet.

7 *Contre tamen habent à dolis, cauillationibuſque, cauſarum Patroni, dummodò aliquod adſit mendacium, & graue parti inferatur damnum. Nullo autem adhibito mendacio in cauſa iuſta, vel quando neceſſitas vrget, atque honeſta impellat occaſio, callidum licet fallere aduerſarium, & aliquando amphibologia vti.*

8 *Iurgia; & procacia verba, vt debita in iudicijs ſeruetur modeſtia, omnino prohibentur: Tiberius proindè Gracchus, & Marcus Antonius ſummè laudantur, qui roſtris pro lege agraria acriter decertantes, nullum tamen in alterum ex indignatione, verbum importunum eſt auditum. Quamobrem, qui non ratione, ſed probris putant eſſe certandum, infames à iure nuncupantur.*

9 *Secundum præceptum, quod datur Patronis eſt, vt cauſarum multitudinem vitent, & iniuſtas dimittant, quod facilè perficient, ſi muneris ſui perpendant excellentiam: eſt enim valdè religioſum, ac pium; vndè in iure, Sacerdotes quodammodo vocantur.*

10 *Conſtantij lege ſtatutum eſt, Sacerdotem dari ex Aduocatorum conſortio, & Aduocationi, Sacerdotij impoſitam eſſe neceſſitatem, quod etiam apertiſſimè confirmatur Concilij Africani canone XCVII. & exemplo Chriſti Domini, aliorumque Sanctorum Sacerdotum, qui munere Aduocati functi ſunt, & inſuper venuſtiſſima Apulei fabella de quodam cauſidico in arietum conuerſo; cùm Aries Sacerdotij ſymbolum gerat.*

11 *Religioni, pietatique nil magis obeſt, quàm cauſarum vltra vires patrocinandarum quæſita ſuſceptio: tali enim pacto, viduis, & orphanis non præbetur, in quo conſiſtit vera religio, ſed ſubtrahitur auxilium. Vnde fures, qui id operantur, non auxiliatores defenſoreſque cenſentur, & niſi, in conſcientiæ foro promittant ab hac deinceps ſe abſtinere impietate, abſolutione redduntur incapaces; & in foro fori, latronum pœna digni habiti ſunt.*

12 *Cauſarum Patroni, eas duntaxat aſſumere debent patrocinandas, quas rectas aduertunt, & iuſtas, ne litigantium, ſe indebitis aptando rationibus, iniuſtitiæ faueant. Nam licet ex aliquo alio capite viderentur iuſta, dummodo aliqua intercedat partis, vel iudicij læſio, nulla illis proficeret excuſatio, cùm medium, & finis cauſæ honeſtus, & iuſtus eſſe debeat.*

13 *Iuſtam cauſam exiſtimantes iniuſtam, eam tenentur deſerere. Et de iniuſtitia cauſæ aliquandò certiores facti, etiam in executione iudicialis ſententiæ rei iudicatæ, nequeunt aliquod inculpabiliter exhibere patrocinium: Neque à contraria iniuſta cauſæ ſententia cum interlocutoria, tùm definitoria valent appellare; ſed ad reſtitutionem tenentur expenſarum, pecuniarumque parti debitarum, niſi reſtituendæ ſint Fiſco.*

14 *Ab ijs autem eximuntur noxis, dum cliens, cauſa de iniuſtitia licet admonitus, adhuc perſeuerat inſtando; nam ſi contrariam; vt par eſt, obtineat ſententiam, non Patroni, ſed ſibi tribuere tenetur damnum. Sicut in ipſos minimè cenſetur refundenda culpa, ſi parte non repugnante, cauſæ heſitant de iniuſtitia: tunc enim quoaduſque illis, talis non manifeſtetur iniuſtitia, cauſæ defenſionem proſequi valebunt. Propterea ad huiuſmodi dignoſcendam cauſæ iniuſtitiam, quadam ponuntur regulæ.*

15 *Tertium denique Patronis datur præceptum, vt ſcilicet pauperum lites gratis agant: in earum quauis pacta nequaquam ineant: & de infidelitate, & negligentia coerceantur. Qua occaſione, plurima paupertatis recitantur encomia.*

16 *Quibus tamen non obſtantibus, ita pauperies miſerrima eſt, vt patrocinio indigeat quàm maximè, quod eſt eleemoſyna quædam, ad quam omnes tenentur, ſed præcipuè cauſarum Patroni, quibus pauperum, viduarum, orphanorumque defendere incumbit controuerſias, cuius rei, Sanctorum, aliorumque nonnullorum apponuntur exempla.*

17 *Delinquentes autem in hoc charitatis officio cauſarum Patroni, grauiter peccant, reſtitutionique ſubijciuntur; dummodo tamen, re vera, pauperes, viduæ, & orphani, in extrema neceſſitate ſint poſiti; & hanc illis exhibendo pietatem, vitæ, honoris, ac ſimilium non ſe exponant iacturæ; vel eadem, ſiue etiam minori non laborent neceſſitate; etenim in tali caſu, nec pietatem læderent, aut iuſtitiam, niſi ad hoc ex officio, aut publico ære, eſſent obligati.*

18 *Patronis prohibetur vlteriùs de ſalario paciſci, lite ſaltem inchoata; dummodò tamen vi, & ſcandalo fiat; nam his ſublatis, vtique permiſſum eſt. Sicut eos quam maximè dedecet etiam paciſci, victoriæ conditione poſita, niſi tamen emolumenti tenuitas eos excuſaret. Qua de cauſa Iaſon Maynus non plenè laudatur.*

19 *Neque minùs de quota litis permittuntur pa-*

ciſci

eiſci: vndè meritò Saturninus Prætor Mario Paulo aduocationibus interdixit. Secus verò, tali appoſita conditione, ſcilicet, ſi vincat, aut ſuccumbat: tunc enim ceſſat præſumptio legis.

20 *Fidelitas demùm in cauſis, atque diligentia Patronis plurimùm commendatur, cùm inter ipſos, ſuoſque clientes ſit quidam veluti contractus obligans fidem. Merito proindè, parti ita celare teneatur aduerſa, vt etſi aliquando de iniuſtitia cauſæ certi fiant, potiùs tamen eam deſerere, quàm aperire eiuſdem teneantur ſecreta. Quinimmo, ſuperiore etiam ſub anathematis pœna, cauſæ publicationem iubente, præſtandi obedientiam in hoc tamen gaudereat exemptione.*

21 *Quædam concernentes hæc dicta aſſignantur remiſſiuè limitationes, quæ breuitatis mittuntur gratia. Caueant tamen in eadem cauſa, pro vtraque Cauſidici patrocinari parte, quod etiam nonnullas patitur limitationes, quæ pariter remiſſiuè citantur. Denique diligentiam in omnibus exhibeant, ſi fideles ſe cupiunt oſtendere; talitaque penitus ſeruent præcepta, ſi culpis, & pœnis ibidem expreſſis ſe ſubdere debent.*

EX Iuriſperitis præter Iudices, erant clientibus etiam, qui patrocinabantur *C. lib. 2. tit. 7. 8. 9. 10. & 11. per tot.* quorum
1 tamen antiquitùs non indefinitus, ſed in quoque tribunali numerus certus conſtitutus extabat: Nam in Foro Præfecti Auguſtalis quinquaginta. *l. petitionem. prædic. 2. lib. tit. 7.* Comitis orientis, quadraginta, *l. iubemus. tit. 8.* Præſidis ſecundæ Syriæ, & aliorum, triginta, quandoque plures, gubernandæ ſecundùm exigentiam prouinciæ: atque in Auditorio Præfectorum Prætorio, centum quinquaginta patrocinabantur. *l. nemini. tit. 7.* quos indè Iuſtinianus ad octuaginta redegit. *l. per hanc legem. tit. 8.* Hoc autem præfato munere diu Rhetores perfuncti ſunt, *epig. 46.* de Tullio ità canente Catullo.

Gratias tibi maximas Catullus
Agit, peſſimus omnium poeta,
Tanto peſſimus omnium poeta,
Quanto tu optimus omnium patronus.

Sed cùm de legum ſenſu in iudicio plerumque diſceptaretur, illarum ſtudioſi, ſibi apud poſteriores Principes, huiuſmodi arripuerunt officium. *Panziral. lib. 1. de clar. leg. interpret. cap. 3.* qui propterea nuncupati ſunt Aduocati, quòd à clientibus aduocabantur, vt ſuæ adeſſent cauſæ, ius ſuggerendo eam defenſuri. *Plaut. in caſina; ſcena: Stultitia magna &c.*

Sicut ego feci ſtultus: contriui diem,
Dum aſto aduocatus cuidam cognato meo:
Quem herclè ego litem adeo perdidiſſe gaudeo,
Ne me nequicquam ſibi hodiè aduocauerit.

2 Hinc Aduocati, vt à Patronis, litiſque diſcriminentur Procuratoribus, qui cauſas tantùm agunt, factumque narrant in iudicio. *Fermoſin. ad cap. paſtoralis 14. de iudicijs. quæſt. 6. num. 7.* id ex inſtituto omninò præſtare tenentur: docente Asconio *in diuinat. in C. Verrem* quod, qui defendit alterum in iudicio, aut patronus dicitur, ſi orator eſt: aut aduocatus ſi ius ſuggerit. At ſanè, quamuis plures alias inter ipſos congerant differentias Donellus *lib. 18. comment. cap. 9.* & Oſualdus *in eius notis*; & inſuper addat Pichardus *in rubr. inſtitut. de his per quos agere poſſumus. num. 9.* Aduocatorum exercitium eſſe laudabile, publicum aliquibuſque militum priuilegijs condonatum. *l. laudabile, cum ſequent. C. de aduocatis diuerſ. iudic. l. prohibendum. C. de poſtulat.*

3 Procuratorum non ita, vt notat Petrus Gregor. *lib. 49. ſyntagmatum. cap. 4. num. 5.* Ampliori tamen ſignificato Aduocati, & Patroni, ſeu Procuratoris inter ſe nomina mutua cenſentur. *Gulielm. Durand. ſpecul. lib. 1. partic. 4. de ſalarijs. §. 2. num. 4.* cui etiam *lib. 1 ff. de varijs, & extraordin. cognit. &c. §. aduocatos.* ſummoperè fauet. Quarè, eorum ad cauenda ſcandala, qui in iudicijs perniciosè verſant, ſub communi titulo Patronorum cauſarum, *conſtitut. quæ eſt 2. in ordin. & incipit Deceat, & neceſſariam,* tùm Aduocatis, tùm Procuratoribus, quædam vtilia Benedictus XII. diſtrictè mandauit; quæ ſingulis, vtpotè valdè accommodata, tribus tantùm præceptis hic breuiter perſtringemus.

Inquit enim §. 1. Patroni cauſarum modeſtiam ſeruare debent in earum de-
4 fenſione. Modeſtiam enim, quæ neque ſummis mortalium ſpernenda eſt, & à Dijs æſtimatur (vt *propè princip. lib. 15. annal.* inquit Tacitus) tanti fecere Sapientes, nihil vt ad priuatam conſcientiam dulce, ad patriæ defenſionem forte, & generoſum; ad perennem hominum memoriam ſtabile, abſque illa fieri poſſe crederent. Hæc Vir inſignis, & ad magna natus dignoſcitur, de qua *in octauia propè fin.* gloriatur Minucius Felix, dicens: Nos non notaculo corporis, ſed innocentiæ, ac modeſtiæ ſigno facilè dignoſcimur. Nam ſicut lancea Spartiatas indicat, humerus Polopidam, Epaminondam draco; ita hominis Chriſtiani ingens argumentum eſt modeſtia. Ex his ergo conflata partibus modeſtiæ pulchritudo, & diuina ſpecies in oculos intuentium incurrens, mi-

rum

rum eſt quantam vim habeat ad conciliandam authoritatem, tum etiam ad alios omnes continendos, & ad virtutem excitandos. Occurſus (ſcribit Seneca *epiſt.*94.) ipſe ſapientiam iuuat, & eſt aliquid, quod ex magno viro, vel tacente proficias. Quos modeſtia, ad præſtantem vitæ rationem expoliuit, officinam eſſe dicam honeſtatis, ſcholamque virtutis, in qua ſemper docetur, & diſcitur. Ennodius idcircò, *paræneſi didaſcalica ad Ambroſium, & Beatum tit. rhetorica*, de purpuratis patritijs. Feſto, & Symmacho, geminis curiæ luminibus, ſanè eleganter
„ protulit: In ipſis eſt nobilis curiæ princi-
„ patus, quos vidiſſe, erudiri eſt. Non
„ apud eos ſermo de ludicris, nec Panto-
„ mimorum vix ignoſcenda commemora-
„ tio. Illi auram popularem per pudoris
„ detrimenta non capiunt: contenti rectis
„ magis placere, quàm plurimis, ſortiun-
„ tur de innocenti actione teſtimonium.
„ Iſtorum quamuis in omnibus iuſſa ſequen-
„ da ſint, eſt tamen in illis, & magiſtra ta-
„ citurnitas, & eruditi forma ſilentij. Quippè ſpecies illa diuinæ modeſtiæ ferit oculos, & potenter ſe ſe in animum inſinuat, eruditque ſine voce, & clamore, ad cæleſtium imitationem.

Prohibentur idcircò cauſarum Patroni, omneſque cauſidicinam profitentes
5 inutiles garrire nugas, adeò vt in allegationibus ipſis, potiùs breuitati teneantur conſulere, quàm longis aures orationibus Iudicum obtundere, vt docet Imperator *l. quiſquis C. de poſtulando.* Plinius iunior *epiſt ad Cornel. Tacitum*, & Parladorius *lib.* 1. *rerum quot. cap.* 2. *ad quaſt. num.* 27. Quarè meritò id genus verboſum quendam, *epigramm.* 33. ita verſibus luſit Ennodius *Biblioth. P. P. tomo* 15.

Improbe quid factis confundis ſingula verbis?
Depingit mores obruta lingua tuos,
Accipis, expoſcis, præſumis, rennuis, ardes.
Triſtia, blanda ſimul, fortia, fluxa facis
Ira, pauor, rabies, patientia, tempore in vno.
Tot facies geſtas, pectoribus vacuis.

Debent proindè ſe abſtinere (Aduocati præcipuè) à verborum malignitate. *Gloſſ. malignantium. in clement. cupientes. in princip. de elect. lib.* 6. nam Procuratores non ita litteris plerumque ſunt imbuti, vt ſophiſmatibus, fallacijſque præter factum in iudi-
„ cio valeant aliquid proponere. Licet (vt
„ verbis ipſius Fermoſini, qui *cap. paſtoralis* 14. *de iudicijs. num.* 15. qui eos excepit,
„ & exemit, fideliter loquar). Videam
„ multos, ſibi videri conſcios, qui temeri-
„ tate nimia ſolent non ſolùm facta in iudi-
„ cio proponere, verùm ita cauillare inten-
„ dunt in iure, vt à regulis eius, vtpotè
„ ignari aberrando, lites inſanabiles faciant,
„ quæ nunquam à literatiſſimis Aduocatis
„ mederi, & dirigi in finem optatum va-
„ lent. Et ſic video iudices rectos, in iſtos
„ nimis excandeſcere. Nam, Procuratori,
6 Aduocati munus exercere negatur. *Gloſſ. in l. generali. C. de tabellionibus. lib.* 10. *Bartol. in l.* 1. *C. de princip. lib.* 12. *Bald. in l. Senatores lectura* 1. *ff. de ſenatoribus. Iaſon. in rubr. C. de procuratoribus. Tiraquell. de nobilit. cap.* 29. *numer.* 13. *& Paz. in praxi. annot.* 4. *numer.* 44. Quòd ſi aliàs, ob defectum ſcientiæ, clientis præiudicium adſit, & lucri auiditate, damnum etiam Aduocati; lethali non excuſatur à culpa, & reſtituendi pro qualitate iacturæ, tenetur obligatione. *Tolet. in ſum. cap.* 62. *in fin. Reginald. lib.* 25. *cap.* 56. *num.* 680. *verſ.* 4. *& S. Anton. tit.* 6. *cap.* 3. §. 8. *ex cap. tua. de homicid.* Secus verò, ſi nulla ſequatur læſio, & ſufficiens interueniat ſcientia, niſi loci repugnet conſuetudo. *Filiuc. tom.* 2. *tract.* 41. *cap.* 10. *num.* 297. *& Bonac. decalog. præcep. diſput.* 10. *quaſt.* 3. *punct.* 4. *num.* 15.

Nec minori ſedulitate, cauſas patrocinandi, à cauillatione, doliſque ſibi, fo-
7 renſium quæſtionum curare habent Patroni, cùm veritatem, & æquitatem teneantur ſectari. *D. Tho.* 2. 2. *quaſt.* 71. *artic.* 3. *ad* 3. *D. Anton. par.* 2. *tit.* 1. *cap* 9. §. *vlt. Nauar. cap.* 25. *num.* 28. *verſ.* 4. *Couarru. lib. variar. reſolut. cap.* 2. *num.* 1. *atque alij.* Nam etſi, nullo adhibito mendacio, in cauſa iuſta, callidum fallere aduerſarium prudentiæ, minimè verò nequitiæ tribuant D.D. *in cap. per tuas qui fil. ſint legitimi. apud Abb. Guazz. lib.* 1. *tract. moral. defenſ.* 3. *cap.* 1. *num:* 2. *&* 3. Et aliquando, dum ſcilicet neceſſitas vrget, & honeſta adeſt occaſio, abſque animo tamen tum mentiendi, tum alteri nocendi, amphibologia pariter permittantur vti, quemadmodùm docent *S. Anton.* 2. *par. tit.* 10. *cap.* 1. §. 1. *verſ. videtur. Sylueſ. verb. mendacium quæſt.* 6. *Couarr. lib.* 1. *reſolut. variar. cap* 2. *num.* 4. *& alij*, apud eundem *Guaz. vt ſupra num.* 10. veruntamen ſi prædicti cauſarum actores, per cauillationes iniuſtas, in aliquo ſuum grauent aduerſarium, ſuperfluas ſcilicet, petendo dilationes, vel allegando falſa, vel poſitionem faciendo duplicem, aut cauilloſam per inſtructionem falſi teſtis, aut quia induxerunt clientulum ad negandam veritatem; contra rectam iudicij agunt rationem, grauiterque delinquunt. ita *Hoſtien. in ſumm. lib.* 5. *de pœniten. num.* 32. *col.* 1784. *Graſſ. deciſ. aur. par.* 1. *lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 10 *S. Anton. Nauarr. & alij, vt ſupra, & Alex. angl. in ſumma.*

ſumm.par.4.cap.12. qui inſuper addit, quòd per mendacia, & falſas ſubtilitates, Aduocati Deum à iudicijs expellunt, & Diabolum introducunt, qui eſt pater mendacij;
8 vocatque eos legum, & decretorum falſarios. Iurgia denique, ac procacia verba, vt debita in iudicijs ſeruetur modeſtia, arcenda ſunt quam maximè. *Ioan. Petrus Ala.de aduocat chriſt. par.2.quaſt.34.& P.Baſſaus.flor.theol.verbo aduocatus.num.3.* Contumelia enim, qua grauiter proximi læditur honor, lethale delictum eſt, ad ſatisfactionem, & reſtitutionem obligans, ex Leſſio *lib.2. cap.11. dub.17.num.140.Azzor. lib.13. cap.10. par.3. Turria.diſput.53.dub.11. num.15. Bonac. de reſtitut. diſput. 2. quaſt. 6. punct.1.num.3.& alij*. Quarè D. Bernardus. *lib.1.de conſider.ad Eugen.cap.9.* vehementer
„ dolent, inquit: Miror quomodò religio-
„ ſæ aures tuæ ſuſtinent huiuſmodi diſputa-
„ tiones Aduocatorum, & pugnas verbo-
„ rum, quæ magis ad ſubuerſionem, quàm
„ ad inuentionem veritatis proficiunt. Tiberius proindè Gracchus, & Marcus Octauius, licet ethnici, & infideles tandiù laudabuntur, dum rerum Romanarum extabit memoria; quià etſi legis agrariæ introducendæ cauſa ſummo ſtudio, ac contentione, roſtris inter ſe decertarent, nihil tamen contumelioſè feruntur inuicem dixiſſe, neque verbum excediſſe in alterum, alteri ex indignatione importunum. *Plutarch.in Marcello*. Meritò ergo, qui non ratione, ſed probris putant eſſe certandum, infames à iure vocantur. *c.ſi quis.2. quaſt.7.& c. in loco, benedictionis.5.quaſt.4.* & notat *Graff.decis.aur.par.1.lib.3.num.8.* Et eos admonet Iuſtinianus Imperator. *l.fin.§. in refutatorijs. C.de appellat. apud Abb.Guazz. moral.lib.1.defenſ.1.cap.4.num.5.* Nam certum eſt, Maledicum, vtpotè cui nomen infami nota inuſtum, etiam ſibi Peruegare famam; vt notat Farnabius. *lib.5. Martial. epigramm.61.*

Inde iubet. ſequenti loco §. *videlicet 3.*
9 *& 4.* Summus idem Pontifex Benedictus XII. vt Patroni, ac Defenſores, cauſarum multitudinem vitent, & iniuſtas dimittant. Plerique nanque, fas iam nullum præ oculis habentes, ſed tanquam auaritiæ venundati, & viſucapti, per angulos ciuitatis diſcurrunt, diuitum, & viduarum poſtes, orborumque limina deterunt; non quidem vt inter diſſidentes amicos, aut propinquos, vel aſſines, congrua litium meditentur remedijs; verùm vmbraticis veluti lucris, inhiendæque pecuniæ mancipati, cauſarum ſarcinis, ſe ſe turpiter opprimunt: etenim cum Naſone. *amor.1. eleg.10.* omninò

Turpe reor miſeros empta defendere lingua
Quod faciat magnas turpe tribunal opes.

Vt autem huiuſcemodi turpitudinis, deformitatiſque Patroni abhorreant vilitatem, ſui muneris perpendere curent inprimis ſplendorem, & excellentiam. Eſt enim apprimè religioſum, ac maximè pium; cum pium, & ſacerdotale munus ſit ancipites componere controuerſias, *Modern.de iuriſdict.p.4. cent.2. caſ.120. n.1. apud Barboſ.de poteſt.epiſc.p.3.alleg.79.n.10.* Propterea, negotijs perorandis apud Iudices operam dantes, in iure, quodammodo Sacerdotes nuncupantur *text.in l.1. ff.de iuſt.& iure Hoſtien.in ſumm.decret.col. 4. Homobon.de ſtatibus p.2.cap.5.n.1.* Cuius rei fortaſſe cauſa Africæ, quam Iuuenalis
10 *ſatyr.7.verſ.145.* Nutriculam dixerat Cau-
„ ſidicorum, hanc legem Conſtantius Au-
„ guſtus impoſuit: A ſolis, nimirum, præ-
„ cipimus aduocatis, eorumque conſortio
„ dari prouinciæ Sacerdotem. Nec aliquis
„ arbitretur ita eſſe aduocationis neceſſita-
„ tem impoſitam Sacerdotio, vt ab eo mu-
„ nerum oppidaneorum functio ſecerna-
„ tur; cum nulla vnquam iura Patronisfo-
„ renſium, quæſtionum vacationum ciui-
„ lium munerum præſtituerint *lib. 12. cod.*
„ *Theod.tit.1. l.46.* De his autem, duo hac ſtatuuntur lege, vt notat Gothofredus ibidem: primum, Sacerdotem prouinciæ ex aduocatorum conſortio, & ab ipſis dari oportere: deinde aduocationi impoſitam eſſe neceſſitatem Sacerdotij. Ad quorum ſanè Curialium curam, Templa, Templorumque ſolemnia inter cætera pertinebant. Non alia quippe ratione, quam quia, cum cauſidicinam Gentiles fermè profiterentur, Afrique ſua ſibi ſolemnia ſeruari cuperent, non alijs meliùs Templorum ſolemnia tueri poſſe viderentur, quam Aduocati. Quod profectò apertiſſimè firmat Canon XCVII. Concilij Africani ſub anno Domini CCCCVII. vbi Africanorum Patrum petioni, hoc pacto reſponſum fuit: Pla-
„ cuit etiam, vt petant ex nomine prouin-
„ ciarum Legati perrecturi à Glorioſiſſi-
„ mis Imperatoribus, vt dent facultatem
„ defenſores conſtituendi ſcholaſticos, qui
„ in actu ſint, vel in munere defenſionis
„ cauſarum, more Sacerdotum prouinciæ,
„ ijdem ipſi qui defenſionem Eccleſiarum
„ ſuſceperint, habeant facultatem pro ne-
„ gotijs Eccleſiarum, quoties neceſſitas fla-
„ gitauerit, vel ad obſiſtendum obrepenti-
„ bus, vel ad neceſſaria ſuggerenda, ingre-
„ di Iudicum ſecretaria. Quo circa, de Caupona Regina, hanc ad rem noſtram 1. *de aſino aureo* mirificè eſt. Apuleius commentarus fabellam: eam nimirum, ſuis cantionibus (venefica enim publicè

dicebatur, & ſaga) quendam de foto in Ariete deformaſſe, qui etiam nunc cauſas ageret. Quandoquidem, cum Aries Sacerdotij ſymbolum exiſtat. *Hieron. in Iſa. 60.* eo quod ab Aris, quibus inſeruiebat antiquitus, Aries ſit nuncupatus. *Iſid. lib. 12. etym. cap. 1.* arietinam, forenſi aptando Patrono figuram, de Sacerdotum pietate, religioneque in cauſis ſeruanda, abundè quemquam monebat Actoama. propoptione idcircò, ſaltem adhibita, meliorem quam ipſi Religioſi, ſi rectè cauſidicinæ conſulant eos degere vitam, tenent *Iaſon. in rubr. ff. de iuſt. & iur. n. 8. Guazzin. ad def. in præfat. n. 2. & ſequen. Hoſtien. n. 8 in proam ſumm. Paul. Chriſtin. ad leg. municip. Meclin. tit. 1. art 2. & alij apud Marc. Anton. Sabel in ſumm. diuerſ trac. verbo aduocatus:* Cum ipſemet Summus Sacerdos, & Dominus Ieſus, Magdalenæ, Adulteræ, Diſcipuliſque ſuis varijs preſſis criminibus, aſtiterit aduocatus, vt ex D. Auguſtino notaut *Roland conſ. 36. n. 5. volum. 3. Caccialupan ſuo trac. de offic. aduocati q. 1. n. 2. & ſequen. Cenall. q. 736. n. 12. Marta de iuriſdict p. 4. caſu 115. n. 1.* Quinimmo apud Patrem, eundem in cælis nunc aduocatum, & defenſorem habeamus *Io. 2.* Et multi ex Sanctis viris, vt Daniel, Ambroſ. Germanus, Lipardus, Iuo, & alii, forenſes, & curiales egerint cauſas. *Marta d. cto caſu 115. n. 2.* Quandoquidem patrocinari cauſas haud infimum opus miſericordiæ eſt. *D. Tho. 2. 2. q. 71. art. 1.*

Hanc itaque ſui muneris, in præſtan-
11 tiam nonnunquam conijciant oculos, qui præter mentibus inſeminatam peruerſis, nihil petendi licentiam norunt: nam dubio procul, litium multitudine, cauſarumque congerie, non iam facile gremijs ab alienis excuterent prædas, nec intra eorum retia captos inexpertos, caſibus mille iam implicarent clientes. Et quid enim religioni, pietatique magis obeſt, quàm proximorum, quos iubemur fouere, manifeſta læſio? Religio quippe munda, & immaculata apud Deum, & Patrem hæc eſt: Viſitate pupillos, & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſeculo. *Iacobi 1.* Cui profectò non ſemel ſe exponeret periculo qui cauſas vltra vires, patrocinandas ſuſciperet, eaſque proinde negligeret *Gloſ. in c. diuerſis extra. de cler. coniug. Speculat. de aduocat. n. 14. Carbo. de teſt. q. 51. in fin. verſ. in eo etiam.* Vnde clientum quilibet, illud Acontij, *Heroidum epiſt. ad Cydippam 20.* meritò iactitaret,

Nunc reus infelix abſens agor, & mea cum ſit
Optima, non vllo, cauſa tuente perit.

Atque ita aperto furto, eorum ſubducerentur pecuniæ. *Lancellot. Polit. de offic. aduocat. tit. quale debeat eſſe offic. aduocat. in cauſ. ſuſcipiend apud Abbat. Guazz. lib. 1. tract. moral. defenſ. 2. cap. 2. n. 7.* Quod adeò turpe, & impium cenſetur, vt etiam in conſcientiæ foro, vbi Confeſſio ſanat (ſicut loquitur Iſid. *lib. 1. de ſummo bono cap. 12.*) confeſſio iuſtificat, confeſſio peccatis veniam donat &c. Niſi in poſterum, cauſarum à tanta quantitate, earum Patronus ſe fore ſpondeat penitus alienum, ſacramentali abſolutione priuetur *Guazz vbi ſupra.* Sed vt interea a tanto onere, ordinatè ſe ſubtrahat, anteriores expediat, ſubſequentes poſt habeat. *Angleſ lib. 1. ff. de poſtul dub. 4. apud Guazz. vt ſupra n. 6.* Quandoquidem præſtat magis paucas benè agere cauſas, quam multas perperam defendere. *Ala de chriſt. aduoc. q. 36 p. 1. Angleſ. dicto dub. 4. apud Gazz. vbi ſupra n. 8.* Vtinam ergo ſuo pectore huiuſcemodi verſaſſet conſilium, vafer Cauſidicus ille mediolanenſis, qui cauſas aſſumens quamplurimas, & multiplices, longis dilationibus doloſè protrahebat in craſtinum: non quippè Galeacij ſententia inclyti Ducis, tanquam fur, & latro, ignominioſi ſuſpendij, ſibi debitam luiſſet pœnam. *Ægid. Corozz etu de dictis, & factis memorabil.*

Nec minori curare habent ſedulitate
12 cauſarum Patroni, vt eas tantummodò aſſumant patrocinandas, quas rectas aduerterint, & iuſtas: etenim iniuſtitiæ fauendo, litigandum indebitis ſe aptarent rationibus, quas facilè coercerent ſi veritatem optarent prodire, & ſuper temeritate ipſos admonerent, vt docet Ios. Angles, *in flor. theolag 9. de iniuſt aduoca. dub. 4. ex dict. S. Thomæ 2. 2. q. 71. art. 3.* quem ſequuntur *Caiet. Bannes, & Arag. ibidem Alex. de aleſ. p. 3. q. 44. memb. 3. ante fin. & alij per Filiuc. tract 21. cap. 4 n. 142. Nauar. cap. 25. n. 28. Tolet in ſumm cap. 60. n. 3. Graff. deciſ. aur. lib. 3. cap. 8. n. 3. p. 1. Leſ. lib. 2. cap. 29. dub. 6. p. 1. Sayr. de precept. lib. 12. cap. 22. n. 4. Pariſ. de puteo de ſindicat rub. de exceſ. aduocat. n. 12.* & tradunt omnes Iuriſtæ *in l. non nouam §. patroni ff. de iudic.* vt dicit Ala. *de aduocat. chriſt. p. 1. q. 24.* Quo circa, neque ab aliquo iniuſtæ cauſæ alias honeſto capite, dummodò aduerſarium vexet in reliquo, vel judicium impediat, differat, aut peruertat, vllam licet illis eruere excuſationem: nam medium, & finis cauſæ, honeſtus, iuſtuſque eſſe debet. *Caiet. in ſumm. verbo aduocatus verſ. primo Reginald cap. 25. n. 671. Angleſ. vbi ſupra dub. 2. concl. vnica. Rodrig. p. 1. ſumma cap. 2. Graff. deciſ. aur. cap. 8. p. 1. in princ. Benn de priuil. iuriſconſ. priuil. 71. n. 12.*
13 Quin immo iuſtam cauſam, exiſtimantes

tes iniuſtam, tenentur eam deſerere, vel deponere errorem, ne contra conſcientiam agant, grauiterque delinquant. *Azor.lib.1.cap.14.in fin.& lib.2.cap.8. Valentia tom.2.diſp.2.q.1.punct.4 dub.1. Sayr.clau.reg.lib.1.cap.4.n.15.Salas de leg.p.2.q.42.tract.8.diſp.vnic.ſect.3.n.16.*Becan.p.2.tract.1. cap.4.q.7.n.5.*Vaſquez p.2. diſp. 59. cap. 2. Filiuc. tract.21.cap.4.q.2.& 3.Laym.lib. 1. tract. 1. cap. 4.* & communiter omnes. Quòd ſi fortè contingat etiam in executione iudicialis ſententiæ rei iudicatę illis de iniuſtitia apertè conſtare nequeunt inculpabiliter patrocinium aliquod exhibere: quandoquidem, & ſi res iudicata habeatur pro veritate,& ſecùm afferat præſumptionem iuſtitiæ, nihilominus in conſcientia duntaxat attenditur veritas. *Innoc.in c.quia plerique col.1.de immunit. eccleſ. Imperator.in l.nemo. n.6.ff.de leg.Abbas Felinus, & alij in c.quum inter.de re iudic.& in c. nouit.de iud.Couarr.in 4.decret.p.2.cap.8.n.19* Quin etiam, illis à contraria, cùm interlocutoria,tùm definitoria ſententia,quælibet inhibetur appellatio, aut litis ſtudioſa protractio: Tunc enim Iudex non leui afficeretur iniuria, & graue parti inferretur damnum. *Nauar.cap.25.n. 14. 28. & 29.Ang.in verb.appellat n.15.& alijs.* Ad damni expenſarumque vndè tenentur non tantùm clienti, verùm etiam parti aduerſæ reſtitutionem *Caiet.& Angleſ.vbi ſupra*, quibus additur etiam *Leſſ. dub. 8. Clau.reg.n. 4.Tolet.lib.5.cap.61. n. 1. Filiuc. n.282. Reginald. lib. 25. n. 670.* Licet eximantur reſtituendi ab onere pecuniam ob defenſionem Rei Fiſco debitam: etenim iniuſtitia, quæ reipublicæ fit, non eſt contra iuſtitiā particularem, quæ tantùm reſtitutionē inducit,ſed cōtra legalē, quæ ad id non obligat.*Bonac.tom.2.diſp.10. q.3.punct.4.Salon.2.2.q.71.art.3.cōtrou.1.Bann ibidem dub.5.concl.6.& Sayr. vbi ſupra n.15.*

Excuſantur tamen ſuſceptæ cauſæ ab
14 iniuſtitia Patroni, quando cliens licet admonitus de tali re,ſibi fauorabilem iudicem promittens, rogando perſeuerat adhuc, ne cauſam deſerant: Tunc enim iudicanti ſubminiſtrando ſimpliciter rationes non peccat, cùm Iudicis ſit eas examinare, niſi de eius corruptione, aut litis terminatione, iam completo proceſſu, ſatis illis conſtet, *Afflictus de conſt.aduoc. n.10.& alij per Io. Petrum Ala.de aduoc. chriſtian.p.1.q.78.* Siquidem ſi cliens, cordato reiecto conſilio cōtrariam vt par eſt fortè obtineret ſententiam, expenſas, laboreſque ſimul turpiter amitteret;non quidem Patroni, ſed ſuæ procacitatis refunderetur in culpam. Quare lepidè quidam Henricus de Monte leone, in Romana curia annoſus procurator: cùm ab eo poſtularetur, cur in omnibus ferè ſuccumberet cauſis? Quoniam nullus (inquit) iuſtam habens cauſam ad me venit *Poggius in facetijs*. Ob eandem quoque excuſantur rationem, dum cauſæ ſiue iniure, ſiue in facto, verè hæſitant de iniuſtitia,parte non repugnante:etenim tunc, quoad vſque iniuſtitiam agnoſcant, cauſæ defenſionem proſequi poſſunt. *Angleſ. vbi ſupra dub.1.Nauar.cap.25.n.26.Sayr. lib. 2.cap.11.n.10.S. Anton.p.2.tit.1.lib.7.cap. 17. verſ. duodecimo quaritur. Lorca p. 2. diſp. 39. memb.2.Dian.p.2. tract. 13. reſol. 6. & p. 4. tract.3. reſol. 47. & alij.* Ea propter, cauſæ ad ſcrutandam quamlibet iniuſtitiam,hęc quatuor tam Patroni, quàm Clientes diligenter animaduertere curent. Primò ſi tantùm ex auaritia, aut aliqua animi immoderata excitetur ratione. Secundò ſi magna pacis, charitatiſque exerceatur iactura. Tertiò ſi fraus, vel dolus in ipſa immiſceatur. Quartò verò, ſi litigantibus adeò ſcandalum obrepſerit,vt in grauia prolabantur delicta. His quippè modis, eſto lites alias eſſent permiſſæ, grauiter nihilominus delinquerent *Homobon.reſtit.p.2 cap.3.n.4.in fin.* Nā intentionis puritas,moderatio cupiditatis,ac bonū exēplum,tantùm ſunt quæ lites cohoneſtant *S.Anton.p.2.tit.4.cap.9. §.3.Viguer.Theol inſtit.tit.de virt.iuſtitia cap.5.§. 12.verſ.2.lit.A.*

Tertiò tandem, & vltimò, idem præ-
15 cipit Summus Pontifex Benedictus XII. §.2.& 5. vt Pauperum lites gratis agant; in earum qualibet pacta nequaquam ineant; & de infidelitate, & negligentia coerceantur. Paupertas ſanè res cæleſtis eſt, læta, innocens, ſecura, ſufficiens, & quod mireris, diues, & quod inuideas iuſta. Cæleſtis: quia Paupertas, & honeſtas à Deo ſunt *Eccleſ.11.* Læta: nam Addent mites in Domino lætitiam, & pauperes homines in ſancto Iſrael exultabunt *Eſaias 29.* Innocens: quoniam Inopis exaudictur deprecatio *Eccleſ.4.* Secura: quia Parcet pauperi, & inopi, & animas pauperum ſaluas faciet. *Pſal.71.* Sufficiens vnde legitur *Tob.5.* Sufficiebat nobis paupertas noſtra. Diues autem: quoniam ſcriptum eſt *Iacobi 2.* Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo diuites in fide, & hæredes regni, quod repromiſit Deus diligentibus ſe. Iuſta denique: Cum gloria diuitum honoratorum, & pauperum timor Dei ſit. *Eccleſ. 10.* His tamen pa-
16 rum, nihilue reluctantibus,ita pauperies laceſſitur à malis, vt Innocentius tertius, *opuſc.de vilit.condit.humanæ lib.1.cap.14.* hæc

aſtruere minimè ſit veritus. O miſerabilis (inquit) conditio mendicitatis, & ſi petit, pudore confunditur, & ſi non petit egeſtate conſumitur, ſed vt mendicet neceſſitate compellitur. Deum cauſatur iniquum, quod non rectè diuidat. Proximũ criminatur malignũ, quòd non plenè ſubueniat. Indignatur, murmurat, imprecatur. Aduerte ſuper hoc ſententiam Sapientis: Melius eſt (inquit) mori, quam indigere. Etiam proximo ſuo pauper odioſus erit: Omnes dies pauperi mali: Fratres pauperis oderunt eum: Inſuper & amici procul receſſerunt ab eo. Proinde patrocinio indigent quam maximè, quod eſt eleemoſyna quædam. *D.Tho.2.2.q.71.art.1.* cuius omnes obligat erogatio, cùm ſcriptum ſit; *Deuter.5.* Non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ: idcircò ego præcipio tibi, vt aperias manum fratri tuo egeno, & pauperi, qui tecum verſatur in terra. Sed præcipuè cauſarum patronos, quorum patrocinandi proprium eſt munus. *Caiet. in ſumm. verbo aduocatus verſ. octaua eſt. Sotus de iuſtit. lib.5.q.8.art.1. Sayr. clau. reg. lib.12 cap.23.* eò quod orphanorum, viduarum, & pauperum cauſas illis incumbat defendere *Syl. Angel. Salon. Valentia apud Bonac. tom.2. diſp.10.q.3. puncto 4.n.2. Clau reg. lib. 12. cap.22. Baſſaus tract. flor. totius theol. verbo aduocatus n.5.* qui & alios allegat. Secus autem agentes, egenorum, ſcilicet cauſas pretio patrocinando; Pauperum excoriatores, Curiarum canes, & Ciuium deuoratores, Roland. *conſil.87.n.33.* meritò appellat. Et à Iudicibus compelli poſſunt, vt abſque mercede, ſua opera præſtent. *Guazz. tract. moral. lib.1. defenſ.2. cap.3. n.2. & 15.* Hanc propterea, magnificè Sancti Viri non tantùm præſtiterunt pietatem, vt Iuo, pauperum, viduarumque Patronus antonomaſticè nuncupatus. *Baron. in Martyrol.29. May;* verùm etiam alij quamplurimi, inter duos maximè recenſetur Petrus Philippus Corneus Peruſinus I. C. optimus, qui ſordidum reputans, mercedulas inſtar operariorum exigere; Monaſterijs, Orphanotrophijs, Xenodochijs, & quibuſcunque locis, Deo, & religioni dicatis, cæteriſque indigentibus, ſi quando ad opem ſuam decurrerent, præſto ſemper erat: tantumque aberat, vt emolumenti inde caperet quicquam, vt & ſua pecunia contra potentiorum defenderet iniurias. *Franc. maturantius in eius vita.*

Hinc manifeſtè colligitur in hoc cha-
17 ritatis obſequio delinquentes Patronos,
grauiter iuſtitiam lædere, reſtitutionique eſſe ſubiectos *Sayr. clau. regia lib.12. cap.23. n.28. & ſequent. Borell. in ſumm. omnium deciſ. tom.1. tit.65. n.58. & alij per Barboſ. de poteſt. Epiſc. p.3. alleg.79. n.33.* Dummodò pauperes in magna poſiti ſint neceſſitate, & alius non adſit, qui poſſit, & velit eis ſubuenire. *D.Tho.2.2.q.71.art.1. vbi Salon Bann Caiet. & alij,* quibus additur *Nauar. cap.24. n.5. & 17. Sot. lib.5. de iuſt. q.8. art.1. Angles p.1.q.3. diff.6. Sanch. conſ. moral. tom.1. lib.1. cap.5. dub.5, n.29. & lib.6. cap.7. dub.1. n.5.* qui & alios allegat. Sicut etiam à tali eximerentur culpa, ſi vitæ, honoris, bonorum, cæterorumque id genus, periculo ſe exponerent iacturæ; cùm charitatis opera, niſi in cauſa ſalutis ad hoc non impellant. *D. Tho. vt ſupra Sayr. d. lib.12. cap.23. n.5. Suar. de charit. diſp.7. ſect.4. n.4. Filiuc. qq. moral. tract.28. cap.3. n.288. tom.2. Coninch. diſp.27. dub.8. n.134.* Nec pariter tenerentur, ſi eadem, aut etiam leuiori laborarent neceſſitate, vt aliqualis eſt iactura temporis, mentis moleſtia, & ſimilia: Ordo quippe charitatis poſtulat, vt quiſque ſibi potiùs, quàm alteri conſulat, niſi ex officio, pauperum conſtituti ſint defenſores æreque publico ſubarthati. *Leſs. lib.2. cap.31. dub.7. Tolet. in addit. lib.5. cap.61. verbo in pauperum cauſa Fornar. in inſtruct. confeſſ. cap.7. n.8. Reginald. lib.23. cap.55. Io. Petrus Ala de Aduoc. chriſt p.1. cap.9. verſ. licet autem, & alij.*

Cæterum, cùm Sanctiſſima res iuris
18 ciuilis ſcientia ſit, pretio nummario non
dehoneſtanda, & quædam tametſi honeſtè accipiantur, inhoneſtè tamen perantur *l.1.§. proinde ff. de var. & extrau. cognit.* prohibetur præterea Patronis de ſalario paciſci, lite ſaltem inchoata, ad euitandas fraudes: nam cliens totam tunc prodigeret pecuniam, metu percuſſus parta adinuendi iura; cui vtique diſcrimini vix ſe exponeret, ſi in principio aut fine litis, huiuſmodi iniret pactum *l. quiſquis §. præterea, & ibi Bald. Salicet. Albert. C. de poſtul.* quod & repetitur *§. infames, §. arcentur verſ. præterea 3.q.7. Rebuff. in comm. ad conſt. gall. de reſtit. contr. in præfat. n.19. Sanch. opuſc. moral. lib.6. cap.7 dub.9. n.1.* Licitum tamen foret, ſi vi, & ſcandalo procul, æquum, & permiſſum pretium obligaretur; in his quippe pactionibus, ratio ceſſaret, & præſumptio legis *Sanch. vbi ſupra cum Nauarro n.2 Steph. Grat diſcept. forenſium cap.56. n.1. Barboſ. de poteſt. Epiſ. lib.3. alleg.79. n.39.* Itidem inhibetur etiam (victoriæ adhibita conditione) litis de pretio paciſci: nam & ſi, cuilibet merces ſuas, quanto libeat precio addiſcere liceat, cum Domini æſtimetur arbitrio. *Gloſ. Domini. l. ſi tutor. ff. de*

tu

in inſt. iur. Talem nanque nimis anxiè quærendi victoriam, ſiue licitè, ſiuè illicitè illis præberetur occaſio, quod ſatis indignum, vileque putatur. *Paul. ſtecaſtro in l. ſi quis aduocatus C de poſtul.* niſi tenuitas excuteret emolumenti (ceſſaret enim in hoc caſu finis legis) *Sylu. Nauarr. Roſell. Arwill. verb. aduocatus Sanch. conſ. moral. lib. 6. cap. 7. dub. 9. n. 6. Bonac. tom. 2. diſp. 9. §. 3. punct. 1.* Ideoque de Iaſone Maymo, qui apud Iouium in elogijs ſi cauſa cecidiſſent conſultores, pactam ſe continuò pollicebatur redditurum pecuniam: eruditum hominem non id decere, eumdemque iuſtitiæ Sacerdotem, cordati, ac ſapientes
19 facilè aſſeuerarunt. Neque minus de quota litis permittuntur paciſci, hoc eſt de media, tertia, vel quarta pretij parte, de quo agitur in iudicio: auaritia nanque inducti medijs indebitis fortaſſe cauſæ conarentur ad victoriam *cap. infames §. arcentur 2. q. 7. l. qui aduocatorum C de poſtul. l. Anton. p. 2. tit. 1. cap. 19. §. vlt Sylu. verbo aduocatus q. 17. Angel §. 15. in fin. Tab. n. 17. Nauar. cap. 25. n. 10. verſ. ſeptimò peccant. & alij.* Itaque, vt tradit Vlpianus *lib 31.* Cùm Saturnino Prætori conſtitiſſet, Marium Paulum Iuriſconſultum, huiuſcemodi de quota litis cum Daphnide cliente ſuo quandoque pactum fuiſſe; eidem extemplo aduocationibus interdixit. Secus verò tali conditione appoſita, ſcilicet, ſi vincat, aut ſuccumbat; tunc enim deficit ſupradicta ratio, vt notat Graſſius *deciſ. aur. p. 1 lib. 3. cap. 8. n. 12 Gozzadin. conſ. 3. n. 25. Filinc. Layman. & alii citati per Bonac. tom. 2. diſp. 10. q. 3. punct. 4. n. 10.*

Fidelitas denùm in cauſis, atque dili-
20 gentia, Patronis plurimum commendatur: Eſt enim inter ipſos, & clientulos quidam veluti contractus obligans fidem, & opera; adcò vt ampliùs libera eorum non maneat poteſtas, ſed omittere teneantur cuncta, etiam propria, licet ſpiritualia, ex hoc dummodò aliquod non obrepſerit peccatum. *Abbas Guazz. tract. moral. lib. 1. defenſ. 1. cap. 1. num. 16.* qui refert *Io: Petrum Ala de aduoc. chriſt.* Proindeque merita cauſæ dum communis eſt, partis omninò tegere tenentur aduerſæ: alias enim non patrocinatoris, & defenſoris, ſed proditoris, & præuaricatoris fungerentur officio *Cherub. compend. Bullar. in Scholijs ſupra Bull. Pij V. quæ eſt 150. app. 1. ſchol. 1. S. Anton. par. 3. tit. 6. cap. 2. §. 3. Aluarez pelag. lib. 2. cap. 35. de planctu Eccleſ.* Et ſi quando de cauſæ iniuſtitia certiores fierent, eam magis deſerere, quàm ſecreta iubentur publicare: quandoquidem ſecretum, veluti quoddam depoſitum eſt alteri creditum, quod ex iuſtitia, niſi graui ſuppoſita culpa queit reuelari. *Sot. de ſecret. memb. 1. q. 1. concl. 2.* quem ſequuntur *Filinc. tract. 40. cap. 3. ad 2. & alij.* Quinimmo, licet à ſuperiore ſub anathematis pœna, reuelandi emanaret monitorium, præſtandi tamen obedientiam gauderent exemptione: Talia nanque imperata, eas non ligant perſonas, quæ reticendi ſecreta, iuſtam cauſam habent huiuſmodi. *Nald. in ſumm. verb aduoc. num. 5. qui citat Nauarr. conſ. 16. de pænit. & remiſſ.*

Hoc autem nonnullas conſideratione
21 dignas patitur limitationes, vt videre eſt apud Abbatem Guazz. *tract. moral. lib. 1. defenſ. 3. cap. 3. nn. 7. 8. 9. 10. & 11.* Ad Patronorum etiam attinet fidelitatem, in eadem cauſa pro vtraque parte non patrocinari. *Sylu verbo aduocatus quæſt. 11. D. Anton. 3. par. tit. 6. cap. 12. §. fin. Sanchez opuſc. moral. lib. 6. cap. 7. dub 7. Perbalt. verbo index §. 1. verſ. vtrum poſſit*; quod pariter apud eundem Guazzinum, *eodem lib. 1. defenſ. 3. cap. 4. à num. 2. vſque ad fin.* quibuſdam afficitur limitationibus, quas animaduertere, haud inutile eſſe puto. Cæterum, quia ſollicitudo, quàm cauſarum Patroni, earum ad euitandas dilationes, ne lites reddant infinitas, clienteſque decipiant, ſummoperè curare tenentur, teſte D. Thoma *2. 2. quæſt. 54. art. 1.* idem ac diligentia eſt: omni remoto dubio, fideles tales eſſe nequibunt patrocinatores, niſi munus ad ſuum accuratam, quam Summus Pontifex iubet Benedictus XII. diligentiam conferant. Quæ denique pia, necnon religioſa Pontificis præcepta, ſi quis per contemptum neglexerit; grauis non tantùm culpæ, verùm & pænæ miſerrimo reatui vltrò ſe exponere minimè dubitet. *Abbas Guazz. lib. 1. defenſ. 1. cap. 1. num. 13. & 14.* qui alios allegat quamplures.

CAPVT XII.

Ex Hippocratis iureiurando, ea ſeliguntur vberrimè, quæ probi, & ſatagentis Medici, maximè cenſentur reſpondere officio.

SVMMARIVM.

1 *Medicinam, omnium artium nobiliſſimam, aut certè nulli poſtponendam, à Deo originatam eſſe, Hebræi, Arabes, & Ægyptij arbitrati ſunt: nam Altiſſimus creauit illam de terra, vt ſacra teſtantur litera.*

2 *Qui autem primus, Medicinæ operam, & initia dederit, adhuc nos latet, quia multi varia dicunt. Hoc tamen certum eſt, quòd eius initium, diligens fuit rerum obſeruatio: Homi-*

mines enim conſiderando alia ſalubria, inſalubria alia, ex eorum aduertentia hanc effecerunt artem.

3 *Hippocrates Cous, primus è tenebris medicinam reuocauit in lucem: etenim antiquitus, paucarum quarundam herbarum, hæc ampla facultas fuerat ſcientia. Deinde increbreſcentibus ægritudinibus, quas nec etiàm ipſe Hippocrates plenè nouerat, mirificè per varios, vſque ad Galeni tempora aucta fuit.*

4 *Medicina, ita corporis curam gerit, vt animum neutiquam negligat: nam corporale vitium vſque ad animam pertingere poteſt; ideoque quamplurimi herbis, & helleboro corpora purgabant, ne quid ex corruptis in ſtomacho humoribus, ad domicilia vſque animi refunderet.*

5 *Medicina licèt, ex qua parte materijs vtitur immundis, aliquantulum ſordeſcat: compenſatur tamen, non tantùm dum aurum, argentum, gemmas, aliaque pretioſa applicat ad medelam, verùm etiam honeſtiſſimi finis conſiderando præſtantiam: cùm bonitas, & nobilitas finis quoque redundet in media.*

6 *Sanitas, quæ vtique finis Medicinæ eſt, bonum æquè cum vita cenſetur iucundum; quia etiam iucundius ipſa; quandoquidem infirmam, & ægram ducere vitam, viuere minimè eſt, ſed lentè mori: quarè diuitiarum commodis etiam præferenda eſt. Quapropter errarunt quamplurimi, putantes eam eſſe ſummam fœlicitatem.*

7 *Hoc tamen errore ſublato, bonam valetudinem fore plurimum expetendam, non tantum Athenienſium, verùm etiam Græcorum omnium ſuaſit vſus; hanc autem mirificè præſtat, & confert Medicina. Qua de cauſa cæleſtes Angeli, Sancti viri, Pontifices Summi, Imperatores, Reges, Duces, cæterique alij ex Procerum albo, hanc præcellentiſſimam exercuerunt artem.*

8 *Quia nulla artium incorſtantior eſt Medicina, vtpotè fructuoſior omnibus, niſi ſtatis præceptis, eius coerceantur profeſſores, vnicuique pro libito, hominis necandi ampla daretur poteſtas; quare Hippocratis Ius iurandum ipſis proponitur, ex quo tria præcipua, & capitalia eruuntur mandata.*

9 *Auaritia acriter pungitur, & vituperatur: nam aurum omnium malorum, aut quæ facimus, aut patimur cauſa eſt, quod exemplo Balaam, Achan, Dalilæ, natorum Samuelis, Saulis, Achabi, Giezzi, Procerum Iſraelitarum, Antiochi, Iudæ Iſcariotis, aliorumque perplurium, ex ſacris comprobatur ſcripturis.*

10 *Vt autem ab hac auaritiæ Medici aborreant cupiditate, inopes gratis curare tenentur; quòd ſi ſecus agant, non indè tamen eſt inferendum, ægrotos in Medicos, aliquam obtinere actionem, ſed ad ſummum officio iudicis, negatam petere poſſe humanitatem: nam contra præceptum charitatis agerent, qui hanc negarent.*

11 *Medici ære publico aſſalariati, hac appoſita conditione, ne ſcilicet ab ægrotis aliquid mercedis recipiant; nec petere, nec vltrò delatum præmium obtinere queunt, præcipuè ſi abſq; licentia Priorum Ciuitatis, exeundi illis negatur libertas. Poſt reſtitutam tamen infirmo ſanitatem, ab eo ſponte oblata non prohibentur munera recipere. Prædicta verò conditione ſublata, ſi æger prædines ſtipendia neguerit nō idcircò ex auaritia tenacitate eum deſerere debent, cùm ab ipſo, vel ab hæredibus, id poſtea iuridicè petere valeant.*

12 *Quia Medicina omnis humano corpori vt plurimum noxia eſt, præcipuè, quæ potui datur; niſi id ingens poſtulet morbus, Medici non tam facile ipſam ordinare debent, eo vel maximè ſola cauſa lucrandi, aut Pharmacopolis inuandi: tunc enim lethaliter peccarent, ac reſtituendi ſe ſubijcerent obligationi.*

13 *Quamuis Medici plurimùm commendentur, quod ex mortiferis venenis antidota faciunt, venenum tamen, vindicta, vel auaritia ſibi præſcripto propinare fine non debent, niſi veluti aſſaſſini, & proditoris, Eccleſiaſtica priuari cupiant immunitate. Quod licet etiam de procurantibus abortum, adhuc determinatum non ſit, hoc tamen indubitatum eſt grauiſſimè contra naturam eos ſaltem peccare, necnon excommunicationem, & irregularitatem incurrere.*

14 *Inſuper præcipitur Medicis iniurias afferre nemini, famam præcipuè deturpantes: Fama nanque maximæ exiſtimationis eſt. Quare ad medendum hi eligendi ſunt, qui præter artem morum probitate plurimum pollent; & in curandis maximè mulieribus, quarum honeſtas plurimum domui, & familiæ fauet, caueant impudicitiæ, & inhoneſtatis, ne aliqua, vel leuis oriatur ſuſpicio.*

15 *Inter ſpirituales, & corporales Medicos, opportuna oritur analogia. Vnde non minus qui medetur corporibus, honeſtate tenetur præcellere, quàm qui animas ſanat, quibus ſtrictiſſimè inhibetur ad turpia ſollicitatio.*

16 *Eadem ſeruata analogia, non minùs corporales Medici (iure ſaltem naturæ) ad illa tenentur tegenda ſecreta, quæ patefacta, infamiam, iniuriamque ægrotorum inducerent, quàm ſpirituales Medici ea, quæ pœnitentium detraherent exiſtimationi. Quare illorum taciturnitatem, meritò Hippocrates, iureiurando adſtrinxit.*

17 *Vitam denique, artem ſynceram, incorruptamque Medici retinere debent; quod vt faciant, omnium ferè ſcientiarum, & artium quandam tenentur habere notitiam: nam medica*

ars

Digitized by Google

ſit admodum difficilis eſt, ſicut à Mythologis Æſculapij nodoſa, ſerpenteque inuoluta virga, aptiſſimo ſymbolo, oſtenſum eſt.

18 *Quare Medici, eam potiſſimum noſcere debent obligationem, quæ ex iuſtitia eorumque pullulat officio; vt ſcilicet in primis, medicæ artis, debita ſint inſtructi peritia: nam medico imputatur quicquid ex imperitia, ægroto contingat, teneturque actione in factum, in quantùm religioni iudicantis videbitur æquum.*

19 *Vt Medicus cenſeatur peritus, obſeruandum eſt ſi pro morborum diuerſitate varias adhibeat medicinas: deinde ſi contraria infirmitati applicet medicamenta. Quarè certo relicto pharmaco, probabile prohibetur aſſumere, vel de quo hæſitat ſaltem dubio negatiuo: ſicut reiecta profeſſorum probabiliori opinione, probabilem tantùm, non debet recipere.*

20 *Tenentur etiam Medici ex charitate, ſpirituali quam maximè conſulere ſanitati; ideoque inſtantem mortem, vel per ſe, vel per alios, infirmo tenentur denunciare, & ad Sacramenta ipſum inducere ſuſcipienda, ob quæ, Decreta Innocentij III & B. Pij V. traduntur, & breuiter explicantur.*

MEdicina omnium artium, atque doctrinarum nobiliſſima, aut certè poſtpo-
1 nenda nulli, ſiuè ipſius originem, & initia, incunabula, prouectus, & incrementa, ſiue materiam, ſiue finem, ſiue eos, qui illam exercuerunt, & omnia denique, quæ ad eandem pertinent reſpiciamus, cunctis meritò videri poteſt. *Hippocrates libell. de leg. Galen lib. 1. Therapeutica, & lib. 1. Theorices. Arnald. villanou. in princ. ſui antid. Petrus Aponenſis in eo lib. cui titulus eſt conciliator. diff. 5. & alij.* Eius nanque origo, ſiue Hebræos, & Arabes ſequamur, ſiue Græcos, Ægyptioſque Theologos, ab ipſa manauit Diuinitate. Hebræi ſanè, Adam primum humani generis parentem diuino eam numine adeptum ferunt. *Ficin. lib. 4. epiſt. ad Tho. Valer. Phyſ.* Apud reliquos item Medicina Dijs primùm ſuos aſſignauit inuentores, Cæloque dicauit, vtpotè Deorum ab oraculis multifariè petita. *Plin. lib. 29. cap. 1.* Quarè dicitur *Eccleſ. 38.* A Deo enim eſt omnis medela, & à Rege accipiet donationem. Diſciplina Medici exaltabit caput illius, & in conſpectu Magnatum collaudabitur. Altiſſimus creauit de terra Medicinam, & vir prudens non abhorrebit illam. Quis autem omnium primus,
2 Medicinæ ab incunabulis operam, & initia dederit, incertus adhuc dubiuſque habetur: nam Diod. Siculus *rerum antiq. lib. 1.* Iſidi: Apollini *1. metamor.* Ouidius: Cadmo, *Plutarchus ſympoſ. problem. decad. 3. cap. 1.* Chironi, Hygin. *Fabul. cap. 138.* Oſiridi qui, & Apis Clem. Alexand. *lib. 1. ſtrom.* Æſculapio, Virgil. *7. eneidos*, alijſque alij ſparſim, vagèque tribuunt. At quiſquis ille fuerit, Medicinæ initium certè fecit obſeruatio. Homines enim, cùm experirentur alia ſalubria, inſalubria alia, ex eorum aduertentia, artem effecerunt Medicinæ. *Quintil. lib. 5. orator. inſtit.* vbi de Rhetorices diſſerit initio; cui concinit Philoſophus Peripateticorũ Princeps *in proæm. 1 metaph.* Quibus etiam annectendum cenſeo quod Maximus Tyrius platonicus de ea re ſcribit *ſermon. 40.* græcè quidem, ſed hoc propemodum ſenſu. Medicinæ vetuſtiſſimum inuentum, bis initijs ortum, conſtans eſt fama: ſuum, qui vexaretur à morbo, domeſtici expertantes, in frequentiſſimo vico ſtatuebant, vt à tranſeuntibus viſus, de qualitatibus morbi rogaretur. Ita, qui tulerat, depuleratque ſimilem morbum, aut medicamentis ſumptis, aut cauterijs, aut inciſionibus, aut tolerantia ſitis prodito remedio, laborantem iuuabat. Similitudine igitur morbi remediorum colligens memoriam, ſummam eius quod ex his hominum congreſſibus acceperat, ſcientiam fecit. Hæc ille.

Cæterùm, cùm in nocte diù delituiſſet
3 denſiſſima hæc nobilis facultas, eam veluti interemptã tunc primùm, (Plinio *lib. 29. cap. 1.* & Galeno *in eo libro, qui medicus, ſiue introductio dicitur*, teſtibus) Hippocrates Cous è tenebris reuocauit in lucem, eamque cuiuſdam noui partus ad inſtar genuit, per omnia membra aluit; eduxit, veſtiuit, & vniuerſo ornatu inſignem reddidit: Etenim, Medicina quondam paucarum fuit ſcientia herbarum (Lucillo ſcribit Seneca *epiſt. 95.*) quibus ſiſteretur fluens ſanguis, vulnera coirent paulatim. Nam, vt ipſe addit ibidem: Antiqui Medici neſciebant dare cibum ſæpiùs, & vino fulcire venas cadentes. Neſciebant ſanguinem emittere, & diutinam ægritudinem balneo, ſudoribuſque laxare. Neſciebant crurum vincula, brachiorumque latentem vim, & in medio ſedentem reuocare. Non erat neceſſe circumſpicere multa auxiliorum genera, cùm eſſent periculorum pauciſſima ...... Immunes erant ab iſtis malis, qui non dum ſe delicijs ſoluerant, qui ſibi imperabant, ſibi miniſtrabant. Quinimmò illemet Hippocrates, qui *Aphoriſ. lib. 6. cap. 28.* Fæminas aſſeueranter dixerat, nec capillos defluere (vt verbis Senecæ vtar) nec pedes laborare, aperto compræhenſus eſt in mendacio, cùm tot fæminæ podagricæ, caluæque ſint: non dum enim plenè illud attigerat, quod idem addidit Seneca, dicens: Beneficium ſexus ſui,

„ ſui, vitijs perdiderunt; & quia fæminam
„ exuerunt, damnatæ ſunt morbis virilibus.
Diocles proinde Cariſtius, Praxagoras Cous, Cryſippus Gnidius, Herophilus Bacchius, Eraſiſtrarus Chius, Serapion Alexandrinus, Apollonius Glaucias, Heraclides Tarentinus, Philinus Cous, Agron Athenienſis, Aſclepiades Pruſienſis, Themiſon Laudiceus, Dioſcorides Cilix, Antonius Muſa, Caius Valgius, Caſſius Fęlix, Chaſpiranus, Alburius, Rubrius, Quintus Sterrinius, Vectius Valens, atque alij apud Tiraquell. *de nobil. cap 31. à n. 51. ad 72.* varijs in diem ſuccedentibus morbis, artem medicam ad Galeni vſque tempora, nobis auctam mirificè prodierunt. Deinceps verò, hac in facultate, adeò creuit Scriprorum caterua, vt Vander Linder, qui eos patefecit elencho, languorum copiam ferè ſuperauerit.

Eius item circa quam verſatur materia, 4 nobiliſſima eſt, cùm Medicina ita corporis curam gerat, vt animum neutiquam negligat: animato enim, ac rationis participi corpori metam, ad quam ſe dirigere valeat, exhibet ad ſtuporem. Quandoquidem certum eſt, corporale vitium vſq; ad animam pertingere poſſe. *Vlpianus l. 1. §. apud iulianum ff. de adi. edict. & l. ob quæ vitia in princ. eod. tit.* Ideoque apud Gellium *lib. 17. cap. 15.* legimus Carneadem ſcripturum aduerſus Xenonem, ſuperiora corporis helleboro purgauiſſe, ne quid ex corruptis in ſtomacho humoribus ad domicilia vſque animi redundaret, & inſtantiam, vigoremque mentis labefactaret. Id, quod antea quoque notauerat Plinius *lib. 25. cap. 5.* & Valerius Maximus *lib. 8. cap. 7.* vbi tamen id dicit, eum feciſſe cum Chriſippo diſputaturum: nam, & alias herbas ad animum, & mores, multam vim tradit habere Theophraſtus *lib. 9. de hiſt. plantarum cap. 21.* Cæterum Plato narrat in Cratylo: purgationem, & pharmaca Medicorum, hoc vnum intendere, purum hominem, & corpore, & anima reddere. Et Galenus *lib. de Theriaca ad Piſonem* ſcribit nouiſſe ſe, Theriacam non eſſe inefficacem ad animi prudentiam, acrimoniamque: ſenſus enim validè, vt ſuo munere fungantur, efficere, mentemque vaporibus liberatam, ſubtiliorem
5 reddere. Et licet ex qua petitur Medicina ſordeſcat aliquando materia, vt ſcilicet dùm Medici ex ſuæ artis præſcripto, hominum vtuntur ſtercore, canum, & hyrundinum ad eum morbum, quem dicunt Anginam, vt ſcribunt Galenus, Meſue, Auicenna, & alij. *quo loco de ægritudinibus gutturis differunt.* Stercore gallinarum ad venena per vomitum educenda, vt tradit Petrus Apon. *libello de venenis cap. 4.* Semine virili, fæminarum menſtruis; ſudoris, & aurium ſordibus, ſputo, vrina, fæcibus alijſque fædiſſimis ad morbos quoſdam curandos, vt docet Galen. *lib. de ſimplic. medicamen. cap. 1. 8. 9. 10. 12. & 13.* compenſantur hæc tamen, pretioſa quæque non tantùm, vt aurum, argentum, gemmas, & id genus cuncta, hominum applicando indigentijs, verùm etiam honeſtiſſimi finis oſtendendo præſtantiam: Finis nanque bonitas adeò redundat in media vt eſto aliàs viliſſima, aut ſaltem contemptibilia, valdè nobilitet, & cohoneſtet. *D. Tho. 1. ethic. lect. 9. 1. par. q. 5. art. 6. ad 2. & q. 24. de verit. à 6.*

Equidem ſanitas, vtporè Medicinæ fi-
6 nis, & intentio, *1. ethic. cap. 1.* bonum æque, ac qua fruimur vita cenſetur iucundum, quin tot affecta languoribus, etiam iucundius ipſa: quandoquidem, diù infirmam, & ægram ducere vitam, mini-
„ mè viuere eſt, ſed lentè mori: Ipſe enim
„ quotidianus defectus corruptionis (vt *Ho-*
„ *mil. 37. in Euang.* Sanctus loquitur Grego-
„ rius) quid eſt aliud, quàm quædam pro-
„ lixitas mortis. Adſint proinde commoda, diuitiarum perennis abundet copia; ſanitatę parum, nihilue proderunt carenti. Optima nanque, quolibet theſauro licet ingenti opimior eſt valetudo: quare Flaccus ad Iccium, *1. epiſt. 12.* feſtiuiſſimè ſcribit.

Si ventri benè, ſi lateri eſt, pedibuſq; tuis: nil
Diuitiæ poterunt regales addere maius.

Fælicitatem idcircò non quidem abs re, in ipſa ponebant nonnulli, vt Metrodoro præ cæteris adſcripſit Tullius *offic. 3. Tuſcul. 2. & 5.* Quàm, ni fallor, ſententiam propè modum etiam expreſſiſſe videtur Titus Lucretius, *lib. 2. de rerum natura in princ.* dum cecinit.

——— ——— ——— Nonne videris
Nil aliud ſibi naturam latrare, niſi vt cum
Corpore ſeiunctus dolor abſit, mente fruatur
Iucundo ſenſu, cura ſemota, metuque?

Quòd ſi eam non putaret ſupremam, & vltimam hominum eſſe fælicitatem rem acu attingeret, & in errorem tam enormiter non eſſet prolapſus. Vnde Tullius, qui (teſte Plutarcho *in Cicerone*) ita fuit in corporis cura curioſus, & nimius, vt ad certum numerum frictionibus, & ambulationibus vteretur, gratis ipſum reprehenderet, niſi more pecudum, humanam totam beatitudinem ſtatuiſſet in ſenſu. Inquit enim *lib. 3. officiorum sect. 75. nu. 116.*
„ Nam ſi non modò vtilitas, ſed vita omnis
„ beata, corporis firma conſtitutione (vt à
„ Metrodoro ſcriptum eſt) contineretur,
„ certè hæc vtilitas, & quidem ſumma (ſic
enim

Digitized by Google

„ enim cenſent) cum honeſtate pugnabit.
„ Et 2. *Tuſcul. ſect.* 178. *num.* 17. Metrodorus
„ quidem, eum perfectè putat beatum, cui
„ corpus benè conſtitutum ſit, & explora-
„ tum ita ſemper fore. Denique 5. *Tuſcul.*
„ *ſect.* 233. *num.* 27. Tu verò Metrodore, qui
„ omne bonum in viſceribus, medulliſque
„ condideris, & definieris ſummum bonum
„ firma corporis affectione, exploratàque
„ ſpe contineri: fortunæ aditus intercluſiſti?
Quomodo? Iſto enim bono iam expolia-
7 ri potes. Hac igitur purgata hæreſi, bo-
nam valetudinem fore plurimum expe-
tendam, Athenienſium non tantùm ſua-
ſit apud Ariſtophanem *in auibus*, obſole-
tus vſus, qui dum à Dijs ſibi precantes
bona, hæc præcinebant:

Vt detis Nephelecoccygienſibus
Bonam valetudinem, & incolumitatem,
Ipſis, & Chijs.

Verùm etiam Græcorum omnium, qui
aliquando territi malis, apud Alex. ab
Alexandro *lib.* 5 *genial. cap.* 26. hoc inter
vota, preceſque carmen ſupplices vocife-
rabant.

Beatorum antiquiſſima ſanitas, in omni tem-
pore tecum ſim.

Hæc autem omnia Medicina mirificè
præſtat, & confert, quia abſque ea valdè
ſanitas periclitatur, *l. quum antiquas poſt
princ. C. de teſtamentis.* Indeque *variar. lib.* 6.
„ ſcribit Caſſiodorus: Inter vtiliſſimas res,
„ quas ad ſuſtentandum humanæ fragilita-
„ tis indigentiam diuina tribuit natura, præ-
„ ſtare videtur aliquod ſimile, quod poteſt
„ auxiliatrix Medicina conferre. Ipſa enim,
„ morbo periclitantibus, materna gratia
„ ſemper aſſiſtit: ipſa contra dolores pro
„ noſtra imbecillitate confligit, & ibi nos
„ nititur defendere, vbi nullæ diuitiæ, nul-
„ la dignitas poteſt ſubuenire. Qua de cau-
ſa, cæleſtes Angeli, Sancti Viri, Pontifi-
ces Summi, Imperatores, Reges, ac Du-
ces, cæterique alij ex Procerum albo, vt
latè tradit Tiraquell. *de nobil. cap.* 31. *à n.* 81.
ad 287. hanc tradere, & præcellentiſſi-
mam exercere artem, minimè ſunt dedi-
gnati.

Quia verò Medicina tam variabilis, &
8 inſtabilis eſt, vt Nullam artium inconſtan-
tiorem ipſa fuiſſe, & etiamnum ſæpius
„ mutari, cum ſit fructuoſior nulla *lib.* 29.
„ *cap.* 1. teſtatus ſit Plinius: ſtatis niſi aliquan-
do regulis, monitiſque, ſoi coerceantur
aſſeclæ, illud profectò Baptiſtæ Mantuani
eglog. 6. licebit recantare dicterium,

His, & ſi tenebras palpant, eſt facta poteſtas
Excruciandi ægros, hominesque impunè ne-
candi.

Diſcunt enim periculis noſtris, & expe-
rimenta per mortes agunt. Nec dubium
eſt (ſubdit Plin. *loc. citat.*) omnes iſtos, fa-
mam, nouitate aliqua aucupantes, animas
ſtatim noſtras negociari. Vtinam ergo
eam præſtarent Medici ſanctimoniam,
quam eorum Hippocrates Sacramento,
verbis ſolemnibus concepto exegit ab ip-
ſis, vt videlicet; Eam artem ſine auaritia
exercerent: In curandis ægrotis pro viri-
bus, & ingenio, neceſſarijs vterentur re-
bus: Nemini ægritudinem differrent: Ni-
hil per iniuriam facerent. Nec tamen
rogati, aut ſponte veneficam potionem
darent, aut dandam conſulerent. Vitam,
atque artem puram, & integram ſerua-
rent. Quamcunque domum ingreſſi fue-
rint, liberandis duntaxat ægrotis operam
darent. Omnem iniuriam, omnem cor-
ruptelam, omne genus turpitudinis, res
etiam venereas, ſponte ſua euitarent. Et
quæ reticenda eſſe intelligerent, nemini
patefacerent, ſed intemeratam taciturni-
tatem ſeruarent. Ex quibus tamen omni-
bus, tria capitalia duntaxat, vt artis deco-
rem, & innocentiam ſeruent, præcepta
Medicis proponenda deſumam. Primum,
vt auaritiæ caueant; tunc enim ægritudi-
nes non diſtrahent, nec venenum rogati
propinabunt. Secundum verò, vt nemi-
ni inferant iniuriam; hoc profectò ſectan-
do, Venerem abdicabunt, ac reticenda
tacebunt. Tertium denique eſt, vt vi-
tam, & artem ſynceram, incorruptam-
que retineant, quod ſi ſatis complece-
rint, vtique languentibus opportunam
ſuppeditabunt opem, & pro viribus, in-
genioque neceſſarijs vtentur.

Auaritia ſanè (vt aliquid de priori ex-
ponamus præcepto). Eſt libido profunda
9 (inquit Sanctus Zeno. *ſerm.* 3. *tit. eiuſd.*) cu-
„ piditas cæca, tempeſtas inſana, rapacitas
„ ſine fine, ſollicitudo ſine requie, ad ſua
„ nunquam perueniens vota, quia ſatiari
„ non nouit: fidem frangit, charitatem ne-
„ gligit, iuſtitiam negat, non cognoſcit af-
„ fectus, iura diuina contemnit, humana
„ verſutis argumentis excludit, orbem to-
„ tum ſi poſſit, vt rapiat. Quare Apoſto-
„ lus 1. *Timoth* 6. apertè dixerat. Radix om-
„ nium malorum eſt cupiditas, quam qui-
„ dam appetentes errauerunt à fide, & in-
„ ſeruerunt ſe doloribus multis. Et diui-
nus vir Eucherius apud Euſebium Nie-
rembergum, *de arte voluntatis lib.* 6. *cap.* 27.
quandam eſſe ſocietatem etiam penè no-
minis duabus his rebus, Vitijs, & Diui-
tijs, ingenioſiſſimè quidem adnotauit.
Ægrè nanque ſine opibus gubernamur
vitia, quorum illæ velut manubria, &
capuli ſunt. Ferè aurum, omnium ma-
lorum, aut quæ facimus, aut patimur cau-
ſa eſt. Hinc Poeta *Æneid.* 3. Polymneſto-

ris

quaeſt.93.artic.4.dub.1.num.9. Nugnius in addit. quaeſt.11. artic.1. diffic.poſt concluſ. verſ. tertia ratio, & communiter alij. Cùm autem Medici corporales, à iure pariter non eximantur naturæ, eorum taciturnitatem idcircò iureiurando etiam adſtrinxit Hippocrates, nam ſecùs, ea quæ fidei concredita celanda eſſent ægrotorum vitia, cuiquam exoterico effutirent; atque ita iuſtitiam offenderent, & ad reſtituendum pro iactura forent obligati. *Bonacin.loco cit. num.4.*

Tertiò demum, & vltimò, hoc Medicis obſeruandum exhibetur præceptum,
17 videlicet, vt vitam, & artem ſynceram, incorruptamque retineant. Ars quidem medica admodum difficilis ſapientibus ſemper viſa fuit, vtpotè quam proſequi vix poſſumus ſine aliarum ſcientiarum, & artium cognitione. Proindè Hieronymus Montuus *in eo libro, cui titulus eſt, de his, quæ ad rationalis Medici diſciplinam, munus, laudes, conſilia, & præmia pertinent*, Ampliſſimè oſtendit, Medicinam, omnes Philoſophiæ partes, Grammaticam, Hiſtoriarum cognitionem, Poeticam, Logicam, Rhetoricam, Mathematicam, Arithmeticam, Geometriam, Coſmographiam, Geographiam, Topographiam, Muſicam, Aſtronomiam, Phyſicam, & Metaphyſicam, noſſe debere. Vnde Homerus *lib.11.Iliad.* Medici dignitatem exprimens, ait:

Medicus enim vir multis æquabilis alijs.

Et lib.4.Odiſſeæ.

Medicus autem quilibet ſciens ſupra omnes Homines ——

Quin, & Hippocrates ipſe, ob difficultatem artis, *in quadam ad Democritum epiſtola*, aſſerit: Neminem penitus Medicinam nouiſſe; Nec ego (inquit) ad ſummam artis Medicæ perueni, quamuis ſenex iam ſim, nec ipſe huius artis inuentor Æſculapius; nam & ipſe in multis recantauit. Quamobrem veteres, ipſius Æſculapij ſimulachro, baculum nodoſum, ſerpenteque apponebant inuolutum, quem Ouidius 15. *Metamor.* agreſtem vocat, qui quidem artis difficultatem notat, Mediciſque oportere, ſerpentis ad inſtar vigilantiſſimos, & oculatiſſimos eſſe, adeò vt morborum principia, momenta, fineſque prænoſcere valeant, optimè indicat, vt tradit Tiraquell. *de nobilit. cap.31. num.20.*

Hanc autem ſimul cum vita, ſynceram incorruptamque Medici retinebunt ar-
18 tem, languentibus atque opportunam ſuppeditabunt opem, nec non pro viribus, ingenioque neceſſarijs vtentur, ſi eam potiſſimum noſcant obligationem, quæ ex iuſtitia, eorumque pullulat officio: nam Medicus graduatus, & conductus, tenetur ex iuſtitia ſecundùm communem artem exhibere diligentiam, vt corpus ægrorum ad priſtinam reuocet ſanitatem. *Pereyra de republic. lit.lib.8.quaeſt.5.num.1516.* Quare ſupponendus eſt in primis, medicæ artis requiſita peritia ſufficienter inſtructus, adeò vt grauiſſimè offendat, ſi temerè curare audeat; Medico enim imputatur, ſi quid per eius imperitiam ægroto contingat. *Gloſſ. diligentiam. in cap. tua nos, §.fin. de homicid.* tenenturque actione in factum, inquantum religioni iudicantis videbitur æquum. *Gloſſ.1. in Reg. non eſt ſine*
19 *culpa 19.de reg. iur. in 6.* Vt autem peritus cenſeatur, hæc attendenda ſunt; videlicet ſi pro morborum diuerſitate, varias adhibeat medicinas. *c.cùm conſtitueretur 25. diſtinct. 50.* Imperiti enim Medici, omnium oculos vno curant collyrio. *cap. neceſſè diſtinct. 29.* Deindè ſi contraria infirmitati applicet medicamenta, tunc quidem interficeret, non ſanaret. *c.abſit.26. diſtinct.50.* Quarè certò relicto pharmaco, probabile prohibetur aſſumere. *Azzorius tom.1. lib.2. cap.17.quaeſt.11. & Vaſquez.1.2. quaeſt 9.artic 6 diſput 64.cap.4.num.23.* Nec minus licet illud eligere, de quo hæſitat dubio negatiuo. *Nauarr.in ſum.cap.25.n.61. & Sanchez.lib.1.decol.cap.9.num.38.* Sicut, & in dubijs, nequaquam opinionem ſequi debet probabilem, probabiliori profeſſorum reiecta. *Sot.3. de iuſtit. quaeſt.6 artic.5. ad 4. Sanch dicto cap 9. num.41. & Suarez.1.2 diſput.12.ſectione 6.* Demum ex cha-
20 ritate tenetur, quam maximè ſpirituali conſulere ſanitati; itaque, iure diuino naturali attento, Medicus quilibet, mortis inſpecto imminentis periculo, de ipſo, vel per ſe, vel alio interpoſito, certiorem reddere tenetur ægrotum, dummodò hoc illi opinetur profuturum; ſin autem, minimè *Sanch.lib.3.decol.cap.16.num.1.* Attento verò eccleſiaſtico iure, arctiùs obligatur: nam Innocentius III. *cap. cùm infirmitas de pænitent.& remiſſio.* Medicis diſtrictè præcipit, vt antè omnia, de ſacramentali infirmum moneant confeſſione. Quod Decretum, anno 1566. denuò ſuſcitans B. Pius V. *Bulla, quæ incipit ſupra gregem dominicum.* addit, Ne Medici, tertium vltra diem, ægrotum viſitent, niſi tamen eum deſerendo, in probabili mortis periculo conſtituatur, vel graue ſubeat damnum. *Sanch. citatus toto cap.16. & alij apud Pereyram, vt ſupra. num. 1529.* Inſuper Academijs, Collegijſque mandat, vt cùm alicui medendi facultatem tribuunt, aut ad gradum Doctoratus promouent, hæc exigant ſeruandi iuramentum. Qua-

re

re Medici ad prædicta tenentur ſub mortali, eò vel maximè, quia Innocentius III. tranſgreſſores iubet, ab Eccleſiæ arceri ingreſſu; & perpetuam infamiam, gradus amotionem, Medicorum à cætu turpem eiectionem; & pecuniariam pœnam Ordinarij B. Pius V. imponit taxandam arbitrio ſuper his etiam extat Bulla, ab Innocentio XI. nouiſſimè emanata.

CAPVT XIII.

Naturales Philoſophi, abſconditos naturæ latè noſcent effectus, ſi in ſecundis, & proximis cauſis; primam, & remotam non negent eos operari; quinimmo permulta quoque concedant ſupernaturaliter agere.

SVMMARIVM.

1 *Medicina ipſa, Philoſophia eſt, aut ſaltem vtraque ſorores, cùm illa corporis, hæc verò animæ medeatur languoribus. Proptereà optimus Medicus idem eſt, ac Philoſophus, vtpotè etiam animæ curam quodammodò gerens. Cæteris nihilominùs paribus, cum illa Philoſophiæ parte, quæ naturalis communiter dicitur, maiorem affinitatem habet: nam vbi deſinunt prima principia naturalis Philoſophiæ, incipiunt principia Medicinæ.*

2 *Herophilus Chalcedonius, empiricos idcircò damnabat Medicos, quia non phyſica methodo, ſed tantùm ægrotos experientia curabant. Doctes quippè, requirebat auditores, & in phyſicis verſatiſſimos. Vndè Galenus, & inter neotericos Conradus Geſnerus, eſto damnatæ memoriæ, atque alij ad philoſophicum ſtudium priuſquam Medicinæ incumberent ſe contulerunt. Quare relicta morali philoſophia, quæ idem cum ciuili cenſetur, de naturali tantùm in præſenti agitur.*

3 *Natura, eſtò patens, & omnibus communis ſit, in ſuis tamen operationibus agit interiori motu, nobiſque occultiſſime; quare mammoſum, illius veteres Simulachrum formabant; quaſi ex occultis meatibus lactis ad inſtar prodant naturales effectus, quorum nonnullos recitat D. Auguſtinus.*

4 *Horum autem latens cauſa nulla aſſignatur à Philoſophis præter naturam ipſam, quia in his creatis cauſas tantummodò proximas, ſuis naturaliter colligatas effectibus principaliter conſiderant. de ipſis tradentes quia ſunt, minimè verò propter quid ſunt. Qui meritò reprehenduntur, quoniam ſuperiorem non aſſignando cauſam, Voluntatem, ſcilicet Dei; plura potiùs opinantur, quàm ſciant.*

5 *Christiani propterea naturales Philoſophi, etſi primam in cunctis creatis, operantem cauſam fortaſſe non videant, eam tamen negare non præſumant: nam ſi Deus propter noſtræ mentis infirmitatem non omninò patet, valdè tamen impium eſt, ipſum aſtruere non extare, & vbique veluti primum mouens ad ſtuporem non operari.*

6 *Diuinitas de humano arbitratu non ita penſitetur, vt ſi homini non placuerit Deus non ſit. Quarè Tiberius Cæſar, de recipienda Diuinitate Christi, etiam renuente Senatu, in ſententia meritò permanſit: nam ſuperiora minimè ab humanis, & inferioribus dependent legibus, ſed inferiora ipſa dirigunt, ordinatèque mouent, quemadmodùm aptiſſimo exemplo oſtendit D. Auguſtinus.*

7 *Primam operantem negantes cauſam, duabus apertè conuincuntur rationibus, quarum vna eſt, quod omnes nationes eam extare fatentur etiam barbaræ, ac feræ illæ gentes, quæ more pecudum in ſyluis, & antris viuere repertæ ſunt, cùm aliquem ſaltem religionis cultum ſemper adhibuiſſe comperta ſint: Quoniam, omnibus cognitio eſſendi Deum naturaliter inſerta eſt.*

8 *Expreſsè verò, id etiam omnes ethnicorum affirmant, & docent Philoſophi, vt inter Indos, Brugmanes; inter Perſas, Magi; inter Ægyptios maximè Triſmegiſtus; deindè communiter Pythagorici, Stoici, Academici, & Peripatetici: & inter Poetas Orpheus, Homerus, Heſiodus, Pherecides, Pindarus, cæteríque omnes.*

9 *Epicurus autem, etſi rerum humanarum docendo Deum non habere curam; religione, Deique timore animos hominum liberaſſe putaret; preces tamen, venerationem, diuinumque cultum minimè ſuſtulit, cùm teſte Laertio, Librum de pietate erga Deos ſcripſerit; ex quo Tullius acriter ipſum mordet.*

10 *Altera verò ratio, eóſdem ad conuincendos, ex eo ducitur, quòd ſi quæcunque in mundo fiunt, & aguntur, habent, qui eis præſint, eaque perficiant; quare ſolus mundus ſuo adminiſtratore vniuerſale carebit? Eo vel maximè cùm vniuerſus hic mundus, vna Ciuitas communis Deorum (vt ſcripſit Tullius) atque hominum exiſtimanda ſit.*

11 *Amplius per cuncta ferè creata; oſtenditur præfata veritas; adeò vt ipſe Philoſophus Peripateticorum Princeps, reiectis antiquorum erroribus, ex eorum motibus, pri-*

mum,

quæſt.93.artic.4.dub.1.num.9. Nugnius in addit. quæſt.11. artic.1. diffic.poſt concluſ. verſ. tertia ratio, & communiter alij. Cùm autem Medici corporales, à iure pariter non eximantur naturæ, eorum taciturnitatem idcircò iureiurando etiam adſtrinxit Hippocrates. nam ſecùs, ea quæ fidei concredita celanda eſſent ægrotorum vitia, cuiquam exoterico effutirent; atque ita iuſtitiam offenderent, & ad reſtituendum pro iactura forent obligati. *Bonacin.loco cit. num.4.*

Tertiò demum, & vltimò, hoc Medicis obſeruandum exhibetur præceptum,
17 videlicet, vt vitam, & artem ſynceram, incorruptamque retineant. Ars quidem medica admodum difficilis ſapientibus ſemper viſa fuit, vtpotè quam proſequi vix poſſumus ſine aliarum ſcientiarum, & artium cognitione. Proindè Hieronymus Montuus *in eo libro, cui titulus eſt, de his, quæ ad rationalis Medici diſciplinam, munus, laudes, conſilia, & præmia pertinent*, Ampliſſimè oſtendit, Medicinam, omnes Philoſophiæ partes, Grammaticam, Hiſtoriarum cognitionem, Poeticam, Logicam, Rhetoricam, Mathematicam, Arithmeticam, Geometriam, Coſmographiam, Geographiam, Topographiam, Muſicam, Aſtronomiam, Phyſicam, & Metaphyſicam, noſſe debere. Vnde Homerus *lib.11.Iliad.* Medici dignitatem exprimens, ait:

Medicus enim vir multis æquabilis alijs.

Et lib.4.Odiſſeæ.

Medicus autem quilibet ſciens ſupra omnes Homines ——————

Quin, & Hippocrates ipſe, ob difficultatem artis, *in quadam ad Democritum epiſtola*, aſſerit: Neminem penitus Medicinam noſſe; Nec ego (inquit) ad ſummam artis Medicæ perueni, quamuis ſenex iam ſim, nec ipſe huius artis inuentor Æſculapius; nam & ipſe in multis recantauit. Quamobrem veteres, ipſius Æſculapij ſimulachro, baculum nodoſum, ſerpenteque apponebant inuolutum, quem Ouidius 15. *Metamor.* agreſtem vocat, qui quidem artis difficultatem notat, Medicoſque oportere, ſerpentis ad inſtar vigilantiſſimos, & oculatiſſimos eſſe, adeò vt morborum principia, momenta, fineſque prænoſcere valeant, optimè indicat, vt tradit Tiraquell. *de nobilit. cap.31, num.20.*

Hanc autem ſimul cum vita, ſynceram incorruptamque Medici retinebunt ar-
18 tem, languentibus atque opportunam ſuppeditabunt opem, nec non pro viribus, ingenioque neceſſariis vtentur, ſi eam potiſſimum noſcant obligationem, quæ ex iuſtitia, eorumque pullulat officio: nam Medicus graduatus, & conductus, tenetur ex iuſtitia ſecundùm communem artem exhibere diligentiam, vt corpus ægrotorum ad priſtinam reuocet ſanitatem. *Pereyra de republic. lit.lib.8.quæſt.5.num.1516.* Quare ſupponendus eſt in primis, medicæ artis requiſita peritia ſufficienter inſtructus, adeò vt grauiſſimè offendat, ſi temerè curare audeat; Medico enim imputatur, ſi quid per eius imperitiam ægroto contingat. *Gloſſ. diligentiam. in cap, tua nos, §.fin. de homicid.* teneturque actione in factum, inquantum religioni iudicantis videbitur æquum. *Gloſſ.1. in Reg. non eſt ſine*
19 *culpa 19.de reg. iur. in 6.* Vt autem peritus cenſeatur, hæc attendenda ſunt; videlicet ſi pro morborum diuerſitate, varias adhibeat medicinas. *c.cùm conſtitueretur 25. diſtinct. 50.* Imperiti enim Medici, omnium oculos vno curant collyrio. *cap. neceſſe diſtinct. 29.* Deindè ſi contraria infirmitati applicet medicamenta, tunc quidem interficeret, non ſanaret. *c.abſit.26. diſtinct 50.* Quarè certò relicto pharmaco, probabile prohibetur aſſumere. *Azzorius tom.1. lib.2. cap.17.quæſt.11. & Vaſquez.1.2. quæſt 9.artic 6 diſput 64.cap.4.num.23.* Nec minus licet illud eligere, de quo hæſitat dubio negatiuo. *Nauarr.in ſum.cap.25. n.61. & Sanchez.lib.1.decol.cap.9. num.38.* Sicut, & in dubijs, nequaquam opinionem ſequi debet probabilem, probabiliori profeſſorum reiecta. *Sot.3. de iuſtit. quæſt.6 artic.5. ad 4. Sanch dicto cap 9. num.41. & Suarez 1.2 diſput.12.ſectione 6.* Demum ex cha-
20 ritate tenetur, quàm maximè ſpirituali conſulere ſanitati; itaque, iure diuino naturali attento, Medicus quilibet, mortis inſpecto imminentis periculo, de ipſo, vel per ſe, vel alio interpoſito, certiorem reddere tenetur ægrotum, dummodò hoc illi opinetur profuturum; ſin autem, minimè *Sanch.lib.3.decol.cap.16.num.1.* Attento verò eccleſiaſtico iure, arctiùs obligatur: nam Innocentius III. *cap. cùm infirmitas de pœnitent.& remiſſio.* Medicis diſtrictè præcipit, vt antè omnia, de ſacramentali infirmum moneant confeſſione, Quod Decretum, anno 1566. denuò ſuſcitans B. Pius V. *Bulla, quæ incipit ſupra gregem dominicum.* addit, Ne Medici, tertium vltra diem, ægrotum viſitent, niſi tamen eum deferendo, in probabili mortis periculo conſtituatur, vel graue ſubeat damnum. *Sanch. citatus toto cap.16. & alij apud Pereyram, vt ſupra. num. 1529.* Inſuper Academijs, Collegijſque mandat, vt cùm alicui medendi facultatem tribuunt, aut ad gradum Doctoratus promouent, hæc exigant ſeruandi iuramentum. Qua-

re

Digitized by Google

ræ Medici ad prædicta tenentur ſub mortali, eò vel maximè, quia Innocentius III. transgreſſores ſuber, ab Eccleſiæ arceri ingreſſu; & perpetuam infamiam, gradus amotionem, Medicorum à cætu turpem eiectionem; & pecuniariam pœnam Ordinarij B. Pius V. imponit taxandam arbitrio ſuper his etiam extat Bulla, ab Innocentio XI. nouiſſimè emanata.

CAPVT XIII.

Naturales Philoſophi, abſconditos naturæ latè noſcent effectus, ſi in ſecundis, & proximis cauſis; primam, & remotam non negent eos operari; quinimmo permulta quoque concedant ſupernaturaliter agere.

SVMMARIVM.

1 *Medicina ipſa, Philoſophia eſt, aut ſaltem vtraque ſorores, cùm illa corporis, hæc verò animæ medeatur languoribus. Propterea optimus Medicus idem eſt, ac Philoſophus, vtpotè etiam animæ curam quodammodò gerens. Cæteris nihilominùs paribus, cum illa Philoſophiæ parte, quæ naturalis communiter dicitur, maiorem affinitatem habet: nam vbi deſinunt prima principia naturalis Philoſophiæ, incipiunt principia Medicinæ.*

2 *Herophilus Chalcedonius, empiricos idcircò damnabat Medicos, quia non phyſica methodo, ſed tantùm ægrotos experientia curabant. Doctos quippè, requirebat auditores, & in phyſicis verſatiſſimos. Vndè Galenus, & inter neotericos Conradus Geſnerus, eſto damnata memoria, atque olij ad philoſophicum ſtudium priuſquam Medicinæ incumberent ſe contulerunt. Quare relicta morali philoſophia, quæ idem cum ciuili cenſetur, de naturali tantùm in præſenti agitur.*

3 *Natura, eſtò patens, & omnibus communis ſit, in ſuis tamen operationibus agit interiori motu, nobiſque occultiſſimo; quare mammoſum, illius veteres Simulachrum formabant; quaſi ex occultis meatibus lactis ad inſtar prodant naturales effectus, quorum nonnullos recitat D. Auguſtinus.*

4 *Horum autem latens cauſa nulla aſſignatur à Philoſophis præter naturam ipſam, quia in his creatis cauſas tantummodò proximas, ſuis naturaliter colligatas effectibus principaliter conſiderant, de ipſis tradentes quia ſunt, minimè verò propter quid ſunt. Qui meritò reprehenduntur, quoniam ſuperiorem non aſſignando cauſam, Voluntatem, ſcilicet Dei, plura potiùs opinantur, quàm ſciant.*

5 *Chriſtiani propterea naturales Philoſophi, etſi primam in cunctis creatis, operantem cauſam fortaſſe non videant, eam tamen negare non præſumant: nam ſi Deus propter noſtræ mentis infirmitatem non omninò patet, valdè tamen impium eſt, ipſum aſtruere non extare, & vbique veluti primum mouens ad ſtuporem non operari.*

6 *Diuinitas de humano arbitratu non ita penſitetur, vt ſi homini non placuerit Deus non ſit. Quarè Tiberius Cæſar, de recipienda Diuinitate Chriſti, etiam renuente Senatu, in ſententia meritò permanſit: nam ſuperiora minimè ab humanis, & inferioribus dependent legibus, ſed inferiora ipſo diriguntur, ordinatèque mouent, quemadmodùm aptiſſimo exemplo oſtendit D. Auguſtinus.*

7 *Primam operantem negantes cauſam, duabus apertè conuincuntur rationibus, quarum vna eſt, quod omnes nationes eam extare fatentur etiam barbaræ, ac feræ illæ gentes, quæ more pecudum in ſyluis, & antris viuere repertæ ſunt, cùm aliquem ſaltem religionis cultum ſemper adhibuiſſe compertæ ſint: Quoniam, omnibus cognitio eſſendi Deum naturaliter inſerta eſt.*

8 *Expreſsè verò, id etiam omnes ethnicorum affirmant, & docent Philoſophi, vt inter Indos, Brogmanes; inter Perſas, Magi; inter Ægyptios maximè Triſmegiſtus; deindè communiter Pythagorici, Stoici, Academici, & Peripatetici: & inter Poetas Orpheus, Homerus, Heſiodus, Pherecides, Pindarus, cæterique omnes.*

9 *Epicurus autem, etſi rerum humanarum docendo Deum non habere curam; religione, Deique timore animos hominum liberaſſe putaret: preces tamen, venerationem, diuinumque cultum minimè ſuſtulit, cùm teſte Laertio, Librum de pietate erga Deos ſcripſerit; ex quo Tullius acriter ipſum mordet.*

10 *Altera verò ratio, eoſdem ad conuincendos, ex eo ducitur, quòd ſi quæcunque in mundo fiunt, & aguntur, habent qui eis præſint, eaque perficiant; quare ſolus mundus ſuo adminiſtratore vniuerſale carebit? Eo vel maximè cùm vniuerſus hic mundus, vna Ciuitas communis Deorum (vt ſcripſit Tullius) atque hominum exiſtimanda ſit.*

11 *Amplius per cuncta ferè creata, oſtenditur præfata veritas; adeò vt ipſe Philoſophus Peripateticorum Princeps, reiectis antiquorum erroribus, ex eorum motibus, primum,*

quæſt.93.artic.4.dub.1.num.9.Nugnius in addit. quæſt.11. artic.1. diffic.poſt concluſ. verſ. tertia ratio, & communiter alij. Cùm autem Medici corporales, à iure pariter non eximantur naturæ, eorum taciturnitatem idcircò iureiurando etiam adſtrinxit Hippocrates. nam ſecùs, ea quæ fidei concredita celanda eſſent ægrotorum vitia, cuiquam exoterico effutirent; atque ita iuſtitiam offenderent, & ad reſtituendum pro iactura forent obligati. *Bonacin.loco cit. num.4.*

Tertiò demum, & vltimò, hoc Medicis obſeruandum exhibetur præceptum,
17 videlicet, vt vitam, & artem ſynceram, incorruptamque retineant. Ars quidem medica admodum difficilis ſapientibus ſemper viſa fuit, vtpotè quam proſequi vix poſſumus ſine aliarum ſcientiarum, & artium cognitione. Proindè Hieronymus Monteus *in eo libro, cui titulus eſt, de his, quæ ad rationalis Medici diſciplinam, munus, laudes, conſilia, & præmia pertinent*, Ampliſſimè oſtendit, Medicinam, omnes Philoſophiæ partes, Grammaticam, Hiſtoriarum cognitionem, Poeticam, Logicam, Rhetoricam, Mathematicam, Arithmeticam, Geometriam, Coſmographiam, Geographiam, Topographiam, Muſicam, Aſtronomiam, Phyſicam, & Metaphyſicam, noſſe debere. Vnde Homerus *lib.11.Iliad.* Medici dignitatem exprimens, ait:

Medicus enim vir multis æquabilis alijs.

Et lib.4.Odiſſeæ.

Medicus autem quilibet ſciens ſupra omnes Homines ———

Quin, & Hippocrates ipſe, ob difficultatem artis, *in quadam ad Democritum epiſtola;* aſſerit: Neminem penitus Medicinam noviſſe; Nec ego: (inquit) ad ſummam artis Medicæ perueni, quamuis ſenex iam ſim, nec ipſe huius artis inuentor Æſculapius; nam & ipſe in multis recantauit. Quamobrem veteres, ipſius Æſculapij ſimulachro, baculum nodoſum, ſerpenteque apponebant inuolutum, quem Ouidius 15. *Metamor.* agreſtem vocat, qui quidem artis difficultatem notat, Medicoſque oportere, ſerpentis ad inſtar vigilantiſſimos, & oculatiſſimos eſſe, adeò vt morborum principia, momenta, fineſque prænoſcere valeant, optimè indicat, vt tradit Tiraquell. *de nobilit. cap.31, num.20.*

Hanc autem ſimul cum vita, ſynceram incorruptamque Medici retinebunt ar-
18 tem, languentibus atque opportunam ſuppeditabunt opem, nec non pro viribus, ingenioque neceſſarijs vtentur, ſi eam potiſſimum noſcant obligationem, quæ ex iuſtitia, eorumque pullulat officio: nam Medicus graduatus, & conductus, tenetur ex iuſtitia ſecundùm communem artem exhibere diligentiam, vt corpus ægrotum ad priſtinam reuocet ſanitatem. *Pereyra de republic. lit.lib.8.quæſt.5.num.1516.* Quare ſupponendus eſt in primis, medicæ artis requiſita peritia ſufficienter inſtructus, adeò vt grauiſſimè offendat, ſi temerè curare auocat; Medico enim imputatur, ſi quid per eius imperitiam ægroto contingat. *Gloſſ. diligentiam. in cap. tua nos, §.fin. de homicid.* tenetúrque actione in factum, inquantum religioni iudicantis videbitur æquum. *Gloſſ.1. in Reg. non eſt ſine*
19 *culpa 19.de reg. iur. in 6.* Vt autem peritus cenſeatur, hæc attendenda ſunt; videlicet ſi pro morborum diuerſitate, varias adhibeat medicinas. *c.cùm conſtitueretur 25. diſtinct. 50.* Imperiti enim Medici, omnium oculos vno curant collyrio. *cap. neceſsè diſtinct. 29.* Deindè ſi contraria infirmitati applicet medicamenta, tunc quidem interficeret, non ſanaret. *c.abſit.26. diſtinct. 50.* Quarè certò relicto pharmaco, probabile prohibetur aſſumere. *Azzorius tom.1. lib.2.cap.17.quæſt.11. & Vaſquez.1.2. quæſt 9.artic 6 diſput 64.cap.4.num.23.* Nec minus licet illud eligere, de quo hæſitat dubio negatiuo. *Nauarr.in ſum.cap.25. n.61. & Sanchez.lib.1.decol cap.9. num.38.* Sicut, & in dubijs, nequaquam opinionem ſequi debet probabilem, probabiliori profeſſorum reiecta. *Sot.3. de iuſtit. quæſt.6 artic.5. ad 4. Sanch dicto cap 9. num.41. & Suarez 1.2 diſput.12.ſectione 6.* Demum ex cha-
20 ritate tenetur, quam maximè ſpirituali conſulere ſanitati; itaque, iure diuino naturali attento, Medicus quilibet, mortis inſpecto imminentis periculo, de ipſo, vel per ſe, vel alio interpoſito, certiorem reddere tenetur ægrotum, dummodò hoc illi opinetur profuturum; ſin autem, minimè *Sanch.lib.3.decol.cap.16.num.1.* Attento verò eccleſiaſtico iure, arctiùs obligatur: nam Innocentius III. *cap. cùm infirmitas de pœnitent. & remiſſio.* Medicis diſtrictè præcipit, vt antè omnia, de ſacramentali infirmum moneant confeſſione. Quod Decretum, anno 1566. denuò ſuſcitans B. Pius V. *Bulla, quæ incipit ſupra gregem dominicum.* addit, Ne Medici, tertium vltra diem, ægrotum viſitent, niſi tamen cum deſerendo, in probabili mortis periculo conſtituatur, vel graue ſubeat damnum. *Sanch. citatus toto cap.16. & alij apud Pereyram, vt ſupra. num. 1529.* Inſuper Academijs, Collegijſque mandat, vt cùm alicui medendi facultatem tribuunt, aut ad gradum Doctoratus promouent, hæc exigant ſeruandi iuramentum. Qua-

Digitized by Google

re Medici ad prædicta tenentur ſub mortali, eò vel maximè, quia Innocentius III. transgreſſores iubet, ab Eccleſiæ arceri ingreſſu; & perpetuam infamiam, gradus amotionem, Medicorum à cætu turpem eiectionem; & pecuniariam pœnam Ordinarij B. Pius V. imponit taxandam arbitrio ſuper his etiam extat Bulla, ab Innocentio XI. nouiſſimè emanata.

CAPVT XIII.

Naturales Philoſophi, abſconditos naturæ latè noſcent effectus, ſi in ſecundis, & proximis cauſis; primam, & remotam non negent eos operari; quinimmo permulta quoque concedant ſupernaturaliter agere.

SVMMARIVM.

1 *Medicina ipſa, Philoſophia eſt, aut ſaltem vtraque ſorores, cùm illa corporis, hæc verò animæ medeatur languoribus. Propterea optimus Medicus idem eſt, ac Philoſophus, vtpotè etiam animæ curam quodammodò gerens. Cæteris nihilominùs paribus, cum illa Philoſophiæ parte, quæ naturalis communiter dicitur, maiorem affinitatem habet: nam vbi deſinunt prima principia naturalis Philoſophiæ, incipiunt principia Medicinæ.*

2 *Herophilus Chalcedonius, empiricos idcircò damnabat Medicos, quia non phyſica methodo, ſed tantùm ægrotos experientia curabant. Doctos quippè requirebat auditores, & in phyſicis verſatiſſimos. Vndè Galenus, & inter neotericos Conradus Geſnerus, eſto damnatæ memoriæ, atque olij ad philoſophicum ſtudium priuſquam Medicinæ incumberent ſe contulerunt. Quare relicta morali philoſophia, quæ idem cum ciuili cenſetur, de naturali tantùm in præſenti agitur.*

3 *Natura, eſtò patens, & omnibus communis ſit, in ſuis tamen operationibus agit interiori motu, nobiſque occultiſſimo; quare mammoſum, illius veteres Simulachrum formabant; quaſi ex occultis meatibus lactis ad inſtar prodant naturales effectus, quorum nonnullos recitat D. Auguſtinus.*

4 *Horum autem latens cauſa nulla aſſignatur à Philoſophis præter naturam ipſam, quia in his creatis cauſas tantummodò proximas, ſuis naturaliter colligatas effectibus principaliter conſiderant, de ipſis tradentes quia ſunt, minimè verò propter quid ſunt. Qui meritò reprehenduntur, quoniam ſuperiorem non aſſignando cauſam, Voluntatem, ſcilicet Dei; plura potiùs opinantur, quàm ſciant.*

5 *Chriſtiani propterea naturales Philoſophi, etſi primam in cunctis creans, operantem cauſam fortaſſe non videant, eam tamen negare non præſumant: nam ſi Deus propter noſtræ mentis infirmitatem non omninò patet, valdè tamen impium eſt, ipſum aſtruere non extare, & vbique veluti primum mouens ad ſtuporem non operari.*

6 *Diuinitas de humano arbitratu non ita penſitetur, vt ſi homini non placuerit Deus non ſit. Quarè Tiberius Cæſar, de recipienda Diuinitate Chriſti, etiam renuente Senatu, in ſententia meritò permanſit: nam ſuperiora minimè ab humanis, & inferioribus dependent legibus, ſed inferiora ipſa dirigunt, ordinantque mouent, quemadmodùm aptiſſimo exemplo oſtendit D. Auguſtinus.*

7 *Primam operantem negantes cauſam, duabus apertè conuincuntur rationibus, quarum vna eſt, quod omnes nationes eam extare fatentur etiam barbaræ, ac feræ illæ gentes, quæ more pecudum in ſyluis, & antris viuere reperta ſunt, cùm aliquem ſaltem religionis cultum ſemper adhibuiſſe comperta ſint: Quoniam, omnibus cognitio eſſendi Deum naturaliter inſerta eſt.*

8 *Expreſsè verò, id etiam omnes ethnicorum affirmant, & docent Philoſophi, vt inter Indos, Brogmanes; inter Perſas, Magi; inter Ægyptios maximè Triſmegiſtus; deindè communiter Pythagorici, Stoici, Academici, & Peripatetici: & inter Poetas Orpheus, Homerus, Heſiodus, Pherecides, Pindarus, cæterique omnes.*

9 *Epicurus autem, etſi rerum humanarum docendo Deum non habere curam; religione, Deique timore animos hominum liberaſſe putaret; preces tamen, venerationem, diuinumque cultum minimè ſuſtulit, cùm teſte Laertio, Librum de pietate erga Deos ſcripſerit; ex quo Tullius acriter ipſum mordet.*

10 *Altera verò ratio, eoſdem ad conuincendos, ex eo ducitur, quòd ſi quæcunque in mundo fiunt, & aguntur, habent, qui eis præſint, eaque perficiant; quare ſolus mundus ſuo adminiſtratore vniuerſale carebit? Eo vel maximè cùm vniuerſus hic mundus, vna Ciuitas communis Deorum (vt ſcripſit Tullius) atque hominum exiſtimanda ſit.*

11 *Amplius per cuncta ferè creata, oſtenditur præfata veritas; adeò vt ipſe Philoſophus Peripateticorum Princeps, reiectis antiquorum erroribus, ex eorum motibus, primum,*

quæſt.93.artic.4.dub.1.num.9.Nugnius in addit. quæſt.11. artic.1. diffic.poſt concluſ. verſ. tertia ratio, & communiter alij. Cùm autem Medici corporales, à iure pariter non eximantur naturæ, eorum taciturnitatem idcircò iureiurando etiam adſtrinxit Hippocrates. nam ſecùs, ea quæ fidei concredita celanda eſſent ægrotorum vitia, cuiquam exoterico effutirent; atque ita iuſtitiam offenderent, & ad reſtituendum pro iactura forent obligati. *Bonacin.loco cit. num.4.*

Tertiò demum, & vltimò, hoc Medicis obſeruandum exhibetur præceptum,
17 videlicet, vt vitam, & artem ſynceram, incorruptamque retineant. Ars quidem medica admodum difficilis ſapientibus ſemper viſa fuit, vtpotè quam proſequi vix poſſumus ſine aliarum ſcientiarum, & artium cognitione. Proindè Hieronymus Montuus *in eo libro, cui titulus eſt, de his, quæ ad rationalis Medici diſciplinam, munus, laudes, conſilia, & præmia pertinent*, Ampliſſimè oſtendit, Medicinam, omnes Philoſophiæ partes, Grammaticam, Hiſtoriarum cognitionem, Poeticam, Logicam, Rhetoricam, Mathematicam, Arithmeticam, Geometriam, Coſmographiam, Geographiam, Topographiam, Muſicam, Aſtronomiam, Phyſicam, & Metaphyſicam, noſſe debere. Vnde Homerus *lib.11.Iliad.* Medici dignitatem exprimens, ait:

Medicus enim vir multis æquabilis alijs.

Et lib.4.Odiſſeæ.

Medicus autem quilibet ſciens ſupra omnes Homines ——

Quin, & Hippocrates ipſe, ob difficultatem artis, *in quadam ad Democritum epiſtola*, aſſerit: Neminem penitus Medicinam noviſſe; Nec ego (inquit) ad ſummam artis Medicæ perueni, quamuis ſenex iam ſim, nec ipſe huius artis inuentor Æſculapius; nam & ipſe in multis recantauit. Quamobrem veteres, ipſius Æſculapij ſimulachro, baculum nodoſum, ſerpenteque apponebant inuolutum, quem Ouidius 15. *Metamor.* agreſtem vocat, qui quidem artis difficultatem notat, Medicoſque oportere, ſerpentis ad inſtar vigilantiſſimos, & oculatiſſimos eſſe, adeò vt morborum principia, momenta, fineſque prænoſcere valeant, optimè indicat, vt tradit Tiraquell. *de nobilit. cap.31, num.20.*

Hanc autem ſimul cum vita, ſynceram incorruptamque Medici retinebunt ar-
18 tem, languentibus atque opportunam ſuppeditabunt opem, nec non pro viribus, ingenioque neceſſariis vtentur, ſi eam potiſſimum noſcant obligationem, quæ ex iuſtitia, eorumque pullulat officio: nam Medicus graduatus, & conductus, tenetur ex iuſtitia ſecundùm communem artem exhibere diligentiam, vt corpus ægrotum ad priſtinam reuocet ſanitatem. *Pereyra de republic. lit.lib.8.quæſt.5.num.*1516. Quare ſupponendus eſt in primis, medicæ artis requiſita peritia ſufficienter inſtructus, adeò vt grauiſſimè offendat, ſi temerè curare audeat; Medico enim imputatur, ſi quid per eius imperitiam ægroto contingat. *Gloſſ. diligentiam. in cap. tua nos. §.fin. de homicid.* tenetúrque actione in factum, inquantum religioni iudicantis videbitur æquum. *Gloſſ.1. in Reg. non eſt ſine*
19 *culpa 19.de reg. iur. in 6.* Vt autem peritus cenſeatur, hæc attendenda ſunt; videlicet ſi pro morborum diuerſitate, varias adhibeat medicinas. *c.cùm conſtitueretur 25. diſtinct. 50.* Imperiti enim Medici, omnium oculos vno curant collyrio. *cap. neceſſè diſtinct. 29.* Deindè ſi contraria infirmitati applicet medicamenta, tunc quidem interficeret, non ſanaret. *c.abſit.26, diſtinct.50.* Quarè certò relicto pharmaco, probabile prohibetur aſſumere. *Azzorius tom.1. lib.2.cap.17.quæſt.11. & Vaſquez.1.2. quæſt. 9.artic.6 diſput.64.cap.4.num.23.* Nec minus licet illud eligere, de quo hæſitat dubio negatiuo. *Nauarr.in ſum.cap.25. n.61. & Sanchez.lib.1.decol.cap.9. num.38.* Sicut, & in dubijs, nequaquam opinionem ſequi debet probabilem, probabiliori profeſſorum reiecta. *Sot.3. de iuſtit. quæſt.6 artic.5. ad 4. Sanch dicto cap 9. num.41. & Suarez.1.2 diſput.12.ſectione 6.* Demum ex cha-
20 ritate tenetur, quam maximè ſpirituali conſulere ſanitati; itaque, iure diuino naturali attento, Medicus quilibet, mortis inſpecto imminentis periculo, de ipſo, vel per ſe, vel alio interpoſito, certiorem reddere tenetur ægrotum, dummodò hoc illi opinetur profuturum; ſin autem, minimè *Sanch.lib.3.decol.cap.16.num.1.* Attento verò eccleſiaſtico iure, arctiùs obligatur: nam Innocentius III. *cap. cùm infirmitas de pænitent. & remiſſio.* Medicis diſtrictè præcipit, vt antè omnia, de ſacramentali infirmum moneant confeſſione. Quod Decretum, anno 1566. denuò ſuſcitans B. Pius V. *Bulla, quæ incipit ſupra gregem dominicum.* addit, Ne Medici, tertium vltra diem, ægrotum viſitent, niſi tamen cum deſerendo, in probabili mortis periculo conſtituatur, vel graue ſubeat damnum. *Sanch. citatus toto cap.16. & alij apud Pereyram, vt ſupra. num.* 1529. Inſuper Academijs, Collegijſque mandat, vt cùm alicui medendi facultatem tribuunt, aut ad gradum Doctoratus promouent, hæc exigant ſeruandi iuramentum. Qua-

re

re Medici ad prædicta tenentur ſub mortali, eò vel maximè, quia Innocentius III. transgreſſores iubet, ab Eccleſiæ arceri ingreſſu; & perpetuam infamiam, gradus amotionem, Medicorum à cætu turpem eiectionem; & pecuniariam pœnam Ordinarij B. Pius V. imponit taxandam arbitrio ſuper his etiam extat Bulla, ab Innocentio XI. nouiſſimè emanata.

CAPVT XIII.

Naturales Philoſophi, abſconditos naturæ latè noſcent effectus, ſi in ſecundis, & proximis cauſis; primam, & remotam non negent eos operari; quinimmo permulta quoque concedant ſupernaturaliter agere.

SVMMARIVM.

1 *Medicina ipſa, Philoſophia eſt, aut ſaltem vtraque ſorores, cùm illa corporis, hæc verò animæ medeatur languoribus. Propterea optimus Medicus idem eſt, ac Philoſophus, vtpotè etiam animæ curam quodammodò gerens. Cæteris nihilominùs paribus, cum illa Philoſophiæ parte, quæ naturalis communiter dicitur, maiorem affinitatem habet: nam vbi deſinunt prima principia naturalis Philoſophiæ, incipiunt principia Medicinæ.*

2 *Herophilus Chalcedonius, empiricos idcircò damnabat Medicos, quia non phyſica methodo, ſed tantùm ægrotos experientia curabant. Doctes quippè, requirebat auditores, & in phyſicis verſatiſſimos. Vndè Galenus, & inter neotericos Conradus Geſnerus, eſto damnatæ memoriæ, atque alij ad philoſophicum ſtudium priuſquam Medicinæ incumberent ſe contulerunt. Quare relicta morali philoſophia, quæ idem cum ciuili cenſetur, de naturali tantùm in præſenti agitur.*

3 *Natura, eſtò patens, & omnibus communis ſit, in ſuis tamen operationibus agit interiori motu, nobiſque occultiſſimo; quare mammoſum, illius veteres Simulachrum formabant; quaſi ex occultis meatibus lactis ad inſtar prodant naturales effectus, quorum nonnullos recitat D. Auguſtinus.*

4 *Horum autem latens cauſa nulla aſſignatur à Philoſophis præter naturam ipſam, quia in his creatis cauſas tantummodò proximas, ſuis naturaliter colligatas effectibus principaliter conſiderant, de ipſis tradentes quia ſunt, minimè verò propter quid ſunt. Qui meritò reprehenduntur, quoniam ſuperiorem non aſſignando cauſam, Voluntatem, ſcilicet Dei, plura potiùs opinantur, quàm ſciant.*

5 *Chriſtiani propterea naturales Philoſophi, etſi primam in cunctis creatis, operantem cauſam fortaſſe non videant, eam tamen negare non præſumant: nam ſi Deus propter noſtræ mentis infirmitatem non omninò patet, valdè tamen impium eſt, ipſum aſtruere non extare, & vbique veluti primum mouens ad ſtuporem non operari.*

6 *Diuinitas de humano arbitratu non ita penſitetur, vt ſi homini non placuerit Deus non ſit. Quarè Tiberius Cæſar, de recipienda Diuinitate Chriſti, etiam renuente Senatu, in ſententia meritò permanſit: nam ſuperiora minimè ab humanis, & inferioribus dependent legibus, ſed inferiora ipſa dirigunt, ordinatèque mouent, quemadmodùm aptiſſimo exemplo oſtendit D. Auguſtinus.*

7 *Primam operantem negantes cauſam, duabus apertè conuincuntur rationibus, quarum vna eſt, quod omnes nationes eam extare fatentur etiam barbaræ, ac feræ illæ gentes, quæ more pecudum in ſyluis, & antris viuere repertæ ſunt, cùm aliquem ſaltem religionis cultum ſemper adhibuiſſe compertæ ſint: Quoniam, omnibus cognitio eſſendi Deum naturaliter inſerta eſt.*

8 *Expreſsè verò, id etiam omnes ethnicorum affirmant, & docent Philoſophi, vt inter Indos, Brugmanes; inter Perſas, Magi; inter Ægyptios maximè Triſmegiſtus; deindè communiter Pythagorici, Stoici, Academici, & Peripatetici: & inter Poetas Orpheus, Homerus, Heſiodus, Pherecides, Pindarus, cæterique omnes.*

9 *Epicurus autem, etſi rerum humanarum docendo Deum non habere curam; religione, Deique timore animos hominum liberaſſe putaret; preces tamen, venerationem, diuinumque cultum minimè ſuſtulit, cùm teſte Laertio, Librum de pietate erga Deos ſcripſerit; ex quo Tullius acriter ipſum mordet.*

10 *Altera verò ratio, eoſdem ad conuincendos, ex eo ducitur, quòd ſi quæcunque in mundo fiunt, & aguntur, habent, qui eis præſint, eaque perficiant; quare ſolus mundus ſuo adminiſtratore vniuerſale carebit? Eo vel maximè cùm vniuerſus hic mundus, vna Ciuitas communis Deorum (vt ſcripſit Tullius) atque hominum exiſtimanda ſit.*

11 *Amplius per cuncta ferè creata, oſtenditur præfata veritas; adeò vt ipſe Philoſophus Peripateticorum Princeps, reiectis antiquorum erroribus, ex eorum motibus, primum,*

„ ſui, vitijs perdiderunt; & quia fæminam
„ exuerunt, damnatæ ſunt morbis virilibus.
Diocles proinde Cariſtius, Praxagoras
Cous, Cryſippus Guidius, Herophilus
Bacchius, Eraſiſtratus Chius, Serapion
Alexandrinus, Apollonius Glaucias, He-
raclides Tarentinus, Philinus Cous, Agron
Athenienſis, Aſclepiades Pruſienſis, The-
miſon Laudiceus, Dioſcorides Cilix, An-
tonius Muſa, Caius Valgius, Caſſius Fę-
lix, Chaſpitanus, Albutius, Rubrius,
Quintus Stertinius, Vectius Valens, atque
alij apud Tiraquell. *de nobil. cap 31. à n. 51. ad 72.* varijs in diem ſuccedentibus mor-
bis, artem medicam ad Galeni vſque tem-
pora, nobis auctam mirificè prodierunt.
Deinceps verò, hac in facultate, adeò
creuit Scriptorum caterua, vt Vander
Linder, qui eos patefecit elencho, lan-
guorum copiam ferè ſuperauerit.
Eius item circa quam verſatur materia,
4 nobiliſſima eſt, cùm Medicina ita corpo-
ris curam gerat, vt animum neutiquam
negligat: animato enim, ac rationis par-
ticipi corpori metam, ad quam ſe dirige-
re valeat, exhibet ad ſtuporem. Quando-
quidem certum eſt, corporale vitium vſq;
ad animam pertingere poſſe. *Vlpianus l. 1. §. apud iulianum ff. de adi. edict. & l. ob qua vitia in princ. eod. tit.* Ideoque apud Gellium
lib. 17. *cap.* 15. legimus Carneadem ſcri-
pturum aduerſus Xenonem, ſuperiora
corporis helleboro purgauiſſe, ne quid ex
corruptis in ſtomacho humoribus ad do-
micilia vſque animi redundaret, & inſtan-
tiam, vigoremque mentis labefactaret.
Id, quod antea quoque notauerat Plinius
lib. 25. *cap.* 5. & Valerius Maximus *lib.* 8.
cap. 7. vbi tamen id dicit, eum feciſſe cum
Chriſippo diſputaturum: nam, & alias
herbas ad animum, & mores, multam
vim tradit habere Theophraſtus *lib. 9. de hiſt. plantarum cap.* 21. Cæterum Plato nar-
rat in Cratylo: purgationem, & pharma-
ca Medicorum, hoc vnum intendere,
purum hominem, & corpore, & anima
reddere. Et Galenus *lib. de Theriaca ad Piſonem* ſcribit nouiſſe ſe, Theriacam non
eſſe inefficacem ad animi prudentiam,
acrimoniamque: ſenſus enim validè, vt
ſuo munere fungantur, efficere, men-
temque vaporibus liberatam, ſubtiliorem
5 reddere. Et licet ex qua petitur Medicina
ſordeſcat aliquando materia, vt ſcilicet
dùm Medici ex ſuæ artis præſcripto, ho-
minum vtuntur ſtercore, canum, & hy-
rundinum ad eum morbum, quem di-
cunt Anginam, vt ſcribunt Galenus, Me-
ſue, Auicenna, & alij. *quo loco de ægritudinibus gutturis differunt.* Stercore gallinarum
ad venena per vomitum educenda, vt tra-
dit Petrus Apon *libello de venenis cap.* 4. Se-
mine virili, fæminarum menſtruis; ſudo-
ris, & aurium ſordibus, ſputo, vrina, fæ-
cibus alijſque fædiſſimis ad morbos quoſ-
dam curandos, vt docet Galen. *lib. de ſimplic. medicamen. cap.* 1. 8. 9. 10. 12. & 13.
compenſantur hæc tamen, pretioſa quæ-
que non tantùm, vt aurum, argentum,
gemmas, & id genus cuncta, hominum
applicando indigentijs, verùm etiam ho-
neſtiſſimi finis oſtendendo præſtantiam:
Finis nanque bonitas adeò redundat in
media vt eſto aliàs viliſſima, aut ſaltem
contemptibilia, valdè nobilitet, & coho-
neſtet. *D. Tho. 1. ethic. lect. 9. 1. par. q. 5. art. 6. ad 2. & q. 24. de verit. à 6.*
Equidem ſanitas, vtpotè Medicinæ fi-
6 nis, & intentio, 1. *ethic. cap.* 1. bonum
æque, ac qua fruimur vita cenſetur iucun-
dum, quin tot affecta languoribus, etiam
Iucundius ipſa: quandoquidem, diù in-
firmam, & ægram ducere vitam, mini-
„ mè viuere eſt, ſed lentè mori: Ipſe enim
„ quotidianus defectus corruptionis (vt *Ho-*
„ *mil. 37. in Euang.* Sanctus loquitur Grego-
„ rius) quid eſt aliud, quàm quædam pro-
„ lixitas mortis. Adſint proinde commoda,
diuitiarum perennis abundet copia; ſani-
tate parum, nihilue proderunt carenti.
Optima nanque, quolibet theſauro licet
ingenti opimior eſt valetudo: quare Flac-
cus ad Iccium, 1. *epiſt.* 12. feſtiuiſſimè
ſcribit.

Si ventri benè, ſi lateri eſt, pedibuſq; tuis: nil
Diuitiæ poterunt regales addere maius.

Fælicitatem idcircò non quidem abs re
in ipſa ponebant nonnulli, vt Metrodoro
præ cæteris adſcripſit Tullius *offic.* 3. *Tuſcul.* 2. & 5. Quàm, ni fallor, ſententiam
propè modum etiam expreſſiſſe videtur
Titus Lucretius, *lib. 2. de rerum natura in princ.* dum cecinit.

——— ——— ——— Nonne videtis
Nil aliud ſibi naturam latrare, niſi vt cum
Corpore ſeiunctus dolor abſit, mente fruatur
Iucundo ſenſu, cura ſemota, metuque?

Quòd ſi eam non putaret ſupremam, &
vltimam hominum eſſe fælicitatem rem
acu attingeret, & in errorem tam enor-
miter non eſſet prolapſus. Vnde Tullius,
qui (teſte Plutarcho *in Cicerone*) ita fuit
in corporis cura curioſus, & nimius, vt
ad certum numerum frictionibus, & am-
bulationibus vteretur, gratis ipſum repre-
henderet, niſi more pecudum, humanam
totam beatitudinem ſtatuiſſet in ſenſu.
Inquit enim *lib. 3. officiorum ſect. 75. nu.* 116.
„ Nam ſi non modò vtilitas, ſed vita omnis
„ beata, corporis firma conſtitutione (vt à
„ Metrodoro ſcriptum eſt) contineretur,
„ certè hæc vtilitas, & quidem ſumma (ſic
enim

„ enim cenſent) cum honeſtate pugnabit.
„ Et 2. *Tuſcul. ſect.* 178. *num.* 17. Metrodorus
„ quidem, cum perfectè putat beatum, cui
„ corpus benè conſtitutum ſit, & explora-
„ tum ita ſemper fore. Denique 5. *Tuſcul.*
„ *ſect.* 233. *num.* 27. Tu verò Metrodore, qui
„ omne bonum in viſceribus, medulliſque
„ condideris, & definieris ſummum bonum
„ firma corporis affectione, explorataque
„ ſpe contineri: fortunæ aditus interclusiſti?
Quomodo? Iſto enim bono iam expolia-
7 ri potes. Hac igitur purgata hæreſi, bo-
nam valetudinem fore plurimum expe-
tendam, Athenienſium non tantùm ſua-
ſit apud Ariſtophanem *in auibus*, obſole-
tus vſus, qui dum à Dijs ſibi precantes
bòna, hæc præcinebant:

Vt detis Nephelecoccygienſibus
Bonam valetudinem, & incolumitatem,
Ipſis, & Chijs.

Verùm etiam Græcorum omnium, qui
áliquando territi malis, apud Alex. ab
Alexandro *lib.* 5 *genial. cap.* 26. hoc inter
vota, preceſque carmen ſupplices vociſe-
rabant.

Beatorum antiquiſſima ſanitas, in omni tem-
pore tecum ſim..

Hæc autem omnia Medicina mirificè
præſtat, & confert, quia abſque ea valdè
ſanitas periclitatur, *l. quum antiquas poſt
princ. C. de teſtamentis.* Indeque *variar. lib.* 6.
„ ſcribit Caſſiodorus: Inter vtiliſſimas res,
„ quas ad ſuſtentandum humanæ fragilita-
„ tis indigentiam diuina tribuit natura, præ-
„ ſtare videtur aliquod ſimile, quod poteſt
„ auxiliatrix Medicina conferre. Ipſa enim,
„ morbo periclitantibus, materna gratia
„ ſemper aſſiſtit: ipſa contra dolores pro
„ noſtra imbecillitate confligit, & ibi nos
„ nititur defendere, vbi nullæ diuitiæ, nul-
„ la dignitas poteſt ſubuenire. Qua de cau-
ſa, cæleſtes Angeli, Sancti Viri, Pontifi-
ces Summi, Imperatores, Reges, ac Du-
ces, cæterique alij ex Procerum albo, vt
latè tradit Tiraquell. *de nobil. cap.* 31. *à n.* 81.
ad 287. hanc tradere, & præcellentiſſi-
mam exercere artem, minime ſunt dedi-
gnati.

Quia verò Medicina tam variabilis, &
8 inſtabilis eſt, vt Nullam artium inconſtan-
tiorem ipſa fuiſſe, & etiamnum ſæpius
„ mutari, cum ſit fructuoſior nulla *lib.* 29.
„ *cap.* 1. teſtatus ſit Plinius: ſtatis niſi aliquan-
do regulis, monitiſque, ſui coerceantur
aſſeclæ, illud profectò Baptiſtæ Mantuani
eglog. 6. licebit recantare dicterium,

His, & ſi tenebras palpant, eſt facta poteſtas
Excruciandi ægros, hominesque impunè ne-
candi.

Diſcunt enim periculis noſtris, & expe-
rimenta per mortes agunt. Nec dubium
eſt (ſubdit Plin. *loc. citat.*) omnes iſtos, fa-
mam, nouitate aliqua aucupantes, animas
ſtatim noſtras negociari. Vtinam ergo
eam præſtarent Medici ſanctimoniam,
quam eorum Hippocrates Sacramento,
verbis ſolemnibus concepto exegit ab ip-
ſis, vt videlicet; Eam artem ſine auaritia
exercerent: In curandis ægrotis pro viri-
bus, & ingenio, neceſſarijs vterentur re-
bus: Nemini ægritudinem differrent: Ni-
hil per iniuriam facerent. Nec tamen
rogati, aut ſponte veneficam potionem
darent, aut dandam conſulerent. Vitam,
atque artem puram, & integram ſerua-
rent. Quamcunque domum ingreſſi fue-
rint, liberandis duntaxat ægrotis operam
darent. Omnem iniuriam, omnem cor-
ruptelam, omne genus turpitudinis, res
etiam venereas, ſponte ſua euitarent. Et
quæ reticenda eſſe intelligerent, nemini
patefacerent, ſed intemeratam taciturni-
tatem ſeruarent. Ex quibus tamen omni-
bus, tria capitalia duntaxat, vt artis deco-
rem, & innocentiam ſeruent, præcepta
Medicis proponenda deſumam. Primum,
vt auaritiæ caueant; tunc enim ægritudi-
nes non diſtrahent, nec venenum rogati
propinabunt. Secundum verò, vt nemi-
ni inferant iniuriam; hoc profectò ſectan-
do, Venerem abdicabunt, ac reticenda
tacebunt. Tertium denique eſt, vt vi-
tam, & artem ſynceram, incorruptam-
que retineant, quod ſi ſatis complene-
rint, vtique languentibus opportunam
ſuppeditabunt opem, & pro viribus, in-
genioque neceſſarijs vtentur.

Auaritia ſanè (vt aliquid de priori ex-
ponamus præcepto). Eſt libido profunda
9 (inquit Sanctus Zeno. *ſerm.* 3 *sit. einſd.*) cu-
„ piditas cæca, tempeſtas inſana, rapacitas
„ ſine fine, ſollicitudo ſine requie, ad ſua
„ nunquam perueniens vota, quia ſatiari
„ non nouit: fidem frangit, charitatem ne-
„ gligit, iuſtitiam negat, non cognoſcit af-
„ fectus, iura diuina contemnit, humana
„ verſutis argumentis excludit, orbem to-
„ tum ſi poſſit, vt rapiat. Quare Apoſto-
„ lus 1. *Timoth* 6. apertè dixerat. Radix om-
„ nium malorum eſt cupiditas, quam qui-
„ dam appetentes errauerunt à fide, & in-
„ ſeruerunt ſe doloribus multis. Et diui-
nus vir Eucherius apud Euſebium Nie-
rembergum, *de arte voluntatis lib.* 6. *cap.* 27.
quandam eſſe ſocietatem etiam penè no-
minis duabus his rebus, Vitijs, & Diui-
tijs, ingenioſiſſimè quidem adnotauit.
Ægrè nanque ſine opibus gubernantur
vitia, quorum illæ velut manubria, &
capuli ſunt. Ferè aurum, omnium ma-
lorum, aut quæ facimus, aut patimur cau-
ſa eſt. Hinc Poeta *Æneid.* 3. Polymneſto-

ris Thraciæ Regis auaritiam redarguens,
ſic fatur.
Fas omne abrumpit; Polydorum obtruncat,
& auro
Vi potitur. Quid non mortalia pectora
cogis
Auri ſacra fames? ——————————
Siquidem Aurum, quod olim Balaac
Regis, plenis Nuncij geſtabant in mani-
bus, ad electum maledicendum populum,
Balaamum Prophetam, non ſemel inſti-
gauit. *numer.23.* Diuinum contra manda-
tum de anathemate. Iericho, vt aliquid
ſibi aſſumeret Acham ſeduxit. *Ioſue 7.*
Dalilæ, amicum Sampſonem, Philiſtæo-
rum ſubiugare potentiæ turpiter ſuaſit,
Iudic.16. Samuelis Filius iudicium, & iu-
ſtitiam peruertere fecit, *1.Reg.8.* Saulem
regno, vitaque priuauit. *1.Reg.15.* Inno-
centis Nabothi Achabum fœdauit homi-
cidio. *3.Reg.21.* Giezzi, immunda lepra
percuſſit. *2.Reg.5.* Filiorum, Filiarumque
ſuarum, ex Optimaribus, Proceribuſque
quoſdam mercatores conſtituit. *Nehem.5.*
Aduerſus Oniam, ſanctamque ciuitatem,
Regem concitauit Antiochum. *2 Mach.3.*
Iſcariothem, ex Apoſtolo in proditorem
conuertit. *Matth. 26.* Milites, dominici
ſepulchri cuſtodes mentiri docuit. *Matth.
28.* Ananiæ, & Saphiræ improuiſam intu-
lit mortem. *Actor.5.* Pythoniſſæ quæſtua-
rios, carceri, & verberibus mancipauit,
Actor.16. Ac tandem (ex ſacris literis vt po-
tè veriora, cætera deprompta, vt miſſa fa-
ciam) Præſidi ſucceſſori ſuo, Paulum re-
linquendum vinctum, impio, Felici, auri
cupido ſuggeſſit.
Hanc autem, vt abhorreant Medici cu-
piditatem, inopes, & ad ſoluendum ine-
10 ptos, gratis tenentur curare. *Cornel. Be-
nincaſ. de priuileg. paupert. 1. ſpec. in indic. à
num.15. Petr. Plat de delictis cap.26. numer.4.
verſic. ægrotos tamen pauperes. Mandoſ in praxi.
tit. de ingrat. cap.101. Tiraquell. de nobil t. cap.
29. à num.44.* vbi *num.45.* Immaculatam
Deiparam refert Marſilij Ficini patri, ce-
leberrimo Medico in ſomnis apparuiſſe,
eumque de tali pietate in egenos admo-
nuiſſe. Atque alij apud Barboſam *1. de-
cretal. de ætat. qualitat. & ordin. præficiend. cap.
ad aures 7. num.6.* Ex hoc tamen haud infe-
rendum videtur; egenos aliquam in aua-
ros Medicos obtinere actionem, ſed ad
ſummum, ſicut de eleemoſyna tradit
Gloſſ. *in. 20. in cap. ſicut. verbo, eſurientium 47.
diſtinct. & in cap. domino. verbo, neue 50. diſtinct.*
officio iudicis, negatam petere poſſe hu-
manitatem. *Tiraquell. de nobilit. loc. citat.
num.45.* qui multos allegat: Medici pro-
indè, id renuentes exequi, contra præce-
ptum in extrema ſuccurrendi conſtitutis
neceſſitate, grauiter agunt. *Armill. verbo
Medicus verſic. Sextò, ſi non medentur. num.1.*
11 Quòd ſi ampliùs, publico obligati ſtipen-
dio (hac tamen appoſita conditione: ne
ſcilicet ab ægrotis, mercedis aliquid reci-
piant) omnibus medendi indifferenter ſu-
ſceperint curam; nec petere, nec vltrò
delatum, licet à ditioribus, queunt obti-
nere præmium. *Auil. ad cap.1. prætor. in gloſſ.
num.8.* qui, ad *cap.54. prætorum in gloſſ. par-
tiere. num.4.* reſtringit ad eos, quibus abſ-
que Priorum expreſſa facultate exeundi
de Ciuitate, vel loco, penitus negatur
libertas. *Azeued. lib.8. num.2. tit.6. lib.3. nouæ
recopil.* & alij apud Barboſ. *loco ſuperiùs cita-
to. num.7.* Quibus tamen non obſtantibus,
poſt adeptam, & reſtitutam ſanitatem,
ab ipſis infirmis ſponte oblata, non pro-
hibentur munera ſibi aptare. *Altamirand. de
viſitat. verbo, etiam qualitercunque. num.24. at-
que alij apud Barboſ. loco citat.* Si verò, hac
oblatione, conditioneque ſublata, æger
prædiues, ſtipendia negauerit, non idcir-
cò ex auaritiæ impulſu, eum deſerere,
aut ſine medicamine debent permittere
mori, cùm vel ab ipſo, hæredibuſue, quod
iuſtum eſt, illis repetendi ſemper vigeat
poteſtas. *l. Pomponius. ff. de nego. geſti. & l.
ſticbus. ff. de pec. leg. apud Armillam loco citat.
num. 2.* Caueant potiùs, ne plus exigant,
quàm par eſt: ſiquidem maximè iuſtitiam
læderent, & auaritiæ fauerent. *Armilla, vt
ſupra num 3.*
At quia Medicina omnis, ſiue ſimplex,
ſiue compoſita, noxia eſt humano corpo-
12 ri, vt ſatiùs ſit ea abſtinere, quàm vti,
ipſis Medicis teſtibus. *Celſo. lib 5. in princip.
& lib.2. cap.12. Galen. lib.1. de ſanit. tuenda.
Plutarch. in lib. eiuſdem tit. Meſue lib.1. in-
tent. 2. ſum.1. cap.1. cano.2.* & præſertim, quæ
potui datur. *eodem Celſo lib.2. cap.12. in fin.
Galen. in commen. Hippocrat. lib.2. de ratione
victus in morb. acut. cap.11.* Ingens niſi mor-
bus periculum ſecum afferat, ægris non
tam facilè ipſam Medici curent applicare.
*Plato. in timæo. Plutarch. lib. de tuend. bona va-
let Arnald. Villanouanus in aphoriſmis, & alij.*
Eo vel maximè, ſi præconcepto ſibi lu-
crandi, aut pharmacopolis viciſſim iuuan-
di, id exigant inhoneſto fine: tunc enim
inutilium ob grauamen expenſarum, ſtu-
dioſamque morborum in longum pro-
tractionem, lethaliter delinquunt, ac re-
ſtituere tenentur. *S. Anton. par. 3. ſumm.
tit.7. & Armilla. verb. Medicus. num.3.* Sicut,
etſi D. Chryſoſtomus. *Homil.7. in gen.* & fe-
13 rè omnes doctores. *in l. quòd ſæpè. §. veneni
mali. ff. de contract. empt.* Medicos plurimùm
commendent, quòd ex mortiferis vene-
nis antidota, aliaque ſalubria conficiant
medicamenta: venenum tamen, vel ma-
le-

Digitized by Google

leſitij, exhibito pretio, aut vindictæ, odijque liuore meditato, hominibus propinare; non Medici quidem eſt, ſed Aſſaſſini, & Proditoris: Aſſaſſinus nanque eſt, qui pecunia, aut alio accepto pretio, vel promiſſo conductus, præuio mandato occidit homines. *Bartol. in l. non ſolùm, §. ſi mandato, ff. de iniur.* & communiter Doctores *in authen. ſed nouo iure. C. de ſeru. fug. & extra de homicid. cap. pro humani lib. 6.* Proditor verò, qui aliquem occidit ſiue fuſte, ſiue ferro, ſiue veneno, ſiue alia ratione, id non præuidentem. *Bonac. tom. 2. de prim. præcepto decal. diſput. 3. quæſt. 7 punct. 6. §. 3. num. 2.* Quare nec gaudere habent eccleſiaſtica immunitate. *Bonacin. loc. citat. & §. ſequent. ex conſtitut. Gregorij XIV.* qui alios allegat. An inſuper ob præfata motiua, inhoneſti ſcilicet lucri, vel implacabilis odij, Medici pharmacum, prægnanti pariter præbentes, vt indè fœtus animati ſequatur abortum, eccleſiaſtica gaudeant immunitate, adhuc penes Doctores eſt ſub iudice lis. *Bonacin. loc. citat. §. 3. num. 8.* Hoc autem indubitatum teneant, ſe grauiſſimè contra naturam peccare, nec non excommunicationem, & irregularitatem incurrere. *Armilla verbo aborſus. num. 1. Xiſtus V. in conſtit. quæ incipit. Effrenatam.* Quam confirmat Gregorius XIII. pœnæque corporali quoque ſubijci. *l. ſi quis aliquid §. qui abortionis ff. de pœnis.*

Præcipitur deindè Medicis iniurias offerre nemini, quarum maxima creditur,
14 quæ famam deturpat, rapit honorem. Multò nanque maior exiſtimationis, & famæ, quàm rei commodique, viro bono habenda ratio eſt: Vnde Flaccus *lib. 1. ſermon. Satyr. 2.*

Fama malum grauius, quam res trahit ——

Et Plautus *in Moſtellaria. Scena 3.*

Ego ſi bonam famam mihi ſeruaſſo, ſat ero diues.

Quarè meritò imperialibus ſancitum eſt legibus, Eos deligi Medicos, qui præter artem, apprimè morum polleant probitate. *l. 1. ff. de decre. ab ordi. faci.* Quinimmo (Soranus ſubdit Epheſius *in iſagoge*) ſi vnum de duobus defecerit, melius eſſe videtur eſſe bonum, quàm artificem perfectum mores habentem malos, & improbum eſſe. Modeſti ſiquidem mores, quod in arte deeſt, honeſtate repenſare videntur. Culpa autem morum, artem perfectam corrumpere, atque improbare poteſt. Cùm autem Medici, omnibus teneantur mederi, omniumque ingrediantur ædes, ſcrutentur occulta, quinetiam pudenda liberè contrectent, ab his maximè, abhorreant, quæ dedecoris, & infamiæ, alienum ſolent captare periculum. Omni hora (inquit Hippocrates 4. *claſſe lib. de Medico*) mulieribus, virginibus, & opibus maximi pretij Medici occurrunt: continenter igitur ad omnia hæc ſe habere oportet. Fœminæ idcircò, quarum honeſtas, integritaſque plurimum familiæ, ac domui fauet (dicitur enim *Eccleſ. 26.* Sicut Sol oriens mundo in altiſſimis Dei, ſic mulieris bonæ ſpecies in ornamentum domus eius) cautè adeo curent, vt impudicitiæ nulla, vel leuis indè oriatur ſuſpicio.

Iurè quidem inter ſpirituales, corporaleſque Medicos, opportunam quamplu-
15 rimi meditati ſunt analogiam, vt Hildebertus Cænomacenſis *Epiſt. 83.* Ioan. Climacus *lib. qui dicitur ſcala paradiſi*, atque alij, quæ licet geometricæ non ſit æqualitatis (quia, Noſtra ſpiritualis Medicina, corporea medendi ratione longè difficilior eſt, ac proindè præſtantior. *Nazianzenus orat. 1.*) arithmeticæ tamen attributionis, in hoc haud exiguam cenſetur conformitatem afferre, quòd ſcilicet, ad turpia, & inhoneſta, quos curare tenentur, non alliciant. Sic enim ſpiritualibus Medicis, talia peruersè tentantibus, ad corporales ſemper habita proportione, *Bulla, quæ incipit. vniuerſ. dominici gregis &c. in ordine 34. tom. 4. Bullar.* Gregorius XV. prohibet, dicens: Vt omnis peſtis ab ijs auertatur, quibus alios ſanandi officium eſt commiſſum. Et poſt pauca. Ne aliquis Sacerdos, ad ſacras audiendas confeſſiones deputatus, ſacroſancto pœnitentiæ Sacramento, ſollicitando pœnitentes ad turpia, abutatur, ac pro medicina venenum, pro pane aſpidem porrigat, & ex cæleſti medico, infernalis veneficus, ex patre ſpirituali proditor execrabilis animarum reddatur &c. Quarè, non minus, hac data proportione, qui medetur corporibus, honeſtate tenetur præcellere, quàm qui animas ſanat. Vtinam quoque commenſurarentur in pœnis, qui tam bellè æquiparantur in culpa.

Ne penitus item ab incepta diſcedamus analogia; ſpirituales Medici, non tantùm
16 eccleſiaſtico, & diuino, ad reticenda ſibi expoſita peccata; verum etiam naturali, ſtrictè detinentur iure, vt latè probat cum alijs Bonacina *de pœnitent. ſacramen. diſput. 5. quæſt. 6. ſect. 5 punct. 1. num. 3.* ea nanque pandendo, pœnitentium infamiam, iniuriamque inducerent non leuem, à quo natura maximè abhorret, quæ fidem ſeruare docet, arcanumque tegere. *Menoch. de arbitrar. lib. 2. centur. 5. caſu 4. 4. Nauarr. cap. Sacerdos de pœnitent. diſtinct. 6. num. 33. Reginald. lib. 3. num. 3. Vaſquez. de pœnitent.*

quæſt.93.artic.4.dub.1.num.9.Nugnius in addit. quæſt.11. artic.1. diffic.poſt concluſ. verſ. tertia ratio, & communiter alij. Cùm autem Medici corporales, à iure pariter non eximantur naturæ, eorum taciturnitatem idcircò iureiurando etiam adſtrinxit Hippocrates, nam ſecùs, ea quæ fidei concredita celanda eſſent ægrotorum vitia, cuiquam exoterico effutirent; atque ita iuſtitiam offenderent, & ad reſtituendum pro iactura forent obligati. *Bonacin.loco cit. num.4.*

Tertiò demum, & vltimò, hoc Medicis obſeruandum exhibetur præceptum,
17 videlicet, vt vitam, & artem ſynceram, incorruptamque retineant. Ars quidem medica admodum difficilis ſapientibus ſemper viſa fuit, vtpotè quam proſequi vix poſſumus ſine aliarum ſcientiarum, & artium cognitione. Proindè Hieronymus Montuus *in eo libro, cui titulus eſt, de his, quæ ad rationalis Medici diſciplinam, munus, laudes, conſilia, & præmia pertinent*, Ampliſſimè oſtendit, Medicinam, omnes Philoſophiæ partes, Grammaticam, Hiſtoriarum cognitionem, Poeticam, Logicam, Rhetoricam, Mathematicam, Arithmeticam, Geometriam, Coſmographiam, Geographiam, Topographiam, Muſicam, Aſtronomiam, Phyſicam, & Metaphyſicam, noſſe debere. Vnde Homerus *lib.11.Iliad.* Medici dignitatem exprimens, ait:

Medicus enim vir multis æquabilis alijs.

Et lib.4.Odiſſeæ.

Medicus autem quilibet ſciens ſupra omnes Homines ——

Quia, & Hippocrates ipſe, ob difficultatem artis, *in quadam ad Democritum epiſtola*, aſſerit: Neminem penitus Medicinam nouiſſe; Nec ego (inquit) ad ſummam artis Medicæ perueni, quamuis ſenex iam ſim, nec ipſe huius artis inuentor Æſculapius; nam & ipſe in multis recantauit. Quamobrem veteres, ipſius Æſculapij ſimulachro, baculum nodoſum, ſerpenteque apponebant inuolutum, quem Ouidius 15. *Metamor.* agreſtem vocat, qui quidem artis difficultatem notat, Medicoſque oportere, ſerpentis ad inſtar vigilantiſſimos, & oculatiſſimos eſſe, adeò vt morborum principia, momenta, fineſque prænoſcere valeant, optimè indicat, vt tradit Tiraquell. *de nobilit. cap.31, num.20.*

Hanc autem ſimul cum vita, ſynceram incorruptamque Medici retinebunt ar-
18 tem, languentibus atque opportunam ſuppeditabunt opem, nec non pro viribus, ingenioque neceſſarijs vtentur, ſi eam potiſſimum noſcant obligationem, quæ ex iuſtitia, eorumque pullulat officio: nam Medicus graduatus, & conductus, tenetur ex iuſtitia ſecundùm communem artem exhibere diligentiam, vt corpus ægrorum ad priſtinam reuocet ſanitatem. *Pereyra de republic. lit.lib.8.quæſt.5.num.1516.* Quare ſupponendus eſt in primis, medicæ artis requiſita peritia ſufficienter inſtructus, adeò vt grauiſſimè offendat, ſi temerè curare audeat; Medico enim imputatur, ſi quid per eius imperitiam ægroto contingat. *Gloſſ. diligentiam. in cap. tua nos. §.fin. de homicid.* tenetùrque actione in factum, inquantum religioni iudicantis videbitur æquum. *Gloſſ.1. in Reg. non eſt ſine*
19 *culpa 10.de reg. iur. in 6.* Vt autem peritus cenſeatur, hæc attendenda ſunt; videlicet ſi pro morborum diuerſitate, varias adhibeat medicinas. *c.cùm conſtitueretur 25. diſtinct. 50.* Imperiti enim Medici, omnium oculos vno curant collyrio. *cap. neceſsè diſtinct. 29.* Deindè ſi contraria infirmitati applicet medicamenta, tunc quidem interficeret, non ſanaret. *c.abſit.26. diſtinct 50.* Quarè certò relicto pharmaco, probabile prohibetur aſſumere. *Azzorius tom.1. lib.2.cap.17.quæſt.11. & Vaſquez.1.2. quæſt 9.artic 6 diſput 64.cap.4.num.23.* Nec minus licet illud eligere; de quo hæſitat dubio negatiuo. *Nauarr.in ſum.cap.25. n.61. & Sanchez.lib.1.decal.cap.9.num.38.* Sicut, & in dubijs, nequaquam opinionem ſequi debet probabilem, probabiliori profeſſorum reiecta. *Sot.3. de iuſtit. quæſt.6 artic.5. ad 4. Sanch dicto cap 9. num.41. & Suarez 1.2 diſput.12.ſectione 6.* Demum ex cha-
20 ritate tenetur, quam maximè ſpirituali conſulere ſanitati; itaque, iure diuino naturali attento, Medicus quilibet, mortis inſpecto imminentis periculo, de ipſo, vel per ſe, vel alio interpoſito, certiorem reddere tenetur ægrotum, dummodò hoc illi opinetur profuturum; ſin autem, minimè *Sanch.lib.3.decal.cap.16.num.1.* Attento verò eccleſiaſtico iure, arctiùs obligatur: nam Innocentius III. *cap. cùm infirmitas de pœnitent.& remiſſio.* Medicis diſtrictè præcipit, vt antè omnia, de ſacramentali infirmum moneant confeſſione. Quod Decretum, anno 1566. denuò ſuſcitans B. Pius V. *Bulla, quæ incipit ſupra gregem dominicum.* addit, Ne Medici, tertium vltra diem, ægrotum viſitent, niſi tamen eum deſerendo, in probabili mortis periculo conſtituatur, vel graue ſubeat damnum. *Sanch. citatus toto cap.16. & alij apud Pereyram, vt ſupra. num. 1529.* Inſuper Academijs, Collegijſque mandat, vt cùm alicui medendi facultatem tribuunt, aut ad gradum Doctoratus promouent, hæc exigant ſeruandi iuramentum. Qua-

re

re Medici ad prædicta tenentur ſub mortali, eò vel maximè, quia Innocentius III. tranſgreſſores iubet, ab Eccleſiæ arceri ingreſſu; & perpetuam infamiam, gradus amotionem, Medicorum à cætu turpem eiectionem; & pecuniariam pœnam Ordinarij B. Pius V. imponit taxandam arbitrio ſuper his etiam extat Bulla, ab Innocentio XI. nouiſſimè emanata.

CAPVT XIII.

Naturales Philoſophi, abſconditos naturæ latè noſcent effectus, ſi in ſecundis, & proximis cauſis; primam, & remotam non negent eos operari; quinimmo permulta quoque concedant ſupernaturaliter agere.

SVMMARIVM.

1 *Medicina ipſa, Philoſophia eſt, aut ſaltem vtraque ſorores, cùm illa corporis, hæc verò animæ medeatur languoribus. Proptereà optimus Medicus idem eſt, ac Philoſophus, vtpotè etiam animæ curam quodammodò gerens. Cæteris nihilominùs partibus, cum illa Philoſophiæ parte, quæ naturalis communiter dicitur, maiorem affinitatem habet; nam vbi deſinunt prima principia naturalis Philoſophiæ, incipiunt principia Medicinæ.*

2 *Herophilus Chalcedonius, empiricos idcircò damnabat Medicos, quia non phyſica methodo, ſed tantùm ægrotos experientia curabant. Doctos quippè, requirebat auditores, & in phyſicis verſatiſſimos. Vndè Galenus, & inter neotericos Conradus Geſnerus, eſto damnatæ memoriæ, atque alij ad philoſophicum ſtudium priuſquam Medicinæ incumberent ſe contulerunt. Quare relicta morali philoſophia, quæ idem cum ciuili cenſetur, de naturali tantùm in præſenti agitur.*

3 *Natura, eſtò patens, & omnibus communis ſit, in ſuis tamen operationibus agit interiori motu, nobiſque occultiſſimo; quare mammoſum, illius veteres Simulachrum formabant; quaſi ex occultis meatibus lactis ad inſtar prodant naturales effectus, quorum nonnullos recitat D. Auguſtinus.*

4 *Horum autem latens cauſa nulla aſſignatur à Philoſophis præter naturam ipſam, quia in his creatis cauſas tantummodò proximas, ſuis naturaliter colligatas effectibus principaliter conſiderant, de ipſis tradentes quia ſunt, minimè verò propter quid ſunt. Qui meritò reprehenduntur, quoniam ſuperiorem non aſſignando cauſam, Voluntatem, ſcilicet Dei; plura potiùs opinantur, quàm ſciant.*

5 *Chriſtiani proptereà naturales Philoſophi, etſi primam in cunctis creatis, operantem cauſam fortaſſe non videant, eam tamen negare non præſumant: nam ſi Deus propter noſtræ mentis infirmitatem non omninò patet, valdè tamen impium eſt, ipſum aſtruere non extare, & vbique veluti primum mouens ad ſtuporem non operari.*

6 *Diuinitas de humano arbitratu non ita penſitetur, vt ſi homini non placuerit Deus non ſit. Quarè Tiberius Cæſar, de recipienda Diuinitate Chriſti, etiam renuente Senatu, in ſententia meritò permanſit: nam ſuperiora minimè ab humanis, & inferioribus dependent legibus, ſed inferiora ipſa dirigunt, ordinantque mouent, quemadmodùm aptiſſimo exemplo oſtendit D. Auguſtinus.*

7 *Primam operantem negantes cauſam, duabus apertè conuincuntur rationibus; quarum vna eſt, quod omnes nationes eum extare fatentur etiam barbaræ, ac feræ illæ gentes, quæ more pecudum in ſyluis, & antris viuere reperta ſunt, cùm aliquem ſaltem religionis cultum ſemper adhibuiſſe comperta ſint; Quoniam, omnibus cognitio eſſendi Deum naturaliter inſerta eſt.*

8 *Expreſsè verò, id etiam omnes ethnicorum affirmant, & docent Philoſophi, vt inter Indos, Brugmanes; inter Perſas, Magi; inter Ægyptios maximè Triſmegiſtus; deindè communiter Pythagorici, Stoici, Academici, & Peripatetici; & inter Poetas Orpheus, Homerus, Heſiodus, Pherecides, Pindarus, cæterique omnes.*

9 *Epicurus autem, etſi rerum humanarum docendo Deum non habere curam; religione, Deique timore animos hominum liberaſſe putaret; preces tamen, venerationem, diuinumque cultum minimè ſuſtulit, cùm teſte Laertio, Librum de pietate erga Deos ſcripſerit; ex quo Tullius acriter ipſum mordet.*

10 *Altera verò ratio, eoſdem ad conuincendos, ex eo ducitur, quòd ſi quæcunque in mundo fiunt, & aguntur, habent qui eis præſint, eaque perficiant; quare ſolus mundus ſuo adminiſtratore vniuerſale carebit? Eo vel maximè cùm vniuerſus hic mundus, vna Ciuitas communis Deorum (vt ſcripſit Tullius) atque hominum exiſtimanda ſit.*

11 *Amplius per cuncta ferè creata, oſtenditur præfata veritas; adeò vt ipſe Philoſophus Peripateticorum Princeps, reiectis antiquorum erroribus, ex eorum motibus, primum,*

mum, & æternum Motorem coactus ſit colligere.

12 *Item Chriſtiani naturales Philoſophi religioſè monentur, quòd etſi neſciant quomodò ſupra conſuetum naturæ curſum operari poſſit; plurima tamen ab Agente ſupernaturali quotidiè ſupernaturaliter fieri non negent: cum ipſe Deus, duplici adminiſtratione, naturali ſcilicet, & voluntaria in hoc mundo operetur.*

13 *Quarè, negando multa ſupernaturaliter fieri, ac miraculosè, eſt præfatam ignorare voluntariam Dei operationem, & naturalem tantùm ſapere; cùm effectus, notio quadam dicatur ſua cauſa, ad quam dicit ordinem; ac proindè in tali caſu, non planè cognoſceretur Deus, de cuius naturali formaliter realiter conceptu eſt, voluntaria talis operatio.*

14 *Licèt multa ſtupenda, cum magia naturali, tùm diabolica concedantur fieri, quarum nonnulla D. narrat Auguſtinus: non proindè tamen reijcienda ſunt diuina miracula: quinimmò ſi hominum induſtria, & Dæmonum fallacijs, ea non repugnant fieri, eò magis per diuinam, abſolutamque Dei potentiam, hæc operari quibunt.*

15 *Multis, & varijs Sacræ Scripturæ, orthodoxorumque Patrum, Gentiles non tantùm, verùm etiam noſtra tempeſtatis hæretici, qui Omnipotentiam Dei, qua ſupernaturalia paſſim operatur, aut negabant, aut ſaltem coanguſtabant, redarguuntur locis; ex quibus idcircò, eorum nonnulli, palam ipſam fateri coacti ſunt.*

QVoniam Medicina ipſa, Philoſophia eſt, aut certè vtraque alteri tam arctè,
1 tamque tenaciter coniungitur, vt ne tantillum quidem diuelli, ſeiungi, ac ſegregari poſſint: meritò ſanè perfecti Medici expletis iam inſtitutis, chriſtiani Philoſophi munera ſtatim apponenda cenſentur. Plato nanque, Ariſtoteles, Galenus, vt plerique apud Tiraquellum *de nobil.cap.31.num.28.* citant, aut verius Ioan. Alexandrinus, *Commentar.in lib.Hæreſeon.* Philoſophiam, & Medicinam, ſorores eſſe dicebant, alteram animi, corporis alteram conſeruatricem: & propterea Philoſophia, animi dicitur medicina. *Tullius tuſcul.3.ſect.191. num.6.* Ex quo fortè Galenus librum edidit hoc titulo: Quòd optimus Medicus, idem ſit ac Philoſophus. Multos idcircò, & eos quidem primos, atque præcipuos ex antiquis Philoſophiæ profeſſoribus, medicæ artis fuiſſe peritos, atque ex his plurimos in ea quoque libros edidiſſe comperimus apud eundem Tiraquellum *loco citato à num. 257. ad 286.* Quæ quidem dicta, licet communi plauſu recipiantur indubia (Medici nanque, corporis tantùm, vt latè probat Tiraquellus *ibidem à num.318. ad 312.* verùm etiam animi, quem excolit Philoſophia, aliqandò curam gerunt) tamen penſatis omnibus, cum ea Philoſophiæ parte, quam Phyſicam, ſeu naturalem Doctores vocant ſcientiam, ſtrictiori amplius Medicina maximè videtur colligari
„ nexu. Phyſici eſt (inquit Philoſophus
„ *cap.1 de ſenſu & ſenſ.*) de ſanitate, & ægri-
„ tudine prima principia inuenire, & ideò
„ vbi deſinunt prima principia naturalis
„ Philoſophiæ, incipiunt principia Medi-
„ cinę. Quoniam (vt docet Henricus Gan-
„ dauenſis 1. *par. artic.7. quæſt.3. numer.13.*)
„ Phyſica eſt ſcientia vniuerſalis, & ca-
„ non vniuerſalis omnium ſcientiarum na-
„ turalium, quia de principijs vniuerſali-
„ bus primi corporis mobilis, & motus ex-
„ preſsè agit.

2 Vnde Horophilus Calcedonius, ſubtilioris ſectæ author, ea de cauſa, Empiricos, qui tantùm experientia ægrotos curabant primus damnauit: nam doctos requirebat auditores, & in phyſicis verſatiſſimos, proinde citò hæc ſecta perijt, quoniam literas ſcire opportebat. *Plin lib. 11. cap.35. & lib.26. cap.2. & lib. 29. cap.1.* Galenus item, dum annum ageret ſeptimum decimum, quando Niconis Patris, euidenti inſomnio monitus, medicinam eſt aggreſſus, in primis naturalem Philoſophiam ſtudiosè excoluit, vt inde principia, & cauſas, varijs in arte medica rebus melius accommodare poſſet. *Conradus Geſnerus in eius vita.* Qui ipſummet Galenum, imitatione plurimùm proſequutus, eam Phiſiologiæ partem, quæ de metallis, plantis, & animalibus agit, maximè excoluit, quòd certiorem, & ad vitam hominum commodiorem eſſe cenſeret, quàm meteororum, & ſimilium, in quibus theoriæ inanis multum, vtilitatis perparum ineſſet. Animalium ergo hiſtoriam primùm aggreſſus eſt, ex innumeris authoribus collectam, & peregrinationibus, etiam proprijs confirmatam. Venetias, piſcium cauſa profectus eſt, & niſi bello germanico impeditus fuiſſet, Oceanum erat aditurus. Ariſtoteles quidem, Alexandri Magni cura, & liberalitate, conquiſitis ex toto orbe, naturæ rerum peritis, opus illud ſuum de Animalibus perfecit: at hic, & Mæcenatum ſubſidio deſtitutus, & rei familiaris tenuitate oppreſſus, ſola ingenij promptitudine, & amicorum voluntate fretus, opus conſimile aggreſſus, tantum præſtitit, quantum ab homine

Digitized by Google

mine vno vix præſtari poſſet. Nec mino-
ri ſtudio, plantarum naturam perueſtiga-
uit, quotannis ferè in iuga alpium, hanc
ſolam ob cauſam, corpore debili expatia-
ri ſolitus. *Ioſ. Simlerus in eius vita.* Philo-
ſophis idcircò, ſuſcepto ab inſtituto ſegre-
gatis moralibus, vtpotè Iuriſtarum in nu-
merum communiter aggregatis (Ciuilis
enim ſapientia, vera Philoſophia dicitur.
Gloſſ. niſi fallor. l. 1. §. 1. ff. de iuſt. & iur.)
de phyſicis, & naturalibus, ad præſens
duntaxat differendum ſtatuitur.

Natura verò (vt aliquid de ipſa, ſum-
3 mis ſaltem prælibemus labijs) eſto patens,
& omnibus communis ſit, quia vna, &
eadem omnium eſt, vt docet Chryſoſto-
mus. *Homil. 60. in 18. Matth.* in ſuis ta-
men operationibus, adeò latens, & ſolita-
ria eſt, vt *lib. 9. de geneſi ad lit. cap. 15.* cùm
,, dixerit Auguſtinus Agere interiore mo-
tu, nobiſque occultiſſimo. Mammoſum
proinde ſculpebant fortaſſe veteres illius
ſimulachrum, vt plurima apud Cartarium
in eius icone Hadriani teſtantur numiſma-
ta; quandoquidem, ſicut Mammæ, &
quæcunque in eis ſunt glandes, rapto,
tractoq; meatus per abditos aluntur ſan-
guine, hunc in ſuam conuertunt natu-
ram, ac inſuper eædem ex redundanti
functionis vbertate, lac generant, quo par-
tus alatur, vt tradit Fernelius *lib. 6. de fun-
ctionibus, & humoribus cap. 6.* ita ſanè Natu-
ra, vi, pabulum Vniuerſo ſubminiſtrat
occulta, mirabileſq; in lucem non ſemel
edit effectus, quorum nonnullos, *lib. 21. de
Ciuit. Dei cap. 7.* recenſitans Auguſtinus;
his vtique verbis, naturæ abditis ex Phyſi-
,, ſicorum ſententia, tribuit cauſis. Tota
,, itaque (inquit) ratio eſt cur Agrigenti-
,, num ſalem flamma fluere faciat, aqua
,, crepitare: quia hæc eſt natura eius. At
,, hoc eſſe potiùs contra naturam videtur,
,, quæ non igni, ſed aquæ dedit ſalem ſol-
,, uere, torrere autem igni, non aquæ. Sed
,, iſta inquiunt, ſalis huius naturalis eſt vis,
,, vt his contraria patiatur. Hæc igitur ra-
,, tio redditur, & de illo fonte Garamanti-
,, co, vbi vna vena friget diebus, noctibus
,, feruet, vt vtraq; moleſta tangentibus. Hæc
,, & de illo alio, qui cùm ſit contrectantibus
,, frigidus, & facem ſicut alij fontes extin-
,, guat accenſam; diſſimiliter tamen atque
,, mirabiliter, idem ipſe accendit extinctam.
,, Hæc & de lapide Abeſto, qui cùm ignem
,, nullum habeat proprium, accepto tamen
,, ſic ardet alieno, vt non poſſit extingui.
,, Hæc de cæteris, quæ piget retexere, qui-
,, bus licet vis inſolita contra naturam eſ-
,, ſe videatur; alia tamen de illis non reddi-
,, tur ratio, niſi vt dicatur, hanc eorum eſſe
,, naturam. Breuis ſanè iſta eſt ratio fateor,
4 ſufficienſque reſponſio. Quam profectò,
,, plurimum commendabant, quia in his
creatis cauſas ſolummodò proximas, ſuis
naturaliter colligatas effectibus principali-
ter attendebant, tradentes maximè Quia,
minimè verò propter quid erant. Quod
vtique apertè docuit ipſemet Auguſtinus
,, *3. de trinit. cap. 2.* dicens: Licuit vanitati
,, Philoſophorum etiam cauſis alijs ea tri-
,, buere, vel veris, ſed proximis, cùm omni-
,, no videre non poſſent ſuperiorem cæte-
,, ris omnibus cauſam, idest voluntatem
,, Dei. Quare *in Enchiridio ad Laurentium pro-
,, pè principium.* Ipſos acriter carpens, talia
,, fatur: Non rerum natura ita rimanda eſt
,, quemadmodum ab eis, quos Phyſicos
,, Græci vocant: nec metuendum eſt,
,, quemadmodùm ab eiſdem, ne aliquid de
,, vi, & numero elementorum, de motu,
,, atque ordine, & de effectibus ſiderum,
,, de figura Cœli, de generibus, & naturis
,, animalium, fruticum, lapidum, fontium,
,, fluminum, montium, de ſpatijs locorum,
,, & temporum, de ſignis imminentium
,, tempeſtatum, & alia ſexcenta de ijs re-
,, bus, quas illi, vel inuenerunt, vel inue-
,, niſſe ſe exiſtimant, Chriſtianus ignoret:
,, quia nec ipſi omnia repererunt, tanto ex-
,, cellentes ingenio, fragrantes ſtudio, abun-
,, dantes ocio, & quædam humana conie-
,, ctura inueſtigantes, quædam verò hiſto-
,, rica experientia perſcrutantes, & in eis,
,, quæ ſe inueniſſe gloriantur, plura opinan-
,, tes potiùs quàm ſcientes.

Cæterùm ne tot Chriſtiani; quæ Eth-
5 nicorum per animos peruaſerunt opinio-
nibus defatigentur Philoſophi; religiosè
Gandauenſis monet Henricus. *1. p. art. 7.
q. 1. n 12* vt & ſi primam in cunctis crea-
tis operantem fortaſſe non videant, aut
cognoſcant cauſam; eam tamen negare
non audeant. Certè concedendum planè
videtur, quemadmodum apud Pierium
Valerianum *Hieroglyph. lib. 29,* Origenes
Adamantius ait, Raró valde peruenire ad
homines Dei cognitionem, idque pauciſ-
ſimis contigiſſe, ſeù quòd ob mentis he-
betudinem ad eius micantiſſimæ lucis ra-
dios cæcutimus, ſiue quod inquinata
mens, eius non recipit puritatem; ſiue
quòd humanum hoc corpus adeò fæcula-
lum, animum etiam obturat ne poſſit ſpi-
ritum eius admittere; ſiue quòd intelle-
ctus noſtri virtus ſit adeò imbecilla, vt
immenſitatem eam nulla capere poſſit
conjectura. Nam & de Moyſe legimus,
eum vbi Deus eſſet caliginem ſubyſſe
Exodi 23. Quare Seraphim *Iſaiæ 6.* Faciem,
atque pedes Dei velare dicuntur, quòd
Diuinæ Maieſtatis principium, atque fi-
nem, verbis nemo valeat explicare, ne-
que

que picturatione vlla declarare; definire verò nulla prorſus circumſcriptione quiſpiam aggrediatur. *Didacus Aluarez, eodem cap. nu.* 10. Verum tamen eſt in creaturis Deum non exiſtere, ibique propterea veluti primum mouens ad ſtuporem non
6 operari inſerre, omnino cenſetur impium:
„ adeo vt in hos aſſertores, illud Tertulliani
„ *Apolog.* 5. dicterium liceat impingere;
„ Apud vos (inquit) de humano arbitratu
„ Diuinitas penſitatur. Niſi homini Deus
„ placuerit, Deus non erit; homo iam
Deo propitius eſſe debebit. Non ita ſanè; Deus enim humani ingenij modulo non eſt reſtringendus: eſſet vtique Indorum adhibere modium, quo ſe aquis, ipſum demergendo in mare, modum ponere exiſtimabant. *Cauſ. polybis. ſymb. lib.* 12. 35. Nam vt lepidè apud eundem *ibidem lib.* 1. 13. Diuus ſcribit Paulinus *S. Felicis natal.* 9.

—— Deus omniſonæ modulator, & arbiter vnus
Armoniæ, per cuncta mouet quam corpora rerum,
Et naturæ opifex Deus omnis, & artis in omni
Fons opere, & finis faciens bona, factaque ſeruans.

Quarè meritò Tiberius Cęſar, etiam renuente Senatu, cuius ſuffragia ad Chriſti Domini Diuinitatem poſtulauerat publicandam, in ſententia manſit, comminatus periculum Chriſtianorum accuſatoribus vt *loco citato*, idem teſtatur Tertullianus: nam ſuperiora, minime ab humanis dependent legibus, ſed inferiora dirigunt
„ ipſa, ordinatéque mouent: Siquidem,
„ Voluntas Dei (vt 3. *de trinit. cap.* 4. docet
„ Sanctus Auguſtinus) eſt cauſa prima, &
„ ſumma omnium. Nihil enim fit, quod
„ non de intelligibili aula, ſummi Impera-
„ toris, aut iubetur, aut permittitur ſecun-
„ dum infallibilem iuſtitiam. Quam, vt
„ ampliùs explanaret doctrinam, huiuſce-
„ modi ſatis, paulò ſuperius, iam rei ac-
„ commodatum attulerat exemplum. Con-
„ ſtituamus (inquit) hominem ſapientem,
„ cuius anima æternam veritatem in omni-
„ bus actibus ſuis conſulat .... Iſte, ſi
„ aliquo opere miſericordię ęgritudinem
„ contraheret, conſultis medicis, ab alio di-
„ ceretur cauſa morbi eſſe ſiccitas corporis,
„ ab alio alia; vterque tamen de cauſis pro-
„ ximis, & corporalibus pronunciaret. At
„ ſi cauſa illius ſiccitatis quęreretur, inueni-
„ retur voluntarius labor, & iam ventum
„ eſſet ad ſuperiorem cauſam, quę ab anima
„ proficiſceretur in corpus, quod regit.
„ Sed nec illa prima eſt. Illa enim procul
„ dubio ſuperior eſt, cui anima hominis ſer-
„ uiens, & iubenti obediens, voluntarium
„ laborem ſuſceperat; & ſic non niſi volun-
„ tas Dei cauſa prima illius ęgritudinis ve-
„ riſſimè reperietur.

Multis propterea id non approbantes,
7 primæque cauſę nil attribuentes conuincuntur rationibus, quarum ne prolixo defatigemur numero, non ſine induſtria Chriſoſtomus *Homil. in Pſal.* 13. ad binarium redegit, primo loco, dicens: Quo-
„ modo omnis lingua hominis Deum no-
„ minatur? Falluntur ergo omnes homi-
„ num myriades, quæ Deum eſſe dicunt,
„ & ſolus inſipiens ſe putat verum dicere,
„ qui ſolus ita mentitur. Quandoquidem
ſiue ab oriente in occaſum, ſiue ab aquilone ad auſtrum vniuerſas Orbis perluſtremus plagas: ſiue etiam omnes hominum ætates, ac longe antè tranſacta temporum reuoluamus ſecula; primam omnium extare cauſam, eamque Deum eſſe, vix inter tot reperietur aliquis, qui religionis ſpecie, cultu, precationibus, ac ſacrificijs, manifeſtè non aſſerat. Quare Philoſo-
„ phus. 1. *Cœli cap.* 3. *tex.* 22. inquit. Omnes
„ homines notionem Deorum habent, om-
„ neſque ſummum locum Diuino cui-
„ dam Numini aſſignarum Græci, tum Bar-
bari. Plane quidem poſt quædam annorum curricula plurimæ gentes, prioribus ignotæ ſeculis repertæ ſunt, quæ tum ſine lege, ſine Rege, tum ſine tecto viuerent, earum quædam nudo corpore incederent, quædam verò per agros ſparſim veſcerentur frugibus, ac ſic vitam belluis haud multum tranſigerent diſſimilem: in his tamen nulla eſt, quæ abſque aliqua Dei cognitione inuenta fuerit; nulla, quæ abſque aliqua religionis ſpecie vitam degeret. *Fernandus Columbus filius paſſim in vita Chriſtophori Columbi patris*: Ex quo proinde licebit colligere, non tam homini naturale eſſe alijs aſſociari, aut ſe ipſum à temporum iniurijs defendere, immo vitam ipſam, commodumque tueri, quàm Deum vitæ authorem, omniumq; rerum primam eſſe cauſam agnoſcere: Omnibus enim cognitio eſſendi Deum naturaliter inſerta eſt. *Diuus Damaſcenus lib* 1. *orthodoxæ Fidei cap.* 3. Quod 2. *p. art.* 12. *q.* 2 *n.* 5. explicat Henricus de Deo in ratione primæ cauſæ, primi entis, & ſummi Boni. Quæ omnia, ſi amplius eorum iu-
8 dicio deferimus, qui ſapientiores in populis habiti ſunt, quos poſtea Philoſophos appellarunt; inter Indos, Bragmanes; *Io. Metellus, in ea, quam Oſorij hiſtoriæ de rebus Emmanuelis Regis præfixit Epiſtola.* Inter Perſas, Magi. *Strabo lib.* 17. qui omnium ſapientiſſimi æxtimabantur, nunquam, niſi à Deorum inuocatione quic-

quam

qnam auſpicanbatur. Priſca etlam illa
Ægyptiorum Philoſophia, cuius pater
ter maximus Triſmegiſtus eſſe creditur,
Dei venerationem, ante omnia ſibi pie
exercendam proponebat; qua Idem *in
pimandro cap.5.6. & 10.* Deum latere pa-
riter, & per vniuerſas Orbis plagas emi-
care, pulcherrimum rerum ordinem
cum nobis maniſeſtè declarare; tum res
ſingulas ſuis limitibus circumſcriptas, il-
lum Dominum, ac Authorem inſinua-
re, cui ſol ac ſidera ad nutum pareant;
præterea Deum ſolum bonum eſſe, ac in
eo boni naturam reperiri, Æſculapio
perſuadet. Tum Deum omnia abſolutè
eſſe, conſtanter aſſerit, quem ſingula,
participatione contrahunt Hunc demum
Patrem mundi, rerum Conditorem, Prin-
cipium, æternitatis Fontem, atque Æter-
nitatem ipſam, ſolum ſanctum, ſolū inge-
nitum, ſolum ęternum, ſolum vnum, ac
totum appellat: atque ad eum laudan-
dum muſicam inſtituit, condita omnia
ad concinnandas Dei laudes excitat. Quid
verò priſci illi Poetæ de Deo ſenſerint?
Orpheus nimirum, Homerus, Heſiodus,
Pherecides, Pindarus, qui ſimul, & Phi-
loſophi extiterunt, id potiſſimum decla-
rat, quod de Ioue poetarum more paſſim
canunt eſſe veriſſimum, naturalemque
Deum: Iouis omnia eſſe plena: Iouem
ipſum eſſe primum, Iouem vltimum: Io-
uem cunctorum eſſe Deorum patrem,
Regem, ac genitorem. Atque, vt omit-
tam Pythagoreorum, Stoicorum, Aca-
demicorum, ac Peripateticorum ſcholas,
quæ nihil magis, quam Deum eſſe om-
nium primum principium docuerunt:
9 Ipſimet Epicurei, qui cum in cæteris ho-
neſtæ vitæ pręceptis tam impudenter, ac
inuerecundè ſe gererent; Deum tamen
negare nunquam auſi ſunt. Ipſe nanque
Epicurus, & ſi de eo ita carminibus *lib.1.
de rerum natura* loquutus ſit Lucretius.

Humana ante oculos fædè, cum vita iace-
ret
In terris oppreſſa graui ſub religione:
Quæ caput á cæli regionibus oſtendebat
Horribili ſuper aſpectu mortalibus inſtans
Primùm Graius homo mortales tollere
contra
Eſt oculos auſus, primuſque obſiſtere con-
tra.

(Quandoquidem rerum humanarū Deum
docendo, non habere curam, religione,
Deique timore animos hominum libe-
raſſe putabatur) Preces tamen, venera-
tionem, diuinumque cultum minimè
ſuſtulit (ſcripſit enim librum de pietate
erga Deos, vt tradunt *Laertius in eius vita,*
& Tullius *lib.1. de natura Deorum ſect. 24.n.*
115.) quę ſunt profectò valdè inter ſe pu-
gnantia, vt oſtendit ibi Tullius, his ver-
„ bis. Quid eſt enim cur Deos ab homi-
„ nibus colendos dicas, cùm Dij non mo-
„ dò homines non colant, ſed omninò ni-
„ hil curent nihil agant? At eſt eorum exi-
„ mia quædam, præſtanſque natura, vt ea
„ debeat ipſa per ſe ad ſe colendam allicere
„ ſapientem. An quicquam eximium po-
„ teſt eſſe in ea natura, quæ ſua voluptate
„ lætans, nihil nec actura ſit vnquam, ne-
„ que egerit? Quę porro pietas ei debetur,
„ à quo nihil acceperis? Aut quid omni-
„ no, cuius nullum meritum ſit, ei deberi
„ poteſt?

Altera verò ad eoſdem carpendos,
10 quam ibidem adducit Chryſoſtomus
„ huiuſcemodi ratio eſt: Quæcunque in
„ mundo fiunt, aguntur, & exercentur, ha-
„ bent, qui eis præſit, eaque perficiat; &
„ ſolus mundus non habet; qui eum ad-
miniſtret? Apibus nanque (vt ab exiguis
ſumam exordium) præſunt in aluearí-
bus, earum inaculeati Reges. *Plin. lib. 11.
cap.17.* Gruibus, à ſe conſtituti Duces.
idem lib.10. cap. 23. Cunctiſque Auibus,
oculata Cornix. *Valla in Raudenſem* Fru-
gibus, & Arboribus, Agricultores *Cato
de re ruſtica cap.1.* Floribus, & Fruticibus,
Viridarij. *Vlpianus apud Robert. Steph. theſ.
ling lat.* Gregibus, Paſtores. *Plin. lib. 12. cap.
5.* Præſepibus, Bubulci, & Armentarij.
Virgil 3. Georgic. Prædijs, rebuſque ruſti-
cis, Villici. *Paul. in l ſi cum villico ff. de in-
ſtitu. actio.* Suis Domibus, Patres familias.
*l. nam ciuium ff de iis, qui ſui, vel alien. iur.
ſunt.* Structoribus, Architecti *l fin. de iur.
immun.* Cæteriſque Operarijs, eorundem
Præpoſiti. *Extra. de verb ſign. cap. quamuis.*
Claſſibus, Archigubernij. *l. Beius ad ſenatus
conſult.* Et vniuerſæ Militiæ, Imperatores.
Tullius 1 de orato. ſect. 209. n. 54. Scholis,
Gymnaſiarchæ. *Pet. greg de repub. lib 15. cap.
1. n. 15.* Legibus, Magiſtratus. *l. 9. ff. de le-
gibus, & ſenatuſconſult.* Clero, Antiſtites
Gloſ. in Clem. Dudum de ſeq. Diei, Sol: Lu-
naque, Nocti. *Geneſ. 1.* Et tandem, vt vno
verbo plura complectar, Omnibus ſub-
lunaribus, Cæli *1. meteor. text. 5.* Cælis au-
tem in ſuis regularis motibus, infallibi-
les intelligentiæ *12. met. text. 48.* Cæterùm,
quia vniuerſus hic mundus (vt *1. de legi-
bus ſect. 160. n. 23.* licet more Gentilium,
„ rectè dixerat Tullius) vna ciuitas com-
„ munis Deorum, atque hominum exiſti-
„ manda eſt: optimo quoque, eius regimi-
„ ni, Deus ipſe, vtpotè ſupremus, cuncto-
11 rumque Monarcha, maximè inuigilare
„ percipitur. Quid enim tam apertum,
„ tam confeſſum, tamque perſpicuum eſſe
„ poteſt, cùm oculos in cælum ſuſtuleris,

„ & quę ſunt infra, ſupraque luſtraueris
„ (inquit *in Octauio* Minutius Fælix) quam
„ aliquod extare Numen præſtantiſſimæ
„ mentis, quo omnis natura inſpiretur,
„ moueatur, alatur, gubernetur? Cælùm
„ ipſum vide quàm latè tenditur, quàm
„ rapidè voluitur, vel quod in noctem
„ aſtris diſtringitur, vel quod in diem ſole
„ luſtratur: iam ſcis quod ſit in eo ſummi
„ Moderatoris mira, & diuina libratio: vi-
„ de, & annum vt ſolis ambitus faciat, &
„ menſem: vide vt luna, auctu, ſenio, la-
„ bore circumagat. Quid tenebrarum, &
„ luminis duam recuſantes vices, vt ſit no-
„ bis operis, & quietis æterna reparatio?
„ Relinquenda verò Aſtrologis prolixior
„ de ſideribus oratio, vel quod quòd re-
„ gant curſum nauigandi, vel quod arandi,
„ metendique tempus indicant: quę ſin-
„ gula non modo vt crearentur, fierent, di-
„ ſponerentur, Summi Opificis, & perfe-
„ ctæ rationis eguerunt: verùm etiam ſen-
„ tiri, perſpici, intelligi ſine ſumma ſoler-
„ tia, & ratione non poſſunt. Quid cum or-
„ do temporum, hac frugum ſtabili varie-
„ tate diſtinguitur? Non ne Authorem
„ ſuum, parentemque teſtatur? Ver æque
„ cum ſuis floribus, & æſtas cum ſuis meſ-
„ ſibus, & autumni maturitas grata, & hy-
„ berna oliuitas neceſſaria? qui ordo facilè
„ turbaretur niſi maxima ratione conſiſte-
„ ret. Hæc ille, quæ omnia peruadendo
creata, lepidiſſimè proſequitur. Ex qui-
bus profectò, iam ipſe Philoſophus. 12.
met. text. 43. reiectis antiquorum errori-
bus, vnicum, primum, ęternum, om-
niumque ſupremum, etiam duntaxat in-
ueſtigauit Motorem, dicens: Neceſsè eſt
„ igitur, vt vnuſquiſque iſtorum motuum
„ fiat per aliquid, quod eſt æternum per
„ ſe, & per ſubſtantiam æternam.

Naturales poſtremò 1. *p. art.* 7. *q.* 13. *n.* 8.
12 Henricus Gandauenſis monet Philoſo-
phos, vt, & ſi neſciant, quomodò ſupra
conſuetum naturæ curſum operari poſſit;
plurima tamen, infinitæ ſub agente vir-
tutis, ſupernaturaliter fieri non omninò
negent: Quandoquidem; In ipſo mundo
(vt inquit Auguſtinus, 8. *ſuper geneſ. ad lit.*
„ *cap.* 9.) gemina operatio diuinę prouiden-
„ tiæ reperitur; partim naturalis, partim
„ voluntaria. Naturalis per occultam Dei
„ adminiſtrationem, quę etiam lignis, &
„ herbis dat incrementum: voluntaria ve-
„ rò, quæ per Angelorum opera, & homi-
„ num. Secundum illam primam, cęleſtia
„ ſuperius ordinari, inferiuſque terreſtria,
„ luminaria, ſideraque fulgere, diei, no-
„ ctiſque vices agitari, aquis terram funda-
„ tam interlui, atque circumlui, aërem al-
„ tius ſuperfundi, arbuſta, & animalia con-
„ cipi, & naſci, creſcere, & ſeneſcere, occi-
„ dere, & quicquid aliud in rebus interiore
„ naturalique motu geritur. In hac autem
„ altera, ſigna dari, doceri, & diſcere, agros
„ coli &c. De quibus etiam ſtatim *lib.* 9.
„ *cap.* 17. ampliùs ſe explicat, dicens: Om-
„ nis iſte naturæ vſitatiſſimus curſus habet
„ quaſdam naturales leges ſuas, ſecundum
„ quas, & ſpiritum vitæ, qui creatus eſt,
„ habet quoſdam appetitus ſuos determina-
„ tos quodammodo........ Vt de grano
„ tritici, non naſcatur faba, vel de faba, tri-
„ ticum, vel de pecore homo, vel de ho-
„ mine pecus. Super hunc autem motum,
„ curſumque rerum naturalem, volunta-
„ ria adminiſtratione poteſtas eſt Creato-
„ ris facere de omnibus aliud, quàm eorum
„ ſeminales rationes habent........ Vt
„ lignum de terra exciſum, aridum, perpo-
„ litum, ſine radice vlla, ſine terra, & aqua
„ repente floreat, & fructum gignat: vt
„ per iuuentam ſterilis fœmina, in ſenectu-
„ te pariat: vt aſina loquatur, & ſi quid
„ eiuſmodi eſt, dedit quidem naturis, quas
„ creauit, vt ex eis, & hæc fieri poſſent. Ea
13 propter, plurima negando ſupernatura-
liter fieri, hanc voluntariam Dei opera-
tionem, idem erit ac ignorare, tantum-
que ſapere naturalem; cum effectus om-
nis reſpectu ſuæ cauſæ ad quam dicit or-
dinem, optimè poſſit dici eius quædam
notio. *Henric.* 3. *p. art.* 55. *q.* 4 *n.* 8. & conſe-
quenter, idem ac Deum non planè co-
gnoſcere, de cuius eſſentia talis volunta-
ria operatio, realiter formaliter eſt: Quia
vt latè docet D. Thomas *pluribus in locis*,
ſed pręcipuè *q.* 3. *de potentia art.* 5. *ad* 2. Deus
omnia cauſat per ſuum eſſe, quia illa cau-
ſat per voluntatem, quæ eſt ſuum eſſe.
„ Qua fortaſſe de cauſa, ad Laurentium,
„ *in enchiridion cap.* 96. ſcribit Auguſtinus.
„ Hoc, niſi credamus, periclitatur ipſum
„ noſtræ fidei confeſſionis initium, qua nos
„ in Deum Patrem omnipotentem crede-
„ re confitemur. Neque enim veraciter,
„ ob aliud vocatur omnipotens, niſi quia
„ quicquid vult poteſt, nec voluntate cuiuſ-
„ piam creaturæ, voluntatis omnipotentis
„ impeditur effectus. Si enim tam grande
vinculum eſt propria voluntas, qua ho-
mines ſic alligantur, vt reſilire nolint; ſed
quicquid promiſerint, adimplere ſtudio-
sè affectent: vel leuiſſima ſi voluntas reſ-
puat, impoſſibilia cenſentur; Cum ar-
dua, ſi proprium conetur arbitrium, le-
uia, ac facilia habeantur: quantò magis
ſuprema, & immutabilis voluntas, quam
apud Cælium Auguſtinum *Hieroglyph. lib.*
1. pro Zona, ſeu vinculo Enephi, hoc eſt
ſummi Conditoris manibus aptato, quo
creata colligabantur omnia, & in quo
vitæ

vitæ, neciſyue continebantur fata, ſigni-
ficabant Ægyptij, ab ipſa natura exiget
obſequia?

Me tamen latet nequaquam, callido-
14 rum quandoque mira, occulto nobis ho-
minum artificio proponi, vt de lucerna
Veneris in Phano ſubdio ſic ardente, vt
eam tempeſtas nulla, nullus imber extin-
gueret, & ſimulachro ferreo, medium
ſuſpenſo per aerem, quorum meminit
Auguſtinus 21. *de ciuit. Dei cap* 6. nec non
magicę plerumq; veneficio artis, ſtupen-
da operari prodigia; quemadmodum de
Penatibus Troianis de loco in locum in-
uiſibiliter migrantibus, Virgine veſtali,
aquam cribro hauriente; Tarquinio, no-
uacula cotem ſcindente, cæteriſque id ge-
nus tradit idem Auguſtinus 10. *de ciuit.*
cap. 16. quæ vel naturæ adhuc definitos
non excedunt fines, vel ſi tranſiliunt non
ſuper ipſam, ſed præter ipſam vix aliquid
efficiunt (quandoquidem inextinguibilis
Veneris lucerna, Asbeſtis lapidis, qui ſe-
mel accenſus, ſemper ardet, fouebatur
materia, & attractione Magneti-, ferreum
pendebat in aere ſimulaclirum: reliqua
verò, homines tanquam inania Cacodæ-
monum ſpectra ad ſummum miraban-
tur, vt locis adductis, ſcitè idem notat
Auguſtinus) Cæterum tantùm abeſt, ob
id quāplurima, ſupernaturali operari vir-
tute, non eſſe credenda, vt ex præfatis
latè probet ipſemet Auguſtinus, Diui-
nam voluntariam illam operationem, ne-
ceſſariò eſſe ponendam Ait enim 21. *de*
,, *ciuit. Dei cap.* 6. Si hæc immundi Dæmo-
,, nes poſſunt; quantò potentiores ſunt San-
,, cti Angeli, quantò potentior his homi-
,, nibus Deus, qui tantorum miraculorum
,, effectores etiam ipſos Angelos fecit;
,, Quamobrem, ſi tot, & tanta, tamque
,, mirifica, quæ Michanimata appellant,
,, Dei creatura, vtentibus humanis artibus
,, fiunt, vt ea qui neſciunt opinentur eſſe
,, diuina ......, Quantò magis Deus po-
,, tens eſt facere, quę infidelibus ſunt incre-
,, dibilia, ſed illius facilia poteſtati: quan-
,, doquidem, ipſe lapidum, aliarumque
,, vim rerum, & hominum ingenia, qui ea,
,, miris vtuntur modis, angelicaſque natu-
,, ras, omnibus terrenis animantibus po-
,, tentiores condidit: vniuerſa, mirabili
,, vincente virtute, & operandi, iubendi,
,, ſinendique ſapientia vtens omnibus, tam
,, mirabiliter creauit.

Maxima ergo amentia fuit Euripidis,
Plinij, Iudæorum, Simonis Magi, Elimæ,
Valentini, Mahometi, Abailardi, Vuicle-
15 ui, Ioannis Poliaci, Carolſtadij, Zuinghi,
Æcolampadij, Caluini, Curei, Eraſti, Da-
nzi, Bezæ, Thalmanni, & omnium Sa-
cramentariorum, qui apud Benedictum
à Benedictis *de ſaculis chriſt. Ecclesia hæreſi*
12. ita *Dei* omnipotentiam coanguſta-
bant, propriæque intelligentiæ terminis
coarctabant, vt non poſſe facere pluſquam
quod fecit, vel intelligitur, aſſerere con-
tenderent: Contra enim teſtantur Diuina
,, eloquia. *Geneſ.* 28. Deus omnipotens
,, benedicat tibi. 35. Ego Deus omnipotens.
,, 43. Deus meus omnipotens faciat vobis
,, eum placabilem. 48. Deus omnipotens
,, apparuit mihi in Luza 48. Dens omni-
,, potens benedicat tibi benedictionibus cæ-
li. Quibus omninò concordant præter
infinita alia ſcripturæ loca, ageographa
ſpectatiſſimorum Patrum, vt D. Clemen-
tis *Conſt. Apoſt. lib.* 7. *cap.* 36. D. Dionyſij
de diuin. nomin. cap. 10. D. Ignatij *ad Ma-*
gnes. D. Martialis *ad Theſ. cap.* 20. D. Cy-
rilli. *catech.* 8. D. Athanaſij *in Symb.* D. A-
gatonis. *epiſt. ad Herac.* Quod non ſolùm
Orthodoxi omnes, ſed ex ipſis Sacramen-
tarijs, quidam velint, nolint, hanc Diui-
nam coacti ſunt aſtruere omnipotentiam.
Caluinus nanque *ad cap.* 1. *D. Lucæ* apertè
inquit: Verbo Dei nulla eſt impoſſibili-
tas obijcienda. Dehinc Viretus. *inſtit. Chriſt.*
fol. 651. *&* 653. ipſe aggreditur eos, qui
putant Deum nihil poſſe ſuper ordinem
in natura iam à ſe conſtitutum, quique
primam omnium cauſam ſecundis, &
creatis à ſe cauſis ſuis, ita volunt eſſe con-
iunctam, vel ſubnixam, vt nihil in his,
vel alijs rebus poſſit ſuperaddere, immu-
tare, vel detrahere, aut aliter, quam ini-
tio de his conſtituere; concludens tales
homines in eo errore verſari, qui nihilo-
minus ſit, quàm inſania, furorque Epi-
,, cureorum. Quare inter cætera ait; Cre-
,, dimus Deum eſſe omnipotentem, vt
,, oſtendamus in eo idem eſſe velle, & poſſe
,, tam in Cælo, quam in terra; proinde di-
,, xit: Ecce ergo æternus Dominus, &
,, Deus omnium creaturarum. Num quid
,, eſt mihi quicquam impoſſibile? & alio
,, loco: Omnia Deo ſunt poſſibilia. Item:
,, Non eſt impoſſibile apud Deum omne
,, verbum, hoc eſt, nulla res. Et in pſalmis
,, dicitur: Domine Deus exercituum, quis
,, ſimilis tibi? Potens es Domine, & virtus
,, tua in circuitu tuo. Tu dominaris pote-
,, ſtati maris, & motum fluctuum eius tu
,, temperas. Et in lib. Iob. Ille eſt, qui tranſ-
,, fert montes, & qui commouet terram
,, de loco ſuo, & columnæ eius concu-
,, tiuntur. Qui reſiſtit ei pacem non habuit.
,, Hactenus Viretus, licet catholicæ fidei,
aliàs iuratus hoſtis.

C A P V T XIV.

Humanum, Mathemata (Arithmetica ſcilicet, & Geometria) vt omnes perfectè attingere ſaltem valeat ſcientias (vndè fortè inſtituta ſunt) ægrè acuĕt, & excitabunt ingenium; ſi numerorum, figurarumque paſsiones, & proprietates non tantùm; verùm etiam, myſticæ ſignificationes ab earum ſectatoribus non ignorentur, & ſenſus.

S V M M A R I V M.

1 *Mathematicæ facultatis quatuor ſuat ſpecies, Arithmetica nimirum, Geometria, Muſica, & Aſtrolog a, cùm omnes quantitatem coaſiderent, aut ſecundum ſe, vt Arithmetica, quæ conſiderat numerum, & Geometria, quæ conſiderat lineas, ſuperficies, & corpora: aut ſecundùm differentiam, quam addunt accidentalem, vt Muſica, & Aſtrologia.*

2 *Ex Mathematicis ſpeculationibus, magna percipitur animi voluptas, cùm ad diuinarum rerum ordinentur contemplationem, in qua ſaltem naturalis felicitas, & temporalis ſtatuitur beatitudo; quod Euclidis, Philipps, Archimedis, & Pithagoræ, claro confirmatur exemplo.*

3 *Arithmetica cæteras mathematicas antecellit diſciplinas, vnde primo loco de ipſa agenaum eſt. At quia Arithmetica & Geometria ſcientiæ coniuncta ſunt, indiſcriminatim in hoc capite explicari debent, reliquis ad ſequentia remiſſis; non quidem vt vulgares, & operatrices ſunt, ſed quatenus philoſophica, & contemplatrices.*

4 *Vt autem quis rectè his mathematicis vtatur diſciplinis, neceſsè eſt, ad ſuos præcipuos, vt ſciat ordinare fines: cum benè vti, nil aliud ſit, quàm referre in finem, ſicut malè vti, è contra. Finis autem præcipuus, & communis harum duarum facultatum, licet remotus, & vltimus, ac cæterorum præcontinens perfectiones, ac bonitates, nil aliud eſt, quam vt ad omnes doctrinas, diſciplinaſque, humanam capeſſendas vehementer acuat intellectum.*

5 *Quantùm proindè phyſicis rebus Mathemata luminis afferant, Timæus Platonis, & Ariſtotelis Phyſica, maximo argumento ſunt. Medicæ verò arti ita cenſentur proficua, vt Theſſalo filio Hippocrates præciperet, mathematicis operam dare. Quod itidem morali Philoſophia denegādum non eſt, cùm Politia Platonis, mathematicum requirat lectorem, & Ariſtotelis Ethica, præſertim vbi de iuſtitia agitur, tota mathematica ſit. Neque minus Theologia, cùm omnia Deus, in pondere, numero, diſpoſuerit, & menſura.*

6 *Modus autem numeros, geometricaſque figuras, ad ſuos præcipuos ordinandi fines, nil aliud eſt, quam ſpiritualiter, & myſticè talia penetrare. Quare Plato in Epinomide, eos reiecit numeros, qui corpus habent, hoc eſt mutationibus ſubduntur, & ridiculum illud vocauit Geometriæ nomen, quæ ſenſibilibus applicatur.*

7 *Non tamen licet hos myſticos, ſpiritualeſque ſenſus, è numeris, & figuris pro libito eruere; unde eorum virtutes, obſeruationeſque præcipuè ab eo ſunt attendendæ, qui talia myſteria veſtigare cupit. Nam intentio Arithmeticæ (quod etiam de Geometria eſt affirmandum) eſt docere nos naturam abſtracti numeri, & figurarum, & quæ eiſdem accidunt.*

8 *Binarij natura adducitur in exemplum, qui numerus myſticè, non ſemel infauſta, diraque portendit, non tantùm apud ſuperſtitioſos Augures, verùm etiam apud antiquos Romanos, qui ſecundo anni menſe, eiuſque ſecunda die Vrbem luſtrabant, iiſque Dijs manibus ſoluebant, ac purgationibus quibuſdam vtebantur mortuis parentantes.*

9 *Vitia quoque, quæ in extremitatibus ſolent conſiſtere, præfatus videtur ſignificare numerus, minimè verò virtutes, quæ tantùm in mediocritate reſident, vt patet de fortitudine, & ſcientia, exempli gratia, & de cunctis inſuper corporalibus bonis, ac perfectionibus.*

10 *Omnem ex prædicto numero naſci miſeriam, etiam latè probant ſacræ literæ; quare ſecundus creationis dies non benedicitur: Falſis duobus teſtibus, plurimi damnantur inſontes: Duæ manus labore ſunt plenæ: Duæ mulieres fornicatæ ſunt in Ægypto: Et duas portare tunicas, diſcipulis prohibetur.*

11 *Horum autem fundamentalis ex mathematicis ſolet aſſignari ratio; videlicet, quia dualitas eſt vnitatis deſtructio, & diuiſionis principium, vtpotè primus par numerus, qui primò partibilis, & diuiſibilis eſt.*

12 *Arithmetica, & Geometria, ex eo plurimùm ad res naturales, vt puta Mundum, & Elementa cognoſcendas, humanum acuunt ingenium; quia Dodecaedra Vniuerſo Piramidalis Igni, Octaedra Aeri, Icoſaedra Aquæ, Cubica Terræ ex numerorum paſſionibus, & affectionibus tribuitur figura.*

13 *Quoniam acuti corporis morbi, præſertim cum ex mala temperatura in febres continuas incidimus, ſeptimo fermè die iudicantur; Medicis etiam, vt ſuæ artis plurima percudant intimiùs Arithmeticæ, atque Geo-*

Geometriæ apprimè neceſſarius eſt vſus.

14 *Inſuper, quoniam ex Hippocratis ſententia Medici docent ſeptimeſtrem partum, ſeptenario numero vndique perfectè conſtare, temerè profectò id aſſererent ſi illud, quod in rebus ſecũdum naturam rectum eſt, quodque flecti, alterari, mutarique nequit, ſeptenarium, myſticè ex ſuis proprietatibus indicare numerum penitus ignorarent.*

15 *Iuri prudentiæ hæ mathematicæ diſciplinæ, niſi etiam vtiles forent, reſcriptum illud Diocletiani, & Maximiani: Artem nimirum Geometriæ (par autem ratio eſt Arithmeticæ) diſcere, atque exercere publicè intereſt, minimè haberemus.*

16 *Theologis tandem, ita prædictæ diſciplinæ ſunt neceſſariæ, vt earum imperitia, multa faciat non intelligi tranſlatè, ac myſticè poſita in ſcripturis; Vnde altiſſimum Sanctiſſimè atque induiduæ Trinitatis Myſterium, nullo alio meliùs ordine, quàm ternarij numeri virtute explicari poſſe videtur.*

NAturalem Philoſophiam (ſi quæ *lib.*1. *cap.*20 *num.* 9. ſuperiùs dicta manent
1 admittere libeat) Mathematicæ confeſtim ſequuntur diſciplinæ, quarum præcipuæ Arithmetica, Geometria, Muſica, & Aſtrologia cenſentur ſpecies. *Proclus in* 1. *Eucl.d. cap.*12. Quandoquidem omnes, diſcretam, vel continuam concernunt quantitatem, aut ſecundum ſe, vt Arithmetica, cuius obiectum eſt numerus ſimpliciter, & Geometria, quæ verſatur circa puras lineas, ſuperficies, & ſolida. 13. *met. cap.* 2. aut ſecundùm differentiam, quam addunt accidentalem, vt Muſica ſonum. 2. *poſt. cap.* 1. & Aſtrologia mo-
2 tum. 1. *met. cap.* 10. Hæ quidem ſunt; ex quibus non temerè 7. *de republ.* teſtatur Plato, Magnam percipi animi voluptatem, atque ad eius, quod eſt protinus contemplationem excitari: quoniam, vt
,, 4. *antiquar. lect. cap* 30. Cælius tradit Rho-
,, diginus: Mathematicas ſpeculationes ve-
,, luti præludium quoddam ad diuinarum
,, perpenſionem ſtatuere conuenit. In quibus ſaltem naturalis felicitas, & temporalis ſtatuitur beatitudo. *D. Tho. plurib. in locis, ſed præcipuè* 9. *de anima. artic.*10. *ad* 1. Quare Vates ille *Faſtor.* 1. feſtiuiſſimè cecinit.

Felices animæ, quibus hæc cognoſcere primis,
Idque domos ſuperas ſcandere cura fuit.
Credibile eſt illos pariter vitijſque, iocíſque
Altiùs humanis exſeruiſſe caput.
Non Venus, & vinũ ſublimia pectora fregit,
Officiumque fori, militiæue labor.
Nec leuis ambitio, perfuſaque gloria fuco,
Magnarumque fames ſollicitauit opum;
Admouere oculis diſtantia ſidera noſtris,
Ætheraque ingenio ſuppoſuere ſuo.
Sic petitur Cęlum: non vt ferat Oſſan Olimpus
Summaque Peliacus ſidera tangit apex.

Haud exiguas proinde legimus apud Plutarchum *contra Epicurum*, ex Geometria collegiſſe voluptates, atque ab Aſtrologia Euclidem, cum Diotica ſcriberet; & cùm Demonſtrationes de figura Lunæ texeret Philippum: & Archimedem cum anguli miniſterio deprehendiſſet Diametrum Solis tantam eſſe maximi circuli portionem, quanta eſt angulus ille de quatuor angulis rectis. Et Pythagoram tandem, Diagrammatis à ſe formati cauſa, ſiue id de Hypotenuſa fuerit (ea linea eſt Trigoni Orthogoni, quæ vtraque latera recti anguli complectitur, quod æqualis ambabus illis, quæ rectum illum angulum continet, de qua penultimum eſt theorema *primo Elementorum libro*) ſiue propoſitio fuerit de circumeunte area Coniſina:
,, Nam Mathemata nullis blandimentis ce-
,, dunt, trahuntque ad ſe diagrammatibus,
,, quaſi incantamentis. *Plutarchus loc. cit.*

Non ita tamen, indifferenti ſicut oblectant iucunditate, pari congaudent nobilitate: Arithmetica nanque Geometriæ,
3 Muſicæ, & Aſtronomiæ: Muſica verò Geometriæ, & hæc deinceps Aſtronomiæ dignitate anteſtat: Quoniam (vt *lib* 3. *de inſtit. clericor. cap.* 22. docet Rabanus Mau-
,, rus) Arithmetica vt ſit, nulla alia indiget
,, diſciplina: Muſica autem, & Geometria,
,, & Aſtronomia, quæ ſequuntur, vt ſint,
,, atque ſubſiſtant, illius egent auxilio: ſim-
,, plum enim ad duplum (inquit Caſſiodo-
,, rus *de diſciplinis cap. de Arithmetica*) quod
,, habet Muſica, indiget Arithmetica: Geo-
,, metria verò, quod habet trigonum, qua-
,, drangulum, vel his ſimilia, eadem indi-
,, get Arithmetica: Aſtronomia etiam,
,, quod habet in motu ſiderum numeros
,, punctorum, indiget Arithmetica. Quamobrem cæteris poſthabitis, & ad ſequentia remiſſis, de his tantùm, ad quæ Arithmeticæ tenentur ſectatores, Mathematicarum, alijs vtpotè nobiliores diſciplinarum Magiſtris, primo loco agendum videtur, cum Dignius præcedere habeat minus dignum *l.* 1. *ff. de albo ſcrib. Pariſ. conſil.* 38. *num.* 1. *vol.*4. *Peregr. conſ.* 1. *nu.*60. *lib.*1. quos refert, *Mari. Antonin. variar. reſolut. lib.* 1. *reſol.* 81. *num.* 1. Quia verò Arithmetica, & Geometria ſcientiæ connexæ ſunt, & quodãmodò eadem, vt 1. *p. art.* 7. *q.* 5. *num.* 12. docet Henricus; quicquid pro vtraque expedire cenſetur, indiſcriminatim etiam explanabitur in

præ-

præſenti. Cæterum cùm tam Arithmeti-
cam, quam Geometriam ipſe Plato *in Phi-
lebo, ſeu de ſummo bono*, duplices faciat, phi-
loſophicas ſcilicet, ſeu contemplatrices,
& vulgares, ſeu operatrices; Nuncupato-
ribus, & Menſuratoribus his relictis po-
ſterioribus, Mathematicis ſpeculatoribus
priores quatenus vtendas, claritate, qua
potero diffusè proponam,

Cæterùm, vt præfatis rectè ſpeculati-
4 ui vtantur Mathematici diſciplinis, ad
ſuos præcipuos eas ordinare fines neceſsè
eſt vt calleant; cùm benè vti nil aliud ſit,
quàm referre in finem, ſicut malè vti non
referre in finem. *Henr. 1. p. art. 7. qu. 10.
n. 1. ex D. Aug. lib. 83. q. q. 30.* Harum au-
tem communis, & præcipuus facultatum
finis (licet remotus, & vltimus, quia cæ-
terorum præcontinet perfectiones, & bo-
nitates) ille cenſetur eſſe, quòd ad omnes
doctrinas, diſciplinaſque humanum ca-
peſſendas vehementer acuant, & inducāt
intellectum (vltimus enim, & remotus
finis ille dicitur, qui in ſui bonitate, & per-
fectione, cæterorum bonitates, & perfe-
ctiones habet. *Henric. 2. par. art. 42. q. 2.
n. 10.*) Idcircò Plato 7 *de Repub.* Arithme-
ticæ conſulens vtilitati, ita teſtatur, dicens:
„ Cernis igitur, ò amice, hanc re vera pe-
„ ritiam huius diſciplinæ nobis neceſſariam
„ eſſe? Quandoquidem vt apparet, animum
„ ad hoc inducit, vt ipſa intelligentia vta-
„ tur ad veritatem ipſam percipiendam. Ve-
„ hementer id efficit. An & hoc aduertiſti,
„ quod homines natura arithmetici ad om-
„ nes doctrinas, vt ita dixerim, acuti viden-
„ tur? Quin etiam, ſi qui ingenio tardiores
„ huic ſe ſtudio dederint, ſi nullam vtilita-
„ tem aliam ſuſceperint, tamen hoc aſſe-
„ quuntur, vt acutiores, quàm anteà ſint.
Et paulò poſt Geometriam extollens his
„ etiam proſequitur verbis: Eſt autem non
„ leue iſtud, ſed difficilè admodum perſua-
„ dere, quod ex huiuſmodi diſciplinis in-
„ ſtrumentum quoddam cuiuſque animi
„ expurgatur, reuiuiſcitque, quod ante
„ ex alijs ſtudijs infectum, obcæcatumque
„ fuerat, cum potiùs id ſeruandum ſit, quā
„ oculorum corporis decem millia. Solo
enim hoc inſpicitur veritas. Hyperbolè
vtique Platonica. Sanè, & tamen vera.
Necnon Argus ille, qui fingitur à Poetis
metamorph. 1. decem corporeorum oculo-
rum millibus tam acutè tamque latè vn-
quam cerneret, quàm his duobus, Arith-
meticæ, & Geometriæ luminibus cerni-
5 tur. Quantùm proinde, phyſicis rebus
Mathematica luminis afferat, Timæus
Platonis, & Phyſica Ariſtotelis, maximo
argumento ſunt. In Timæo enim Pla-
tonis, Deus mundi animam, rationibus
arithmeticis, & proportionibus exponit:
deinde corpus geometricis figuris archi-
tectatur. Phyſica itaque Platonis, è nu-
meris, & lineamentis, arithmetica, & geo-
metrica eſt. Ariſtotelis verò, tota de mo-
tu & quiete, de tempore, cœloque, de
animalium ortu, progreſſu, hiſtoria &c.
non ſolùm exemplis, ſed fundamentis
mathematica eſt. Item, vt de re medica
aliquid dicamus, Theſſalo filio Hippocra-
tes præcepit, vt Arithmeticam, & Geo-
metriam non ſolùm ad ſplendorem vi-
tæ, ſed ad medicinæ vſum ſtudioſè per-
diſceret. Arithmeticam quidem ad mor-
borum periodos, & criſes; Geometriam
verò ad morborum ſitum, luxationem-
que cognoſcendam, *Soranus in eius vita*.
Quid plura? Politia Platonis mathemati-
cum lectorem vſque adeò requirit, vt
Philippus Mendeus, & Theon etiam (ſi-
ue Alexandrinus, ſiue Smyrnus, vt arbi-
trantur quidam) libro ad eam rem ſepa-
rato, mathematicos Platonicæ philoſo-
phiæ locos interpretandos ſibi propoſue-
rint. Ariſtotelis autem de Principe vir-
tutum iuſtitia in ethicis, liber mathema-
ticus omninò eſt. *P. Ramus lib 2. prohemij
Mathem*. Theologia tandem Paganorum
non tantùm, verùm etiam Chriſtianorū,
adeò mathematicis inuoluta eſt velamen-
tis, vt *Sapientiæ* 11. dictum ſit de Deo:
„ Omnia in menſura, & numero, & pon-
„ dere diſpoſuiſti; hoc eſt ad regulam geo-
metricam, arithmeticam, & iſotropicam,
vt explicat idem P. Ramus *in oratione de
ſua profeſſ.*

Quo verò ſtudio, quaue arte, numeros
6 geometricaſque figuras ad ſuos rectè va-
leamus ordinare fines, ab ipſo facilè lice-
bit accipere Platone, ſi eius verba, eſto
quadam obſcuritate plurimùm laborent
æqua penſitauerimus ſedulitate. Ait e-
„ nim *Epinominis propè fin.* Quo circa, do-
„ ctrinis, quæ mathematicæ appellantur,
„ opus eſt; primò verò, ac maximè nume-
„ ris; non iis dico numeris, qui corpus ha-
„ bent, ſed qui omnem paris, impariſue ge-
„ nerationem, atque virtutem, quam ad
„ perficiendam, cognoſcendamque rerum
„ naturam conferunt. Quibus perceptis,
„ illa deinceps, quam ridiculè Geometriam
„ appellant, diſcenda eſt. Numerorum ve-
„ rò inter ſe natura diſſimilium ſimilitudo
„ ad planorū partem relata clareſcit, quod
„ quidem non humanum, ſed diuinum mi-
„ raculum, ſi quis planè intelligat, videatur
„ oportet. Poſt hanc numeri, qui in tres
„ vſque dimenſiones adaucti ſunt, naturæ
„ ſolidæ ſimiles, ac rurſùs diſſimiles, alia
„ quadam arte, Stereometria videlicet, huic
„ ſimili, conſiderandi ſunt: ſed hanc quo-

que

„ que, qui in ea obiter verſati ſunt, Geome-
„ triam denominauerunt. Illud autem mi-
„ rum, diuinumque intelligentibus eſt,
„ quod cùm rerum virtus in duplo ſem-
„ per, & in ſuo oppoſito reuoluatur, in
„ ſingulis proportionibus per genera, ſpe-
„ cieſque, vniuerſa natura formatur. Quod
cùm intereà, quibuſdam numerorum,
ſolidorumque, ac tangibilium oſtendiſſet
propnſitionibus, concludit demum: Hæc
„ igitur ita fiant, & ita ſe habeant. Horum
„ finis eſt, vt ad diuinam generationem, &
„ eorum, quæ cernuntur oculis pulcherri-
„ mam, diuinamque naturam conſideran-
„ dam nos conferamus, quatenus hanc ho-
„ minibus inſpiciendam Deus largitus eſt,
„ quam nunquam, ſine dictis artibus aſſe-
„ quemur. Quibus profectò (eorundem,
me, ni decipiat præconceptum iudicium)
ſcitè videtur docere, talia mathemata,
numeros ſcilicet, atque figuras, niſi ſpiri-
tualiter, myſticèque ſatis perpendantur,
ad optatum (hominum ſcilicet in cunctis
acuere facultatibus ingenia) parum, ni-
hilque conducere finem. Idcircò enim,
numeros reiecit, qui corpus habent, hoc
eſt, mutationibus ſubduntur, & ridicu-
lum illud vocauit Geometriæ nomen,
quæ ſenſibilibus applicatur. Quam for-
taſsè doctrinam, *Muſicæ lib.6.cap.11. & 12.*
ambobus brachijs amplectens Auguſti-
nus, æternos, ſpiritualeſque numeros,
corporalibus, & ſenſibilibus ſummopere
præpoſuit.

Cæterum, ne quiſque ſuis nimiùs in-
dulgens ſtudijs, mathematum arcana, ſpi-
7 ritualeſque ſenſus, pro libito indagare præ-
ſumat, cauendum omninò eſt, quod Mul-
„ ti (*homil.24. in cap.7. geneſeos* inquit Chri-
„ ſoſtomus) varias de ijs fabulas narrant, &
„ hinc occaſione ſumpta, obſeruationes nu-
„ merorum oſtendunt. At non obſerua-
„ tio, ſed intempeſtiua hominum curioſi-
„ tas, talia fingere molitur, vnde & multæ
„ hæreſes ortæ. Quare eorum virtutes,
obſeruationeſque præcipuè ab eo ſunt at-
tendendæ, qui talia myſteria veſtigare cu-
„ pit: Nam intentio Arithmeticæ (quod
etiam de Geometria aſſerere licet, cùm
teſte Platone, *Epinominis propè principium*.
„ Cæteræ artes ſublato numero, penitùs
„ euaneſcant) eſt docere nos naturam ab-
„ ſtracti numeri, & quæ ei accidunt: exem-
„ pli gratia parilitas, imparilitas, ſuperflui-
„ tas, indigentia, perfectio, inæqualitas,
„ æqualitas, maioritas, minoritas, ex quibus
„ oriuntur numeri multiplices, ſuperparti-
„ culares, ſuperpartientes, multiplices ſu-
„ perparticulares, multiplices ſuperpartiē-
„ tes &c. vt loco ſuperiùs citato inquit
Caſſiodorus. Ex quibus ſanè, tanquam
8 ex veris, & ſolidis Matheſis principijs,
duntaxat permiſſum eſt rectè philoſopha-
ri. Binarij proindè natura cunctis intereà
ſufficiat pro numeris, vt obiter ponatur
in exemplum: ſiquidem, non ſemel in-
fauſta, diraque portendit. Augures enim
apud Petrum Bongum 1. *p. de numerorum
myſtica ſignif.* ex duplicata oſcitantis ſter-
nutatione; vel ſi duæ ſimul conuolaſſent
grues, haud ſecundũ conijciebant omen,
præſertim ſi res à quibus capiebatur au-
ſpicium Martiæ, Saturniæne fuiſſent: nan-
que hæ duæ, vt infortunia numerantur
ab Aſtrologis, *in ibin de infeliciter nato*, ca-
nente Naſone,

Te fera, nec quicqnam placidum ſpon-
dentia Martis
Sidera preſſerunt, falciferique Senis.

Quod non ignorantes Romani, ſecundũ
anni menſem Februarium à luſtratione
dixerunt; quod in eo ſecunda die Vrbem
luſtrabant, iuſtaque Dijs manibus ſolue-
bant, ac purgationibus vtebantur qui-
buſdam, mortuis parentantes; vnde Naſo
Faſtor. 2. latiùs, huius vocis ſignificatio-
nem ita proſequitur,

Februa Romani dixere piamina Patres:
Nunc quoque dant verbo plurima ſigna
fidem.
Pontifices à Rege petunt, & flamine lanas
Quis veterum lingua Februa nomen erat.
Quæque capit lictor domibus purgamina
certis,
Turbida cum mica farra vocantur idem.
Nomen idem ramo, qui cæſus ab arbore
pura,
Caſta Sacerdotnm tempora fronde tegit.
Ipſe ego Flaminiam poſcentem Februa vidi:
Februa poſcenti pinea virga data eſt.
Denique quodcunque eſt, quo corpora no-
ſtra piantur
Hoc apud intonſos nomen habebat auos.
Menſis ab his dictus: ſecta quia pelle luperci
Omne ſolum luſtrant, idq; piamen habēt
Aut quia placatis ſunt tempora pura ſepul-
chris,
Tunc cùm ferales præterlere dies
Omne nefas, omnemque mali purgamine
cauſſam
Credebant noſtri tollere poſſe ſenes.

Omnia quoque vitia, binario deſignantur
numero; quia cum virtutis ſit vnica ra-
9 tio (nunquam enim diſcedit à medioeri-
tate, ſed circa illam ſemper occupatur.
2. ethic. cap.6. & 7.) vitiorum contra, du-
plex eſt præcipitium, vnum quod in ex-
ceſſum, alterum quod in defectum pro-
labitur; hinc illud Poetæ *æneidos* 6.

——— tum tartarus ipſe
Bis patet in præceps tantum ———

Virtutes Idcircò, quarum aliæ morales,
aliæ

aliæ intellectuales dicuntur, duorum in-
mediocritate vitiorum conſiſtere oppoſi-
torum propalam eſt. Fortitudo enim (vt
quaſdam ponamus in exemplum) inter
Audaciam, & Timiditatem: Scientia in-
ter errorem verſatur, & ignorantiam.
Corporis item bona, quæ & ſenſibilia
ſunt, & materialia, tantùm in medio ra-
tionem ſibi vendicant; ita in extremis
mala, & vitanda reperiuntur: Horum
enim id dumtaxat, quod neque plus, ne-
que minus fuerit bonum, & eligendum
eſt; quod verò exuperat, aut deficit, ma-
lum eſt, & protinùs fugiendum. Hanc
propterea aborrere viſus eſt dualitatem
Sapiens ille quando Dominum his ſuppli-
citer *Prou.30.* exorabat verbis: Mendici-
tatem,& diuitias ne dederis mihi: tribue:
tantùm victui meo neceſſaria. Ne fortè
ſatiatus illiciar ad negandum, & dicam-
Quis eſt Dominus? Aut egeſtate com-
pulſus furer,& periurem nomen Dei mei.
10 Binarium ergo, tanquam ex eo omnis
prorſus oriatur miſeria ſacræ deteſtantur
paſſim literæ: nam ſecundus creationis
dies *Geneſis* 1. non ſicut ſequentes bonus
appellatur. Falſis duobus teſtibus *Daniel.*
13. Suſanna eſt appetita. Pauper *3. Reg.*21.
impiè occiditur; & Chriſtus Dominus,
Matthæi 26. ſacrilegè condemnatur. Duæ
manus labore ſunt plenæ *Eccleſ.* 5. Duæ
mulieres fornicatę in Ægypto, Oolla ſci-
licet, & Ooliba. *Ezechiel.* 23. Et duas por-
tare, vel habere tunicas (vt cætera mit-
tam) *Marc.*6. prohibetur à Domino. Quo-
11 rum hęc omnium, ex binarij proprietati-
bus, paſſionibuſque tantùm aſſignabilis
cenſetur ratio. Quia dualitas, nimirùm
primus par numerus eſt; & par numerus
dicitur quòd partibilis, & diuiſibilis, im-
mo, quia partibus eſt diuiſus. Quare dua-
litas eſt vnitatis deſtructio: nam diuiſum
eſt vnius negatio; quia rem diuidere, idem
eſt quod deſtruere, nec ita poſſumus rei
cuipiam ſuam, ac naturalem vnitatem
adimere, vt nihilominùs illius eſſentia in
ſua integritate remaneat. Idcircò Duali-
tas, quia principium eſt diuiſionis cadit
prorsùs in ordine mali. *Nicolaus de Cuſa*
*lib.*1. *exci. quærite* 1.

Quomodo verò ad ſcientias ſingulas
tam luculentè Arithmerica, & Geome-
12 tria, humanum acuant ingenium; alijs
inferioris notæ relictis rebus, vt magis in-
ſiſtamus ſerijs; res naturales, præſertim
Vniuerſum, eiuſque prima, notiora & cla-
riora nobis reddat principia, & elementa,
*in compend. Timei. cap.*40. affatim, his ver-
bis oſtendit Ficinus. Quamobrem vbi
aiunt (inquit) ſpeciem ignis ex pyramida-
li figura, & pyramidem ſolidam ex trian-
gulis quatuor, & hos ex quaternario, ter-
narioue conſtitui, ſignificare volunt pro-
prietatem quandam in his cunctis com-
muniter eſſe perſimilem, & comparanda
hæc inter ſe potiùs, quam componenda.
Hac vtique ratione figuram igni pyrami-
dalem tribuit Plato: Aeri figuram facies
habentem octo, quam nominat Octae-
dram: Aquæ facies habentem viginti,
quam Icoſaedram vocat: Terræ facies ſex
habentem, nomine Cubum, atque Ta-
lum: Vniuerſo denique duodecim facies
poſſidentem. Et pyramidalem quidem fi-
guram ideò conuenire vult igni, quia te-
nuis, & ad inciſionem præcæteris apta,
ex paucioribuſque triangulis conſtituta,
ideòque omnium leuiſſima figurarum.
Figuram verò cubicam Terræ, quia ſoli-
diſſima, atque ſtabiliſſima ſit. Figuras
alias medijs elementis, quoniam ad mo-
tum, atque ſtatum inter Ignem, & Ter-
ram medio modo ſe habent. Dodecae-
draut, quæ duodecim facies habet, con-
gruere putat Mundo, propter ſphęras duo-
decim,& ſignà duodecim in Zodiaco. Me-
13 dicis etiam, vt ſuæ artis plurima perua-
dant intimius, Arithmeticæ, atque Geo-
metriæ apprimè neceſſarius eſt vſus. Acu-
ti enim corporum morbi, præſertim cùm
ex mala temperatura in febres continuas
incidimus, ſeptimo fermè die, ex eorum
ſententia iudicantur. Id ſanè, manifeſtè
ſenſit Galenus, qui ternos conſcripſit li-
bros de diebus criticis, ſeu decretorijs, in
quibus ſeptenarij numeri potentiam oſten-
dens, ardentiſſimas febres dicit ſolui die
ſeptimo, aut ſi tanta humoris noxij, &
pituitæ fuerit magnitudo, vt primæ heb-
domadis nequaquam feruore conſumpta
ſit, ſecundæ hebdomadis vltimus expe-
ctetur dies, qui eſt quartus decimus, qui
ex Hippoc. 2. *Aphoriſm.* eſt terminus acuto-
rum ſimpliciter morborum. Quòd, ſi
hoc in tempore ſanitatem conſequi haud
datum fuerit, tranſitur ad diem vigeſi-
mam primam, hoc eſt ad finem tertię heb-
14 domadis. Inſuper ſeptimeſtres fœtus ſe-
cundùm Hippocratem, plurimùm à Pau-
lo Iureconſulto. *l. ſeptimo menſe ff. de ſtatu*
homin. commendatum; diebus centum
octuaginta duobus, & aliquot horis edun-
tur in lucem. Hic nanque numerus con-
tinet in ſe ſepties viginti ſex. Qui autem
eduntur bis centum decem diebus, ſepti-
mum menſem terminant, & tres integras
ſeptimanarum decadas aſſequuti, quarum
ſingulæ decies ſeptem dies, aut ſeptuagin-
ta capiunt: qui numerus collectus conti-
net in ſe ſepties triginta dies; & ſic ſepti-
meſtris partus ſeptenario numero vndi-
que perfectè conſtat, ac procedit. Sed e-
nim

nim hoc totum temerè proſſus dicerent,
ſi id, quod in rebus ſecundùm naturam
rectum eſt, quodque flecti, alterari, mu-
tarique nequit, ſeptenarium myſticè ex
ſuis proprietatibus indicare numerum pe-
„ nitus ignorarent: Triangulus quippè te-
„ ctis conſtans angulis (*de myſtica numer. ſigni-*
„ *ficat. par.* 1. inquit Petrus Bongus) quod eſt
„ qualitatum principium, ex his numeris 3.
„ 4. & 5. conficitur. Tria verò, & quatuor,
„ quæ ſunt materia, ſiue eſſentia ſeptenarij,
„ rectum faciunt angulum: Nam obtuſus,
„ & acutus inæqualitatem, confuſionem, &
„ imparitatem præ ſe ferunt: alius enim,
„ alio obtuſior eſt, vel acutior: at rectus
„ nullam recipit comparationem, neque
„ alius cum alio collatus rectior dicitur, ne-
„ que ſuam aliquandò naturam commutat,
„ ſed in ſimili, eademque ratione manet.
„ Quòd ſi Triangulus rectis angulis con-
„ ſtans principium figurarum ſit, & quali-
„ tatum, & hic à ternario, quaternarioque
„ procedit, Septenarius qui ab his enaſci-
„ tur, cuiuſque figuræ poteſt, & qualitatis
„ fons re vera putari. Quarè non immeri-
„ tò (poſt pauca ſubdit) à proprietatis voca-
„ bulorum ſtudioſis, abſolutorius nuncupa-
„ tur numerus Septenarius, cùm ab eo ab-
„ ſoluantur, & perficiantur vniuerſa, qui
„ geminam vinciendi vim tenet: ipſius enim
„ partes vincula prima ſortitæ ſunt, terna-
„ rius ſcilicet cum vna medietate, quaterna-
„ rius cum duabus.

Nec tamen idcircò cenſendum eſt, re-
rum naturalium adeò perfectæ inſeruire
15 notitiæ, vt Iuriſconſulto, atque Theolo-
go nihil penitus proficiant: quandoqui-
dem Iuriſprudentiæ hę facultates niſi vti-
les forent, reſcriptum illud Diocletiani, &
Maximiani apud Voſſium, *de ſcientijs ma-*
„ *thematicis cap.* 12 §. 8. minimè haberemus:
„ Artem, nimirum, Geometriæ (par autem
„ ratio eſt Arithmeticæ) diſcere, atque
„ exercere publicè intereſt. Theologo au-
„ tem ità opitulantur in aſſequendo diuina
„ Myſteria, *vt* 1. *Ciuit. Dei cap.* 30. magnus
„ dixerit Auguſtinus; Ratio numeri con-
„ temnenda non eſt, quæ in multis Sancta-
„ rum Scripturarum locis, quàm magni
„ æſtimanda ſit elucet diligenter intuenti-
„ bus. *Et* 2. *de doctrina chriſt. cap.* 16. Nu-
„ merorum imperitia, multa facit non in-
„ telligi tranſlatè, ac myſticè poſita in
16 ſcripturis. Quod vt præſertim, de Altiſ-
ſimo, ac Sacratiſſimo Indiuiduæ Trinita-
tis oſtendatur arcano, ea quæ Iacobus Fa-
ber Stapulenſis *in commentario ad Richar-*
dum, apud Petrum Bongum loc. ſuperius citato,
ità præclarè præſtrinxit, recenſere non
pigeat. Quemadmodum (enim docet)
diuina vnitas Trinitate gaudet Perſona-
rum; ſic interna vnitatis fæcunditas Triade abſoluitur. Vnitas enim in ſe primum ducta progignit ęqualitatem: dicitur enim vnitas, ſi nobis per vindices linguæ latinæ conceditur, quaſi entitas, & æqualitas vnitatis, tanquam æqualitas entitatis: eſt autem entitatis æqualitas, cùm nec plus, nec minus, quod maximè in ortu, & generatione perſpicuum eſt: ſi enim plus, aut minus; iam monſtruoſum quiddam. Quare vnitatis generatio, ſola Vnitatis eſt repetitio. Nam ſi bis, ter, aut aliquo alio numero, tum non eſt vnitatis generatio, ſed id creationi reſpondet, quandoquidem effectus diuerſæ à ſua cauſa naturæ in eſſe deducitur. Itaque vnitas ex ſe gignit æqualitatem. Quod ſi hanc in æqualitatem ducis, qui ductus cubicus, idemque trinus à Pythagoreis appellatur, naſcitur etiam vnitas, vnitatis, & æqualitatis connexio. Porrò ductus ille proceſſio eſt. Nam quid aliud proceſſio, quàm quædam ab altero in alterum extenſio? Talis autem proceſſio, non vnius tantum eſt, ſicuti nec vnius eſt nexus ſed plurium, ac eorum, quæ connectuntur vnio. Atqui non contingit aliquem numerum in ſe amplius, quàm trinè duci, vt dicendo, ter tria tèr, quater quatuor quater. Et vt radix, & tetragonus in cubo vniuntur, vnaque tetragoni, & cubi etiam in numeris radix eſt; ità ſanè vnitas, & ipſa æqualitas in connexione vniuntur, eſtque æqualitatis, & connexionis vna radix, eaque primum innumeris principium originis. Tetragonus tamen proximè, primoque loco gignitur à radice, atque ipſius exprimit fæcunditatem. At cubus proximè quidem à tetragono, ſed à radice mediate eſt, vtriuſque nihilominus refert fæcunditatem; Radice ſiquidem in ſemetipſa ductitata, prodit tetragonus, radicalis virtutis expreſſio, & velut imago quædam; ex ductu vero radicis in ſuum quadratum, naſcitur cubus vtriuſque expreſſio, & veluti quædam ſimilitudo. Quod ſi ſpectes ordinem proceſſionis, vt quòd quadratus primo loco à radice, & ſecundo loco cubus, facies proculdubio quadratum immediatum radici, & ſecundum; cubum autem mediatum, & tertium tetragonum autem proximum. Quare ibidem proceſſio quædam duntaxat immediata eſt, quædam mediata pariter, & immediata, quæ autem mediata ſolum, inibi non reperiri poteſt. Sin verò medij naturam, cuius eſt ex æquo vnire extrema, cubum, vt qui eſt radicis, & quadrati ſecunda vnio, ex æquo ab vtroque dices procedere, & vtrique perinde immediatum. Porrò quid

nam hæc vnitatis interna fecunditas Trinitate expreſſa, & quæ in ea conſpiciuntür, aliud ſunt, quàm Diuinæ Trinitatis tàm aperta, & manifeſta ſymbola, quàm quæ maximè? Quid vnitatem de ſe ſimpliciſſimo ductu gignere æqualitatem, niſi Patrem ſummam, & ſuperexcelſam vnitatem, cuique vnius rationem deſerebant Pythagoræi, de ſua ſubſtantia filium gignere, ſuæ fæcunditatis expreſſionem, conſubſtantialemque imaginem? Et quid aliud ductus vnitatis in æqualitatem procedere connexionem per omnia vtrique conformem, quàm Patrem, & Filium ſibi conſubſtantialem amorem, vtriuſque nexum, & ſpiritum ſpirare? Sed quid quod trino ductu tota vnitatis pariter, & numerorum fæcunditas abſoluitur, niſi illo ſuperimmenſo Ternario, Diuinam, eamque immenſam fecunditatem perfectam, abſolutamque eſſe? Quid item aliud innuit coincidentia radicis, tetragoni, & cubi in vnitate (eſt ſiquidem vnitas radix, eſt tetragonus, eſt cubus) quàm ſummam illam coincidentiam trium Diuinarum Perſonarum in natura, ſubſtantiaque? Nonne tetragoni à ſola radice em natæ, Filium à ſolo Patre eſſe exprimit? Quid radicem, non ab alio eſſe, ni ſi Patrem à nullo eſſe? Quid cubum à radice, & quadrato (nec enim radix ſola, ſolus nec quadratus cubum reſtituit, ſed vtriuſque coniuncta operatio) quàm Spiritum Sanctum ab vtroque procedere; Si enim radicem inſe vnicè ducis, non habes cubum, nec magis ſi quadratum in ſe. Quid, quod vltra cubum non progrediuntur Pythagorici (adeo cubum in numeris, velut complementum obſeruant) eſt ne in nobis argumento, quod in Diuinis Tertia Perſona, omnium eſt conſummatio, & terminus? Quid cubum mediatè à radice, & id ſpectato progreſſionis ordine, & immediatè à quadrato, quàm ſi ſpectes ordinem originis in Diuinis, Spiritum mediatè eſſe à Patre, & immediatè à Filio? Sed quid hoc niſi Spiritum à Patre per Filium procedere, tanquam Diuina motio à Patre per Filium in Spiritu Sancto terminetur? Et id quidem cenſuere Græci Cyrillus, Gregorius Theologus, & Damaſcenus. Porro, quod ibi eſt immediata proceſſio, eſt item, & quæ mediata pariter, & immediata, Mediata autem non reperitur; Quid iſtud? Diſtat à Sanctorum ſententia, qui nullam in Diuinis mediatam proceſſionem aſſerunt? Et quid medij inſpecta natura, quæ eſt ex æquò extrema vnire, cubum dicere medium, & ex æquo à radice, & tetragono, atque adeò vtrique immediatum? Quid inquam aliud, præterquam quod Latini, Spiritum Sanctum mediam perſonam facientes, ab vtroque ex æquo procedere aſſeuerant? Sicque non tàm in re diſcrepant Latini à Græcis, aut hi ab illis, quàm modo, & ratione diſſerendi.

CAPVT XV.

Muſici tàm harmonici, quàm metrici, vt talium artium perfectam ſe prodant habere notitiam, eò vel maximè ſua ſtudia collimare tenentur quò, ad hominum deprauatos in bonos flectendos mores, ac ad virtutum dirigendos amorem, omninò eſſe ſe ſperent profuturos.

SVMMARIVM.

1 *Muſica apud priſcas nationes, magni ſemper, & æſtimabilis extitit pretij, adeò vt ijdem Muſici, & Vates, & Sapientes iudicarentur, quod Orphei, Lini, ac Iopatis comprobatur exemplo; Vndè cum diuinarum rerum cognitione, etiam cenſetur strictè coniuncta.*

2 *Muſicam in primis tanti fecerunt Arcades, vt cæteras apud eos artes ignorare nulla prorſus ignominia eſſet; ſed eius tantummodò fateri imperitiam turpiſſimum cenſebatur: quare ſoli Arcades cantare dicebantur periti. Lacedæmones, deinde, eandem ità ſectati ſunt, vt omnia cum carminibus facerent, & ad tibiarum modulos, etiam ſua committerent prælia.*

3 *Triplicem eſſe muſicam docent Authores, Harmonicam ſcilicet, Rhythmicam, & Metricam, quarum qualibet quæ nam ſit declaratur. Et Rhythmicam cum plurimis alijs à muſica conuenire facultatibus, Rhythmi explicatione, declarationeque oſtenditur.*

4 *Ad Muſicam Rhythmicam, illa quoque quæ manuum, ac pedum geſticulatione exprimitur, vndè & muta ſortitur nomen meritò reducitur; quæ tamen in præſenti, Choreis, Theatriſque penitùs relicta; harmonica & metrica, probatis Muſicis tantummodò proponitur.*

5 *Muſica, quatenus etiam omnes ſuas comprehendit ſpecies, ſcientia eſt benè modulandi, cum in cunctis, & ſingulis ſuis motibus, modum ſeruet, & ordinem: Hoc enim modulari eſt. Addendo tamen illud* Benè, *non committitur pleonaſmus: nam aliud eſt modulari, aliud verò benè modulari.*

6 *Item diuerſa ſunt benè cantare, & bona cantare: nam Harmonia non ad voluptatum*

ratio;

rationis expertem à Muſis data eſt, ſed vt per eam diſſonantem circuitum animæ componamus, & ad concentum ſibi congruum redigamus: nam interiora animi penetrat, decoram quandam figuram ferens, per quam decorus, & pulcher efficitur quisquis rectè in Muſica eruditur.

7 *Anima noſtra tota harmonica, quin potius ipſa harmonia eſt; propterea, rhythmis, melodijs, & vniuerſim symphonijs delectamur omnes, quod in infantibus recenter natis præſertim cernere eſt; quoniam natura, motibus ſummopere delectatur ordinatis, minime verò inordinatis.*

8 *Ab illis cantoribus valdè cauendum eſt, qui ſuis deprauatis moribus adoleſcentium animos peruertunt, qui ex ipſorum impudicis cantionibus facilè deprehenduntur: nam ex ſenſibilibus, ſola audibilia mores obtinent. Idcirco Seneca penitus eos reijcit, ſolumque morigeratos admittit.*

9 *Quare eò magis (cum hæc eadem in Poeſi repertatur peruerſitas) carminum arcendi ſunt Scriptores illi, qui ea duntaxat proferunt in medium, quæ blandè illectos hominum animos produnt, & perdunt. Vnde merito Sapientiſſimus Plato, obſcœnas præcipuè de Dijs fabulas, earum cum Authoribus, de ſua eijciendas imperauit ciuitate.*

10 *Eò igitur Muſici omne ſuę artis ſtudium collimare tenentur, quò rebelles animi motus flectere, & edomare valent: nam hoc præcipuè harmonica ſortita eſt Muſica, cum triſtitiam noxiam iucundet, tumidos furores attenuet, cruentam ſæuitiam efficiat blandam, omneſque demum temperet paſſiones, vt quamplurimis comprobatur exẽplis.*

11 *Muſices principaliores modi ſunt tantum tres, Dorius ſcilicet, Phrygius, & Lydius, quorum explicata natura, ſtatuitur quis eorum, ad temperandos animi affectus aptior ſit: quandoquidem harmoniarum omnium, optima eſt animi temperantia.*

12 *Quia verò Phrygius, harmoniæ propter vehementiam, & Lydius propter eiuſdem mollitiem, ad temperandos parum conducunt animi motus; ad hoc eligendus maximè videtur Dorius, quippè, qui propter harmoniæ grauitatem, & firmitatem, mores ſummopere continet ciuiles.*

13 *Modus Dorius vtpotè medius inter Phrygium, & Lydium, ita extollitur, & laudatur, vt Muſicæ penitus carere putetur diſciplina, qui Doricè non canit: hoc eſt ſi mores, & facta Canentis, haud conſonant verbis. Nam dum nos bona conuerſatione tractamus, talis diſciplinæ probamur ſemper eſſe ſociati; quando verò iniquitates gerimus, muſicam non habemus.*

14 *Poetæ pariter metrica carebunt muſica, ſua ſi corruptela artis, moribus obeſſe ciuium protinus conuincantur. Ad hoc enim Poeſis nata eſt, vt mortalium animos blandè conciliatos, ad morum honeſtatem, amoremque Virtutis inducat.*

15 *Epopæia idcirco, ad morum honeſtatem, & amorem inducit Virtutis, quia Heroem deſcribit, & oſtendit: nam ſicut heroica virtus ſupra nos eſt, ſonatque aliquid diuinum, itá qui ab ea ducuntur Heroes, non modò nihil in ſe turpitudinis continere, ſed mortalium conditionem excedere tenentur.*

16 *Tragedia, quæ ad Theatra, populorum beneficio admiſſa eſt, ad morum honeſtatem, virtutiſque amorem etiam allicit: nam funeſta Regum, Dynaſtarumque cæde propoſita, ſpectatorum animos dum exterret, eos tamen componit, & purgat, atque aureæ mediocritati reſtituit. Sicut etiam Comædię ſales, & ioca, idcircò permittuntur, vt deriſa palam vitia, ludibrioque in ſcenis habita, proniùs euitentur.*

17 *Denique, & hunc in primis ſortita eſt finem Lyricorum Poeſis, quæ ad Deorum laudes, virorumque fortium decora concinenda inuenta fuit. Quinimmo ſi qua Poeſis caſtè, ſanctèque tractari vnquam debuit, hæc profectò immunis ab omni turpitudine ſeruanda, & exercenda eſt.*

18 *Ad Poetas parænesis, ne ſuorum carminum lenocinijs, illum animi candorem, illamque audientium mentem, quam colere, dirigereque tenentur, in inquinata poeſeos abijciant ſordes. Quarè optimus ille Poeta erit, qui lectorem delectando, pariter monet.*

NOn eſt profectò, Muſicen qui neſciat (vt de hac ſtatim loquar) magni ſem-
1 per, & æſtimabilis priſcas apud nationes extitiſſe pretij; cum *1. inſtit. orat. cap.8.*
„ ipſam affatim dixerit, Quintilianus: Tan-
„ tùm illis antiquis temporibus, non ſtudij
„ modò, verùm etiam venerationis habuiſ-
„ ſe, vt iidem Muſici, & Vates, & Sapientes
„ iudicarentur. Mittam alios (ſubdit ipſe)
„ Orpheus, & Linus, quorum vtrunque
„ Dijs genitum, alterum verò, quia rudes
„ quoque, atque agreſtes animos admira-
„ tione mulceret, non feras modò, ſed ſa-
„ xa etiam, ſyluaſque duxiſſe, poſteritatis
„ memoriæ traditum eſt. Et Timagenes
„ author eſt, omnium in literis ſtudiorum,
„ antiquiſſimam Muſicen extitiſſe. Et te-
„ ſtimonio ſunt clariſſimi Poetæ, apud quos
„ inter regalia conuiuia, laudes Heroum,
„ ac Deorum ad citharam canebantur. Io-
„ pas verò ille Virgilij *Æneid.1.* non ne
—canit errantem lunam, ſoliſque labores
Vnde hominum genus, & pecudes: vndè imber, & ignes,

Arcturum, pluuiaſque, Hyadas, geminoſq;
Triones.
„ Quibus certè palam confirmat author
„ eminentiſſimus, Muſicen cum diuina-
„ rum etiam rerum cognitione eſſe coniun-
2 ctam. Hæc ille. Quamobrem inter cæ-
teros, eam tanti fecerunt Arcades, vt non
pueros modò, ſed & Adoleſcentes ad
triginta vſque ætatis annos, muſica im-
buendos curarent. De ijs nanque Cælius
narrat Rhodiginus *aniquar. lect. lib. 5. cap.*
28. quod cantu, & choreis Libero pa-
tri ludos concelebrant ſinguli pro æta-
tis ratione. Denique vita omnis id ge-
nus cantionibus, ſtudijſque impendi-
tur. Cæteras artes apud eos ignoraſſe,
nulla prorſum ignominia eſt. Muſicam
neſcire nemo poteſt, quia neceſſario di-
ſcitur. Eius imperitiam fateri, illic tur-
piſſimum eſt: nec id laſciuiæ cauſa, vel
deliciarum, ſed vt labores aſſiduos in co-
lendis agris, & vitæ præterea duritiem,
atque aſperitatem, & auſteriores mores,
ex cæli triſtitia quadam prouenientes, hac
quaſi dulcedine remolliant, ac contem-
perent. Huius autem argumentum in-
gens ex Cynethenſibus eſt, qui cum inſti-
tuta maiorum peruicacius aſpernari cæ-
piſſent, in eam breui feritatem abiere, vt
in nulla Greciæ totius ciuitate ſcelera
maiora, aut crudelitatis exempla ederen-
tur immitiora. Idcircò Vates Mantua-
nus *Buc. egloga* 10. ſubinde in cantilenæ
mentione, Arcades plurimis non deſinit
efferri laudibus, dicens;

——— Soli cantare periti
Arcades ———

Et Lucianus *de ſaltatione*. Lacedæmonas
tradit qui Græcorum præſtantiſſimi eſſe
cenſebantur, cum à Caſtore, & Polluce
caryatiſſare perdidiciſſent (quæ ſaltatio-
nis ſpecies à Caryis vrbe Laconiæ ducta
erat) omnia cum carminibus facere ſoli-
tos eſſe, adeò vt ad Tibiarum quoque mo-
dulos, & rhythmum, & moderatum pe-
dis ingreſſum, prælium committere illi
genti moris ſemper fuerit.

Triplicem autem apud Caſſiodorum
cap. de Muſica, & Angelum Politianum
3 *in panepiſtemon.* hanc miram facultatem fa-
ciunt Authores: Harmonicam, ſcilicet,
Rhythmicam, & Metricam. Harmoni-
ca eſt, quæ decernit in ſonis acutum, &
grauem. Rhythmica, quæ requiritur in
concurſione verborum, vtrum benè ſo-
nus, an malè cohæreat. Metrica tandem,
quæ menſuras diuerſorum metrorum,
probabili cognoſcit ratione; exempli gra-
tia, heroicum, iambicum, elegiacum &c.
Rhythmicæ quidem, diſſertationibus hic
opus non eſt diutius immorari; cum Me-
tricæ, & Harmonicæ non tantùm, verum
etiam plurimarum ab his facultatum ſtu-
dijs penitus videatur conſentire. Rhy-
thmus enim (*loco citata* inquit Politia-
„ nus) qui latinè dicitur numerus, arſim
„ habet, & theſin; hoc eſt leuationem, ac
„ poſitionem, quibus videlicet plauditur;
„ oriturque de numeris connumeratis, di-
„ numeratis, complicatis, ac ſeſquatis. Di-
„ ſcernitur viſu, vt in ſaltatione; auditu, vt
„ in cantu; tactu, vt in venis: etenim Me-
„ dicorum doctiſſimus Herophilus, motus
„ omnes illos, & pulſus humani corporis,
„ in muſicos digeſſiſſe numeros narratur.
„ Sunt verò numeri omnes, aùt iudiciales,
„ aut progreſſores, aut occurſores, aut re-
„ cordabiles, aut ſonantes, vel ſi mauis, cor-
„ porales, vt illi etiam ſignentur, qui ſunt
„ in ſaltatione, & incerto motu viſibiles.
„ Partes autem Rhythmicæ huius, de qua
„ nunc agitur, quinque ſunt, tempora pri-
„ ma, pedum genera, agoge, mutationes,
„ rhythmopæia. Cui etiam abs re muſicam
4 illam, non erit adijcere, de qua *lib. 1. va-
riar. epiſt. ad Albinum*, ſcribit in fine Caſ-
„ ſiodorus, dicens: Conuocatis ergò ſpe-
„ ctatoribus de Helladio, & Theodoro, qui
„ lætitiæ publicæ aptior fuerit æſtimatus,
„ populi confuſione ſublata, conſtituatur a
„ vobis Praſini Pantomimus: quatenus
„ ſumptum, quem pro ſpectaculo ciuitatis
„ impendimus, electis contuliſſe videamur.
„ Hanc partem Muſicæ diſciplinæ mutam
„ nominauere maiores, ſcilicet, quæ ore
„ clauſo, manibus loquitur, & quibuſdam
„ geſticulationibus facit intelligi, quod vix
„ narrante lingua, aut ſcripturæ textu poſſit
agnoſci. Qua proinde Rhythmica, à cæ-
teris ſepoſita generibus, nec non Choreis
Theatriſque penitus relicta, Harmoni-
cam, & Metricam, rectè riteque docen-
das, ſimul & exercendas, probatis Muſi-
cis tantummodò proponam.

Meritò quidem, Muſicam quatenus
5 vtranque complectitur, Metricam ſci-
licet, & Harmonicam, & etiam Rhythmi-
cam non excludit, *lib. 1. de muſica. cap. 2.*
ſcientiam, benè modulandi, ex Platone
2. *de legibus* vocauit Auguſtinus, eo quod
in cunctis, & ſingulis ſuis motibus, mo-
„ dum ſeruet, & ordinem. Inquit enim:
„ Modulatio non incongruè dicitur mo-
„ uendi quædam peritia, vel certè, qua fit,
„ vt benè aliquid moueatur. Non enim
„ poſſumus dicere benè moueri aliquid,
„ ſi modum non ſeruat. Procedit nanque
„ ſemper in ſuis motibus iſta facultas cum
„ ordine, & proportione, vt latè probat
ibidem, idem Sanctus Pater Auguſtinus
à *cap. 8. vſque ad finem libri*. Nec tali mo-
dulationi addendo *Benè*, idcircò pleonaſ-

mus committitur, cùm iam ipſa modu-
latio (vt dictum eſt) niſi benè moueatur
eſſe non poſſit. Nàm fieri poteſt (ibi-
„ dem *cap.3.* inquit Auguſtinus) vt ipſa
„ numeroſitas, atque dimenſio delectet
„ quando non opus eſt: vt ſi quis ſuauiſſi-
„ mè canens, & pulchrè ſaltans, velit eo
„ ipſo laſciuire, cùm res ſeueritatem deſi-
„ derat, non benè vtique numeroſa mo-
„ dulatione vtitur, id eſt ea motione, quæ
„ iam bona ex eo, quia numeroſa eſt, dici
„ poteſt malè ille, id eſt incongruenter
„ vtitur. Vndè aliud eſt, modulari, aliud
„ benè modulari. Nam modulatio, ad
„ quemuis cantorem, tantùm qui non
„ errat in illis dimenſionibus vocum, ac
„ ſonorum: Bona verò modulatio ad hanc
„ liberalem diſciplinam id eſt ad Muſicam
„ pertinere arbitranda eſt. Proindè ſanè,
„ *lib.8. Hiſtoria tripartita cap. 6.* appoſitè ha-
„ betur, quod cùm Harmonicus quidam
Bardiſauæ cantica compoſuiſſet, & im-
pietatem melodicæ ſuauitati permiſcens
audientes illiceret, & ad perniciem vena-
retur: Beatus Ephrem Syrus ſumens in-
de harmoniam, pietatem cantilenę per-
miſcuit, & audientibus ſuaue, & admo-
dum vtile medicamen appoſuit. Siqui-
dem prior ille, ſimpliciter modulatus eſt
(modorum, ſcilicet, iuxta pręcepta ſimul,
& vocum, ſua duntaxat vtens arte) alter
verò, adhuc benè modulatus dicitur, quia
ad Muſicæ conſonam ſeueritatem, ho-
neſtumque decorem, deprauatos illos
mirificè redegit concentus; adeò vt triũ-
6 phatorum Martyrum feſtos dies etiam
num efficiant clariores. Proptereà etiam
cuidam Athenienſi, *in 2. Platonis dialogo de
legibus* interloquutori. & ſciſcitanti: Cùm
benè, ſcilicet cantare, & benè ſaltare
quempiam dicimus: vtrum etiam bona
cantare, & bona ſaltare adducendum
ſit, an non? Cliniam optimè reſpondiſ-
ſe putamus, dum illicò protulit: *Adden-
dum*. Quandoquidem, vt idem Plato
loquitur *in Timæo*. Harmonia, quæ mo-
tiones habet animę noſtræ diſcurſionibus
„ congruas, atque cognatas, homini pru-
„ denter Muſis vtenti, non ad voluptatem
„ rationis expertem, vt nunc videtur, eſt
„ vtilis: ſed à Muſis ideò data eſt, vt per
„ eam diſſonantem circuitum animę com-
„ ponamus, & ad concentum ſibi con-
„ gruum redigamus. Rationemque ho-
„ rum omnium *3. de repub.* reddens, talia
„ ſubdit: Ob hanc igitur cauſam, inquam
„ ego à Glauco, ex ipſa principali ſecun-
„ dum Muſicam nutritione Rhytmus,
„ & Harmonia interiora animi penetrant,
„ pulſantque vehementiſſimè animum,
„ decoram quandam figuram ferentia,
„ per quam decorus, & pulcher efficitur
„ quis quis rectè in Muſica eruditur: con-
„ trà verò, ſi contrà quis fuerit educatus;
„ Et quoniam rurſus deficientia, neque
„ rectè fabricatam, aut non benè orta acu-
„ tiſſimè ſentiet qui illic, quemadmodùm
„ oportet nutritus fuerit: meritò ęgrè hæc
„ ferens, pulchra quidem laudabit, eaque
„ amans, auideque arripiens, ipſis aletur,
„ ac bonus inde efficietur, & pulcher.
„ Turpia verò vituperabit, oderitque etiã
„ in ea ætate, in qua rationem non dum
„ ſuſceperit. Aduentantem denique ra-
„ tionem, qui ita nutritus erit, libenter
„ amplectetur, eam ex ipſa propinquitate,
„ familiaritateque prorsùs agnoſcens. Mi-
„ hi quoque harum rerum gratia, in Mu-
„ ſica nutriendi videntur.

Equidem, Anima noſtra, tota har-
7 monica, quin potiùs ipſa harmonia eſt,
„ vt latè probat, demonſtratque Ficinus,
„ *compendio in Timæum cap. 32. & 33.* inquit
„ nanque *cap. 32. propè fin.* Harmonica ratio,
„ variorum ſimilitudine conſtans, & diſ-
„ ſimilia facit ſimilia, & inæqualia com-
„ muni quadam æqualitate connectit.
„ Eiuſmodi autem eſt animæ tum ad ſe
„ ipſam, tum ad corpora, qualitas, & of-
„ ficium. Quod, vt oſtendat, paulò infe-
„ riùs, ex ipſis harmonicis rationibus, in-
„ genioſè quamplurima ſubdit. Propterea
ſecundùm Philoſophum, *problem. ſect. 19.
q. 38.* Omnes delectamur rhythmis, me-
lodijs, & vniuerſim ſymphonijs, quod
in infantibus recenter natis præſertim
cernere licet, qui delectantur rhythmo,
ordinato, nimirum incunabuli motu:
delectantur melodia, vtpotè quibuſdam,
etiam ſolitarijs cantilenis, quæ vulgò vo-
cantur Neniæ: delectantur ſymphonia,
ſono ſcilicet muſici alicuius inſtrumenti.
Nam motus iſti maximè ſunt ordinati;
quibus naturaliter delectamur: Natura
enim (vt ibidem docet ipſe) motibus
ſummoperè delectatur ordinatis, inordi-
natis verò nequaquam: Siquidem, cùm
laboramus, edimus, & bibimus ordina-
tè, naturam, vireſque conſeruamus, &
augemus: cùm autem inordinatè, hæc
8 agimus, contrarium experimur. Cæterùm
quia vocum aerea conſonantia, aereum
ſpiritum motu penetrans, affectumque
canentis, & animum ſecum transferens,
audientis affectum mouet affectu, & ani-
mum afficit animo ſenſimque mores in-
fundit, vt *3. de repub.* ſuperiùs Summus
Philoſophus aſſeruit Plato: à metricis il-
lis, harmoniciſque ſummoperè cauen-
dum eſt Cantoribus, qui numeris liberè
laſciuientibus adoleſcentium animos pel-
liciunt, obſcænęque aucupio voluptatis

ir;

Digitized by Google

irretiunt. Quandoquidem, eorum perditi, ac deprauati mores, quos in audientium pura, candidaque pectora nituntur tranſmittere ex impudicis ipſorum canticis facilè deprehenduntur, cùm teſte Philoſopho, *problem. eadem ſect. q 27.* Ex ſenſibilibus, ſola audibilia mores obtinent. Habent quippe præ cæteris audibilia non tantum mouere ſenſum, quod cunctis commune eſt ſenſibilibus; verùm etiam præcipuos poſſidere motus, quibus certò quodam ordine, certaque velocitate, à ſonis grauibus aſcendimus ad acutos, & e contra, qui ſanè motus, eius indicant mores, qui ſic mouetur: Actiones enim ſigna ſunt morum, & motus ſunt actiones, vt ibidem habetur. Hos proinde Seneca *Epiſtola* 88. prorſus reiiciens muſicos; eoſque verò, qui caſtigatores vitæ, optimorumque ſæpè morum eueniunt magiſtri auidè recipiens, ita Lucillo ſcribit. Ad muſicum tranſeo. Doces me, quomodo inter ſe acutæ, ac graues voces conſonent; quomodò neruorum diſparem reddentium ſonum fiat concordia: Fac potius quomodò animus ſecum meus conſonet nec conſilia mea diſcrepent. Monſtras mihi, qui ſint modi flebiles; monſtra potiùs quomodò inter aduerſa non emittam flebilem vocem. Hinc eò magis (cùm hæc eadem
9 in Poeſi reperiatur peruerſitas) carminum præſertim coercendi ſunt ſcriptores illi, qui ea duntaxat proferũt in medium, quæ blandè illectos hominum animos prodũt, perdunt, peſſundant, & neſcio quibus intemperijs malè acti, ab argumenti ſanctitate prope abhorrent, ad profana impuraque omnia proni dilabuntur, tantò artis dedecore, tanta morum iactura, tantâ pernicie generis humani. Hoc enim dum obſcænas Poetarum fabulas (de Dijs præcipuè) Plato *2. de repub.* vna cum ſuis authoribus è ciuitate eijciendas, veluti adoleſcentiæ contagioſa lues, arbitratus eſt, apertiſſimè docuit.

Eò igitur, omne Muſici ſtudium col-
10 limare tenentur, quò rebelles animi motus flectere, & edomare, hac artè maximè valent: quod de harmonica ex eodẽ Platone *2. de legibus.* Ficinus primò ſuadens, *operis*, hæc *in eiuſdem libri ſynopſi*, affabrè notat. Animaduerte (inquit) harmonicam rationem, nobis præcipuè à Diuina prouidentia eſſe tributam, per quam omnes inquietæ naturæ motus, qui ſuaptè natura inconcinni forent, concinnatemus. Hęc itaque, cum de ſecreto naturæ tanquam ſenſuum Regina, modulis ſuis ornata proceſſerit, reliquæ cogitationes exiliunt; omniaque facit eijci, vt ipſam ſolummodò delectet audiri. Triſtitiam noxiam iucundat: tumidos furores attenuat: cruentam ſæuitiam efficit blandam: excitat ignauiam, ſoporantemque languorem: vigilantibus reddit ſaluberrimam quietem: vitiatum turpi amore, ad honeſtum ſtudium reuocat mentem: pernicioſa odia conuertit ad auxiliatricem gratiam: & quod beatiſſimum curationis genus eſt, per dulciſſimas voluptates expellit animi paſſiones, incorpoream animam corporaliter mulcet, & ſolo auditu, ad quod vult deducit. Gilimer proindè Vandalorum Rex, in monte Papua, à Beliſario obſeſſus, citharam petijt ab hoſte, ſuarum ad ſolamen miſeriarum. *Procopius lib. 4. vandalia.* Saulem cæco plerumque inſanientem furore, cithara, & cantico, Dauid pro libito prorſus compeſcebat. *1. reg. 16.* Tauromitani barbari cuiuſdam iuuenis, amicæ domui, quæ riualem admiſerat, admouere iam ignem intentantis, tibicina peritia Pythagoras ſæuitatem emolluit. *Scalig lib. 1. poet. cap. 19.* Solon in concionem progreſſus, elegia cecinit, & Athenienſium torporem, Salaminem ad recipiendam excitauit. *Polyænus lib. 3. & Laertius lib. 1.* Lyræ ſonum ante ſomnum adhibebant Pythagoræi, quo perturbationes & motus brutos animi excantarent, ita & mitigarent. *Plutarch. de iſide.* Phemius ithacenſis eunuchus, & muſicus, ideò cuſtos ab Vliſſe, vxori Penelope relictus fuit, vt harmonicis oblectamentis, eius pudicitiam ſeruaret. Et Clytæmneſtram Agamennonis vxorem, non priùs Ægyſthus corrumpere potuit, quàm Demodocum poetam, & muſicum (qui Clytæmneſtræ ab Agamennone cuſtos erat relictus) è medio ſuſtuliſſet. *Euſtatius in 3. odyſſ.* Terpander Lacedæmonijs aliquando inter ſe diſſidentibus vocatus è Leſbo, ex Oraculo eorum odia, cantus ſuauitate ſedauit. *Plutarchus de muſica.* Quæ tandem ratio antiquos illos fortè impulit Getas (Atheneo *lib. 14. cap. 11.* teſtante) vt cùm citharis legationes de quacunque re obirent, rati illud ad mulcendos animos eoque vbi libuerit trahendos potentiſſimum eſſe.

Cæterùm, cùm huiuſcemodi faculta-
11 tis, ad incitandos animi affectus principaliores Modi, ſiue Toni (Polymneſtò, & Sacadà apud Plutarchum *de muſica* Authoribus) ſint tantùm tres; Dorius, Phrygius, & Lydius; quis nam ipſorum ad iam excitatos temperandos affectus videatur aptior, maximè penſitandum eſt. Quandoquidem, Optimam omnium harmoniam, eſſe animi temperantiam, in-

Pla-

Platonis ſynopſi. 3. de repub. docuit Ficinus.
Qua de re, haud penitus ignorandum pu-
tatur, Dorium tonum, quartam illam
Diapaſon eſſe ſpeciem, quæ à Trite die-
zeugmenon, hoc eſt à D. la. ſol. re graui,
ad acutam deducta, harmonicè Nete hy-
perbolæon, aliàs A. la. mi. re, ſuam ha-
bet confinalem. Quæ vulgò primus dici-
tur tonus. Phrygium verò, quintam il-
lam Diapaſon eſſe ſpeciem quæ à Nete
diezeugmenon, ideſt E. la. mi. graui, ad
acutam perducta, harmonicè Trite ſy-
nemmenon paraneſe, hoc eſt B. fa. B. mi.
habet confinalem; Quæ vulgò tertius ap-
pellatur tonus. Lydium tandem, ſextam
illam Diapaſon eſſe ſpeciem, quæ inter
Trite hyperbolæon, hoc eſt F. fa. vt. gra-
uem ad acutam diſpoſita, harmonicè
Nete ſynemmenon, nimirum C. ſol. fa. vt.
confinalem habet, quæ vulgò quintus di-
citur tonus. Tales proinde toni, eo quod
vi ſua, intenſiores animi reddant affectus
duces, & autentici vocantur à Muſicis,
ſuorum ad differentiam collateralium, qui
cùm remiſſius agant placales, & comi-
tes dicuntur. *Franchinus Gaffurius pract.
muſ. cap.* 7. Quia verò, his ſeduló conſide-
12 raris; Phrygius, & Lydius; ille fortè
harmoniç propter acrimoniam, atque ve-
hementiam diſtrahit, rapitque animum,
& quaſi extra ſe ponit; iſte autem è con-
tra harmoniæ propter relaxationem, &
remiſſionem hebetat, ac potiùs emollit,
8. *politic.* 5. ad motus temperantiam pro-
pter eorum exceſſum, parum nihilue con-
ferunt: Dorij quamplurimum eſt opus,
quippè qui inter eos medius, harmoniæ
propter firmitatem, & grauitatem, mo-
res ſummopere continet ciuiles, *ibidem
cap.* 7. Vndè meritò ipſe Plato. 3. *de repub.*
concentum probat grauem, atque con-
ſtantem; improbat autem extremos, ideſt
concitum, atque mollem; & eas dunta-
xat iubet exerceri conſonantias, audiri,
ſpectari, quæ habitum mentis conſtantem
referant, non ſuperbia elatum, non ira-
cundia efferatum, non voluptate molli-
tum, atque reſolutum, non fractum do-
lore, non miſericordia, vel indigentia
13 querulum. Quam ſanè doricam, Caſ-
ſiodorus quoque *in ſua muſica* apprimè
laudans harmoniam: Eum Muſicæ peni-
tus carere aſtruit diſciplina, qui (vt ada-
gio eſt) doricè non canit: hoc eſt, eiuſ-
dem ſi mores, & facta, haud conſonant
verbis, quemadmodum *in Lachete, ſiue de
fortitudine*, explicat ipſe Plato. Hæc itaque
„ Caſſiodorus: Muſica ergo diſciplina per
„ omnes actus vitæ noſtræ à creatione dif-
„ funditur. Primùm ſi Creatoris mandata
„ faciamus, & puris mentibus, ſtatutis ab
„ eo regulis ſeruiamus. Quicquid enim
„ loquimur, vel intrinſecus venarum pul-
„ ſibus commouemur, per muſicos rhy-
„ thmos harmoniç virtutibus probatur eſſe
„ ſociatum. Muſica quippè eſt ſcientia be-
„ nè modulandi, quod ſi nos bona conuer-
„ ſatione tractemus, talis diſciplinæ proba-
„ mur ſemper eſſe ſociati: quandò verò
„ iniquitates gerimus, muſicam non habe-
„ mus.

Sed vt tandem harmonicam ad metri-
14 cam transferamus Muſicam, hac profe-
ctò, & ipſi carebunt Poetæ, ſuæ ſi corru-
ptela artis, moribus obeſſe ciuium proti-
nus conuincantur: præclara nanque 3. *de
arte amandi*. Naſonis habetur ſententia.

Et facit ad mores ars quoque noſtra bonos.

Siquidem, dum ſuum diligenter moliun-
tur opus, ſeque in omnes hominum mo-
res transferunt Poetæ, ſeù (quod idem
eſt) dum imitantur; non per deridicu-
lum verba dare, aut opera ludere creden-
di ſunt, ſed hùc demum ſpectant figmen-
tis ſuis, vt oblectantes proſint. Ad hoc
enim Poeſis nata eſt, vt mortalium ani-
mos blandè conciliatos, ad morum ho-
neſtatem, amoremque Virtutis inducat.
Videatur (ſi placet) quid in hanc ſenten-
tiam, non aliquis è Poetarum, aut Rhe-
torum choro, vendibili ſuadeat argumen-
to; ſed è ſapientium ſenatu, vbi ad veri-
tatis trutinam ſingula penduntur, hac ſu-
„ per re ſtatuat Diuus Thomas. Poeticæ (*in
„ epiſt. 1. ad Timot. cap. 4. lect.* 2. inquit) fa-
„ bulæ idcircò inuentæ ſunt: Quia quemad-
„ modum ait Ariſtoteles in poeticis, conſi-
„ lium illorum erat, vt mortales adduce-
„ rent ad Virtutis adeptionem, ac vitij fu-
„ gam; ad quæ ſimplices homines, melius
„ repræſentationibus, quàm rationibus in-
„ ducuntur. Duo igitur (ſic enim conclu-
„ dit) in poeticis fabulis reperiri neceſſe eſt,
„ & vt contineant verum ſenſum aliqua
„ veriſimilitudine inuolutum, & vt aliquid
„ vtile repræſentent. Quod adeò ratum,
15 firmumque tenetur, vt in omnibus lu-
ce clariùs poeticæ formis, ſpeciebuſque
ad mores, ciuilemque inſtituendam vitam
aliquid ſemper vtilitatis cernatur. In Epo-
pæia quidem (vt à nobiliori ſumamus
exordium) Quoniam ſi munus eſt heroi-
cæ Poeſeos, Heroem dictione admirabili
conformare, atque ad imitandum propo-
nere; quis non videt, quæ virtutes in car-
mine cenſeri debeant, ex quibus Heros,
hoc eſt, homine maior, æſtimandus ſit?
Sicut enim Virtus heroica, vt *in ethicis lib.
7. cap.* 1. diſputat Philoſophus, ſupra nos
eſt, ſonatque aliquid diuinum, ita qui ab
hac virtute Heroes dicuntur, non modo
nihil in ſe habere turpitudinis, ſed morta-
lium

Google

lium conditionem excedete, accedereque
16 ad Deum, carmine oſtendendi ſunt. Nec
minus in Tragedia, quæ ad Theatra po-
pulorum bono admiſſa eſt, idem conſe-
quimur, dùm funeſta Regum Dynaſta-
rumque cæde propoſita, non modò Prin-
cipibus, ac rerum Dominis aurem vellat,
eoſque fortunæ memores faciat; ſed in
omnibus turbidos animi motus compo-
nat, ac purget, atque aureæ demum me-
diocritati reſtituat: Id, quod Philoſophus
in Tragediæ natura definienda pronun-
ciat, multoque ob huiuſmodi finem ad-
dit, adimitque Tragediæ, *lib poet. cap. 3.*
Sicut Comœdiæ ſales, ac ioca, non aliò,
quam in hominum vtilitatem ſpectant, vt
deriſa palam vitia, ludibrioque in ſcenis
habita, promptiùs euitentur. Quòd ſi fura-
ces interdum ſerui, damnc ſiue ganeones,
aut impudici admittuntur adoleſcentes, id
ipſum ſpectatoribus lucro vertitur, dum
perparcè fit, & non ſinè vitiorum ſugilla-
tione tranſigitur, *ibidem cap* 2. Denique,
17 & hunc in primis ſortita eſt finem Lyri-
corum Poeſis, quorum initia tum apud
Ægyptios, atque Hebræos, tum apud
Phæacas, & Græcos non alia fuiſſe, quàm
in re ſacra, pluribus exemplis ex antiqui-
tate petitis, Patritius *lib. 3. dec. hiſt.* non
malus antiquitatis indagator, euincit. Nec
prima illa poſt ſecula, per ætates ſanè cō-
plures, aliò Lyrici ſpectarunt, quàm vt
Deorum laudes, ac decora, aut virorum
fortium res præclarè geſtas, hymnis, ac
pæanibus, ad templa, & aras complecte-
rentur: vt ſcilicet eadem opera, honorem
Superis, atque Heroibus haberent, & ad
æmulationem, captos admiratione mor-
tales inuitarent. Quarè, ſiqua Poeſis ca-
ſtè, ſanctèque tractari vnquam debuit,
hæc profectò immunis ab omni turpitu-
dine ſeruanda, integrèque, ac puris ani-
mis exercenda fuit. Vndè, ſi quis Poeta-
rum, ſuæ artis hunc finem tollat, quo-
modò intra eam, meritò gloriatur ſte-
tiſſe?

Caueant ergo ſummopere, poeticam
18 qui profitentur artem, ne ſuorum carmi-
num lenocinijs, illum animi candorem,
illamque audientium mentem, quàm co-
lere, dirigereque tenentur, in inquinatæ
poeſeos abijciant ſordes, & inter inſidio-
ſæ voluptatis vada, ſyrteſque, atque Sire-
num vndique pellicientium amplexus,
hoc eſt, certiſſimum pudicitiæ, famæque
naufragium vltrò committant. Nam ha-
bet hoc etiam imitatio poetica quod *in
Ione, ſeù de furore poetico*, ſcribit Plato, vt
vt quæcunque de alijs refert, in nobis ſen-
ſim effingat; quòd ſi illa ſint auditu ob-
ſcœna, viſu turpia, cogitatione inhoneſta,
profectò nonnulla fœditate conſpergi ani-
mum, atque ex alienis in noſtra deriuari
aliquid neceſſe eſt. Ab eis inſuper petit
hoc, & ipſa Poeſis, quæ hominum feli-
citati nata, ac ciuilis in gremio facultatis
honeſtiſſimè enutrita (*D. Tho. lect. 1. & 2.
in 1. & 2. cap. ethic.*) ſicut dolet, indigna-
turque ab illius iam ſinu abſtrahi ſe, no-
menque ſuum ad morum licentiam, vi-
tæque corruptelam procaciter obtendi;
ità monet, obſecratque vnumquenque
eorum, ne ſibi imponi ſuo nomini, ne-
que in fraudem ſimulatione hominum
induci, qui ſe poetas nuncupant, ac ſan-
ctiſſimæ diſciplinæ nomen ementiuntur;
vlla ratione permittant. Quare ad Piſones,
optimum Venuſinus deſcribens Poetam,
ità venuſtè cecinit.

Omne tulit punctum, qui miſcuit vtile
dulci,
Lectorem delectando, pariterque monendo:
Hic meret æra liber Soſijs, hic & mare tran-
ſit;
Et longum noto ſcriptori prorogat æuum.

CAP. XVI.

Quàmuis ex varijs aſtrorum planetarum-
que motibus, & aſpectibus liceat Aſtro-
logis Solis, & Lunæ certè præcogno-
ſcere eclypſes, & alia id genus non
pauca: haud tamen indubium, & ne-
ceſſarium permiſſum eſt illis de futuris
effectibus afferre iudicium, etiam na-
turaliter, ac determinatè ſequuturis,
ſaltem in particulari, cùm multis mo-
dis valeant impediri: Quarè abſtinere
ſe debent ab omni determinato, & ab-
ſoluto futurorum iudicio; præſertim
in ijs, quæ ad liberam hominum ſpe-
ctant voluntatem.

SVMMARIVM.

1 *Signorum magna vis eſt cæleſtium: ab ijs nanquè quædam diffunditur qualitas in omnia, quæ circa terram ſunt, & in naturam mutationibus obnoxiam cùm manifeſtè cernamus, ad Zodiaci ſigna accedente iam Sole, tales in elementis, mistiſque corporibus fieri mutationes, quales ſingulorum qualibet præcontinet natura.*

2 *Quam virtutem omnes fatentur, quinimmo etiam indocti, & bruta quædam animalia præſentiunt: Habent nanque ruſtici, & inerudit homines generalia quadam circa temporum ſtatus, vt melius ipſi iudicent, atque temporum prognoſticent mutationes,*

quam

quàm plerique, rerum doctiſſimi cæleſtium; quod varijs oſtenditur documentis.

3 *Nec minùs Brutorum nonnulla futuros temporum prænoſcunt euentus, dum ſuis motibus pluuias, tempeſtateſque prænunciant: non enim habent ſupra phantaſiam, quod ſua ordinet, & dirigat phantaſmata, ſicut habent homines rationem; ideoque ipſarum phantaſia totaliter cæleſtem ſequitur impreſſionem, & conſequenter ex ipſorum motibus magis oſtendi poſſunt, quæ futura ſunt.*

4 *Multa, & varia bruta adducuntur animalia, quæ cæli clementiam, & inclementiam prædicunt, quod non ſolùm ex prophanis, verùm etiam ex ſacris manifeſtè literis habetur.*

5 *A cæleſtibus cauſis oritur præterea diſſimilitudo non tantum regionum, ſed ingeniorũ etiam, ac morum ad ſitum cæli, & plagas diuerſas; & ingenerantur quandoque corporibus miſtura humorum in exceſſu, nec iuſto temperamento, in hoc melancholica, in altero collerica affluxu. Vnde virtutas, & vitia illis gentibus vt plurimùm innaſcuntur, veluti propria, & perpetua.*

6 *Cum autem iuxta terræ in quatuor quadrantas ad ſigniferi accommodatos triangulorum quaternarium numerum diſtributionem, totius Orbis quatuor tantùm ſint partes, vnaquaque earum, cui ſubijcitur trianguli aſſumet naturam, vt varijs exemplis latè manifeſtatur.*

7 *Quare Gentium diſtinguuntur proprietates cũ iuxta paralellos, & angulos, tùm iuxta poſitum ad Eclipticam, & Solem. Quandoquidem iuxta regionum poſitionem, habitatores fortes, imbecilles, ingenioſi, hebetes, & mores diuerſos obtinentes erunt.*

8 *Non tamen hæc neceſſitatem aliquam inducunt ſubiectis, cùm nulla vis alicuius corporis admittenda videatur cæleſtis, cuius effectus ab alijs influentijs, occultis modis nequeant turbari. Præter quàm quòd plerumque neſcimus naturam cuiuſcunque aſtri, gradus, & ſigni propter inſtabilitatem configurationum, & complexionum, quæ variantur paſſim.*

9 *Inſuper, cæleſtium corporum quandoque malas, morales etiam cauſæ impediunt influentias, ieiunium ſcilicet, orationes, vigiliæ, & id genus cætera, quibus Dei placari ſolet iuſtitia, & ad miſericordiam flecti; quemadmodum factum legitur temporibus Theodoſij iunioris, Romualdi Rauennatis, aliorumque paſſim.*

10 *Ex talibus autem impedimentis, aſtrologicæ minimè detrahitur facultati ne ſit ſcientia habeatque ſuam certitudinem, & infallibilitatem: Quia ſcientia, non de ſingularibus, & contingentibus; ſed de vniuerſalibus, & neceſſarijs ſuas tantùm elicit concluſiones.*

11 *Itaque in ijs, quæ naturaliter agunt, cæterarum talibus ſuppoſitis impedimentis cauſarum; nullus ſanæ mentis præterea Philoſophorum fuit, qui illam, quæ liberis neceſſitatem agentibus videtur inferre probauerit aſtrologiam: ſed omnes, vel plurimi eam perſequuti ſunt, & riſu multi, ſubſannationibuſque meritò proſtrauere, quod aliquibus oſtenditur manifeſtis exemplis.*

12 *Nec quicquam vrgent plurimi, ac varij prædictionum euentus, quibus genethliaci Aſtrologi, ſuæ artis tuentur fallaciam; vt prognoſtica Iulio Cæſari, Alexandro Magno, Aſcilto, Agrippinæ, Galbæ, ac cæteris innumeris denunciata, quæ veridica reperta ſunt: cùm ex aduerſo, valdè plura adduci queant, quæ nullam veritatem conſequuta ſint, vt quorundam genituris ſufficienter oſtenditur.*

13 *Multa Sanctorum Patrum, Sacrarum Scripturarum, & Canonum, Legum ciuilium, & Conciliorum adducuntur teſtimonia, quibus diuinatoria, & iudiciaria aſtrologia omninò expelleditur; quæ licet à probatis Doctoribus, tantùm intelligantur de illa parte, quæ infallibilitatem inducit, ac proinde in foro conſcientiæ, quæ talem infallibilitatem excludit, poſſit exerceri; in foro tamen externo, abſolutè, & ſecundùm omnes ſui partes, ſub grauiſſimis omnino prohibetur pœnis.*

14 *Tres præcipuæ aſſignantur cauſæ, cur Aſtrologi diuinatores, & iudiciarij quandoque futura prædicant; quarum prima eſt caſus, & contingentia: ſecunda, occulta diuinæ prouidentiæ diſpoſitio: tertia verò, Dæmonis ſuggeſtio, dum quædam pandit, quæ ex cauſis naturalibus euentura cognoſcit.*

15 *Ad Aſtrologos iudiciarios, & diuinatores Diui Auguſtini efficax paræneſis quâ cauere à tali eos hortatur vanitate, vtpatè legi inimica Dei, iniuſtum, & crudelem ipſum Deum faciens, cùm liberum penitus adimat arbitrium, ad cuius correctionem tantùm lex eſt inſtituta, & eius conditorem, malignitate, & peruerſitate afficiat.*

MAgnam vim cæleſtium eſſe ſignorum, nullus ſapiens ire audet inficias. Ef-
1 fectus nanque pariunt in elementis, & miſtis corporibus alterando, inclinando, contemperando, mirabiles ſanè, & euidentes, quibus mores interdum ſtudia, conſilia, caſus illicò reſpondent. Quarè 1. *quadripar. cap.* 1. conſultò dixerat Ptolemæus:
,, Principio, euidentiſſimum eſt, & non
,, indiget verboſa confirmatione, diffundi
,, vim quandam à cælo in omnia, quæ cir-
,, ca terram ſunt, & in naturam mutationi-

,, bus obnoxiam videlicet in prima elemen-
,, ta,quæ ſub luna ſunt: in ignem, & aerem,
,, quæ Cæli motibus agitantur, & reliqua
,, inferiora continent, & afficiunt terram,
,, & aquam, plantas, animantia. Cernimus enim ad Zodiaci ſigna accedente iam Sole, tales in elementis, miſtiſque corporibus fieri mutationes, quales ſingulorum quælibet præcontinet natura. Quod *lib.*4. *de ſtellis cap. de ſignor. qualit.* ſedulò aduertens Iouianus Pontanus, ita carminibus luſit.

Ignea vis pecori phryxeo, & cornibus aureis,
Igneus, & libyco vigor eſt, rabieſque leoni,
Candentique ſenex iaculatur ab igne ſagittas
Phillyrides, nam terreſtris vis inſita tauro;
Inſita virgineæ ſpicæ, Ægocorontis, & aſtris:
Nam Geminis placet aer aereique receſſus.
Hos puer idæus probat, hos Pometia virgo.
At cancro fluidorum amor, æquoreæque lacunæ
Permanſit, iuuat vnda, iuuant ſtagnantia clauſtra.
Piſcibus idem amor eſt, eadem quoque cura Nepai.
Hinc variant lunæ vires, pugnantque viciſſim
Signa ſimul, nec certa fides variantibus auris.
Hinc tempeſtates, atque inconſtantia cæli,
Succeditque auſter boreæ, pluuiamque ſereno.
Ac medijs perſæpè caloribus horruit aer,
Cùm grando in ſolidis percrebuit horrida tectis.

2 Quæ vtique, *loco citato*, idemmet Ptolemæus adeò cenſuit indubia, vt hanc ſen-
,, tentiam non hæſitantèr protulerit: In his
,, (nimirum) quoſdam effectus ortos à po-
,, tentiore cauſa, & ſimpliciore naturæ or-
,, dine, etiam indocti, immò, & bruta quæ-
,, dam animantia præſentiunt, vt ſtatas vi-
,, ces anni, aut tempeſtatum diſcrimina.
,, Has enim ſol præcipuè gubernat. Habent enim ruſtici, & ineruditi homines generalia quædam circa temporum ſtatus, vt melius ipſi iudicent, atque temporum prænoſticant mutationes, quàm plerique, rerum doctiſſimi, cæleſtium; ac proinde annonæ copiam, caritatem, æqualitatemque ex ipſis temporum mutationibus cũ veritate prædicant, Tradunt itaque, vt *lib.*2. *de præcognoſ.temp.mutat. à cap.*30. *vſque ad* 32. notat Paulus à Minerua, quòd qualis fuerit prima Ianuarij dies, talis menſis Auguſti ſtatus futurus ſit: ſi ſerena, ſerenus: ſi turbida, turbidus: ſi tempeſtuoſa, tempeſtuoſus: ſi pluuioſa, pluuidus &c. Ex ſecunda verò die, ſtatum menſis Septembris indicant; quæ ſi item ſerena fuerit, etiam ouium multitudinem: ſi ventoſa, peſtilentiam inter homines promittunt. Ex tertia deinde, Octobris; quarta, Nouembris; & quinta, Decembris naturam præmonſtrant: Et ſic de ſingulis, ad duodecimam vſque deinceps enunciant. De ipſa verò nouum præſagium faciunt, dum Chriſti Domini, natiuitatem inquiunt confirmare, ac diiudicare adeò ſequutos dies, vt illius aeris ſtatus, totius anni conſtitutionem portendat. De cæteris poſtea vſque ad vigeſimam ſecundã, nulla apud eos obſeruatio eſt, quæ tamen ſi ſerena fuerit, vini plurimum prędicunt. Item vigeſimam tertiam, & quartam penitus prætereunt. Vigeſimam deinde quintam ſi clara fuerit, anni fæcunditatem; cruenta prælia, ſi flatuoſa; horribilem peſtem, ſi nebuloſa indicare contendunt. De ſubſequentibus nihil prænunciant. Sed de trigeſima prima, ligna in ipſa cæſa, quàm in alijs diuturniora fore, & cætera id genus paſſim fabulantur, quæ tamen in pluribus, idem Author, qui ſupra *locis citatis* explicat, & emendat. Præterea, ſi orientem pallidum aſpexerint ſolem, hybernam pronunciant grandinem: ſi ante ipſius ortum rubentem intueantur nubem, ventos: ſi nigram, futuram expectant pluuiam. Addunt etiam, quòd ſi luna, cùm fuerit quarta, & puro exoriens effulſerit nitore, ſerenitas deſignetur: ſi rubicunda verò, flatus, & venti: ſi nigra tandem, pluuiæ portendantur. Sicut ex eius acuminato ſeptentrionali cornu, atque in mucronem porrecto, rigidum illum præſagiunt ventum: ex inferiori autem, auſtrum conijciantur. *D. Baſil. in examer. lib.* 6. *& Ioan. Franc. Pic. Mirand. de rer. prænot. lib.* 3. *cap.* 6. Cætera verò, quæ de Sole, & Luna petuntur ſingula non proſequimur, tùm quia minimè nos vrget neceſſitas in ſequentibus occupatiores: tum quod ex iis, quaſi vniuerſalibus quibuſdam poſitis, ſtrata videtur, & expedita via ad enarranda reliqua, quæ ſi minutiùs explicare voluiſſemus, plures tractatus, hoc ipſo implendo negocio, ſatis, ſanè non eſſent.

3 Nec minùs Brutorum nonnulla, futuros prænoſcunt euentus, dum ſuis motibus pluuias, tempeſtateſque prænunciant: Non enim habent ſupra phantaſiam (vt *cap.*8.1.*decad. peregrin. quæſt.*9. 7. *quæſtiun.*2. notat Bartholomæus Sibilla) quod ſua ordinet, & dirigat phantaſmata, ſicut habent homines rationem; idcòque ipſorum phantaſia totaliter cæleſtem ſequitur impreſſionem, & conſequenter ex eorum motibus, magis oſtendi poſſunt, quæ futura ſunt. De quibus animalibus, vt cæ-

teros

4 tetos mittam; *Georgic.* 1. prolixo carmine,
Poeta quamplurima, ita decantat.
Continuò ventis ſurgentibus, aut freta põti
Incipiunt agitata tumeſcere, & horridus altis
Montibus audiri fragor, aut reſonantia longè
Littora miſceri, & nemorum increbeſcere
murmur:
Iam ſibi cum curuis malè temperat vnda carinis,
Cùm medio celeres reuolant ex æquore
Mergi,
Clamoremque ferunt ad littora, cumque
marinæ
In ſicco ludunt Fulicæ, notaſque paludes
Deſerit, atque altam ſupra volat Ardea nubem.
Et paulò inferiùs addit de imbre,
——— illum ſurgentem vallibus imis
Aëriæ fugere Grues: aut Bucula cælum
Suſpiciens, patulis captauit naribus auras:
Aut argutа lacus circumuolitauit Hirundo:
Et veterem in limo Ranæ cecinere querelam:
Sæpius, & tectis penetralibus extulit oua
Anguſtum Formica terens iter: & bibit ingens
Arcus: & è paſtu decedens agmine magno
Coruorum increpuit denſis exercitus alis,
Iam varias pelagi volucres, & quæ Aſia,
circum
Dulcibus in ſtagnis rimantur prata Cayſtri,
Certatim largos humeris infundere rores,
Nunc caput obiectare fretis, nunc currere
in vndas,
Et ſtudio incaſſum videas geſtire lauandi.
Tum Cornix plena pluuiam vocat improba
voce,
Et ſola in ſicca ſecum ſpatiatur arena.
Item ſerenitatem, cælique futuram indicantia clementiam, aliam venuſtiſſimè
canens, adhuc inducit animalia, quorum
cum cæteris, *lib. 3. de præcognoſ. temp. mutat.
cap. 10. & ſequent.* à Paulo de Minerua recenſitis, vtique proprietates, naturaleſque
proderem inſtinctus, niſi quædam pro
mille ſacrarum ſcripturarum, id genus
,, ſufficerent teſtimonia. Legitur enim
,, *Iob.* 38. Quis dedit gallo intelligentiam?
,, *Ieremiæ* 8. Miluus in Cælo cognouit tem-
,, pus ſuum: turtur, & hirundo, & ciconia
,, cuſtodierunt tempus aduentus ſui. *Prou.* 6.
,, Vade ad formicam ò piger, & conſidera
,, vias eius, & diſce ſapientiam: quæ cùm
,, non habeat ducem, nec præceptorem,
,, nec principem; parat in æſtate cibum ſi-
,, bi, & congregat in meſſe, quod comedat.
,, Et iterum *Iob.* 12. Nimirum interroga
,, iumenta, & docebunt te, & volatilia cæli,
,, & indicabunt tibi. Loquere terræ, & reſ-
,, pondebit tibi, & narrabunt piſces maris.
A cæleſtibus prætereà oritur illis cauſis
5 diſſimilitudo non ſolùm regionum, ſed
ingeniorum etiam, ac morum, ad ſitum
cæli, & plagas diuerſas; & ingenerantur
quandoque corporibus miſturæ humorum in exceſſu, nec iuſto temperamento,
in hoc melanchonico, in altero collerico
affluxu, vt Martis, aut Saturni intùitu ſuperante (ſiquidem Mars propter immoderatum calorem, & ſiccitatem bilioſus,
& collericus: Saturnus verò propter exceſſum frigiditatis, & ſiccitatis phlegma-
,, ticus, & melanchonicus dicitur: *Ptole-*
,, *mæus prædic. aſtron. lib.* 1. *cap.* 3. Nam ſicut
,, quædam regiones ſunt (*lib.* 4. *genial. cap.*
,, 13. inquit Alexander ab Alexan.) quæ
,, acuta ingenia, & ſolertia gignunt, vt
,, quibus eſt aer purus, & tenuis, velut
,, Athenis: aliæ quæ retuſa, & hebetiora,
,, vt quibus craſſus, & pinguis, ſicut The-
,, bis: ita ex cæli rigore, vel clementia,
,, nonnunquam ex ſiderum ſtatu, vel influ-
,, xu; virtutes, vitia quæ gentibus inna-
,, ſcuntur, quæ ingenita, adeò loci incolas
,, afficiunt, itaque corporibus, animiſque
,, inſident, vt illa habeant propria, & perpetua. Quod etiam plurimis populorum,
nationumque (quemadmodum ipſum
conſulere licet) latè fulcit exemplis. Verùm enim verò horum, & ſimilium ſtellarum impulſuum, hanc inſuper Ptolemæus 2. *quadripart. cap.* 2. aſtronomicam
adducit rationem. Quod cum, ſcilicet,
6 iuxta terræ in quatuor quadrantes ad ſigniferi accommodatos triangulorũ quaternarium numerum diſtributionem, totius Orbis quatuor tantùm ſint partes:
vnaquæque earum, cui ſubijcitur, trianguli aſſumet naturam. Quamobrem, ille
quadrans, qui triangulo Arietis, Leonis,
& Sagittarij, quæ ſigna vocantur miſta
ex Aquilone, & Auſtro in Occaſu ſolſtitiali videtur accommodari, eandem ſortietur miſtionem, & à Ioue potiſſimum
propter locum ſeptentrionalem, & à Marte propter occaſum gubernabitur. Ille
verò, qui Tauri, Virginis, & Capricornij, quæ Auſtriſolana in ortu brumali vocantur ſigna, ſubditur triangulo, talis
quoque dicetur; atque à Venere præcipuè propter meridiem, & à Saturno deinde propter ortum, dirigetur. Alter verò quadrans, qui Geminorum, Libræ, &
Aquarij, quæ ex Aquilone, & Subſolano,
in ortu ſolſtitiali ſigna dicuntur miſta,
ſubiacet triangulo, eadem decorabitur
qualitate, ac profectò à Saturno præſertim regetur propter ortum, & propter
Aquilonem à Ioue. Quartus tandem, &
vltimus ille quadrans, qui Cancri, Scorpij, & Piſcium, quæ ex Auſtro, & Affrico, in occaſu brumali dicuntur miſceri;

ſubditur triangulo, eodem modo pariter miſcetur; necnon à Marte propter Aſtricum regetur, qui tamen propter Auſtrum, ſociam habebit Venerem:

Quibus ità proinde diſpoſitis, meritò
7 *cap.* 1. idemmet Ptolemæus ſuperius dixerat; Diſtinguuntur autem gentium proprietates cum iuxta paralellos, & angulos; tum iuxta poſitum ad Eclipticam, & Solem: Nam cùm noſtra habitatio ſit in vno Aquilonari quadrante, alij ſubiecti auſtralioribus paralellis, qui ſunt ab Æquinoctiali ad Tropicum æſtiuum, cùm Sol feratur ſupra eorum verticem, magis vſti, atra corpora habent, & criſpos, & denſos capillos, contractam faciem, tabefacta membra, natura calidi, & moribus plerumque feri, propter aſſiduum æſtum in ſuis locis: quos vocamus Aethiopes. Ac non ſolùm ipſi ſunt tales, ſed & eius loci aer, & animantia, & plantæ ſunt aridiores. Qui verò ſub paralellis aquilonaribus degunt, ideſt recta ſub ipſa Arcto, quia procul abſunt à Zodiaco, & calore Solis, magis frigeſiunt, ideòque humore magis abundant, qui nutrit eorum corpora: cumque non exhauriantur æſtu, colore ſunt candidiore, & capillos habent prolixos; procera, & ſucci plena corpora, & non nihil gelida, ſunt autem, & ipſi feris moribus propter aſſidua frigora; & longiores ſunt hyemes in eo aere, & grandiores arbores, & ſæuæ beſtiæ; Vocamus autem hos generaliter Scythas. Qui autem tenent loca interiecta inter Tropicum æſtiuum, & Arcton, quia neque ſupra verticem ipſorum Sol euehitur, neque inde longiſſimè ad auſtrum recedit, in aere degunt temperato: qui quamquam frigoris, & æſtus differentias habeant, tamen hæ non ſunt magnæ, nec magnas diuerſitates in corporibus æſtus, & frigora faciunt: Ideo colore medio ſunt, mediocri ſtatura, natura temperata, coniuncti habitationibus, placidi moribus. Horum, qui propiores ſunt Auſtro, in genere ingenioſiores, & callidiores, & rerum diuinarum peritiores ſunt: quia verticale punctum eorum propius eſt Zodiaco, & planetis, quibus quaſi familiariores habent, & ipſi ſagaciores animas inueſtigatione naturæ, & in diſciplinis percipiendis maiorem celeritatem. Præterea homines in oriente degentes magis maſculos animos, & firmiores habent, minus ſunt occultatores: nam Oriens naturæ ſolaris eſt. Quare, ea terræ pars diurna, virilis, & dextera æſtimanda eſt, vt in animantibus dextera, calidiora, & firmiora ſunt. Ad occidentem verò degentes, effeminatiores ſunt, & molliores, & occultatores; nam hæc pars Lunæ attribuitur; quia Luna poſt coniunctionem, ſemper primum ab occaſu conſpiciendam ſe præbet. Ideò nocturna eſt, & ſiniſtra, tanquam orienti appoſita.

Non tamen hæc, aliaque ſimilia, de quibus Aſtrologi ſe magnificentiſſimè
8 iactant, ita ſunt capienda, vt ſuis prædictionibus inuariabilitatem inducant: quandoquidem, ea præter, quæ ex aſtrorum motibus, ſiderumque configuratione precisè pendent, quemadmodum eclypſes, & id genus ſunt cætera, nulla vis alicuius corporis admittenda videtur cæleſtis, cuius effectus ab alijs influentijs, occultis modis, nequeant turbari. Idipſum pluuiæ Bartholomæus Sibilla *cap. 9. 1. decad. q. 7. ſpecul. pereg. quæſt.* ex coniunctione Solis, & Lunæ, in ſignis ſuſcitanda aqueis, explanat exemplo; quæ licet, ex conſtitutione planetarum ſequenda in aliqua cenſeatur regione, vaporum, & nubium beneficio, ad hoc benè diſpoſita; quia tamen ventorum impulſu, prędictos vapores ab vna, in aliam deduci non repugnat regionem; nequaquam, ſicut fuit præcognita, ita futura fiet. Addit prætereà, nos plerumque neſcire naturam cuiuſq; aſtri, gradus, & ſigni; cum nulla de his ſufficientia obtinere valeamus experimenta, eorum propter inſtabilitatem configurationum, & complexionum, quæ variantur paſſim. Idcircò exiſtimandum non eſt (*lib. 1. prædic. aſtron. cap. 2.* inquit Ptolemæus) ſingula hominibus à cæleſti cauſa accidere, tanquam prorſus ab immutabili, & diuino decreto, & quaſi lege lata de ſingulis, vt neceſſariò eueniant, nec poſſit alia cauſa obſiſtere. Nam ipſe quidem motus cæleſtis, diuina quadam, & æterna lege immutabilis eſt; ſed inferiora, fato naturali, & mutabili variantur, cum quidem primas cauſas mutationum à cęlo accipiant, quæ accidunt eis ſubinde alter per conſequentiam. Accedit per
9 amplius, moralium cauſarum, benignus, & clemens influxus, vtpotè ieiuniorum, vigiliarum, precationum, & id genus piorum operum, quo diuinam flectimus bonitatem atros ad cohibendos imbres, ſæuaſque ventorum ad ſedandas, procellas quas naturali curſu non modò præſagibant; verùm etiam in hominum brutorumque perniciem, ſtellarum maleficio iam erumpebant nubes. Quod factum vtique legimus, tempore Theodoſij iunioris, cùm longior aliquandò pluuialis tempeſtas extitiſſet, & ipſe ſolitos circenſes ludos populo, more recepto, gratificans exhiberent: nam per præcones denunciari iuſſit, conducibilius eſſe, vt ſpe-

cta-

oraculo repudiato, Deum, qui præſenti calamitate eos liberaret, precibus placarent. Quo confeſtim peracto, ſtatim cælum, aerem turbidum, ſerenitate commutauit, & frumenti non mediocrem inopiam, ingens quædam frugum copia, & vbertas eſt conſequuta *Niceph. lib. 14 cap. 3.* Item cum Andreas Hungariæ Rex, Damiatam ad Nilum vrbem obſideret, & iam hyems media defluxiſſet: Nilus, qui per id temporis inundare non ſolet, maris inflatione, quam Euri væſania fecerat, vſque adeo intumuit, vt Chriſtianorum caſtra penitus inundarit. Quare miſerabilis impedimentorum æquè, ac commeatuum iactura facta, annona, inundatione, corrupta. Cui malo Rex vt proſpiceret, ieiunium publicum indixit: quo vix exacto, mare deſedit, & tranquillitas magna ſucceſſit. *Bonfinius lib. 7. decad. 2.* Ac demum, cum Beatus Romualdus Abbas Camaldulenſium Author, à Parentio Liburniæ oppido ſoluens nauigaret, & nauis magnis fluctibus iactaretur, omneſque qui cum eo erant de ſalute deſperarent: pelagi, ventorumque ſæuitiam oratione placauit; illum vtique deprecatus, qui ventis, & mari imperat, & obediunt ei. *Marc. Marolus lib 2. cap. 2.* & alia ſexcenta. Vnde ſimilia, & fortè longè maiora, Salomoni ſe facturum *2. paralip. 7.* pollicitus eſt Deus, dicens: Si clauſero cælum, & pluuia non fluxerit; & mandauero, & præcepero Locuſtæ, vt deuoret terram, & miſero peſtilentiam in populum meũ: conuerſus autem populus meus, ſuper quos inuocatum eſt nomen meum, deprecatus me fuerit, & exquiſierit faciem meam, & egerit pœnitentiam à vijs ſuis peſſimis: & ego exaudiam de cœlo, & propitius ero peccatis eorum, & ſanabo terram eorum.

Ex quibus tamen, aſtrologicæ minimè detrahitur facultati ne ſit ſcientia, habeat-
10 que ſuam certitudinem, & infallibilitatem; quia non in ſingularibus, & contingentibus, de quibus modo loquuti ſumus; ſed in vniuerſalibus, & neceſſarijs, ſua prognoſtica fundat. Scientia enim, non ſingularium, ſed vniuerſalium eſt. *1. poſt. cap. 24. text. 43. 2. met. cap. 6. text. 20. & 10. met. cap. 1.* Quare Vlcerum, & Magnetis *lib. 1. quadripart. cap. 2.* pulcherrimo Ptolemæus, hæc oſtendit exemplo dicens: De his igitur euentibus, qui mutari poſſunt, ſic audiemus Genethliacum, cùm talis ſit conſtitutio: Si fuerit conuerſio temperamenti corporis ſecundùm plus, vel minus iuxta hanc aeris qualitatem, morbus talis exiſtet. Sic & Medicus de vlceribus iudicans futurum prædicet: quæ ſerpent, quæ putrefactionem facient. Sic & de Metallis dici poteſt. Magnes ferrum trahit. Vtrumque enim, ſi ſuæ naturæ relinquetur, & ignorentur impedimenta, vim exercebit ſuæ naturæ propriam, & primam. Sed Vlcera nec ſerpent, nec putrefactionem facient, ſi contraria curatio acceſſerit: nec ferrum trahet Magnes, ſi Magneti allium fuerit illitum. Sicut igitur hæc impedientia, fato aliquo naturali contrariam habent vim, ſic & de inclinationibus à cælo ortis dicatur, cum aut ignorantur futura, aut non impediuntur contrarijs rebus, primæ naturæ ſeriem ſequentur. Sed cum præuidentur, & cauentur naturalibus remedijs, quæ vim habent contrariam, quaſi fatali ordine, aut prorſus euertuntur, aut mitigantur euentus.

Cæterùm, ſi naturalia quæque, atque ad vnum, in particularibus euentibus,
11 ſtellæ non cogunt determinata: quid ergo ad matrem illam rationis, & fontem immortalem rationalium creaturarum animam, quæ ſumma fruitur libertate? Quæ nam proportio inconcreti ad corporeum? Qualis actionis modus, patiente ſubiecto non diſpoſito, nec capace? Quid ſtellæ, craſſiori cæli parti, nec ſua luce, ſed aliena ſpectabili, cum puriſſimo, & ſimpliciſſimo vitæ habitu, cui lucerna mentis nunquam non lucida, & ardens perpetuus comes? Itaque, nullus ſanæ mentis Philoſophorum, eam probauit Aſtrologiam, quæ liberis neceſſitatem Agentibus videtur inferre, ſed omnes, vel plurimi perſequuti ſunt, & riſu multi, ſubſannationibuſq; meritò proſtrauere. Pijthagoram proinde, ex Laertio *in eius vita.* Illi fidem non præſtaſſe manifeſtè compertum eſt. Et apud Ioannem Picum Mirandulanum. *lib. 5. de rer. pranot. cap. 6.* Plotinum, Epicurum, Apuleium, Senecam, Origenem, nonnulloſque alios, omnem eidem aſſenſum abrogaſſe, quinimmò multis rationibus, ſuam ſugillaſſe falſitatem, diffusè legitur. Mitto Phauorinum, inter cæteros, nobiliſſimum, qui apud Gellium, *noct. att. lib. 14. cap. 6.* inquit: Quo autem pacto credi poteſt, vniuſcuiuſque ſtellarum formæ, & poſitionis ſortem, atque fortunam vni omnino homini certam, deſtinatamque eſſe: Mitto Ciceronem *2. de diuinat. ſect. 127. & 128. à num. 87. ad 99.* in Chaldæos ſcribentem: Permirum ſibi videri, quenquam extare, qui etiam nunc credat ijs, quorum prædicta, quotidie videat re, & euentis refelli. Mitto denique Auicennam *lib. vlt. ſua prima Philoſ.* Auerroem *in canticum eiuſdem, & in lib. aduerſ. Agazzelis deſtructio.*

Atque

Atque alios celebriores Philoſophos, ab Aſtrologis genethliacis, & iudiciarijs prę uideri poſſe futura, firmiter negantes, Verùm enim verò inter Mathematicos: & Aſtologos, vnum nequaquam patiar anteſignanum, & ducē, inauditum omittere ſapientiſſimum Ptolemæum, qui *lib. Apoteleſmaton.* apud Mirandulanum 5. *de rer. prænot. cap.* 11. poſtquam docuit, prædicentis vitio, Aſtrologorum iudicia falſa, mendaciaque euadere, tum ſubiunxit: Diſciplinam ipſam, etiamſi ritè quiſpiam conſequatur, eſſe tamen neceſſarium; vt is quàm ſæpiſſimè offendat, tum ob ipſam rei naturam, tùm ex noſtra imbecillitate, quæ ſub tantæ ſcilicet, artis magnitudine ſuccumbat; idque multis, & latè probat.

12 Nec quicquam vrgent, quibus Genethliaci, ſuæ artis tuentur fallaciam, & ijs neceſſitatem nituntur imponere, qui Dei ſumma clementia, innata gaudent libertate; veluti Spurinæ C. Iulio Cæſari, de martiæ idibus cauendis fuit repetita monitio. *Valer. max. lib.* 18. *cap.* 11. Chaldæorum, de victoria contra Darium, Alexandro augurata promiſſio. *Diod. ſicul. bibliot. hiſt. lib.* 17. Æſchylo, fatalis teſtudinis ictus, *Val. max. lib.* 9. *cap.* 12. Agrippinæ Neronis Matri, de filij imperio, impioque parricidio vaticinium. *Suet. in Nerone.* Tyberij Cæſaris, de Galbæ futuro principatu ſequuta prędictio, & alia innumera huiuſcemodi documenta. Quibus cum exaduerſo totidem, & fortè plura obijci queant Genethlia eorum mendacia, facilè huius artis portentoſa corruet illa neceſſitas. Sixtus proindè ab Hemminga fuſius, author clariſſimus *in lib. de aſtrologia, ratione, & eXperientia refutata*, varias hominum obſeruauit genituras, quarum aliæ in viris valde illuſtribus ſunt deiectæ in mediocribus, atque etiam Infimis hominibus pulcherrimæ. Lubeat ergo præ multis binas has ſaltem adnotare, vt diuinatricis artis magis, ac magis appareat inſtabilitas. In genitura, nanque Alexandri Sexti, qui Innocentio Octauo ſucceſſit, Vidimus (inquit) Solem in Capricorno, & Martem dominū medij cæli in Aquario, domo ſecunda, nullam habere prærogatiuam: Lunam iunctam Ioui debili, & peregrinam in domo cæli cadente. Tēpore electionis, quę fuit ætatis anno ſexageſimo primo; medium cęli peruenerat directionem ad grad. 1. m. 1. Capricornij; reuolutione ad ſextilem Martis, & Veneris in Sagittario, quod parum ad rem faciebat. Sic obſcuris aſtris natus eſt vir politico ingenio magnus, & ſumma poteſtate toto orbe clariſſimo. E contra verò Franciſcus de Monza Mediolanenſis, aliàs muſicus celeberrimus, quatuor habuit planetas in dignitatibus ſuis eſſentialibus, honorum ſignificatores. Solem enim habuit iunctum Mercurio in Virgine, domo Mercurij in medio cęli: Lunam in Tauro, domo propria, in Trigono Mercurij, & Solis: Iouem in quadrato Solis in Sagittario cum corde Scorpij in domicilio proprio, in angulo primæ domus: ac Mercurium medij cæli dominum, feliciſſimo cęli loco poſitum, & in figura cęli potentiſſimum. Venerem, & Martem, quamquam ſignificatores non fuerint, hunc tamen in exaltatione ſua poſitum, illam cum Regulo. Hæc Cardiinalem Eminentiſſimum, aut certè Pontefìcem ornatiſſimum conſtituere debuerant; nec tamen præter artis ſummę peritiam aliquid ſublime eſt aſſequutus.

Quamobrē Epiphanius *aduer. Phariſ. &*
13 *Manich.* Baſilius *examer ho* 1. & 6. Chriſoſt. *in geneſ ho.* 5. *et* 6. *& in math. ho* 6 Gaudētius *tract.* 4. *de delectione exodi* Aug. *lib.* 4. *confeſ. cap.* 3. & 7. & *lib.* 7. *cap.* 6 *lib.* 2. *de doct. chriſt. cap.* 21. 22. 23. & 24. *lib.* 5 *de ciuit. ab initio vſque ad cap* 8. *lib.* 1. *contra academicos cap.* 7. Gregorius *Homil.* 10. *in Euang.* alijque quamplurimi, ſacras literas maximè veriti, vt *Deut.* 18. *Reg.* 4. *cap.* 17. *Iob.* 38. *Ieremia* 10. *Eſaia* 41. & 47. *ad Galatas* 4. & alibi: Iudiciariam, ſeu diuinatricem Aſtrologiam cum ſuis partibus, Chriſtianis veluti maximè pernicioſam, omnino explodendam eſſe putarunt. Quam etiam Sacri Pontificum Canones, & Ciuiles damnarunt Leges, *cap illos* 26. *q.* 2. *cap. igitur* 26 *q.* 3. *cap. non licet* 26. *q.* 5. *l. artem geometria l. nullus l. & ſi C. de malef. & mathem. & l. mathematicus C. de Epiſcopi audient.* Et per multa quoque penitus reiecerunt Concilia. *Tolet.* 1. *can.* 20. *Auchiritanum cap.* 26. *& Barracenſe cap.* 9. 10. & 26. *q.* 2. 3. & 4. Quæ vtique, atque alia, licet probati Doctores ex Gloſſa *propter ſegetes in cap. non licet* 26. *q.* 5. ad eam, quæ ſuorum euentuum infallibilitatem, vel ſaltem quandam inuincibilem probabilitatem oſtendit Aſtrologiam, referant duntaxat, & applicent teſtimonia; minimè verò ad eam quæ ex leuibus, & tenuiſſimis coniecturis, ab aſtris inclinationem impreſſam non excedentibus, contingentiam prædicit futurorum: Sixtus tamen quintus *Bulla, quæ incipit Cæli, & Terra non. Ianuarij* 1585. *apud Laert. Cherub. tom.* 2. *conſt.* 17. ſaltem in foro exteriori, hanc etiam motu proprio in tali ſenſu vetuit Aſtrologiam *Caſtro Palao p.* 3. *tract.* 17. *diſp.* 1. *punct.* 4. *à n.* 4. *vſque ad finem.* Quam inſuper Conſtitutionem, anno Incarnationis Dominicæ 1631. calend.

April.

April. iterum confirmauit, & motu etiam
innouauit proprio Vrbanus octauus *conſt.*
8. quæ incipit Inſcrutabilis apud eundem Laer-
tium Cherubinum tom. 4. Bullarij. Vbi am-
plius appoſuit, & decreuit, quod ij iudi-
ciarij Aſtrologi, qui de reipublicæ chri-
ſtianæ ſtatu, vel Apoſtolicæ Sedis, ſeu de
vita Romani Pontificis, aut eius conſan-
guineorum vſque ad tertium incluſiuè
gradum iudicia faciunt (etiam ſi id non
certò ſe affirmare proteſtentur) ſeu facta
in poſterum penes ſe retinent, vel alicui
oſtendunt, aut verbis tractant; incurrant
pænas ne dum maioris excommunica-
tionis latæ ſententiæ, ſed etiam veluti læ-
ſæ Maieſtatis rei, vltimi ſupplicij, ac con-
fiſcationis omnium bonorum ſuorum,
& priuationis beneficiorum, & officio-
rum ſi Clerici fuerint.

Neque tamen, quòd aliquandò Aſtro-
14 logi futura prædixerint, quorum verita-
tem, vt *numero* 12. ſuperius diximus,
comprobauit euentus, idcircò diuinatri-
cem ſcientiam, illis affingere debemus:
nam quamuis nonnunquam, illis cum
prædictionibus congruant euenta, pro
maiori nihilominus parte vanæ illæ ſunt:
& dum vera prænunciare videntur, hiſce
potiſſimum cauſis fieri cenſendum eſt.
Prima, quia caſu plerumque eueniunt
quædam illorum, quæ prædicuntur; quod
apud Gellium *loco ſupra citato*, obſeruat
Fauorinus, & docet Sanctus Auguſtinus
lib. 7. confeſ. cap. 6. Altera verò cauſa eſt,
quam *lib. 4. confeſ. cap.* 3. rurſus tradit Au-
guſtinus; occulta ſcilicet, Diuinæ proui-
dentiæ diſpoſitio, quę hominum mentes,
ità agitari permittit aliquando, vt ne-
ſcientes proferant, quæ vel ex eorum me-
ritis, vel ex iudicij diuini abyſſo oporteat
audire. Tertia denique, quia ſimiles di-
uinatores pactum iniſſe cenſentur cum
Dęmone, qui allicitur vt adducat futura,
eaque procuret, vt idem tradit S. Augu-
ſtinus *lib. 2. de doctrina chriſt. cap.* 24. ideoque
Dæmon ea ſuggerit, quæ ex cauſis natu-
ralibus, euentura cognoſcit. Appoſitè
proinde Ficinus *lib. 8. cap.* 36. ſententiam
tulit: Quantùm ſcilicet, Aſtronomi me-
tiuntur; tantùm Aſtrologi mentiuntur;
eos vocans mathematicos, Aſtronomos,
qui ſtellarum orbiumque cæleſtium, mo-
tus, progreſſus, & id genus cætera men-
ſurando contemplantur: Aſtrologos ve-
rò, qui practicè talia conſiderant, ac de
futuris eorum euentibus prognoſtica fa-
ciunt.

Caueant ergò, aſtronomica, qui de-
15 gunt exercitia, ne cuiuſdam apud Ni-
carchum *2. epigramm.* infelicis Auli ea-
dem pericula ſubeant, qui mortem à ſe
præuiſam, vt redderet fatalem, ipſa, quam
ſidera ſibi præfixerant hora, vltro ſe la-
queo necauit: Nam plerumque fit, vt ſuis
commentis nimiam adhibendo fidem;
æternam quæ ſolis promittitur benè cre-
dentibus vitam, turpiter deperdant. Ideo-
que paterno, *lib. quæſt. ex vtroque teſtam.*
miſtim. n. 115. D. Auguſtinus, eos monens
„ affectu, ita loquitur: Nihil tam contra
„ Chriſtianos, quam ſi arti Matheſeos ad-
„ hibeant curam. Hęc enim inimica digno-
„ ſcitur legi Dei: Si enim naſcuntur, qui
„ mali ſint; & è contra, qui boni ſint, fru-
„ ſtra lex data dicitur, & non ſolum hæc,
„ ſed & iniuſtus habebitur legiſlator. Si-
„ quidem, non eſt, qui neſciat; legem, li-
„ berum non imponi, niſi habentibus ar-
„ bitrium. Nam quando iubetur (inquit
„ Auguſtinus *lib de gratia, & libero arb. cap.* 9.)
„ vt operentur liberum eorum conuenitur
„ arbitrium. Et *Epiſt* 95. Nec lex iuberet,
„ niſi eſſet voluntas: cùm meritum, ac de-
meritum; præmium, & pænam, quæ ob-
ſeruantiam, vel inobſeruantiam manda-
torum ſequuntur; in operante libertatem
ſupponant. *D. Tho.* 1. 2. *q.* 114. Vnde Apo-
ſtolus 1 *cor.* 9. Si volens hoc ago, merce-
dem habeo: Quamobrem, in humanam
ſi aſtra bonitatem influerent, & malitiam,
adeò vt homines boni, vel mali, non li-
bertate, ſed neceſſitate naſcerentur, vti-
que lex, quæ ideò data eſt, vt terreat à
malo, & alliciat ad bonum, ſuo fruſtra-
retur fine Ad Dei gratiam lex de præua-
ricatione terrendo, tanquam pædagogus
perducit *lib. 4. ad Bonifacium cap.* 5. ſcribit
Auguſtinus. At quia vſque adeò con-
tumaces in tuendis erroribus, & noſtri
nimium amantes ſumus, vt admiſſorum
etiam ſcelerum culpam aliquandò tranſ-
feramus in Deum; iniuſtum proindè fa-
cimus etiam Legiſlatorem. Quod ſanè
in Pſalm. 31. ſedulò aduertens idem Au-
guſtinus, hæc aurea nobis monita reli-
„ quit. Multi pronunciant iniquitatem
„ ſuam, ſed aduerſus ipſum Dominum
„ Deum, quandò inueniuntur in peccatis
„ ſuis, dicunt: Deus hoc voluit. Et poſt
„ pauca, ſubdit: Sed & qui hoc non dicunt,
„ & aliud dicunt: quid dicunt? Fatum mi-
„ hi fecit; Stellæ me fecerunt. Ita iam per
„ circuitum ad Deum volunt peruenire.
„ Per circuitum volunt peruenire ad Deũ
„ accuſandum, qui nolunt de compendio
„ venire ad Deum placandum, & dicunt:
„ Fatum mihi fecit. Quid eſt Fatum? Stel-
„ læ me fecerunt. Quid ſunt ſtellæ? Certè
„ iſtæ, quas in Cælo conſpicimus. Et quis
„ eas fecit? Deus: Quis eas ordinauit?
„ Deus. Ergo vide quod voluiſti dicere:
„ Deus fecit vt peccarem. Ita, ille iniuſtus

tu

„ tu iuſtus; quia niſi ille feciſſet, tu non peccaſſes. Tolle iſtas excuſationes in peccatis, memento illius Pſalmi: Ne declines cor meum in verba maligna, & excuſandas excuſationes in peccatis, cum hominibus operantibus iniquitatem. Sed huc iterum reuertemur, cum de Aſtrologorum vitijs *lib.* 4. amplius diſputabimus.

CAPVT XVII.

Vt ex ſophiſmatum latebris, abditam Dialectici extrahant veritatem: non faciles in credendo, ſed in ſcrutando ſolertes: non mutabiles, ſed rationum validitati, nullo ad differentium perſonas habito reſpectu, firmos ſectatores ſe præſtare debent.

SVMMARIVM.

1 *Veritatis encomia plurima enarrantur: & cum eius non tantùm inuentio, ſed & inueſtigatio beatum faciant; plurimi cordati viri vſque eo ipſam magnificarunt, vt matrem omnium virtutum, atque adeo ſummum bonum, ſummamque vocarint fœlicitatem.*

2 *Propterea, qui virtutes, qui ſcientiam, qui beatitudinem amant, & ipſam veritatem amare tenentur; quod adeò rotum, & acceptum eſt, vt ipſius iurati hoſtes, negare minimè ſint auſi.*

3 *Quia verò ignorantia plerumque præualet, igniculum obruens mentis; multi veritatem ſe inueniſſe credunt, qui eius lateri vix adhæſerunt. Quare pauca, aut nulla in hoc ſeculo perceptio eſt veritatis, cum ſoli temperati viri eam aſſequantur.*

4 *Errauerunt itaque quamplurimi circa veritatem exiſtimantes, eam ſenſibus percipi poſſe, quæ ſolo animo, & interiore mente capitur: Nam mens, aut idem eſt quod veritas, aut omnium certè ſimilli- ma, atque veriſſima.*

5 *Peccat tamen in inuentione Veritatis, & ipſa mens, iudicijs languidis eſto veris; propterea in varias, ſibique contrarias Philoſophi inciderunt ſententias, putantes ſine ſcientia veritatis, rerumque cæleſtium, quæ non poteſt eſſe in homine, niſi Deo donante, ipſam veritatem ſe poſſe inuenire. Quare aliqua diſciplina, vel arte adhuc illuſtranda eſt.*

6 *Talis quippè Diſciplina ſecundùm Platonem, Dialectica eſt, quam proinde nuncupat donum Dei; & Auguſtinus, Scientiam Veritatis: nam diſputatio, vnde Dialectica dicitur, ad indagandam veritatem maximè confert, cuius regulas, ipſa Dialectica tradit; propterea etiam ſcientia generalis dicitur, cum omnia, quæ in ea tractantur, applicari poſſint omnibus diſciplinis, quarum manifeſtatur veritas.*

7 *Plura Dialectica Ariſtoteles tradidit præcepta, quibus ſpinoſiora, & difficiliora, alia non pauca Dialectici addiderunt. Vnde factum eſt, vt Dialectica inter inanes diſciplinas à pleriſque poſita ſit. Duo proinde Plato, ad compeſcendam eorum licentiam, præcepta dedit; ad quæ ſi quæ alia fuerint, tanquam ad præcipua capita reduci poterunt.*

8 *Credulitas, de ſe damnoſiſſimum vitium eſt, ſuſpicione deterius, cum iſta de incognitis aliquam, illa nullam tribuat dubitationem: Quare plurimis exitia, & iacturas attulit non leues; vt Labani, Ioſue, Hannonis Ammonitarum Regis; & ex profanis Proclidis fabuloſa oſtenditur exemplis.*

9 *Non minori, etiam in dialecticis altercationibus, qui cito, aduerſario credit, ſe exponit periculo; cum non qui cito, ſed qui intus aſſumptum penetrando inuadit pro ſapiente habetur. Cuius rei cauſa D. Auguſtinus permotus, libenter audiebat, ſed cautè credebat.*

10 *Et ſi veritas, ſe ipſa ſe defendat, claritatis tamen, & ſermonis nitore etiã illuſtranda, & quodammodò differenda eſt. Quamobrem præter aſſertæ rei diſcuſſionem ſedulò meditatam, ne in dialecticis controuerſiis turpiter ſuccumbamus, ſophiſticis argutiis, eodem eloquentiæ collyrio, mederi tenemur. Quod Diogenis lepido comprobatur exemplo.*

11 *Quia verò omnis contentio inter homines doctos poſita eſt in verbi controuerſia, cui maximè fauet eloquutio: de verborum delectu, præſertim in tropis Dialecticus, diſſerendi cauſa, magnopere curare debet, in quibus fallaciæ magis vim, & imperium exercent, quam in aliis.*

12 *Non eſt à quo magis abhorreant Hæretici, quam à Dialectica arte, quæ ſophiſmata detegere docet; quare Donatiſtæ cum D. Auguſtino, eo quod hac arte peritus erat, congredi nolebant; & Smidelinus in colloquio Badenſi, iuſſus in forma logica diſputare, cùm id præſtare nequiret, in huiuſmodi diſciplinam inuectus, demùm cum ſuis fantaſticis opinionibus, theatro exibilatus fuit.*

13 *Vt autem ratione, & non ſui ipſius æſtimatione, inueniatur, & eruatur veritas quod eſt ſecundùm præceptum à Platone, Dia-*

Dialecticis datum; maximè cauenda eſt philautia, cum ſit vitium adulatione deterius: nam hæc alienam, illa propriam ſeducit perſonam.

14 *Sed quod peius eſt, qui hoc vitio laborat, neque in aliis, neque in ſe ipſo rectum iudicium retinere poteſt, cum cæcus ſit amor ſui. Quare, non veritat m, ſed ad ſummum quandam de ipſa falſam opinionem conuincetur amare.*

15 *Pro dignitate cuiuſque perſonæ, dictis quidem exhibenda eſt fides; magis tamen conſulendum eſt veritati quæ ratione percipitur. Secus autem; Tertulliani, Clementis Alexandrini, Origenis, Lactantij Firmiani, cæterorumque grauium authorũ dictis ſtandum eſſet, quæ tamen Eccleſiaſtica cenſura, in pluribus damnata ſunt.*

16 *Qua ratione, D. Auguſtinus minimè perterritus eſt, duos retractionum edere libros; quin potius quoſdam amicos, qui talia tuebantur ſcripta acriter reprehendit, tanquam non bonam, ſed iniuſtam defendendam ſuſcepiſſent cauſam.*

CVlturæ noſtræ, primum quidem inſtrumentum eſt Veritas. Hæc ſola nan-
1 que, ſuum habet modum, ſola in eodem
ſtatu manet, vndecunque ſtabilis, & firma, nulli incremento, nulli decremento obnoxia: quare lex omnium virtutum eſt, morum omnium norma, vnum ſemper ſentiens, idem iudicans. Hæc omnibus vna præeſt illis, quibus eſt animus per labyrintheos rerum humanarum fluxus, recta euadere ad cæteras virtures. Hæc illa eſt, quæ humanam dignitatem, ſicut eius verus character aſſerit. Hæc eſt vnum animæ, vnum menti pabulum: nulla res illi præſcribit non ſpatia temporis, non perſonarum patrocinia, non priuilegia regionum. Hæc ſenſus reſtituit hebetatos, fallaces dirigit, in viam reducit errones. Rebus deterit omnes fucos, omnia mendacia reuincit, omnes vi ſua frangit errores. Hæc eſt ſcientiæ vnica regula; ſiquidem ſolidè ſciri nihil poteſt niſi id vnum, quod verum eſt: quandoquidem, eo reiecto quod falſum eſt, ac ductu, & ope eius quod verum eſt, patente via itur ad id, quod ſummum bonum eſt. Et cum
„ ſecundùm Auguſtinum 1. *contra academi-*
„ *cos cap.* 5. Beatum faciat non tantùm in-
„ uentio, ſed ipſa per ſe inueſtigatio Veritatis: meritò quidem multiſcij, & cordati viri vſque eò ipſam magnificarunt, vt omnium matrem virtutum, atque adeò ſummum bonum, ſummamque vocarint fœlicitatem. *Lactan. Firm. in præfat.* 1.
2 *diuin. inſtit.* Proinde, qui virtutem, qui
conſtantiam, qui ſcientiam, qui beatitudinem, cuius eximia dos immutabilitas, & æternitas eſt, ardenter amat; Veritatem cui omnia debent quòd ſunt, & vt benè ſint capiunt ab ipſa, ſummo quoque proſequi tenetur amore. Dicitur enim *Eſdra*
„ *3. cap. 4.* Omnis terra veritatem inuocat.
„ Cœlum etiam illam benedicit: & omnia
„ opera mouentur, & tremunt eam, & non
„ eſt cum ea quicquam iniquum. Quod ita
perſpicuum, & patens videtur vt & ipſi Veritatis hoſtes minimè negare ſint auſi. Vnde Plaut. *in moſtellar. act. 1. ſcena 3.*

Ego verum amo, verum volo mihi dici:
mendacium odi.

Et Martial. *epigramm. 8. 75.* in Gallicum ſcribens:

Dic verum mihi Marce dic amabo:
Nil eſt, quod magis audiam libenter.

Quia verò plerumq; præualet ignoran-
3 tia, languentem obruens igniculum mentis, omni modo mortalium vitam tenebris corrumpens, & in communes, & priuatas actiones nec aliter, ac cæcos huc, & illuc facit impingere: Veritatem, ſolis ſapientibus cognitam, & ſi quamplurimi inueniſſe credant, eius tamen lateri nunquam adhæſiſſe, vel inuiti experti ſunt. *Henric. Gand. 2. p. art. 24. q. 8. nu. 4. & 5.* Pauca nanque, aut nulla in hoc ſeculo perceptio Veritatis eſt; cuius rationem, vt D. Auguſtinus amplius firmaret adductam, hæc ex ſacris literis *lib. 19. de Ciuit. Dei cap. 4.*
„ ſapientiſſimè prompſit, dicens: Perceptio
„ Veritatis in hac carne, qualis, aut quanta
„ eſt? Quandò ſicut legimus in veraci libro
„ ſapientiæ: Corpus corruptibile aggrauat
„ animam, & deprimit terrena inhabitatio
„ ſenſum multa cogitantem? Cui ſententię
„ haud parum *in Alcibiade* congruit Plato.
„ *dum in eius ſynopſi* tradit Ficinus: Minimam
„ Veritatis cognitionem intemperati homi-
„ nes ſortiuntur; ſummam, & infinitam in
„ ſe ipſo Deus amplectitur: magnam verò,
„ & amplam vir temperans adipiſcitur.
4 Errarunt itaq; apud Lactantium Firmia-
num *lib. 3. diuin. inſtit. propè fin.* non pauci de veritate varia opinantes, vt Anaxagoras, qui circumfuſa tenebris omnia eſſe pronunciauit. Et Empedocles, tanquam illi ad cogitandum rheda, & quadrigis opus eſſet, dum anguſtas eſſe ſenſuum ſemitas conqueſtus fuit: aut Democritus, quaſi in puteo quodam ſic alto, vt fundus ſit nullus, veritatem iacere demerſam, qui
„ ſentit: Quandoquidem, non eſt expe-
„ ctanda ſynceritas Veritatis (*lib. 83. quæſt.*
„ *q. 9.* inquit Auguſtinus) à ſenſibus corpo-
„ reis: Quæ intellectu, & interiore mente
capitur, vt *in calce ſubdit quæſtionis.* Quinimmo Sapientiſſimus Plato, diſputans *in Philebo propè fin.* Vtrum Voluptas, an

mens ſit Veritati propinquior; ita reſpon-
diſſe legitur: Quid diuturna meditatione
» opus eſt? Permultum, vt arbitror intereſt.
» Voluptas enim maximè omnium teme-
» raria. Fertur enim de Veneris voluptati-
» bus, quæ ingentiſſimæ omniũ æſtimantur,
» quòd peierantibus illis Dij prorſus igno-
» ſcunt, quaſi pueri quidam ſint, nullius
» intelligentię compotes. Mens autem,
» aut idem eſt quòd Veritas, aut omnium
» certè ſimillima, atque veriſſima.

Peccat tamen, adhuc, & ipſa mens iu-
5 dicijs languidis, eſto veris, ſed adeò hebe-
tibus, & ſquallentibus, vt cum fortiſſima,
lucidiſſimaque rerum ſit Veritas, non di-
micet, nec micet. Perindeque fit, vt ea-
dem ſententia, à duobus æquè audita,
æquè probata, vnius fodicet, & mordeat
cor, alterius nec lambat: quia cum lan-
guore, & incommodo greſſu ſubit men-
tem. Sunt etenim quidam aſſenſus men-
tis efficaces, clari, penetrantes cor: alij
ſummiſſi, quos articulatio Veritatis non
ferit, nec penetrat ſuus aculeus. Vnde
lib. 7. diuinar. inſtit. propè princ. Lactantius
Firmianus, ethnicos carpens Philoſophos,
» meritò inquit. In primis cauſa errorum
» omnium Philoſophorum, hæc fuit; quòd
» rationem mundi, quæ totam ſapientiam
» continet, non comprehenderunt. Ea ve-
» rò ſenſu proprio, & interna intelligentia
» non poteſt comprehendi; quòd illi ſine
» doctore, per ſe ipſos facere voluerunt. Ita-
» que in varias, ſibique ſæpè contrarias ſen-
» tentias inciderunt, ex quibus exitum non
» haberent, & in eodem luto (ſicut Comi-
» cus ait) hæſitauerunt, ſcilicet aſſumptio-
» nibus eorum non reſpondente ratione,
» cum aſſumpſiſſent quidem vera, ſed quæ
» affirmari, probarique non poſſent ſine
» ſcientia veritatis, rerumque cœleſtium,
» quæ (vt ſæpè iam dixi) non poteſt eſſe in
» homine, niſi Deo donante, percepta.
Itaque mentis remiſſus iſte torpor, ſi non
nocentior ad ſenſus attingendos Verita-
tis, non vtilior erit: aliqua propterea di-
ſciplina, vel arte fouendus eſt.

Quod, vt faciliùs, commodiùſque con-
6 ſequi valeamus; pręclariſſimi Platonis *in
phædro propè fin.* Oratoribus (quos maxi-
mè per ipſum decet eſſe veros) ſuppedi-
tata faceſſere non horreamus pręcepta.
Iubet enim (vt *in eius ſynopſi* inquit Fici-
» nus) Vt à Dialectico facultatem diſcant
» diuidendi, atque componendi, quam eſſe
» vult præcipuum Veritatis indagandæ, in-
» ueniendæque inſtrumentum; & *in Philebo,*
» Dei nuncupat donum; propterea, quòd
» ſicut in mundo, perpetuum Dei officium
» eſt diuidere, atque componere, ita & Dia-
» lectici eſt in arte. Ideoque conſumma-
» tum Dialecticum, ideſt Metaphyſicum,
» iudicat tanquam Deum eſſe colendum.
Quarè meritò D. Auguſtinus *lib. 3. contra
academicos cap. 13. propè fin.* Dialecticam
ipſam, ſcientiam veritatis appellauit: Nam
ſi diſputatio, ad veritatem indagandam,
ex eodem Auguſtino *2. de doctrina chriſt.
cap. 3. & 2. ſoliloquio. cap. 7.* maximè con-
fert à Dialectica, quæ ſecundum eundem
contra Creſconium lib. 1. cap. 12. nil aliud eſt,
quàm diſputandi peritia, vtique ſcientia
Veritatis erit. quæ (*vt in Bruto ſect. 132.
nu. 6.* inquit Tullius) docet habere regu-
» lam, qua vera, & falſa iudicantur. Hęc
» enim eſt (paulò inferius ſubdit ipſe) quæ
» quaſi lucem affert ad ea, quæ confusè ab
» alijs, aut reſpondebantur, aut agebantur.
Vnde inueniendi quoque rationem præ-
bet, quam Topicen ideſt localem appel-
lant; cuius beneficio certos quoſdam lo-
cos oſtendit, è quibus velut theſauris qui-
buſdam in rem quamuis confirmandam,
refellendamque, argumenta ducantur.
Iudicandi pariter, illa, quam analyticen
nominant, abundat facultate, dum for-
mulas, & præcepta quædam argumen-
tandi tradit, quibus ceù perpendiculis,
atque normis quibuſdam explores, ido-
nea ne ſint argumenta, quæ inueneris in-
ſtituto tuo, an non idonea proſint, aut of-
ficiant magis, apta ſint, an inepta. Quarè
Scientiam vniuerſalem, & communem
dicunt. *Scotus q. 2. vniuerſal.* Quatenus,
ſcilicet, quæ in ea tractantur ſunt omni-
bus applicabilia facultatibus, à quibus con-
ſultò veteres Philoſophi, Salomonem ſe-
quuti, qui Diſciplinarum partes tres tan-
tum agnouit, moralem videlicet, in pro-
uerbijs, naturalem, in eccleſiaſte; & in
canticis, contemplatiuam; minimè fece-
runt disiunctam, cùm in vnaquaque per
» ſe, ipſa conferatur: Nam in tali diuiſione
(vt *lib. 38. Hieroglyph.* inquit Valerianus)
» Dialectica non immeritò prætermiſſa eſt,
» cùm ea minimè particularis ſcientia eſſe
» videatur, ſed tanquam ſpiritus harum
» vnicuique partium inſita, coaliraue: per
» eam enim hiſtoriam ſcribimus veriſimi-
» lem, per eam, morum rationes varias
» edocemus, per eam naturæ vim perſcru-
» tamur, per eam demùm, ipſam diuinarum
» rerum imaginem intelligimus.

Quoniam autem (vt verbis *in oratore
7 ſect. 207. num. 114.* tullianis loquar) Ari-
» ſtoteles tradidit præcepta plurima diſſe-
» rendi, & poſteà qui Dialectici dicuntur,
» ſpinoſiora multa pepererunt: vtique fa-
ctum eſt, vt Dialectica, quæ harum nu-
garum argutijs, & ſubtilitatibus ſe impli-
cando, ollas tantùm oſtentat, inter inanes
artes, vanaſque diſciplinas, à pleriſque
non

Digitized by Google

non temerè poſita ſit: atque eos, qui enixiori conatu, ipſam ſectantur, Ariſton philoſophus apud Stobeum *ſerm.* 80. ijs, qui canoris veſcuntur, hoc eſt cibi admodùm exigui gratia, circa oſſa tam multa numero, tantùm laboris inſumunt aſſimilauerit. Quamobrem operæ pretium erit, eorum inoletum vſum quibuſdam temperare præceptis, effrę́neq; licentiæ laxatas non immittere habenas. Itaque vir bonus, & ſapiens philoſophus Plato, hoc ab exitio, differendi vt refrænaret artem; duo in phædone (ibidem teſte Ficino) aurea præcepta reliquit. Primum (inquit Ficinus) ne rationibus vllis abſq; longa examinatione credamus. Poſtquam verò rationi cuidam ſufficienti examine crediderimus, ne facilè inde ob quaſlibet obiectiones, ſimilitudineſque amoueamur. Secundum, ne aut propriam, aut alienam, in diſputando, perſonam, ſed rationem duntaxat veritati conſonam co-
8 gitemus. Credulitas nanque, ſiue in credendo facilitas, cùm iuxta illud *Eccleſiaſt.* 19. Qui credit citò leuis eſt corde: temeritatis, & inconſiderationis proles exiſtat; damnoſiſſimum vitium, *contra Manichæos lib. vnic. cap.* 9. eam cenſuit Auguſtinus dicens: Ipſa credulitas, à qua creduli nominantur, vitium quoddam mihi videtur, alioquin hoc nomen non pro conuitio obiectare ſoleremus. Nam ſi ſuſpicioſus in vitio eſt, eò quòd non conſpecta ſuſpicatur; quanto magis credulus qui hoc à ſuſpicioſo differt, quòd ille incognitis aliquam, iſte nullam tribuit dubitationem. Quandoquidem, dum inanibus, & falſis, nulla rei cognitione præuia, aures quiſque facilè accommodat, omnibus omnia qualiacunque ſunt cito credens nullo delectu, vſque eò perducitur vt perniciem ſibi paret, quæ vtique vitari poſſet, ſi tanta non eſſet ad credendum procliuitas. Diuinam proinde facilè Laban declinaſſet redargutionem, ſi filijs ſuis, omnem Iacob, eius afferentibus tuliſſe ſubſtantiam, illicò non credidiſſet, *Geneſis* 31. Nec à Gabaonitis Ioſue illuſus fuiſſet, ſi, ore Domini non interrogato, eorum nuntijs tam properam non exhibuiſſet fidem, *Ioſue* 9. Et Hannon Ammonitarum Regem (vt cætera ex ſacris literis depromenda ſileam) Dauid non profligaſſet, ſi Principibus ſuis, factum ipſius Dauidis, proditionis cuiuſpiam inſimulantibus, ita temerè non acquieuiſſet, vt indignis modis dauidicos oratores, raſa dimidia barba, præciſiſque veſtibus vſque ad nates contumelioſè dimiſiſſet. 2. *reg.* 7. Quare *Eccleſ. loco cit.* ſubditur: Non omni verbo credas. Quibus ſi adhuc lubet etiam ex profanis aliquid perfunctoriè adijcere, Proclidis fabella, *metamor.* 7. *propè fin.* ipſum oſtij, pede vtique attinget limen. Nam venatione feſſus Cephalus vir eius, dum auram in ſyluis vocat, cuius flabellis præ nimio æſtu refrigerari poſſet;

Vocibus ambiguis, deceptam præbuit aurem
Neſcio quis: nomenque auræ iam ſæpè vocatum
Ninphæ eſſe putans ab ipſo ardenter amatæ,
Criminis ex templo ficti temerarius index
Procrin adit, linguaque refert audita ſuſurra

At illa citò credens, ſe ſe virgultis abdidit, & illud obſeruare cæpit, quod omnium minimè cuperet. Cephalus è contra,

Fronde leuem rurſus ſtrepitum faciente caduca,

feramque ibi latere ratus, zelotipam, iaculo coniugem interfecit. Vnde 3. *de arte amandi propè fin.* ita feſtiuiſſimè idem Poeta luſit.

Ne citò credideris: quantùm citò credere lædat,
Exemplum vobis non leue Proclis erit.

Nec minus in dialecticis congreſſibus,
9 perniciem ſibi acceriet eandem, qui citò intelligendi vt aſſequatur laudem, aduerſario facilè aſſentitur, nam, non qui citò, ſed qui intùs aſſumptum penetrando inuadit pro ſapiente habetur: Cùm, Neruos, atque artus ſapientiæ, *de petit. conſ. ſect.* 21. eſſe dixerit Tullius, non temerè credere. Quod ſummè cauens Sanctiſſimus Doctor Auguſtinus excuſſa Manichæorum hæreſi, academico more, aſſenſionem cohibere didicit; atque ita Diui Ambroſij Epiſcopi concionibus interfuit, vt audiret quidem, ſed omni tamen conatu credere reluctaretur, vt 6. *confeſſ. cap.* 4. & 5. ipſe palam confeſſus eſt.

Cæterum, & ſi teſtante Tullio *pro M.*
10 *Cælio ſect.* 51. *n.* 63. Magna ſit vis Veritatis, quæ contra hominum ingenia, calliditatem, ſolertiam, contraq; fictas omnium inſidias, facilè ſe per ipſam defendat: Quia tamen vmbratilis eloquentiæ faſcino, vanæque delectationis aucupio, eius oſores veluti ſirenulæ quædam, adeò mentes hominum inficiunt, vt illud *Pſalmographi* 4. Filij hominum vſquequò graui corde? Vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? ferè cunctis improperare liceat: Claritatis, ac Sermonis nitore (inquit *in præfat.* 1. *diuin. inſtit.* Lactantius Firmianus) etiam illuſtranda, & quodammodò differenda eſt, vt potentius influat in animos, & vi ſua, & inſtructa religione, & luce orationis ornata. Quamobrem,

præter aſſertę rei diſcuſſionem ſedulò me-
ditatam; ne in dialecticis diſſertationibus
ſtatim abijciamus haſtam; ſophiſticis ar-
gutijs, eodem eloquentiæ collyrio, quaſi
eodem in ludo docti, vtique mederi tene-
mur. Qua fęliciter Diogenes vſus arte
fuit, dum apud Laertium *lib.* 6. cuidam
ſibi captioſè dicenti: Quod ego ſum, tu
non es: ego autem ſum homo: ergo tu
homo non es: reſpondiſſe fertur: A me
incipe, & rectè collegeris. Si enim ſic ille
ſumpſiſſet, tu es homo, ſequebatur ſane,
ſophiſtam illum minimè eſſe hominem:
eodem enim eloquentiæ, indiuiduum à
ſpecie non diſtinguentis, aduerſarium de-
luſit aſtu. Quandoquidem, Vniuerſum
,, ſophiſtarum gymnaſium (apud Platonem
,, aiebat Socrates, vt in euthydemi ſynopſi
,, tradit Ficinus) ludum eſſe verborum, eoſ-
que rerum naturam omninò latere, atque
,, artificioſas illorum telas ſola verborum
,, expoſitione, ſignificationiſque diſtinctio-
11 ne poſſe diſſolui. Hæc autem vberrimè,
ex ditiſſimo eloquentiæ penu extrahere
quiſque valebit, ſi eloquutione, potiſſi-
ma eloquentiæ parte, à qua, & ipſa origi-
nem ducit, (Tullius *in Bruto ſect.* 188. *nu.*
253.) ad ſufficientiam fuerit peritus. Vn-
dè 1. *de oratore ſect.* 93. *nu.* 107. apertè fate-
,, tur: Omnem contentionem inter homi-
,, nes doctos, in verbi controuerſia eſſe poſi-
tam, cui vtique maximè fauet eloquutio;
cùm iuxta ipſum 1. *rhet. ad Herenn. ſect.* 1.
,, *nu.* 6. nil aliud ſit, quàm idoneorum ver-
,, borum, ac ſententiarum ad inuentionem
accomodatio. Quia verò ad inuentio-
nem accommodare ſententias, non Dia-
lectici, ſed Oratoris præcipuum cenſetur
munus, cuius eſt 1. *de orat. ſect.* 103. *nu.* 213.
non ſolum verbis ad audiendum iucun-
dis, verùm etiam ſententijs ad proban-
dum vti accommodatis: de verborum
delectu, præſertim in tropis, quod vtrique
commune habetur, *in Bruto ſect.* 206. *n.* 113.
Dialecticus differendi cauſa, magnopere
curare debet. Conſiſtit enim in ſingulis
variandis verbis, cùm troporum ſit, ſingu-
la excolere verba; idcirco Tropus elo-
quutio dicitur, qua propria verbi ſignifi-
catio mutatur in aliam minus propriam.
cuius extant quatuor illa genera, Metony-
mia, ſcilicet, Ironia, Metaphora, atque
Synecdoche apud Authores reginæ palatij
eloquentiæ *exercitatione* 7. *lect.* 1. 2. 3. & 4.
in quibus fallacia, & ſophiſtica deceptio
magis vim, & imperium, quàm in cæteris
habet, & exercet. 1. *Elench. cap.* 5. vbi
,, Commentator, hoc modo explicat: Quod
,, apparet nobis primò quandò fallacia acci-
,, dit nobis, eſt propter dictiones, licet ap-
,, pareat etiam caſus erroris propter res fal-
,, lentes, quæ numeratæ ſunt; & hoc, quia
,, cauſa erroris, qui fit propter controuer-
,, ſiam aduerſarij, & auditum eius, & falla-
,, cia illorum locorum dictionalium. Vndè
,, fallaciæ diuiſionem in fallaciam dictionis,
,, & extra dictionem Dialectici ferè omnes,
,, analogam faciunt, vt probatum, & oſten-
,, ſum eſt à nobis *in noſtra Dialecticorum Syllo-*
,, *ge diſput.* 58. *q.* 3.

Quare Hæretici, qui ſimplicitatem
12 communium verborum, torquent in
,, quæſtionem. *Tertull. lib. aduerſus Hermoge-*
,, *nem cap.* 27. non eſt à quo magis abhor-
reant, quàm à Dialecticæ arte, quæ ſo-
phiſmata detegere docet. Perfidus pro-
inde Seraphion ægyptius in conflictu
cum Arnobio Catholico, tomo 15. Bi-
bliot. P. P. Ceſſet (aiebat) ars dialectica:
,, Cui Arnobius: Ars dialectica in rebus
,, obſcuris ingreditur, vt videatur eſſe ve-
,, rum quod verum eſt. Nam cùm Here-
,, tici (ibidem *in not. num.* 2. ſubdit P. Fran-
,, ciſcus Feu-ardentius) paralogiſmis, &
,, meris fallacijs tantum, ſuos errores ſta-
,, bilire conentur: non mirum, ſi à Dia-
,, lectica, quæ ſophiſmata detegere, & re-
,, fellere docet, vt plurimum abhorreant.
,, Hinc enim Donatiſtæ cum Auguſtino
,, congredi nolebant, quod hac differendi
,, arte peritus, & munitus eſſet, Et nouo-
,, rum Vbiquiſtarum alter Antiſtes Smide-
,, linus, in colloquio Badenſi, iuſſus (ſe-
,, cundum pacta) in modo, & figura ſyl-
,, logiſmos nectere, & ſecundùm Diale-
,, cticorum regulas diſputare: cùm id præ-
,, ſtare non poſſet, in hanc præclaram diſci-
,, plinam inuectus, cum fanaticis opinio-
,, nibus ſuis theatro exibilatus, & pulſus,
,, paulò poſt mærore confectus, animam
,, exhalauit.

Secundum autem differendi præceptũ,
13 non ſecus ac primum valdè Dialecticis
conſentaneum videtur. Cùm enim ex
,, Tullio 4. *academic. quæſt. ſect.* 8. *num.* 26. Ra-
,, tio, ex rebus perceptis, ad ea, quæ non
,, percipiebantur adducat; ſi tantùm di-
centium acciperentur perſonæ, Veritas,
mendacio obrueretur fortaſsè, quæ non
extrinſeca, & ſenſitiua apprehenſione, ſed
complexione, diuiſioneque, vt *num.* 6.
dictum eſt ſuperiùs, vix à ratione men-
teque editur in lucem. Quod ſanè præ-
ceptum, non modo Plato dedit, dum in
Phædone ex perſona Socratis hæc enun-
ciauit, verùm etiam ad trutinam exer-
cuit, dicens: Vos tamen, ſi mihi aſſen-
tiamini, non Socrati cedite, ſed veritati.
,, Si enim vera, vobis loqui videor, con-
,, cedite; ſin minùs, omninò contradicite,
,, diligenter cauentes, ne ego dum annitor
,, me ipſum ſimul, voſque decipiam. &

,, velut

,, velut apes, aculeo in vobis relicto,
,, abeam. Sed (à domeſtico, vt ordiamur
,, malo) nil Veritatem magis eſt quod in-
firmet, quam ſibimetipſi nimium indul-
gere. Philantia nanque, hoc eſt, ſuipſius
amor, vitium eſt adulatione deterius,
cùm hæc alienam, ille propriam ſeducat
perſonam. Vndè, Res eſt omnium peſ-
ſima (in Cratylo aiebar Plato) hominē
falli à ſe ipſo: dum eò vſque plerumque
inducatur, vt ſe exiſtimet optimè ſcire,
quæ nunquam norit; atque adeò tam
perfractæ frontis exiſtat, vt ſua dogmata
omnibus eſſe meliora, verbis, ſcriptiſque
eum nequaquam pudeat pertinaciter aſ-
14 ſerere. Et quod grauiùs, & onerofius
eſt, nulla ratione fieri poteſt, vt qui hac
oberrat perculſus inſania, ſanum vel in
alijs, vel in ſe ipſo retineat iudicium.
Quandoquidem in oculis mentis tam
denſa, tamque ſpinoſa infuſa eſt caligo,
vt vel aperto cælo, nihil videat, nihil
percipiat. Rectè proinde ad Varum *car-
min. lib. 1. ode* 18. ſcribens Horatius, in-
quit.

— Cæcus amor ſui,
Et tollens vacuum plus nimiò gloria ver-
ticem.

Itaque, qui ſui capitur amore, non ve-
ritatem, ſed falſam quandam de ipſa opi-
nionem, inanemque vmbram, veluti
Narciſſus alter, vt his omninò ſpiculis,
emblemate 69. in eum luſit Alciatus,
conuincitur amare.

Quod nimiū tua forma tibi Narciſſe placebat,
In florem, & noti eſt verſa ſtuporis olus.
Ingenti eſt marcor cladeſque Philautia,
doctos
Quæ peſſum plures datque, deditque vi-
ros,
Qui veterum obiecta methodo, noua
dogmata quærunt.
Nilque ſuas præter tradere phantaſias.

Verùm enim verò, quidam è contra
15 vix ſibi credunt, tantamque alienæ au-
thoritati perſonæ reuerentiam præbent,
vt Pythagoreorum more, quicquid ac-
cipiunt, in diſputationem deducere fa-
cinus autument inexpiabile. Quin etiā,
ad reddendam interpellati cauſam, hoc
ſolùm reſpondeant: Magiſtrum dixiſſe
Valer. Max. lib. 8. Pro dignitate cuiuſque,
dictis quidem adhibenda eſt fides: vndè
apud Euripidem, trag. 1. Vlyſſi Hecuba
colloquenti, ita ſuggeſſit.

Porrò dignitas, etiam ſi malè dicat tua
Perſuadebit. Sermo enim ab incelebribus
profectus.
Et a celebribus idem, non idem valet;

ſed veritati magis, magiſque conſulen-
dum eſt. Idcirco *Exodi* 23. habetur: In
,, iudicio, plurimorum non acquieſces ſen-
,, tentiæ, vt à vero deuies. Non omnes
,, enim digni ſunt obeliſco, eorumque ſen-
tentiæ, cedro: quod maximè animaduer-
tens Tullius 2. *de diuinat. ſect.* 114. *num.* 27.
,, inquit: Hoc ergo Philoſophi non arbitror
,, teſtibus vti, qui aut caſu veri, aut mali-
,, tia falſi, fictique eſſe poſſunt. Argumen-
,, tis, & rationibus oportet quare quidque
,, ita ſit docere, non euentis, ijs præſertim,
,, quibus mihi liceat non credere. Et quis
,, nam falſitatis argueret in pluribus (vt cæ-
,, teros mittam) Tertullianum, Clemen-
,, tem Alexandrinum, Origenem, atque
Lactantium, ſi nominis tantùm authori-
tati, & dignitati inſiſteretur perſonæ, quæ
tanta fuit apud priſcos, vt ad ſtuporem
induceret etiam ſcientes? Et tamen veri-
tati, vt par eſt indulgendo, de Tertullia-
no, *in opuſc. de ſcript. eccleſ* notat Bellarmi-
nus, monetque eius libros cum iudicio
eſſe legendos, non eos tantùm, quos
,, Sancto Hieronymo teſte, contra Eccle-
,, ſiam propriè ſcripſit, ſed etiam librum
,, aduerſus Praxeam, librū de anima librum
,, aduerſus Hermogenem, librum de car-
,, ne Chriſti, & librum de pænitentia. In
,, his enim propoſitiones non paucæ, vel
,, erroneæ, vel certè ſuſpectæ occurrunt.
,, Et de Clemente Alexandrino, inquit:
,, Non deſunt in hoc inſigni authore ſen-
,, tentiæ aliquæ, quæ errorem ſapiunt. De
Origene tandem, & Lactantio, illi qui-
dem, & ſcriptis eius in quinta Synodo
generali, *collat.* 8. *can.* 11. anathema dici-
tur, ſicut Ario, Eunomio, Macedonio,
Neſtorio, & Euthycheti: iſti verò Gela-
ſius in Concilio Romano, apud Bellar-
minum *loco citato*, multa apocrypha
16 aſcripſit? Qua de cauſa, & ipſum Eccle-
ſiæ fulgentiſſimum lumen Sanctus Pater
Auguſtinus, Retractationum duos edere
libros, nequaquam veritus eſt, *ad Mar-*
,, *cellinum epiſtola* 7. ità disertè ſcribens: Si
,, enim mihi Deus, quod volo præſtiterit,
,, vt omnium librorum meorum, quæcun-
,, que mihi rectiſſimè diſplicent, opere
,, aliquo ad hoc ipſum inſtituto colligam,
,, atque demonſtrem: tunc videbunt omnes
,, homines, quod non ſim acceptor perſo-
,, næ meæ. Vos autem, qui me multum di-
,, ligitis, ſi talem me aſſereris aduerſus eos,
,, quorum malitia, vel imperitia, vel in-
,, telligentia reprehendor, vt me nuſquam
,, ſcriptorum meorum erraſſe dicatis; fru-
,, ſtra laboratis, non bonam cauſam ſuſce-
,, piſtis, facilè in ea, me ipſo iudice, ſupe-
,, ramini, quoniam non mihi placet, cum
à chariſſimis meis talis eſſe exiſtimor,
qua-

qualis non ſum. Curent ergo Dialectici hæc ſuæ artis amicabilia præcepta, ſi infractam percupiunt, ſcholaſticis in congreſſibus, limare Veritatem.

CAPVT XVIII.

Suadendi, diſſuadendique Rhetores officio præſtabunt, ſi rei vtilitati, honeſtatique magis, quàm delectabilitati conſuluerint.

SVMMARIVM.

1 *Rhetorica, cuius nomenclatura etiam cum eloquentia confunditur, vna de ſummis virtutibus eſt: Rerumpublicarum gubernatrix, & omnium rerum ſumma ſcientia dicitur; cuius tanta vis eſt, vt homines congreget diſperſos, ad ciuilem deducat vitam, leges, & iudicia deſcribat; & fere omnium contineat ſalutem.*

2 *Qua tamen vis, non laborioſis mechanicorum vtitur inſtrumentis, quibus artifices ſua opera ad ſtuporem oſtentant; ſed ſolo nutu, oculi iactu, inflexione vocis ſuadendo, diſſuadendo ea efficit, quæ miramur, & obſtupeſcimus.*

3 *Analogicè tamen, ea omnia, quæ arte fiunt, & ipſa operatur: nam ſuperbientis animi faſtum, verbis deprimere, nil aliud eſt, quam altitudinem rupis, ſolo deiectam, ingenioſo inſtrumento, adæquare, & in planitiem proſternere. Deſidem, & languentem excitare, idem videtur, ac infixas cano arbores ſtirpitus euellere, & ſic de cæteris.*

4 *Suadere dictione finis Rhetoricæ eſt; officium autem, dicere appoſite ad perſuaſionem. Quare inter hæc hoc adeſt diſcrimen; quod in officio, quid fieri; in fine, quid officio conueniat conſideratur.*

5 *Quia Dicere non omnino idem eſt quod loqui; ſed diſpoſite ornatè, & copioſè loqui; putarunt multi, vocaliſſimum quenque, eloquentiſſimum eſſe dicendum: cùm tamen nihil tam furioſum, quàm verborum, vel optimorum ſonitus inanis, nulla ſubiecta ſententia, vel ſcientia, Tullio viſum ſit.*

6 *Non tamen proinde ſelecta verborum reijcitur copia, cum ad ornatum, eam idem permiſerit Tullius: ſed tantùm effeminata lenitas, fucoque ornata ad aurium ſolummodò voluptatem, dicendi damnatur materia.*

7 *Quarè, nullus perfectus Orator, aut Rhetor eſſe poteſt, qui præter eloquentiam, non omnium rerum cognitione atque digniſſimarum, intelligentia pectus impleuit ſuũ, vt Promethei, & Mercurij, pulchra oſtenditur fabella. Si enim tollatur à dicendi facultate eruditio, erit tantùm puerilis loquentia, aut arbor, foliorum abſque fructibus luxuria, veſtita, & id genus ſimilia.*

8 *Cùm delectari, quod maximè verborum obtinetur ornatu, honorarium ſit; & permouere, quod ſuadendo conſequitur, neceſſarium dicatur: ea ſummoperè probati Rhetores curare debent, quæ ad ſuadendum exiſtimantur potiora rei ſcilicet Vtilitatem & Honeſtatem. Hæ nanquè partes præcipuæ ſuadendi ſunt.*

9 *Licet, quod honeſtum eſt, vix ſine vtile reperiri poſſit, vndè, & coniuncta dicuntur; adhuc tamen conceſſo, quod inter ſe aliquando diſſentiant, Vtilitati ſemper præferenda videtur Honeſtas, vt exemplo Socratis latè manifeſtatur.*

10 *Ad benè autem, & perfectè ſuadendum, vtile ab honeſto nunquam ſeparari debet: Nam honeſtum idipſum eſt quod vtile, & è contra; Vnde honeſtatem ab vtilitate ſecernere, & conſtituere honeſtum aliquod, quod vtile non ſit, & vtile quod non honeſtum nulla maior pernicies hominum vitæ poteſt afferri.*

11 *Vtilitatis, ad ſuadendum magna vis eſt, etiam ſi præter æquum, ab honeſtate ſegregata ponatur; ſed multò magis cum ipſa coniuncta: cùm bonum vnum cum alio coniunctum, optabilius ſit, quam ſeparatum. Arduum tamen, valdeque difficile eſt, defectu recti iudicij, bona diſcernere vtilia: vtilitates nanque, non omnes pares ſunt, ſed vna, altera melior.*

12 *Ad bene autem deliberandum neceſſaria eſt purgata conſultatio de eligibilium natura. Quæ vt inoffenſo prorſus decurrat pede, à ſimilium rerum caſibus exitibuſque petenda eſt; vt ex diuerſis, cum ſacris, tum profanis hiſtoriis late explicatur.*

13 *Rhetores in ſuadendo de Honeſto, quod propter ſe appetibile eſt, maiorem quàm de vtile, quod propter Honeſtum videtur expetibile, expreſſionem habere debent: nam homines, & ſi ad honeſta ſint nati, malo tamen eorum cultu, plerumque, vtilitatem, commodumque magis percupiunt, quàm ipſam honeſtatem.*

14 *Apud honeſtos, honeſta ſuadere facillimum eſt, ſecus verò apud turpes. Itaque huic generi hominum, quæſtus, & emolumenta: illi verò alteri, laudem, honorem, gloriam, fidem, iuſtitiam, omnemque virtutem, expedit repræſentare.*

15 *Honeſtatis, eorum ad cohortandos animos, qui virtutibus ſtudent, quanta ſit efficacia, Magni Catonis, alterius Catonis Conſulis*

& Elea-

*& Eleazari Scribæ, clariſſimis comproba-
tur exemplis.*
16 *Tanta molis, & virtutis honeſtas eſt, quod
illud quoque hominum genus, cui familia-
re eſt honeſtati, vtilitatem præferre, niſi
deprauata natura nimia feritas obſit,
adeò vrget, & impellit, vt turpia ſaltem,
manifeſte abhorreat.*

PRofectò Rhetorice, cuius nomencla-
turam magni Authores, cum elo-
1 quentia confundunt. *Nazzian. epiſt. 10.
ad Baſil. & Iulian. ad Liban. ſophiſt. apud
Cauſſ. lib. 1. de eloquen. cap. 6.* vna de ſum-
mis virtutibus eſt, quæ Rerumpubli-
carum maximè, ſacra, ac venerabilis
gubernatrix eſſe perhibetur. *Tull. lib. 1.
de orat. ſect. 77. num. 34. & lib. 3. ſect. 150.
num. 76.* quam etiam omnium rerum
ſummam appellat ſcientiam, *lib. 2. de
orat. ſect. 109. num. 6.* Inquit enim,
præſertim *lib. 1. à num. 31. vſque ad 34.*
Quid enim eſt, aut tam admirabile,
quam ex infinita multitudine homi-
num exiſtere vnum, qui, id quod omni-
bus natura ſit datum, vel ſolus, vel
cum paucis facere poſſit? aut tam iu-
,, cundum cognitu, atque auditu, quam
,, ſapientibus ſententijs, grauibuſque
,, verbis ornata oratio, & perpolita?
,, aut tam potens, tamque magnificum,
,, quam populi motus, iudicum reli-
,, giones, ſenatus grauitatem, vnius
,, oratione conuerti? Quid tam porrò
,, regium, tam liberale, tam magnifi-
,, cum, quam opem ferre ſupplicibus,
,, excitare afflictos, dare ſalutem, libera-
,, re periculis, retinere homines in ciuitate?
,, Quid autem tam neceſſarium, quam
,, tenere ſemper arma, quibus vel tectus
,, ipſe eſſe poſſis, vel prouocare impro-
,, bos, vel te vlciſci laceſſitus? Age verò
,, ne ſemper forum ſubſellia, roſtra, cu-
,, riamque mediteris: Quid eſſe poteſt in
,, otio, aut iucundius, aut magis pro-
,, prium humanitatis, quam ſermo face-
,, tus ac nulla in re rudis? Hoc enim vno
,, præſtamus vel maximè feris, quod col-
,, loquimur inter nos, & quod exprimere
,, dicendo ſenſa poſſumus.......... Vt
,, verò iam ad illa ſumma veniamus; quę
,, iſtis alia potuit, aut diſperſos homines
,, vnum in locum congregare, aut à fera
,, agreſtique vita ad hunc humanum
,, cultum, ciuilemque deducere, aut
,, iam conſtitutis ciuitatibus, leges, iu-
,, dicia, iura deſcribere? Ac ne plura,
,, quæ ſunt penè innumerabilia conſe-
,, ctet, comprehendam breui, ſic enim
,, ſtatuo: Perfecti oratoris moderatione,
,, & ſapientia, non ſolum ipſius dignita-
,, tem, ſed & priuatorum plurimorum,
,, & vniuerſæ Reipublicæ ſalutem maximè
,, contineri. Hæc ille.

Quæ tamen eloquentiæ Rhetoricæque
ſumma vis & poteſtas, dum in reconditis
2 animi ſenſibus, quò nulla artificum in-
duſtria pertingere poteſt, vigorem impri-
mit, motumque affert; non laborioſis,
quibus paſſim narrantur rupes, & ſaxa, &
ſublimes arbores in theatra deductæ, vti-
tur inſtrumentis: Non factitias adhibet
flammas, non machinas, non funes, non
tubos, non ponderum momenta; non
rotarum implexos inter ſe, inſertoſque
dentes, quibus Archimedes (ſi Plutarcho
in Marcello, fides præſtanda eſt) Romano-
rum vrebat claſſes, eaſque ex aqua re-
pentiſſimè tollebat ſublimes, & euerſas
funditus, naufragij artificioſo quodam de-
mergebat genere, tanto hoſtium ſtupore,
vt ſi facem aſpicerent, vel funem è meni-
bus ſyracuſanis, concurrerent illicò, tre-
pidarent exclamarentque, tanquam graſ-
ſantis fulminis metu, aut præſentiſſimæ
periculò tempeſtatis perculſi. Non qui-
dem, & id genus alijs, ſed ſolo nutu, ocu-
li iactu, inflexione vocis, ſuadèndo, diſ-
ſuadendo hæc omnia efficit, quæ mira-
mur, & obſtupeſcimus. Et quid nanque
3 aliud eſt efferentem ſe ſe ſuperbientis ani-
mi faſtum deprimere, quam ſupercilium
rupis, & minacem eius altitudinem ſolo
deiectam adæquare, atque in planitiem
proſternere? Quid eſt aliud, deſidem, &
languentem inerti otio excitare, acuere,
ad actuoſam vitam impellere, quam in-
fixas cæno arbores, ac tenaci, altaque ra-
dice adhæreſcentes, ſtirpitus euellere?
Quid eſt aliud iracundiam inflammare,
quàm iacere fulmina? Ciere lacrymas,
quàm imbres, & pluuias elicere? Retine-
re præcipitem temeritatem, quàm tor-
renti frænum inijcere, aut alio labente,
aquas deducere, atque in tubos, aut euri-
pos incluſas deriuare in hortos ad volup-
tatem, mittere in plateas ad vſum, aut in
4 aerem ad miraculum eiaculari? Ea prop-
ter: ſuadere dictione, omnem ſcopuur,
omnemque finem huiuſcedomi artis,
,, Rhetores eſſe dicunt. Nam ſicut eiuſdē
,, officium, nil aliud eſſe videtur, quàm di-
,, cere appoſitè ad perſuaſionem, ita eius
,, finis erit duntaxat perſuadere dictione:
,, cum inter officium, & finem hoc interſit,
,, quod in officio quid fieri, in fine quid
,, officio conueniat, conſideretur. *Tullius
1. de inu. ſect. 63. num. 6.* Illud Euripidis *in
Ecuba ver. 815.* è græco ita latinè ab Æmi-
lio Porto redditum, circunfertur idcircò.
Quid

Digitized by Google

Quid tandem mortales , alias quidem artes
Elaboramus , vt oportet omnes , & inquiri-
mus :
Suadelam verò reginam ſolum inter ho-
mines ,
Non quidem præter cæteras ad finem ſtu-
demus ,
Mercedes dantes diſcere, vt liceat olim
Perſuadere quæ quis vellet conſequi ſi-
mul ?

Cæterum , quia Dicere , non idem eſt
quod loqui. *Tullius in orat. ſect.18.n.113.*
5 ſed vt *lib.10.inſtit.orat. cap.7.* explicat Quin-
tilianus, diſpoſitè, ornatè , & copioſè lo-
qui: Orationis vbertatem, verborumque
duntaxat ornatum , & copiam , non me
latet, eloquentiam vulgò videri,ac etiam
exiſtimari ab ijs , qui ſi quos infinita qua-
dam profluentia, continentique, ac nun-
quam intermittente ſermone volubiles ,
& canotos audiunt eos cõtinuò diſertos ,
eos patritio ex ordine oratores vocant,
& vocaliſſimum quenque , eloquentiſſi-
mum interpretantur. An verò huic abun-
dantię, vbertatique verborum , tanquam
corpori animus ſubſit, non quidem ſedu-
lò conſiderant , aut ſaltem non magno-
perè deſiderant . Cum tamen romanæ
parens eloquentiæ *3. de orat. ſect.156. num.*
142. Nihil tàm furioſum exiſtimaret ,
qùàm verborum, vel optimorum,vt ipſe
ait, & ornatiſſimorum ſonitum inanem ,
nulla ſubiecta ſententia , nec ſcientia.
Quin etiam , cum videret Oratorum alijs
verba, alijs rem deeſſe: quamuis ipſe lau-
dandam nequaquam putaret illorum in-
fantiam, qui, quæ noſſent , explicare di-
cendo nequirent ; ſicut nec inſcitiam eo-
rum quibus in magna verborum vberta-
te, anguſta res foret: tamen, ſi alterutrum
eſſet optandum , malle ſe dixit , ieiunam
illorum, indiſertamque prudentiam, quá
horum copioſam , ac ſtultam loquacita-
tem. Non enim hoc, ad ſuadendum eſt
aptè , diſpoſiteque dicere , ſed inepti ora-
toris , rhetoricique officio , & arte præ-
ſtare. Nam qui plura loquitur , aut ſe
oſtentat , aut multus eſt ; is ineptus eſſe
dicitur *Tull.2. de orat. ſect.110. num.17.*
6 Non vt quidem,ſelectam verborum reij-
ciam copiam(ipſam nanque ad ornatum,
in orat. ſect.200. num.38. Tullius permiſit ,
,, dicens: Arguti, certique,& circumſcripti
,, verborum ambitus conceduntur : de in-
,, duſtriaque, non ex inſidijs, ſed apertè , ac
,, palam elaboratur , vt verba verbis quaſi
,, demenſa , & paria reſpondeant, vt crebro
,, conferantur pugnantia, comparenturque
,, contraria,& vt pariter extrema terminen-
,, tur, eundemque referant in cadendo ſo-
,, num, quæ in veritate cauſarum, & rarius
,, multò facimus, & certè occultius.) Sed
,, vt omnem effæminatam leuitatem , fu-
coque ornatam ad aurium ſolummodò
voluptatem, auferam dicendi materiam :
,, Quarè (vt verbis Quintiliani 8. *inſtit.orat.*
,, *cap.1.* aliquando vtar)Nemo ex corruptis
,, dicat me inimicum eſſe cultè dicentibus:
,, non nego hanc eſſe virtutem,ſed illis eam
,, non tribuo . An ego fundum cultiorem
,, putem, in quo mihi quis oſtenderit lilia ,
,, & violas , & amænos fontes ſurgentes ;
,, quàm vbi plena meſſis, aut graues fructu
,, vites erunt? Sterilem platanum, tonſaſq;
,, myrtos, quam maritam vlmum , & vbe-
,, res oleas præoptauerim? Quia ſicut *lib.11.*
,, *cap.1.* idem ipſe ſapienter proſequitur:
,, Totum hoc aptè dicere, non eloquutio-
,, nis tantum genere conſtat , ſed eſt cum
,, inuentione commune. Cuius ſanè nu-
trix, præcipuuſque fons eruditio eſt va-
ria, ex qua omnem eloquentiam creſcere
7 fæcundarique oportet . Neque enim per-
fectus eſſe poteſt Rhetor, aut Orator, qui
non omnium rerum cognitione , atque
digniſſimarum intelligentia pectus im-
pleuit ſuum . Tollatur itaque à dicendi
eruditio facultate,& quid aliud erit,quam
puerilis loquentia? Quam arbor , folio-
rum luxuria veſtita , ſed fructus expers ?
Quam arena ſine calce? Recte igitur Ora-
tori futuro , neceſſariam eſſe multarum
artium ſcientiam , *lib.1. inſt. orat. cap.21.*
,, Fabius iudicat Quintilianus, dicens : In
,, ijs omnibus , quæ diſcenda oratori futu-
,, ro puto eminuit Plato , qui non conten-
,, tus diſciplinis quas præſtare poterant At-
,, henæ, non Pythagoreorum , ad quos in
,, Italiam nauigauerat, Ægypti quoque Sa-
,, cerdotes adijt , atque eorum arcana per-
,, didicit . Quod adhuc expreſsius, *1. de orat.*
,, *ſect.86. num.20.* anteà cenſuit Tullius,dum
,, inquit: Ac mea quidem ſententia, nemo
,, poterit eſſe omni laude cumulatus ora-
,, tor, niſi erit omnium rerum magnarum,
,, atque artium ſcientiam cõſequutus. Ete-
,, nim ex rerum cognitione efflorescat , &
,, redundet oportet oratio, quæ niſi ſubeſt
,, res ab oratore percepta , & cognita , ina-
,, nem quandam habet eloquutionem , et
penè puerilem . Proindè factum iure pu-
tatur (vt *orat.2. pro Rhet.* lepide fabulatur
Ariſtides) quod Promethei gratia partim
delinitus Iuppiter, partim hominum mi-
ſerijs grauiter commotus , Rhetoricam
ſub comitatu Mercurij mitteret in terras ,
iuberetque,vt ipſius copiam faceret mor-
talibus , hac tamen interpoſita conditio-
ne: Ne ſcilicet inſtar theatralis pecuniæ
promiſcuè largiretur omnibus, ſed lectiſ-
ſima

ſima quæque, & eruditiſsima deligeret ingenia, quæ tam præſtantis doctrinæ opibus ad ſuam, multorumque locupletaret vtilitatem.

Verum enimverò cum delectari, quod maximè verborum obtineiur ornatu,
8 Tullio teſte, *de opt. gener. orat. num.3.* honorarium ſit, & permouere, quod ſuadendo conſequitur, neceſſarium dicatur: ea ſummopere probati Rhetores curare debent, quæ ad ſuadendum exiſtimantur potiora, rei ſcilicet vtilitatem, & honeſtatem: Hæ nanque partes pręcipuę ſuadendi ſunt. *Soar. de arte rhet. lib.1. cap.53. & 54.* Ita quidem cenſuerunt Demoſthenes, & Cicero, ſuperioreſque Oratores, qui caſtius accuratiuſque dicendi genus conſectati ſunt, quorum grauitati puerilis, quæ nunc eſt in multis plena vanitatis, futiliumque propè deliramentorum loquacitas minime annumeratur: Idcirco, illud eſt diligentius docendum (*lib.11. inſt. orat. cap.1.* inquit Quintilianus) eum
,, demum dicere aptè, qui non ſolum quid
,, expediat, ſed etiam quid deceat inſpexerit: Vtile videlicet, & Honeſtum: expedit enim, pro vtile plerumque vſurpatur, vt notat Lambinus *in illud Plauti Capteiuei*.

Profectò expedict fabulæ huic operam dare.

,, Et quod decet honeſtum eſt, & quod
,, honeſtum eſt decet, *Tull.1. de offic. ſect.19.*
9 *num.93.* Hoc autem, quod honeſtum eſt, vix ſine vtile profectò reperiri poteſt. Propterea ibidem ſubdit idem Quintilia-
,, nus: Nec me fugit plerunque nec eſſe
,, coniuncta: nam quod decet ferè prodeſt,
,, neque alio magis animi iudicum conci-
,, liari, aut ſi res in contrarium tulit, alie-
,, nati ſolent. Quod adhuc licet ſuadere-
,, tur oppoſitum, nihilominus vtilitati ſemper præferenda videtur honeſtas. Idcircò ſubinde ſapienter proſequitur: Aliquan-
,, do tamen, & hæc diſſentiunt: quoties au-
,, tem pugnabunt, ipſam vtilitatem vincet
,, quod decet. Nam quis neſcit nihil ma-
,, gis profuturum ad abſolutionem Socra-
,, tis fuiſſe, quam ſi eſſet vſus illo iudiciali
,, genere defenſionis, & oratione ſubmiſſa,
,, conciliaſſet iudicum, animos ſibi crimen-
,, que ipſum ſolicitè redarguiſſet? Verum
,, id minimè eum decebat. Ideoque ſic
,, egit, vt qui pęnam ſuam honoribus ſum-
,, mis eſſet æſtimaturus. Maluit enim vir
,, ſapientiſsimus, quod ſupereſſet ex vita
,, ſibi perire, quàm quod præteriſſet; at
,, quando ab hominibus ſui temporis pa-
,, rum intelligebatur, poſterorum ſe iudi-
,, ciis reſeruauit, breui detrimento iam vl-
,, timæ ſenectutis, æuum ſęculorum om-
10 nium conſequutus. Nos itaque, qui Suadere dictione (quod ibidem, & alibi conſtanter renuit Quintilianus) Rhetorices cum Tullio conſtituimus finem; Si ii ſu-
,, mus (quemadmodum *ad Seruium Sulpicium epiſt.2.* ipſe ſcripſit) qui profectò eſſe
,, debemus, vt nihil arbitremur expedire,
,, niſi quod rectum, honeſtumque ſit: om-
,, ni procul dubio, ab eo quod decet, ſiue honeſtum eſt, vtilitatem, omneque quod expedire videtur, ſeparare nequimus: quin potius vtrumque ad ſuadendum ſimul applicare, rhetoricæque quam maximè conuenire dictioni, penitus probare tenemur Quare *2. de offic. ſect. 34. num 9.* ad
,, Marcum filium ſcribens, inquit: Hoc au-
,, tem de quo nunc agimus (nempe Hone-
,, ſtum) idipſum eſt, quod vtile apellatur,
,, in quo verbo, laxa conſuetudo deflexit
,, de via, ſenſimque eo deducta eſt, vt ho-
,, neſtatem, ab vtilitate ſecerneret, & con-
,, ſtitueret honeſtum aliquod, quod vtile
,, non eſſet; & vtile quod non honeſtum:
,, qua nulla pernicies maior hominum vi-
,, tę potuit afferri.

Quia verò vtilitas adhuc ab honeſtate diſiuncta, quin etiam turpi præter æquum
11 aliquando adherens, tantę molis eſt, vt *2. de ponto. eleg.3.* dixerit Naſo,

Cura quod expediat prior eſt, quàm quid ſit honeſtum.

Si vnquam ipſi (vt par eſt) inueniatur coniuncta, adeò penetrat, & expungit animum, vt velit nolit, cum Tullio *3. de offic. ſect.72. num.101.* fateri teneatur quiſque,
,, quod omnes expetimur vtilitatem, ad
,, eamque rapimur, nec facere aliter nullo
,, modo poſſumus. Ea nanque eſt, quam nulli abhorrent, reſpuunt pauci, quamplurimi ſectantur, omnes percipiunt: Nā
,, quis eſt (ſubindè ſequitur) qui vtilia fu-
,, giat? aut quis potius, qui ea non ſtudio-
,, ſiſsimè perſequatur? Bona quidem omnia voluntatem alliciunt, cuius obiecta ſunt *1. rhetor. cap.10.* At, quæ ipſam mouent ſub ratione proprii boni, nec non amantis perfectiui naturæ, vt ea ſunt, quæ apprimè ſibi videntur vtilia, maximè diliguntur, Philoſophi iuxta illud *8. ethic.*
,, *cap.2.* Simpliciter quidem amicabile bo-
,, num: vnicuique autem, id quod eſt vni-
,, cuique bonum. Quod ità communiter
,, decantari ſolet: Amicabile bonum vni-
,, cuique proprium. Præſertim autem, vt ſupponimus, cum honeſtate coniunctum. Quandoquidem: Bonum vnum cum alio coniunctum, optabilius eſt quam ipſum ſeparatim *10. ethic. cap.2.* Me tamen minimè latet, ſatis difficile, valdeque arduū, Bona ſemper extitiſſe (recti defectu iudi-

cij) diſcernete vtilia, quod *Satyra* 10. venuſtè admodum, & ſuo æuo doctè Iuuenalis expreſsit, dum ait.

Omnibus in terris, quæ ſunt à Gadibus vſq;
Auroram, & Gangem, pauci dignoſcere poſſunt
Vera bona, atque illis multum diuerſa, remota
Erroris nebula. Quid enim ratione timemus,
Aut cupimus? qui tam dextro pede concipis: vt te
Conatus non pœniteat, votique peracti?

Etenim vtilitates, non omnes pares ſunt,
,, ſed vna altera melior: Quoniam: Non
,, tantum inutilibus comparantur vtilia,
,, ſed inter ſe quoque ipſa, vt ſi ex duobus
,, eligamus in altero quid ſit magis, in alte-
,, ro quid ſit minus. Creſcit hoc adhuc:
,, nam interim triplices etiam ſuaſoriæ in-
,, cidunt: vt cum Pompeius deliberauit
,, Parthos, an Aphricam, an Ægyptum pe-
,, teret. Ità non tantum vtrum melius, ſed
,, quid ſit optimum quęritur. Quintil. *lib.*3,
,, *orat. inſtit. cap.* 10.

Quare ad benè deliberandum, purgato conſilio, electioneque ritè conſulta, quę 6.
12 *ethic. cap.*9. circa vtile præſertim verſantur, maximè opus eſt. Quia tamen electio omnis, quæcunque illa ſit ſemper fertur in cognitum (nemo enim ignorat quæ eligit 1. *rhet. cap.* 10.) tota conſultatio, omneque conſilium de eligibilium natura, atque vtilitate penſari debet. Quod vt inoffenſo prorſus decurrat pede, à ſimilium rerum caſibus, exitibuſque ſumendum eſſe videtur: Quandoquidem ex rerum euentu colligitur conſilium *Accurſ. in l. ſi concubina ff. de act. rer. amotar* Facit itaque ad hanc ideam quamplurimum, de eligendo cum Gentibus bello etiam in die Sabbati, ex Iſraelitarum nuper accepta clade, 1. *Machab. cap.* 2. accurata conſul-
,, tatio, dum: Dixit vir proximo ſuo. Si
,, omnes fecerimus, ſicut fratres noſtri fe-
,, cerunt, & non pugnauerimus aduerſus
,, gentes prò animabus noſtris, & iuſtifica-
,, tionibus noſtris; citius diſperdent nos à
,, terra. Et cogitauerunt in die illa, dicen-
,, tes: Omnis quicunque venerit ad nos in
,, bello die Sabbatorum, pugnemus aduer-
,, ſus eos, & non moriemur omnes, ſicut
,, mortui ſunt fratres noſtri in occultis. En ergo, quomodò bellandi ex accurato præteritorum conſilio, maximè contulit ad vtilitatem, eorum prudens, & ſapiens electio. Secus autem Ioſephi, & Azariæ *cap.* 5. ambitioſa temeritas, vndè Gorgiæ ab exercitu, vſque in fines Iudeæ turpiter
,, fugati fuere. Et ceciderunt illa die de
,, populo Iſrael ad duo millia viri, & facta
,, eſt plaga magna in populo, quia non au-
,, dierunt Iudam, & fratres eius, exiſtiman-
,, tes fortiter ſe facturos . . . . . In die
,, illa ceciderunt Sacerdotes in bello, dum
,, volunt fortiter facere, dum ſine conſilio
,, exeunt in prælium. Eodem etiam Tullius pro lege manilia *ſect.*6 *num.*14. ad ſuadendum vtus eſt artificio, dicens: Quare
,, ſi propter ſocios, nulla ipſi iniuria laceſ-
,, ſiti maiores veſtri, cum Antiocho, cum
,, Philippo, cum Ætolis, cum Pœnis bella
,, geſſerunt; quanto vos ſtudio conuenit,
,, iniurijs prouocatos, ſociorum ſalutem,
,, vna cum imperij veſtri dignitate defende-
,, re, præſertim cum de maximis veſtris vectigalibus agatur. Fabius quoque Maximus apud Soarium *de arte rhetorica lib.* 1. *cap.*56. ſuadens in Senatu, ne P. Scipio, Annibale in Italia relicto in Aphricam traijciat, vetus affert Athenienſium exēplum, qui claſſe in Siciliam tranſmiſſa; Rempublicam ſuam in perpetuum afflixerunt, Et aliud ſua tempeſtate nouum M. Attilij, qui in ea ipſa Aphrica, annis ante quadraginta in prælio victus, & captus eſt. Quamobrem, & mihi liceat ea ipſa profetre, quæ ipſe Fabius affatus eſt.
,, Dies me deficiat, ſcilicet, ſi Reges, Impe-
,, ratoreſque temere in hoſtium terras tran-
,, greſſos, cum maximis cladibus ſuis, exer-
,, cituumque ſuorum enumerare velim.

Deliberatiuo proinde generi, cuius eſt ſuadere vtilitate, diſſuadere damno, 1. *Rhet. cap.* 3. maximè accommodata ſunt exempla, vt docet Tullius *de partit. orat.*
,, *ſect.*238. *num.*96. dicens: Vterque verò ad
,, augendum habeat exemplorum, aut re-
,, centium, quò notiora ſint, aut veterum,
,, quò plus authoritatis habeant, copiam.
,, Maximeque ſit in hoc genere meditatus,
,, vt poſſit, vel vtilia, ac neceſſaria, ſæpè
,, honeſtis, vel hæc illis anteferre. Cum
,, plerunque (*lib.* 3. *orat. inſtit. cap.* 10. ſubdit
,, Quintilianus) videantur reſpondere futu-
,, ra præteritis, habeaturque experimentum
,, velut quoddam rationis teſtimonium.

Denique verò, quia Honeſtum propter ſe expetibile eſt; Vtile autem propter Ho-
13 neſtum, 9. *ethic. cap.*7. Intelligi neceſſe eſt (3. *de fin. ſect.*98. *num.*39. inquit Tullius) pluris id, quod honeſtum ſit, æſtimandum
,, eſſe, quam illa media, quæ ex eo compa-
,, rentur. Nam vnum bonum eſt (*epiſt.*71.
,, non procul ab initio ſcribit Seneca) quod
,, honeſtum eſt: cætera falſa, & adulterina
,, ſunt. Quapropter de ipſo, Rhetores, vt ſuadeant, maximè curare debent, quippe quod adeo ſpectabile, ac decorum, vt ſi eius pulchritudo cerni oculis poſſet, mi-

rabi-

rabiles in cunctis, ſui excitaret amores. Sed quoniam hominum genus, natum licet ad honeſtatem, malo tamen cultu, prauiſque opinionibus plerumque inuenitur corruptum, vt aliquando tãto fruatur aſpectu, non vulgari opus eſt expreſſione, quam *2. de fini. ſect. 33. num. 45.* affabrè Tullius exercens, his vtique verbis, plurima eiuſdem encomia, vno veluti faſce, complexus eſt ad ſtuporem. Honeſtum igitur (inquit) id intelligimus, quod tale eſt, vt detracta omni vtilitate, ſine vllis præmiis, fructibuſque, per ſe ipſum poſſit iurè laudari. Quod quale ſit, non tam definitione, qua ſum vſus intelligi poteſt (quanquam aliquantum poteſt) quàm communi omnium iudicio, & optimi cuiuſque ſtudijs, atque factis: qui permulta ob eam vnam cauſam faciunt, quia decet, quia rectum, quia honeſtum eſt, & ſi nullum conſequuturum emolumentum vident. Veruntamen eſt, plerumque fieri vt commoda, noſtramque potius appetamus vtilitatem, quàm vt dedecus, aut infamiam fugiamus; ſiquidem eorum carentia grauiſſimus dolor eſt, valetque potiſſimum apud imperitos;
14 nam apud ſapientes, ſola virtutis, & honeſtatis imago plus æſtimatur. Quare apud honeſtos, honeſta ſuadere facillimum eſt: ſi verò apud turpes recta obtinere conabimur, ſtatim impingemus in portu. Hominum propterea, duo eſſe genera, *part. orat. ſect. 237. num. 90.* expreſsè docuit idem Tullius: alterum indoctum, & agreſte, quod anteferat ſemper vtilitatem honeſtati; alterum expolitum, quod rebus omnibus dignitatem anteponat. Itaque huic generi laus, honor gloria, fides, iuſtitia, omniſque virtus; illi autem alteri quęſtus, emolumentum, fructuſque proponitur, atque etiam voluptas, quæ maximè eſt inimica virtuti, bonique naturam fallaciter imitando adulterat: quam immaniſſimus quiſque acerrimè ſequitur, neque ſolum honeſtis rebus, ſed etiam neceſſarijs anteponit.

Quanta vis autem ſit honeſtatis eorum ad cohortandos animos, qui virtuti ſtu-
15 dent; perfecta aperit ſuaſionis ſpecies, quam apud Lucanum lib. 9. Cato Magnus habuit ad milites, vt iter arriperet difficillimum, & periculoſum.

O quibus vna ſalus placuit, mea caſtra ſequuti
Indomita ceruice mori, componite mentes
Ad magnum virtutis opus, ſummoſque labores.
Vadimus in campos ſteriles, exuſtaque mundi,
Quæ nimius Titã, & raræ in fontibus vndæ,
Siccaque lethiferis ſqualent ſerpẽtibus arua,
Durum iter, ad leges, patrięque ruentis amorem
Per mediam Lybien veniant, atque inuia tentent,
Si quibus in nullo poſitum eſt euadere voto
Si quibus ire ſat eſt: neque enim mihi fallere quenquam
Eſt animus, tectoque metu perducere vulgus
Hi mihi ſint comites, quos ipſa pericula ducent,
Qui me teſte pati, vel quæ triſtiſſima pulchrum,
Romanumque pati: at qui ſponſore ſalutis
Miles eget, capiturque animæ dulcedine, vadat
Ad Dominum meliore via; dum primus arenas
Ingrediar, primuſque gradus in puluere ponam.

Quam denique ſuaſionem, pulchra illa, & ingenioſa abſoluit ſententia, ſubdens:

——Serpens, ſitis, ardor arenæ
Dulcia virtuti: Gaudet patientia duris.
Lętiùs eſt, quoties magno ſibi conſtat honeſtum.

Nec remiſſiori feruore Cato alter, Cõſul, apud Liuium *lib* 38. Legem Oppiam, quę mulieribus aurum vetabat, vt luxus intemperantiæ remedium opponit, & defendit ab Honeſto; nimiam virorum indulgentiam perſtringens, qui poſteram illarum licentiam non coercebant. Sed ne Sacra penitus faſtidire videamus: Quænam amplius, virtutis, & honeſtatis dilatarunt impulſus, quàm Iudæ, & Eleazari præclara facinora? Ille quidem, turpem ſibi ſuadentibus fugam, *Machab. 1. cap. 9.* ità ſtrenuè reſpondit: Abſit iſtam rem facere, vt fugiamus ab eis: & ſi appropriauit tempus noſtrum, moriamur in virtute propter fratres noſtros; & non inferamus crimen gloriæ noſtræ. Iſte verò, in eſu carnium ſimulationem hortantibus prohibitarum, protinus, ſed prudenter dixit: Præmitti ſe velle in infernum. Non ætati noſtræ dignum eſt inquit, fingere vt multi adoleſcentes, arbitrantes Eleazarum nonaginta annorum tranſiſſe ad vitam alienigenarum: & ipſi propter meam ſimulationem, & propter modicum corruptibilis vitæ tempus decipiantur, & per hoc maculam, atque execrationem meæ ſenectuti conquiram. Nam & ſi in præſenti tempore, ſupplicijs hominum eripiar, ſed manum Omnipotentis, nec viuus, nec defunctus effugiam.

„ Quamobrem fortiter vitam excedendo,
„ ſenectute quidem dignus apparebo: ado-
„ leſcentibus autem, exemplum forte re-
„ linquam, ſi prompto animo, ac fortiter
„ pro grauiſsimis, ac ſanctiſsimis legibus
„ honeſta morte perfungar 2. *Machab. cap. 6.*

Hæc itaque ſint pro Honeſti ſuadenda efficacia, ventilata ſatis. Cæterùm ſi quid
16 ampliùs, dictis cenſeatur addendo, hoc vnum erit profectò: Tantæ molis, & virtutis ſemper extitiſſe, & eſſe, quòd illud quoque hominum genus, cui familiare eſt honeſtati, vtilitatem præferre (niſi deprauatę naturę impia feritas obſit) adeò vrget, & impellit, vt turpia, ſaltem laxatis optare non ſinat habenis. Ea propter,
„ *de fin. ſect. 98. nu. 38.* meritò dixerat Tul-
„ lius. Quis autem honeſta in familia in-
„ ſtitutus, & educatus ingenuè, non ipſa
„ turpitudine, etiam ſi eum læſura non ſit,
„ offenditur? Quis animo æquo videt eum,
„ quem impurè, ac flagitioſe putet viuere?
„ Quis non odit ſordidos, vanos, leues, fu-
„ tiles? Quid autem dici poterat, ſi turpi-
„ tudinem non ipſam per ſe fugiendam eſ-
„ ſe ſtatuerimus, quò minus homines te-
„ nebras, & ſolitudinem nacti, nullo de-
„ decore ſe abſtineant, niſi eos per ſe, fœ-
„ ditate ſua, turpitudo ipſa deterreat? In-
„ numerabilia dici poſſunt in hanc ſenten-
„ tiam: ſed non neceſſe eſt: Nihil eſt enim
„ de quo minus dubitari poſſit, quàm &
„ honeſta expetenda per ſe; & eodem mo-
„ do, turpia per ſe eſſe fugienda.

CAPVT XIX.

Ad euitandos errores, quibus Hiſtoria quamplurimum labefactari ſolet; eius maximè cauere habent Scriptores, Ne quid falſi dicere audeant: Ne quid veri non audeant: Ne qua ſuſpicio gratiæ ſit in ſcribendo: Ne qua ſimultatis.

SVMMARIVM.

1 *Hiſtoria in numero liberalium, directè non ponitur artium; nexum tamen ferè cum omnibus habet: inſuper cum ſcientificis facultatibus etiam; ſed & cum ipſa Theologia, præſertim ſi ſacra, & biblica Hiſtoria ſit. Nam Theologica Scientia obiectum, ſuìque certitudinem principiorum, ex duobus Diuinis Teſtamentis penitùs recognoſcit.*

2 *Hiſtoria licèt profana, tantam cum illa, quæ Philoſophia appellatur morum affinitatem habet, vt eundem ſortiatur finem, exemplisque compoſita dicatur Philoſophia; quinimmò ipſi præferatur Philoſophiæ, cùm fortè plus conferat vtilitatis, leniter, ac placidè virtutes animis inſinuando.*

3 *Oratio verò, & Hiſtoria, ſtrictiori nodo inter ſe copulantur, dum adeò mutuas ſibi tradunt operas, vt putauerit Tullius, ſine Hiſtoria neminem oratorem fore. Et quidem, cùm orator multa plerumque exemplorum vtatur copia, quæ ex hiſtorijs petuntur; planum eſt, eum oportere integram hiſtoriarum cognitionem amplecti.*

4 *Hiſtoria cum Poeſi, maiorem connexionem habet, cùm ſit veluti carmen ſolutum, ſoloque rythmo inter ſe diſcrepent: nam in numero, & dictione maximè conueniunt. Non ita tamen, vt Poetarum phraſibus, vllo ſine delectu, eorumque libera fingendi licentia, hiſtoricis vti aliquando permiſſum ſit. Etenim veritas, quam colunt hiſtorici, tam fucato non eget ornamento, cùm pura, & ſimplex ſit.*

5 *Licet veritas in hiſtorijs plurimùm expetatur, ita tamen à pſeudohiſtoricis labefactata eſt, vt inter ipſos vix reperiatur, qui non ſit mentitus: quod Græcorum exemplis, quibus in hiſtorijs fingere, & inuentare familiare eſt, præſertim oſtenditur.*

6 *Græcos ex Latinis quamplurimi ſunt imitati; non benè capientes, quicquid geſtum non eſt, alienum eſſe ab hiſtorica facultate: nam veritas de qua agit hiſtoria, ſicut regula eſt, quæ licet aurea, vel argentea, ſi recta non eſt, regula quoque nequaquam eſt: Ita ſanè, cùm idem ſit verum in hiſtoria, quod rectum in regula; falſa narratio, quamuis omnibus refulgeat ornamentis, non tamen verè, & propriè erit hiſtoria.*

7 *Pluribus modis infringitur veritas: proinde duplex errantium hiſtoria aduerſus veritatem colligitur claſſis; quarum vna, ignoratione rerum, altera praua animi conſtituitur affectione: Prima, ſedula ſuppoſita veritatis inquiſitione, excuſatur, ſecunda verò prorſus redarguitur.*

8 *Qui mendacium dicit, non ſemper veritatem grauiter offendit, nec mentientis incurrit pœnam: nam ignorantia quæ mater eſt mendacij, dum inuincibilis, & probabilis eſt, videtur excuſanda, licet dum vincibilis, & affecta, valde ſit culpabilis. Quamobrem mentiri, & mendacium dicere in hoc ſunt differentia, quòd qui mentitur ipſe non fallitur, ſed alterum quantùm in ſe eſt, fallere conatur: qui verò mendacium dicit ipſe fallitur.*

9 *Multa præcepta remiſſiuè hiſtorico traduntur, quæ ad quatuor aſſignatas pro hiſtoria à Tullio*

Tullio leges breuiter reducuntur, Ne ſcilicet quid falſi dicere audeat: Ne quid veri non audeat: Ne qua ſuſpicio gratia ſit in ſcribendo: Ne qua ſimultatis.

10 *Falſitas illius generis vitium eſt, quod ſe ſolo ſtare non poteſt, ſed ſui exigit aliquam multiplicationem: nam falſitas falſitatem trahit, & dum figmentum aliquod tueri nitimur, alia quoque non pauca cogimur adinuenire. Quo vitio Ioſephum Hiſtoricum quandoque laboraſſe oſtenditur, dum inuerisimile per inuerisimile probauit, ac perinde falſum, & incredibile reddidit vtrunque: quia falſum, & incredibile reputatur, quod veriſimile non eſt.*

11 *Vnica falſitas, veritates omnes infamat, ad fidem, nec vnquam vult credi, qui ſemel mendacium protulit. Quare nullam falſitatem nec in ſacris literis, neque in dogmatibus Catholicorum, vnquam fore, hac vna, ſed efficaci ratione, euidenter oſtenditur; quia nimirum nullum ibidem, vel leue aliquando poteſt eſſe mendacium: Deus enim, quorum eſt Author, vllo pacto mentiri nequit.*

12 *Peccatur etiam aduerſus Hiſtoriæ veritatem, dum inter enarrandum, ſiue negligentia, ſiue animi affectione, aliqua ſupprimuntur memoratu digna: quoniam omittere virtutes, non minus quàm mendacium in Hiſtoria eſt culpabile. Quo vitio inter cæteros, Tucididem, & Saluſtium aliquando laboraniſſe oſtenditur.*

13 *Emerita laus præmium, & corona virtutis eſt. Quarè grauiter Hiſtoriarum increpandi cenſentur Scriptores, dum præclaris facinoribus, debitam laudem, aut negant, aut ægrè perſoluunt: quoniam illibenter laudare, non eſt honeſtius, quàm libenter vituperare, ſed fortè turpius: eùm reticentia, & remiſſa laus, inter ſpecies detractionis indirectæ communiter aſſignentur.*

14 *Turpia in Hiſtoria, penitus non ſunt omittenda, præſertim dum ita coniuncta ſunt cum reliqua ſerie narrationis, vt tacere de illis, abſque multarum rerum detrimento nequeat; ſecus verò ſi nullum habeant nexum: nam quid poſteris intereſt, tam audita fœda curiosè perſcrutari.*

15 *Dum tamen hiſtorico contigerit turpia enarrare, modum ſeruare tenetur, ne ſcilicet cunctanter id agat, ſed tranſitu quodam; & ſi tantùm illi nota ſunt, tacere ſuadetur; ſi autem pluribus ſint cognita, vel ſaltem aliquibus, literis mandare poterit; nam quæ publica ſunt, enarrare licet; & quæ mortuura forent, niſi hiſtoriæ vita accederet, ad cenſuram iniquorum publicari debent.*

16 *Ab amicorum, fautorumque nimia gratificatione, hiſtorici ſe abſtinere debent, quam maximè cùm nimius amor delicta non videat, præſertim vbi propenſio aliquantulum grauat. Qua de cauſa Philinus, & Fabius à Polybio non parum excuſantur, qui veluti amore ſuorum phrenetici, ille Chartaginenſes, iſte Romanos ſummè laudauit.*

17 *Minimè autem excuſandi ſunt, qui auaritiæ tenacitate, ad alienas trahuntur extollendas laudes: Nàm cum improbis, perditiſque hominibus aſſentetur plerumque non timore infamiæ, à malis facinoribus, vt Hiſtoricos decet, eos deterrerent, ſed falſa laudis fiducia amplius inducerent ad peiora.*

18 *Vt libertatem oſtentent in ſcribendo, plerique ſub tali ſpecie, peſſimi detractores ſiunt, ac proinde ſuas ſimultates in alienam perniciem paſſim exercent, cum odium omnium malorum ſyllabus ſit. Quamobrem, ſi quis hiſtoriam, prout conuenit, ſcribere ſuſcipiat, hunc & amore, & odio vacare oportet.*

Licet Hiſtoria (quæ apud Gellium. 5. *noct. attic. cap.* 18. rerum geſtarum indubia,
1 & fidelis interpretatur expoſitio) inter ſcientificas facultates, atque eas, quas liberales dicunt artes, numerum expreſsè aliquem non obtineat; nexus tamen, quo inuicem ſe perſtringunt, ſancto ſoluto cœtu, neglectam in ventos non modò patitur abire, quin potiùs ad præſens excolendam ſuadet euocare. Nam ſi de Sacra (cæteris vtpotè præſtantiori) inſtituatur ſermo, cum humanis non tantum, verùm etiam diuinis adeò ſcientiis reperitur ligata, vt ſumma illa, omniumque parens Theologia, ſuum obiectum, ſuorumque certitudinem principiorum, ex duobus diuinis Teſtamentis, & eorum authoritatibus, atque oraculis penitus recognoſcat. *Henric.* 1. *par. à* 6. *quæſt.* 2. *num.* 14. *à* 7. *quæſt.* 4. *num.* 4. *& quæſt.* 6. *num.* 8. *artic.* 8. *quæſt.* 6. *nu.* 10. *& artic.* 9. *quæſt.* 2. *num.* 8. Origenes idcircò *tom.* 1. *Homil.* 5. ſuper illud *Leuit. cap.* 7. Quicquid autem tertius dies inuenerit
„ ignis abſumet: Duos (inquit) dies, puto
„ duo teſtamenta poſſe intelligi, in quibus
„ liceat omne verbum, quod ad Deum per-
„ tinet requiri, & diſcuti, & ex ipſis om-
„ nem ſcientiam rerum capi. Si quid ſuper-
„ fuerit, quod diuina Scriptura non decre-
„ uit; tertiam ſcripturam non debere ſuſci-
„ pi, quæ hic dies tertia nominatur; ſed
„ quod ſupereſt, igni tradamus, id eſt Deo
„ reſeruemus. Si verò ampliùs, & profanę
a penſum perſoluere non pigeat Hiſtoriæ,
cam-

eamque cum illa diſputatrice, iudiceque morum Philoſophiæ parte componere velimus; idem animaduerto in vtraque extremum eſſe, finemque vtrique propoſitum, inſtitutionem vitæ in hominum ſocietate prudenter, ac fortiter agendæ; ſed peruenire video ambas ad hunc finem, alia, atque alia via; Philoſophiam, firmis de virtutum, vitiorumque natura diſputationibus id extorquere: Hiſtoriam idem per exempla, compendio demonſtrare; cùm nil aliud ex Halicarnaſſæi ſententia apud Maſcard. *de art. hiſtor. tract. 2. cap. 6.* re vera ſit, quàm compoſita exemplis Philoſophia. Qua de re fortaſsè Agathias ſmyrnęus *lib. 1. de bello gotic. in princip.* eam tanti fecit, vt ipſi præferret Philoſophiæ, dicens; Ciuili Philoſophia, Hiſtoriam non inferiorem cenſuerim, niſi etiam plus fortè vtilitatis conferat. Hæc enim veluti ſeuera quædam, minimeque blanda doctrina iubet, ac præſcribit quæ ſequi, quæ fugere oporteat, ſuaſionibus ſuis vim quãdam, neceſſitatemque commiſcens: Hæc verò oblectamentis plurimis vtens, ac veluti condiens præcepta veritate exemplorum ...., leniter, ac placidè virtutes animis inſinuat.

At quidem herculeo ſtrictiori nodo Oratio, & Hiſtoria inter ſe copulantur,
3 dum adeò mutuas ſibi tradunt operas, vt pluribus locis putauerit Tullius, ſine Hiſtoria neminem oratorem fore. Eam idcirco 1. *de leg. ſect.* 157. *num.* 5. Munus oratorium appellat; rationemque *in orat. ſect.* 202 *num.* 66. hanc adducit, quia Huic generi Hiſtoria finitima eſt, in qua, & narratur ornatè, & regio ſæpè, aut pugna deſcribitur: interponuntur etiam conciones, & hortationes; ſed in his tracta quædam, & fluens expetitur, non hæc contorta, & acris oratio. Atque eos, *ibidem ſect.* 207. *num.* 210. pueros, & infantes ſemper futuros eſſe dicit, qui neſciunt quid antequam nati ſint acciderit; Quid enim (ait) eſt ætas hominis, niſi cùm memoria rerum veterum, cum ſuperiorum ætate contexitur; Et quidem cum Orator ſæpè numero multa exemplorum vtatur copia, neceſsè ſit; huiuſmodi autem exempla, non niſi ab hiſtorijs petantur: planum eſt oportere, vt integram Hiſtoriarum cognitionem amplectatur. Quamobrem Quintilianus 2. *orat. inſtitut. cap.* 5. *&* 6. docet opus eſſe, vt præceptor Rhetorices, ſuis auditoribus Hiſtorias inuoluat hiſtoricoſque omnes diligenter explanet, vnde ſibi pue-
4 ri ad orationes fabricandas capiant argumenta. Eadem denique hæc, & Poeſis ferè nituntur anchora, cùm Proximam Poetis, & quodammodò carmen ſolutum *lib. 10. cap. 1. orat. inſtitut.* ipſam appellarit Quintilianus, ſoloque propemodum rythmo inter ſe diſcrepare, *in præfat. de bello got.* aſſeruerit Agathias ſmyrnæus. Nam in numero, & dictione ſecundùm Halicarnaſſæi ſententiam, *in epiſt. ad Pomp. & Tubero.* haud parum conuenire cenſentur; Inquit enim; Equidem neque ſqualidam, & incomptam, aut rudem in hiſtoria tractanda orationem probo, ſed talem, quæ poeticum quoddam habeat. Ex eo proindè 2. *de ideis cap.* 12. Herodoti Hiſtoriam plurimum commendauit Hermogenes; quia nimirum: Dictione poetica vſus eſt vniuersè. Quod tamen ad libellam non ita debetur, vt Poetarum phraſibus, vllo ſine delectu, eorumque libera, aliquo ſine fræno, quando libuerit vti licentia Hiſtoricis permiſſum ſit: Hoc vtique non probauit, ſed loco citato latè damnauit idem Halicarnaſſæus, dicens: Neque verò omninò ſit poetica, ſed tamen paulò extra communem vſum euagetur. Nihil enim eſt moleſtius, nihil ſatietate iniucundiùs. Quandoquidem, ſicut Oratores (vt *lib.* 10. *inſtitut. cap.* 1. eos monet Quintilianus) ita & Hiſtorici meminerint oportet: Non per omnia Poetas eſſe ſequendos: non quidem libertate verborum, nec figurarum licentia, nec pedum numeroſitate: ſed ſpiritu ad ſummum in rebus, in verbis ſublimitate, in affectibus motu, & in perſonis decore. Quoniam Deus hanc voluit rei eſſe naturam (*lib. 3. diuin inſtitut. cap.* 1. inquit Firmianus); vt ſimplex, & nuda veritas (cuius præcipua cura ſecundum Polybium 12. *hiſtor. excer. cap.* 5. habenda eſt in hiſtoria) eſſet luculentior; quia ſatis ornata per ſe eſt, ideòque ornamentis extrinſecus additis fucata corrumpitur.

Verùm enim verò, etſi huiuſcemodi veritas (quam eſſe virtutem in Hiſtoria
5 longè maximam conſentire omnes) plurimùm expetatur, & veluti Numen (vt cum Polybio 13. *hiſtor. excerp. cap.* 3. per emphaſim loquar) mortalibus à natura ſit conſtituta: ita tamen mendacio, nugiſque labefactatur, vt *in vita Aureliani*, aſſeruerit Vopiſcus: Neminem ſcriptorum, quantum ad Hiſtoriam pertinet, non aliquid eſſe mentitum. Quod ſi ex Græcis, vtpotè antiquioribus, extrahere percupimus exempla; vtique alijs pro ſexcentis ea ſufficient, quæ *lib. 1. contra Appion.* Ioſephus recenſuit iudæus: Vndè etiam (inquit) libris ſe inuicem arguunt, & valdè contraria de rebus eiſdem non piget eos dicere. Sed ego videbor potioribus eſſe

ſuper-

„ ſuperfluus, ſi explanare voluero, quantis
„ quidem locis Hellanicus ab Acuſilao de
„ genealogijs diſcrepat, & in quantis Heſio-
„ dum corrigit Acuſilaus, aut quomodò
„ Ephorus quidem Hellanicum in plurimis
„ oſtendit eſſe mendacem: Ephorum verò
„ Timæus; Timæum, qui poſt illum fue-
„ re: Herodorum verò cuncti: ſed neque
„ de Siculis, cum Antiocho, & Philiſto, aut
„ Callia, Timæus concordare dignatus eſt:
„ neque rurſus de Atticis hi, qui Attidas
„ conſcripſerunt; aut de Argolicis, qui de
„ Argis hiſtoriam protulere, alterutros con-
„ ſequuti ſunt. Hæc ille. Vtinam, & eo-
dem ſe numero comprehenderet, qui ea-
dem, quam in alijs deteſtatur culpa pluri-
mùm laborat; vt notant *Baron. in appar. an-
nal. eccleſ. Benedict. Perer. cap. 7. in 10. Daniel.
& Melchior. can. lib. 2. locor. theol.* Propterea
non immeritò Quintilianus 11. *inſtit. cap.* 4.
inquit; Græcis Hiſtorijs plerumque poeticæ
ſimilis eſt licentia. Et Iuuenal. Saty. 10.
——— Quicquid Græcia mendax
Audet in Hiſtoria ———

Nec ex latinis etiam hiſtoricis, minora
adducenda forent mendaciorum exempla,
6 niſi vnius Taciti (vt à cæteris pro eorum
indignitate abſtineam, qui hoc tempore,
ſi aliquot argutijs Hiſtoriam aſpergunt,
corneliano, videlicet, exemplo, ſe ſcri-
bere, à cuius laude diſtant ſanè quàmplu-
rimùm, gloriantur) ſatis eſſet execranda
temeritas: Nam licet, vt prudentiæ præ-
ceptis legentium imbueret animos, ei for-
taſſe haud minimum fuerit ſtudium: ijs
tamen, quas identidem interſerit, ani-
maduerſionibus, conſilijs, coniecturis,
hiſtorica profectò, ægrè reſpondet veritas.
Vndè Tertullianus, qui vno fermè ſeculo
minor Tacito fuit: Mendaciorum loqua-
ciſſimum vocat. Iurè igitur idem Vopi-
ſcus *vbi ſuprà* oſtendere ſe poſſe aliquandò
„ iactabat: In quo Liuius, in quo Saluſtius,
„ in quo Cornelius Tacitus, in quo deni-
„ que Trogus, manifeſtis teſtibus, conuin-
„ cerentur. Si nanque Hiſtoriæ munus (vn-
de *in phædro* teſte Platone, & nomen ipſa
recepit) eſſe contendimus, rerum geſta-
rum famam poſteritati tradere, è quarum
cognitione quid agendum ſit, quid fu-
giendum ediſcatur. *Diod. ſiculus in præfat.*
fingendi libertas adimitur, & quicquid
geſtum non eſt, id alienum eſſe ab hiſto-
rica facultate apertè conuincitur. Certè
Timæus apud Polybium *lib. 12. hiſtor. ex-
cerp. cap.* 5. cum regula, ac norma compa-
rauit Hiſtoriam. Vt enim regula auro,
argentoque fabrefacta, ſi recta non ſit, ſed
enormis, ac praua, res quidem pretioſa
eſt, at regula nequaquam eſt; ita planè,
cùm idem ſit verum in hiſtoria, quod re-
ctum in regula; falſa narratio, quamuis
omnibus verborum, ac ſententiarum lu-
minibus illuſtrata, agendarumque rerum,
politicis documentis aſperſa, laudem for-
taſſe merebitur nonnullam, ſed cum hac
exceptione merebitur, vt nec eſſe, nec dici
queat Hiſtoria.

Veritas autem (*vt initio 1. hiſtor.* inquit
ipſe Tacitus) pluribus modis infringitur:
7 Primum inſcitia Reipublicæ, vt alienæ:
mox libidine aſſentandi; aut rurſus odio
aduerſus dominantes. Ex qua profectò
ſententia, duplex errantium, Hiſtoriæ ad-
uerſus veritatem colligitur claſſis, quarum
vna ignoratione rerum; praua animi alte-
ra affectione conflatur. Prima quidem
(ſedula veritatis inquiſitione ſuppoſita)
excuſanda: ſecunda verò prorſus redar-
guenda cenſetur. Satis nanque eſt, tan-
tam veritatis habere certitudinem, quan-
tùm noſtra benè inſtituta patitur cogni-
tio. *1. ethic. cap* 4. Hoc itaque totum, 12.
hiſtor. excerp. cap. 5. his verbis docuit expreſ-
„ sè Polybius. Duplex eſſe mendacii genus
„ dicimus: vnum, quod ab ignoratione ve-
„ ri proficiſcitur: alterum, quod à certo
„ mentiendi propoſito venit. Qui igitur per
„ ignorantiam à propoſito aberrat, ei ve-
„ niam eſſe dandam; at capitali ab ijs odio,
„ eſſe diſſidendum, qui id, voluntate, &
„ certo animi propoſito, agunt. Cui Sicu-
lus *lib. 13. antiquit. rer.* plurimum adhærens,
„ inquit: Qui data opera, exactam inquiſi-
„ tionem negligunt hos meritò accuſandos
„ arbitror; quando nimirum, nonnullis
„ adulando, vel per odium, virulentiùs
„ alios impugnando à veritate aberrarint.
Non enim qui mendacium dicit verita-
8 tem ſemper culpabiliter, grauiterque læ-
dit, atque mentientis plectendus videtur
pœna. *D. Auguſt. de menda. ad conſen. cap.* 13.
quem ſequuntur omnes ferè D.D. apud
Bonacin. *de 8. præcept. decal. diſput.* 10. *quæſt* 2.
punct. 2. *propoſit.* 2. *num.* 3. & 4. Nam licet
ignorantia, quam D. Bernardus *ſerm.* 17.
ſuper cantica mendacij, falſitatiſque appel-
lauit matrem; dum vincibilis, & affecta
iudicatur, ſecundùm Chryſoſtomum *in
cap. 22. Matth. Homil.* 42. negligentiæ ſit fi-
lia, ac propterea inexcuſabilis, apud Bo-
nacin. *loco citat.* non tamen dum inuinci-
bilis, & probabilis reperitur, vt ibidem la-
tè oſtendit. Ideoque non temerè, ſed val-
dè ſtudioſè Nigidius apud Gellium *noct.
attic. lib. 11. cap.* 11. mentiri à mendacio di-
ſcreuit, dicens: Qui mentitur ipſe non
„ fallitur, ſed alterum fallere conatur. Qui
„ mendacium dicit ipſe fallitur. Item hoc
„ addidit. Qui mentitur (inquit) fallit
quan-

Digitized by Google

quantùm in ſe eſt: at qui mendacium dicit, ipſe non fallit quantùm in ſe eſt. Quod amplius, & diffuſiùs à D. Auguſtino *lib. de mendacio cap. 3.* huiuſcemodi expenditur verbis. Poteſt itaque ille, qui falſum pro vero enuntiat, quod tamen verum eſſe opinatur, errans dici, & temerarius: mentiens autem non rectè dicitur, quia cor duplex cùm enunriat non habet, nec fallere cupit, ſed fallitur. Culpa verò mentientis eſt, in enuntiando animo ſuo fallendi cupiditas: ſiuè fallat cùm ei creditur falſum enuntianti, ſiue non fallat; vel cum ei non creditur, vel cum verum enuntiat, voluntate fallendi, quod non putat verum. Quamobrem, rerum Scriptoribus, ad earum firmandam veritatem, ſtatæ leges, certique fines, intrà quos ipſi ſe ſe coerceant, nec inde, quanta eoſcunque cupido inceſſat pedem efferant, præſcribendi ſunt.

Itaque viginti pro Hiſtoria ſcribenda, Iodocus Badius Aſcenſius *in commentarijs*
9 *oper. Criſpi Saluſ.* collegit præcepta, quæ cum ad eas, quas Tullius *2. de orat. ſect. 114. num. 62.* leges inſtituit, breui reduci queant, earundem ad examen, alijs prætermiſſis, protinus accedendum, operæ pretium ducimus. Primam ergo eſſe Hiſtoriæ legem (inquit Tullius). Ne quid falſi dicere audeat: deinde. Ne quid veri non audeat: Ne qua ſuſpicio gratiæ ſit in ſcribendo; Ne qua ſimultatis. Quas, vt ab ouo, (vt ita dicam) vſque ad mala expendere curamus, ignorandum nequaquam eſt: Falſitatem illius generis malum, ſeu vitium
10 eſſe, cuius ſpecies adeò experimur participabiles, vt in vnico indiuiduo, quin cætera ſecum communicent, ægrè valeant ſaluari. Quemadmodum enim *lib. 1. contra Creſconium cap. 27.* latè probat Auguſtinus: Falſitas, falſitatem trahit; & dum figmentum aliquod tueri nitimur, alia quoque non pauca cogimur indagare. Hoc vtique deteſtabili vitio, Ioſephum, præ cæteris, hiſtoricum Iudæum, vt credibilia infidelium nationibus ſcribere videretur; Leo de Caſtro, *diſput. de tranſlat. Sacræ Script. cap. 36.* plurimum laboraſſe, diſertè tradit. Hæc enim (inquit) cauſa fuit cur prætererit, dicendo magna rerum miracula, quod apud nationes infideles, fidem non erant habitura; & frequenter omiſſa vera hiſtoria, narrauit fabulas, quas putauit nationibus infidelibus, magis probabiles futuras. Quod præſertim ſatis abſoluiſſe cenſetur, dum maris rubri diuiſionem mirabilem, naturali impiè tribuit, atque inuerecundè aſcripſit virtuti. Quam ſubindè vt amplius firmaret ſententiam, altero fabuloſo auſus eſt comprobare cõmento. Ita profectò *lib. 2. antiquit. cap. vlt.* ſcribit: Nemo autem mirari debet tanquàm incredibilia ſi priſcis hominibus, & ad maliriam etiam tum rudibus, de ſalute periclitantibus via per mare patuit, ſiuè Dei voluntate, ſiuè naturæ ſponte: quandoquidem heri, & nudius tertius Alexandri ductu, Macedonibus, Pamphilium, mare ceſſit, & aliam viam non habentibus, illac ter aperuit, cum Deus eius opera ad deſtruendum Perſarum imperium vti decreuiſſet: id quod omnes teſtantur, qui res geſtas illius Regis ſcripro prodiderunt. Sed de his, vt cuique libet, ita ſentiat. Cum autem inuerisimile huiuſcemodi naturæ miraculum, ad ſuos remittat authores, illud Senecæ *lib. 4. quæſt. nat. cap. 3.* in ipſum, idque genus cæteros, iactare licebit. Cum multa ſcilicet, mentiti ſunt ad arbitrium, vnam aliquam rem nolunt ſpondere, ſed adiciunt, penes Authores fides erit. Cæterum ab omnibus tanquam falſum, fictitium, & arbitrarium recipiendum puto: Cum falſum id præſumatur, quod veriſimile non eſt. *Tiraquell. in l. ſi vnquam. in princip. num 40. C. de reuocan. donat. Menoch. conſil. 1. num. 258. & conſil. 2. num. 300. & conſ. 28. num. 25. & conſ. 188. num. 11. & conſ. 199. num. 12. & de arbitr. lib. 2. caſu 85. Maſcard. de probat. concluſ. 740. nu. 35. & concluſ. 1364. num. 4. atque alij.* Et ideò nec credendum, nec dicendum. *ex Rimin. iunior. conſ. 362 num. 15.* Immò nec attendi debet. *l. fin. in princip. ff. quod metus cauſ. c. quia veriſimile de præſumpt. Pariſ. conſ. 13. num 9. volum. 1. & conſ. 8. num. 7. volum. 4. & alij.*

Nec minoris iacturæ vna falſitas foret, etſi nequaquam fulciretur alia, dummo-
11 dò contumax, culpabilíſque reperiretur: Eſto enim audientis aures, lenocinijs titillent ſæpè mendacia, ſuſpectam tamen reddit, immo inutilem veritatem ſemel mentitus: Nam vnica falſitas, veritates omnes infamat ad fidem: nec vnquam credi vult, qui ſemel mendacium protulit. Optimè quidem Ambroſius *in Apoc. cap. 21.* Sicut qui ſtagnum auro, vel argento admiſcens, inutilem materiam facit; ita & iſti, cum ex multis narrationibus vnum facere ſatagunt, mentiendo inutilem reddunt. Hac vtique ſimplici, ſed inconcuſſa ſanè ratione, nec in ſacris literis, neque in dogmatibus catholicis, falſitatem vnquam cadere poſſe, pluribus in locis, egregiè D. Auguſtinus oſtendit. Nam *contra mendacium ad conſentium cap. 4.* pro catholicis loquens: Vides ne (inquit) quo tendat hoc malum, vt ſcilicet, non ſolum nos illis, ipſique nobis, ſed omnis fra-

frater, omni fratri non immeritò videatur
,, eſſe ſuſpectus? Atque ita dum per menda-
,, cium tenditur, vt doceatur fides, id agi po-
,, tius, vt nulli habenda ſit fides? Et *de menda-*
,, *cio ad eundem Conſentium cap.* 10. pro ſacris
,, literis, ſubdit. Nec vlla omninò cauſa inue-
,, niri poſſe credatur, vt in rebus talibus mē-
,, tiendum ſit; quando nec ideò in ea doctri-
,, na mentiendum eſt, vt ad eam ipſam quiſ-
,, que facilius perducatur: fracta enim vel le-
,, uiter diminuta authoritate veritatis, omnia
,, dubia remanebunt. Quod *in epiſtolis ad Hie-*
ronymum, atque alibi non ſemel repetit.
Quandoquidem falſitas, veritatem non
modò, verum etiam ſe ipſam ſubuertit:
Nam quæ à veritate non veniunt (*7. de Ci-*
uit. cap. 19. idem aiebat Auguſtinus) ple-
rumque, & nullo impellente ſe ipſa ſub-
uertunt. Caueant proindè Hiſtoriarum
Scriptores, Ne quid falſi dicere audeant:
præſertim cum tam facilè falſitas conuin-
catur, *vt 1. de nat. Deor. ſect.* 19. *num.* 91. dixerit
Tullius: Vtinam tam facilè, vera inuenire
poſſem, quam falſa conuincere.

Peccatur ampliùs (citra modum fal-
tem) aduerſus veritatem, dum inter enar-
12 randum, ſiue negligentia, ſiue animi af-
fectione, aliqua ſupprimuntur memora-
tu digna. Sicut enim culpantur, & reti-
centiæ pœna *l. ſi res vendita* §. *venditor. ff. de*
actio. empt. & vendit. conſtituta eſt ijs, ſi vi-
tia, ſi quæ inſunt prædio, nominatim em-
ptoribus non produnt: ſic peccat, ac vio-
lat narrationis fidem ille, cui lata lex eſt,
non ſolum Ne quid falſi dicere audeat;
ſed etiam Ne quid veri dicere non audeat.
Non enim hoc pacto, integram, & inta-
ctam, poſteritati tranſmittere veritatem,
ſed mutilam, & corruptam. Id autem
(vt cæteros mittam) vitio pręcipuè datum
fuiſſe ferunt nonnulli apud Famianum
Strada *lib. 2. proluſ.* 2. Tucididi, & Saluſtio;
dum ille *lib. 8. hiſtor.* commemorat Anti-
phontem rhetorem, ſoluendæ Athenien-
ſium Democratiæ authorem extitiſſe; ſed
ſilentio vltrò tranſmiſit, ipſum ſupplicio
damnatum proiectumque feris lanian-
dum fuiſſe. Iſte verò (fortè turpiùs) dum
coniurationem deſcribendo Catilinæ; à
Senatu, publicè gratias Ciceroni actas,
eumque Patrem Patriæ, ſingulari appel-
latione, conſalutatum: illi ſtatuam inau-
ratam Capuæ, à Decurionibus ſtatutam,
atque ſupplicationem (quod ante in toga,
nemini) decretam; dolo malo prætermi-
ſit. Etenim; Hiſtoriæ ſcriptorem conue-
,, nit (*lib. 12. hiſtor. excerpt. cap.* 6. inquit Poly-
,, bius) non ea tantùm, quæ ad obloquen-
,, dum, & accuſandum faciunt, ad poſteros
,, commemorando tranſmittere, ſed & quæ
,, ad laudem viri ſpectant. Id enim eſt Hi-
,, ſtoriæ proprium: nam qui virtutes omit-
,, tunt, id non minùs, quàm mendacium
,, eſt culpabile.

Et quidem, diſcurſum vt debitæ huius
13 Virtuti laudis, ab indebito illo proſequa-
mur ſilentio; hoc minimè prætereundum
cenſetur: Emeritam laudem, nil aliud,
quàm Virtutis eſſe, iam diſpoſitum, &
ordinatum præmium, quo politicus quiſ-
que, cui omnia conuenit ordinare ciuilia,
virtuoſum ornat, & iure decorat. *Alber.*
Magn. 1. ethic. tract. 8. cap. 1. Quare Socra-
tes apud Stobeum *ſermo.* 1. Thus Dijs, lau-
dem verò bonis viris, inquibat, eſſe tri-
buendam. Et Eudamidas (in lacon. teſte
Plutarcho) interrogatus, quam ob cau-
ſam Lacedemonij priuſquam irent in prę-
lium Muſis immolarent, cum Muſis ni-
hil videretur cum Marte eſſe commercij?
Vt de rebus (reſpondit) fortiter geſtis,
contingat honeſta commemoratio: Benè
gerendæ rei, vtique laudem ſibi tribue-
bant. Vt autem egregia geſta, ſplendidis
verbis celebrarentur, hoc à Muſis, elo-
quentiæ præſidibus petendum iudicarunt;
eò quòd ipſi negligerent eloquentiæ ſtu-
dium. Nam ea eſt humanæ mentis inna-
ta propenſio, vt nihil aggreſſuri ſint ho-
mines, ſi magna conatis, maiora præmia
non proponantur. Siquidem maximorum
plerumque animorum vis hebetatur, cùm
nec honoribus hi extollantur, nec dignam
factis laudem recipiant. Graue nimis eſt,
vt fructu laboris ſui fraudetur induſtrius,
& cui debet pro ſedulitate conferri coro-
na, aliquando detrimenta patiatur, atque
diſpendium. Aſperè proinde, hiſtoriarum
increpandi videntur Scriptores, dum pręc-
laris debitam facinoribus laudem, aut ne-
gant, aut ſaltem ægrè perſoluunt: Quo-
,, niam illibenter laudare (inquit Plutar-
,, chus. *opuſc. de audit.*) non eſt, quàm li-
,, benter vituperare honeſtius, fortaſſe
,, etiam turpius. Cùm reticentia, atque
remiſſa laus, Detractionis, ſaltem indire-
ctæ, inter aſſignentur ſpecies. *S. Tho. 2. 2.*
quaſt. 73. à 1. ad 3. Sot. 5. de iuſt. qu. 15. à 1.
ad 3. Salonius 2. 2. q. 73. à 2. Molina tract. 4.
diſp. 27. Valent. tom. 3. diſp. 5. q. 17. punct. 1.
& communiter omnes.

Vt autem redeamus ad ea, quæ non ad
14 ſilendum, ſed ad obloquendum, vt ex
Polybio. *num.* 12. & accuſandum faciunt,
dictum eſt ſupra: Turpia in Hiſtoria, ſi
quæ incidant, non eſſe penitus omittenda
differt. 12. ſapienter arbitratus eſt Maxim.
,, Tyrus, dum inquit: Vbique ferè in Hi-
,, ſtoria, rapaces Tirannos, iniuſtos hoſtes,
,, temerè partas felicitates, facinora ſcele-

„ ſta, calamitates indignas, tragicos caſus
„ inuenies. Nam, aut hæc flagitia, ita coniuncta
ſunt cum reliqua ſerie narrationis, vt taceri de illis abſque multarum rerum detrimento nequeat; aut vix aliquem nexum habent, minimumque rerum trahunt. Id, ſi poſterius ſit; omittere illa, Scriptor, honeſtus, & prudens tenetur: Quid enim poſteriorum, tam auditu fæda intereſt hæc ſcire? Si verò prius contingat, illa quamuis obſcæna, prætereat rectum nequaquam eſt; ne quo ſcilicet hiatu Hiſtoriam diſtrahat, minuſque commode, ac perſpicuè perſequatur ſeriem interciſæ, ac mutilatæ narrationis: Nam
„ malum, quandoque bono penſatur; Cùm
„ Pulchrum ſit (Diodoro *in præfat. Bibliot.*
„ teſte) ex aliorum erratis, meliùs inſtitue-
„ re vitam noſtram ſubindeque de ipſa am-
„ pliùs addit Hiſtoria, quòd Improbos, ti-
„ more infamiæ (quam ſecum mala ferunt
„ patrata) à malis facinoribus deterret. Qua
vtique, & ſola ratione, Theodoſius apud Claudianum. *panegyr. de quart. conſul.* ita Honorium ad præclara geſta hortabatur filium.

——— Annales veterum delicta loquuntur
Hærebunt maculæ: quis non per ſecula damnet
Cæſareæ portenta Domus? Quem dira Neronis
Funera, quem rupes Caprearum tetra latebit
Inceſto poſſeſſa ſeni? ———————

15 Quanquàm, & hic modum quoque adhibendum puto: vt ſi quæ præter morem impia, impuraque hiſtorico afferenda neceſſariò ſunt, ſatis habeat rei genus aperire, & curſum inde tranſmittere, non autem cunctanter, ac putidè ſingula deſignare, quaſi velit nullam eius particulam impuritatis, lectorem præterire,
„ Quoniam talium: Aut nulla ſcribenda
„ ſunt, aut nimis pauca, ſi tamen ex his
„ mores poſſint animaduerti, qui re vera
„ ſciendi ſunt. *Capitolin. in Maximo, & Albino, & in opil. Macri.* Sed de hominum flagitijs, ſceleribuſque aliquid, vt vlterius diſſeramus; haud me latet: Obtrectationis, Detractioniſque genus eſſe, aliena dedecora in apertum, ſcriptione proferre, palamque facere. *D. Tho. & aly locis ſuperius citati.* Quarè partitione hic quoque vtendum eſt; aut enim illa hiſtorico nota ſunt, præterea nemini: aut communicata cum pauciſſimis: aut demum in omnium oculis, ac ſermone verſantur. Si poſtremum dicatur; perleuis ſanè, aut etiam nulla infamiæ ſit illi acceſſio à narratione Scriptoris. Si primum; hiſtorico quidem non licet arcana aliorum flagitia raro præſertim profutura diſtrahere. Quòd ſi tandem (quod erat medium) illa comperta ſint oppidò paucis, idcòque emoritura fortaſſe videantur, niſi Hiſtoriæ vita, teſtimoniumque Scriptoris accedat; ab hiſtorico impunè literis demandari quibunt. *Sotus de iuſt. & iur. lib. 5. q. 10. cum alys.*

Quia verò ſatis iam cautum eſt, Ne
16 quid falſi, hiſtoricus dicere audeat, & Ne quid veri, dicere non audeat; alijs ergo duobus Hiſtoriæ præceptis, quorum alterum, Ne qua gratiæ; alterum, Ne qua ſimultatis in ſcribendo ſuſpicio ſit, ſuperius ex Tullio eſſe perhibuimus; protinus conſulere tenemur. Veruntamen, cùm Gratia (in qua 2. *de inuent. ſect.* 82. *n.* 161.
„ amicitiarum, & officiorum, alterius me-
„ moria, & alterius remunerandi voluntas
„ continetur) in compenſandis amicis,
fautoribuſque gratificandis, non ſemel occupetur tota: ab amoris blandimentis, aſſentationiſque lenocinijs, inter ſcribendum hiſtorici ſummo ſtudio, ſe abſtinere curent. Siquidem ampla illa, & ingenua libertas, qua, æqua lance, proborum, ac improborum hominum facinora tranſmittunt ad poſteros, arctiori nullo comprimitur vinculo, quàm animi perturbationum, affectionumque catena. Quis enim eſt, ſiue patriæ, ſiue affinium, vel amicorum, aliorumue id genus, vnde tenetur, graui perculſus amore, cui illud Taciti 4. *annal. in fin.* quo Græcos notauit;
„ Sua, ſcilicet, tantum mirantur; tribui
„ quandoque repugnet? Amor enim ſæpè
ſuis affectionibus obcæcatur: Delicta proindè non videt. *Chryſologus ſermone* 3. præſertim vbi propenſio aliquantulum grauat: atque eius præſtigijs, ita circa propria, noſter deluditur intellectus, vt ſemper alienis præſtantiora iudicet. Quarè nemo ſuorum æquus Iudex, aut cenſor eſt, quia affectione ſubornatur, & amore corrumpitur. Affectus nanque præſti-
„ giorum artifex, & erroris officina eſt. Et
„ ſicut Circes (*in moralibus* inquit Plutar-
„ chus) poculis, homines ſubitò transfor-
„ mabantur in feras; ſic affectus, repentè
„ alium reddunt hominem. Ea propter Philinus, & Fabius. 1. *hiſt. cap.* 14. haud pa-
„ rum à Polybio excuſantur. Philinus, at-
„ que Fabius (ait) veritatem qua fide opor-
„ tuit, nequaquam nobis retulerunt; ac de
„ induſtria quidem mentitos, cùm vitam
„ ipſorum, & ſectam, quam ſequebantur,
„ ſpecto, non exiſtimo: ſed accidit illis
„ quippiam opinor, quale amantibus ſolet:
„ nam ob ſtudium partium, & ingentem
„ beneuolentiam. Philino quidem Carthagi-
nen-

,, ginenſes omnia prudenter, rectè, fortiter
,, videntur feciſſe; Romani ſecus. Fabius
17 verò contrarium pronuntiat. Non tamen
ob id excuſandi, quin potiùs cenſoria
virgula ij videntur notandi, qui non amoris ingenio, ſed auaritiæ tenacitate, ad
alienas trahuntur extollendas laudes mercenario præconio. Quandoquidem, cùm
improbis, perditiſque plerumque aſſententur hominibus; non timore infamiæ à
malis facinoribus (vt hiſtoricos decet)
eos deterrebunt, ſed ementitæ laudis
quæſita fiducia, amplius inducent ad peiora: Etenim quicquid in nos (*ad Lucillum epiſt.* 59. ſcribit Seneca) adulatio ſine
,, pudore congeſſit, tamquam debitum
,, prendimus: optimos nos eſſe, ſapientiſſi-
,, mos, affirmantibus aſſentimur, cùm ſcia-
,, mus illos ſæpè mentiri. Adeòque indul-
,, gemus nobis, vt laudari velimus in id,
,, cui contraria, cùm maximè facimus. Mi-
,, tiſſimum ille ſe in ipſis ſupplicijs audit;
,, in rapinis liberaliſſimum; in ebrietatibus,
,, ac libidinibus temperatiſſimum. Sequi-
,, tur itaque: Et ideo mutari nolumus, quia
,, nos optimos eſſe credimus. Vt ergo iuxta
cubitum proficiant, adamante Scriptores
notent: Nequa gratiæ in ſuis lucubrationibus, vel leuis aliquando ſuſpicio ſit.
Quamobrem, vt omnem denique blandiendi, adulandique vmbram penitus adime-
18 rent; maledicto, ac detractioni in Hiſtoriam aditum præbuere quamplurimi: legentium fortè putantes eo magis ſe poſſe
indulgere genio, præclara quo minus benemerentium geſta commendarent. Pro-
,, indè Tacitus; *in init.* 1. *hiſt.* perbellè ſcri-
,, bit: Ambitionem ſcriptorum facilè auer-
,, ſamur: obtrectatio, & liuor pronis auri-
,, bus accipiuntur: quippè adulationi fæ-
,, dum crimen ſeruitutis malignitati falſa
,, ſpecies libertatis ineſt. Hæc quidem arte, maledicens ſuas ſimultates exercet, ſua
regit odia, vt aliquando lædat. Eſt enim
odium virus pacis, matrix diſcordiarum,
ciuile naturæ bellum, igniarium facinorum, officina ærumnarum, contages ſcelerum, gymnaſium maleficentiæ, aluearium tellis, parricida naturæ, proditio
vniuerſi, & omnium ſyllabus malorum.
Ignominiæ, infamiæque huiuſcemodi
nota præ cæteris compunctos fuiſſe ferunt Labienum apud Latinos, de quo
Seneca 5. *contron. in præfat.* Libertas tanta
,, (inquit) vt libertatis nomen excederet, vt
,, quia paſſim ordines, hominesque laniabat, Rabienus vocaretur. Et apud Græcos Timæum, cuius meminit Diodorus
lib. 5. Polyb. *lib* 12. *cap.* 3. & Plutarchus *in Dion.* cui Theopompum Cornelius nepos
in Alcibiade adiunxit: & ſocios inſuper,
Ioſephus *aduerſ. Appio. lib.* 1. hos illis con-
,, ſtituit, dicens: Theopompus quidem
,, Athenienſium, Lacedemoniorum verò
,, Polycrates; is autem, qui Tripoliticum
,, conſcripſit, etiam Thebanorum momor-
,, dit vrbem. Vnde ad ſtuporem profectò
apud Voſſium *de hiſt. græc. lib.* 2. *cap.* 27.
Alexij Imperatoris filiam arbitramur eſſe
loquutam, dum *initio ſui operis*, omnibus
,, Hiſtoriarum Scriptoribus, hæc monita
,, reliquit. Si quis Hiſtoriam, prout con-
,, uenit, ſcribere ſuſcipit: Hunc & amore,
,, & odio vacare oportet. Nam ſi Scriptoris
mens ſtudiumque in alterutram partem
flectentis fortè exiſtat; hac propenſione
ſemel detecta; mirum, quantum ob ſuſpicionem ſimultatis, aut gratiæ fides periclitetur Hiſtoriæ. Nequa ergo harum rerum ſuſpicio ſit.

CAPVT XX.

Perfecti doctique Grammatici, ſcriptores, ac poetas, vt eorum decet officium, rectè exponere cupientes: præceptis, ſuperius pro Criticis exhibitis, omninò ſe ſubdere tenentur.

SVMMARIVM.

1. *Grammatica, multa in ſe complectitur vnita, quæ diſperſa aliquando fuerunt: in ea enim poetarum pertractatio, hiſtoriarum cognitio, verborum interpretatio, & quidam pronuntiandi reperitur ſonus, quæ Gramatica extra limina, nulla prorſus ad inuicem gaudent vnitate. Vnde Ars quædam dicitur, quæ in emendatè loquendo, ſcribendoque conſiſtit, vt literæ ſuas cuſtodiant voces, & velut depoſitum reddant legentibus.*
2. *Grammatici literati, verè & propriè dicuntur nobiles, & ingenui; cum eam profiteantur artem, quæ ad cæteras non modò ſeculares, verum etiam ſacras, videatur, ſaltem per accidens valdè neceſſaria: eſt enim fundamentum, & baſis omnium diſciplinarum.*
3. *Grammaticam, tanti fecerunt olim Romani, vt in triuijs ex ſenatus conſulto, publica mercede, ipſam doceri edixerint: quare triuialis ſcientia nuncupata fuit.*
4. *Si autem conſideretur Grammatica, non ſecundum prædictas omnes ſuas partes coniunctim, ſed ſeparatim, ſecundum, ſcilicet,*

vnam, vel alteram earum; præſertim ſecundum eam, quæ literarum inuoluit tyrocinia; vtique à tanta deficit dignitate, proindè nec inter liberales computatur artes, nec ſuos nobilitat ſectatores; qui non Gramatici, nec literati; ſed Grammatiſtæ, & Literones dicuntur.

5. *Non tamen ex hoc, à cætu abijciendi ſunt Didaſcalorum, atque docentium: Nam ordine compoſitiuo, qui aptiſſimus eſt ad diſciplinas tradendas, ad perfectam Grammaticam tendunt; & ſine illis, eorumque præceptis, vix aliquis plenè daretur doctus; vt Alpheni Iuriſconſulti, ſatis oſtenditur exemplo.*

6. *Paræneſis ad perfectos Grammaticos: Quod ſi munus rectè percupiunt exercere ſuum; ad ea quæ pro Criticis ſuperius tradita ſunt præcepta, protinus ſe remittant.*

GRammatice (ſicut & reliquæ Artes)
multa complectitur in ſe vnita, quæ
1. perſa, & diſſipata quondam fuerunt. Id
,, enim Tullius affatim docuit, dum 1. *de*
,, *orat. ſect.* 100. *num.* 187. hæc verba protulit;
,, In grammaticis, poetarum pertractatio,
,, hiſtoriarum cognitio, verborum inter-
,, pretatio, & pronuntiandi quidam ſonus.
Quandoquidem ex præfatis neutrum
muneribus, Grammatices extra limina,
vlla prorſus cum altero gaudet vnitate.
Quamobrem, ſi iuxta ſuarum aggregationem
partium hæc expendatur profeſſio,
(vt Quintiliani ſententiam 1. *inſtit. cap* 4,
,, germanis verbis adducam) Plus habet in
,, receſſu, quàm in fronte promittit; Nam
,, & ſcribendi ratio, coniuncta cum lo-
,, quendo eſt, & enarrationem præcedit
,, emendata lectio, & miſtum his omnibus
iudicium eſt. Cum ſtatim in proſpectu,
Rectè loquendi tantùm importet diſciplinam
6. *topic. loc.* 33. Perindeque idem
Quintilianus protinus ſubdit: Nec poe-
,, tas legiſſe ſatis eſt; excutiendum omnium
,, ſcriptorum genus, non propter hiſtorias
,, modò, ſed verba, quæ frequenter ius ab
,, Authoribus ſumunt. Etenim Grammatice,
vt Polydoro Virgilio *lib.* 1. *de inuent.*
,, *rerum cap.* 7. placet: Ars quædam eſt, quæ
,, in emendatè loquendo ſcribendoque
conſiſtit, vt literæ ſuas cuſtodiant voces,
& velut depoſitum reddant legentibus.
Suos idcircò, ſicut & cæteræ liberales
2 Artes, illuſtrat, & nobilitat ſectatores,
adeò vt inter ingenuos plenè recipiantur
ex *c. ſi quis* 57. *diſt.* vbi habetur, eius eſſe
finem, rectè loquendi, ſcilicet rationem,
qua aliæ intelliguntur ſcripturæ, vt vitam
adipiſci valeamus æternam. Quare Gandauenſis
in ſum. 1. *p. art.* 7. *q.* 2. *n.* 7. ex D. Auguſtino
4. *de doct. chriſ. cap.* 3. ſaltem per accidens,
ſicut & alias ſeculares ſcientias ad
Sacræ Theologiæ vſum, eam cenſet neceſſariam.
Deinde *ex l. tunc C. de ſtudijs liber. vrb. lib.* 11, *& l. fin. C. de profeſ. lib.* 10. *& l. grammaticus* 1. *&* 2. *C. de profeſſ. & medicis lib.* 10. vbi apud Caſſanæum, *p.* 10. *conſid.*
47. Grammatici, Oratores præcedunt: quia
,, (vt notat Iſidorus *lib.* 2. *ethymo. cap.* 4.)
,, Grammatica eſt fundamentum, & baſis
,, cæterarum liberalium artium, adeò vt
,, Orator abſque ea eſſe non poſſit, tametſi
,, abſque oratoria, Grammaticus eſſe poſ-
,, ſit. Vnde Patritius *lib.* 2. *de inſtit. reipub.*
,, *tit.* 1. Grammaticam (inquit) ità eſſe fun-
,, damentum aliarum diſciplinarum; vt hæ
,, ſine illa ſint rudes, inconcinnæ, infantes,
,, & barbaro hærentes eloquio. Propterea
,, D. Auguſtinus apud Caſſanæum *loc. cit.*
,, addit: Grammatica eſt ſcientia, qua aper-
,, ta cæteræ aperiuntur; & qua clauſa, cæ-
,, teræ clauduntur. Merito igitur Romani
3 olim, eam tanti fecerunt (ex traditis per
Pereyram *in ſua Repub. litter. lib.* 1. *diſp.* 4. *q.* 1. *num.* 122.) vt in triuijs ex Senatus conſulto,
publica mercede, ipſam docere edixerint:
Ex quo modus loquendi (Docere
triuium) eſt docere Grammaticam. Et
hęc Triuialis ſcientia nuncupata eſt. Itaque
de ſe, apud Ennodium *paranes.* 6. *Didaſc.* ſic venuſtè canit.

Mentibus damus ſaporem, dum polimus fabulas,
Iudicem tenemus æquum, ſi quid errat paruulus,
Abſtinens manu, pudorem aure, & ore verbero.
Quicquid ars habet pauendum, ars loquendi temperat,
Cum puſillis, & iocamur inter ipſa dogmata;
Nam iubet rigor, magiſter, ne per omne terreas.
Nos parentes dixit ætas illa maior, optimos;
Quod fauore computamus eſſe noſtra pignora,
Quæ dedit venter tumeſcens litterati ſermonis,
Nec libido ſubiugauit iura clari pectoris.

Si verò hæc eadem facultas, iuxtà alterutram
ſuæ aggregationis penſitetur par-
4 tem, quatenus ſcilicet, vel in poetarum
interpretatione, aut hiſtoriarum cognitione,
vel ſignificatione ſeparatim detinetur
vocum: ſicut in Dialecticis, vt latè probant
D. Tho. 4. *met. lect.* 4. *Scot. q.* 1. *prædicab. Henric.* 1. *p. art.* 7. *q.* 12. & nos cum illis

in

in noſtra ſylloge Dialect. diſp. 1. q. 6. non ea-
dem reperitur nobilitas in parte topica, &
ſophiſtica, quàm in demonſtratiua cum
iuxta priorem, neque ſcientia, neque
omninò ſpeculatiua Dialectica ſit (quem-
admodum talis ſiquidem eſt iuxta poſte-
riorem) ſed quodammodò ars, & quæ-
dam praxis: ita, & in Grammaticis; niſi
ad poetas, aut hiſtorias, tota occupetur ars;
in vocum eruendis duntaxat ſignificatio-
nibus coartatam minimè conſequetur
perfectionem, & dignitatem, neque illius
propriè grammatici, aut literati vocabun-
tur profeſſores, ſed grammatiſtæ ad ſum-
mum, aut literatores. *Suetonius de illuſt. grammat. cap. 6.* Quare meritò, huiuſcemo-
di dignitatis, & perfectionis defectu, hæc
grammaticæ tyrocinia, inter liberales ab-
ſolutas, & perfectis non reponuntur ar-
tes, neque, qui talia docent, ingenuorum,
nobiliumque referuntur in album. Quan-
doquidem *in l. vt gradatim §. fin. ff. de muner. & honor.* ita cautum fuiſſe legitur: Qui
„ primis literis pueros inducunt, non ha-
„ bere vacationem D. Antoninus reſcripſit.
„ *Et l. 2. §. qui pueros ff. de vacat. muner.* Vlpia-
„ nus ait; Qui pueros primas literas do-
„ cent, immunitatem à ciuilibus munéri-
„ bus non habent. Quibus concordat *Gloſs. in l. archiatros C. de meta lib. 12.*

Non tamen proindè, tanquam inutiles, &
inglorii à Didaſcalorum cætu prorſus
5 abiiciendi cenſentur: Nam ad perfectam
rerum aſſequendam notitiam, præſtan-
tior via, vtique illa eſt, quæ componere
docet. *Piccolomineus in ſua morali introduct. cap. 14. & 15.* quem ſequitur *Auerſa q. 10. log. ſect. 2.* tum quia imitatur naturam;
tum quod excellentiam tradentis oſtendit
ingenii, quod neceſſe eſt omnia habeat in
numerato, atque ordine diſpoſita ante,
quàm animum ad dicendum appellat (ad
hoc enim, niſi à primoribus elementis
ordiare, neceſſariò vtique cogeris idem
ſæpius repetere) Id autem abundè præ-
ſtat gregarius quiſque, & ſemidoctus
Grammaticus: Docet ſanè (vt verba
„ Quintiliani *loco ſuperius citato*, proferam)
„ Deſint ne aliquæ nobis neceſſariæ literæ,
„ non cum græca ſcribimus, non enim ab
„ iiſdem duas mutuamur, ſed propriè in
„ latinis, vt in his, ſeruus, & vulgus Æoli-
„ cum digammon deſideratur, & medius
„ eſt quidam V. & I. literæ ſonus. Non
„ enim ſic optumum dicimus, vt optimum,
„ & here neque E. planè, neque I. auditur.
Et ſic deinceps proſequitur, etiam ferè
per totas orationis partes. Quare & ipſe
Tullius *3. de orat. ſect. 146. num. 40.* hæc om-
„ nia apprimè neceſſaria reputans, ità lo-
„ quitur; Vt latinè loquamur, non ſolum
„ videndum eſt, vt & verba afferamus ea,
„ quæ nemo iure reprehendat, & ea ſic, &
„ caſibus, & temporibus, & genere, & nu-
„ mero conſeruemus, vt ne quid perturba-
„ tum, ac diſcrepans, aut præpoſterum ſit;
ſed etiam vocis ſonus eſt ipſe moderan-
dus. Ne quis igitur tanquam parua fa-
ſtidiat Grammaticę elementa, Alphenus
iuris conſultus cunctis proponitur, qui
apud Gellium *noct. attic. lib. 6. cap. 4.* interro-
gatus, quid in fœdere Carthaginenſium
cum Romanis eſſet aurum purum putum,
ad quod illi, quotquot annis tenebantur
iſtis ſoluendum. Grammaticæ elemen-
torum forte ob inſcitiam; dum putat à
puto, prima ſyllaba longa, putum eſſe de-
riuatum: purum putum, hoc eſt valdè, &
reduplicatiuè purum eſſe, ineptè reſpon-
dit: cum à putando re ipſa, prima ſyllaba
breui deſcendat; quod expurgatum, exco-
ctumque, omnique aliena materia carens,
omnibuſque ex eo vitiis detractis, immacu-
latum, & candefactum dicitur.

Ceterum, cum Grammatiſtæ, ac ludi Magi-
ſtri, ex nuper traditis, & adductis extra
Vniuerſitates, & Academias ſint: ne à
6 datis excidere videamur lineis, & in alie-
no apertè depugnare negotio, miſſos eos
facere penitus teneamur; & perfectos po-
tiùs hortari Grammaticos, & literatos, vt
ſi rectè, ſapienterque, vt par eſt, atque
eorum decet officium, Poetas, cæteroſ-
que Scriptores exponere, & interpretari
percupiunt; Præcepta pro veris, & diſ-
cretis Criticis, ſuperius *lib. 1. cap. 16.* ſatis
tradita, & explicata, neque negligant, ne-
que prætermittant.

Hæc itaque ſunt, quæ in qualibet facultate
Doctoribus, & Magiſtris, bona, & æqua
cenſentur, vnde & ipſorum meritò iura
dicuntur; Ius enim, vt *lib. 1. cap. 1. num. 1.* ſuperiùs tradidimus; Ars quædam boni,
& æqui eſt; Quorum cuſtodiam, vt ſuo
quilibet honeſtè fungatur officio, maxi-
mè vereri tenentur; ſecus autem omiſ-
ſionis culpa haud leuitèr laboraret. Eſt
quidem omiſſio, præceptorum non exe-
quutio quando adimplenda erant, ità
Doctores communiter apud Bonacinam
tom. 2. diſp. 2. q. 4. puncto 4. propoſ. 3. Nec con-
ſequenter benemerentium, ac ſatagen-
tium priuilegiis gaudere poſſent Docto-
rum. Nam priuilegii cauſa ceſſante, ceſ-
ſat etiam priuilegium ipſum *l. titia §. vſu-
ras, vbi Gloſſ. & Bartol. de leg. 2. Benius par. 2. cap. 24. num. 8. & ſequen. atque alij.* Cum
nullam Reipublicę, populiſque vtilitatem
afferret, ſed veluti ſal illud infatuatum.
Matth. 5. quod ad nihilum valet vltra, niſi
vt

„ vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus profectò ſe oſtenderet. Quamobrem appoſitè ſanè D. Anſelmus *in ſimilitudinibus cap.* 127. & hanc nobis valdè proficuam propoſuit, dicens: Oues ad hoc „ habent, vt lac ſibi, & lanam ferant. Boues verò, vt terram exerceant. Canes autem, vt tam oues, ac boues à lupis defendant. Si igitur horum quodcumque animalium ſuum gerat officium, illud ad vitam Dominus ſeruat, quia etiam ſibi vtilis eſt vita. Si ergo officium, quod eſt ſuum non egerit, morte ſua iudicatur dignum, quod eius vita nullum fert fructum. Si enim ouis lac, & lanam non attulerit, bos autem terram non exercuerit, quem alium fructum ferre poterunt? „ Rurſus, ſi canis cuſtodiæ pecudum deputatus, eas lupo permiſit laniare, aut eaſdem ipſe cæperit ſtrangulare, quid aliud Dominus agere habet, quam eum obruere? Sic & Deus de omnibus illis agit, quos ad officia diuerſa diſpoſuit.

Caueant ergo Doctores, ne quandò, ſuo ita excidant officio, vt tanquam infatuati, & inſani, turpiter proijciantur foras; ſed potiùs ſedulitatis, atque prudentiæ, veluti imitanda ſe præbeant exempla, vt ſicut Gregorius. *Homil.* 17. *in Luca* 10. inquit. Petræ ſalis ad inſtar; omnibus propoſitæ, ex eis vnuſquiſque lambere debeat, & meliorari. Equidem 2. *ſermon. Satyra* 3. teſtante Poeta.

Si malè rem gerere inſani eſt; contra
benè, ſani.

DE

DE IVRE DOCTORATVS LIBER TERTIVS.

In quo de honoribus, gratijs, immunitatibus, ac priuilegijs, cum in genere, tum in ſpecie, Doctoribus exhibitis, & tributis, abundè tractatur.

PRÆCLARIS virtutibus, præclara præmia, & inſignia virtutis vtique
conueniunt. Æquum enim eſt, vt ſicut ſceleſtes, boni ratione com-
munis, afficiuntur ſupplicijs; ita optimè meriti, præmijs honoren-
tur. Vndè Tullius *3. de nat. deor. ſect. 77. num. 85.* dixiſſe legitur: Neque
domus, neque Reſpublica ſtare poteſt, ſi in ea rectè factis præ-
mia extent nulla, nec ſupplicia peccatis. Et Lyſander ille Lacædemo-
niorum inuictiſſimus Dux, apud Plutarchum *in Lacon.* interroganti
cuidam Perſæ, Quam Rempublicam maximè probaret; benè reſpon-
diſſe commendatur: eam eſſe profectò, in qua fortibus viris, ac me-
ticuloſis, congrua vtriuſque redduutur. Nam, vt *lib. 2.* Thucidides docet: Inter quos
„ maxima præmia virtutis proponuntur, apud illos, optimi etiam viri Rempublicam gu-
„ bernant. Quæ enim vbertima virtutis propoſita ſunt præmia, ad ea optimus quiſque
„ in Rempublicam animo contendit. Peruerſum itaque illud admodum videtur eſſe,
paraſitis, helluonibus, & lenonibus, timidis, deiectiſque hominibus, inſignia virtutum
deferre, & equeſtri dignitate inſignire, eaque probls, ſtrenuiſque viris pertinaciter de-
„ negari. Quandoquidem, Magnam cenſuit Xenophon *in Oeconom*, immiuere bonis deſpe-
„ rationem, dum ab ignauis, ſe præmijs, diſcretos non aſpiciunt; & qui ſe periculis, at-
„ que laboribus abijciunt, cum ſubterſugientibus, pari ratione haberi. Sed vtinam eo-
rum quibus vitia placent, diſplicent virtutes, hic aliquandò ſiſteret improbitas, vt pa-
res, ſed non peiores (quod apud Homerum plurimum ſtomachatum fuiſſe Achillem,
in Lacon. teſtatur Plutarchus) ſtudioſos facerent, ac ſapientes: ſic enim Virtus, non
ſine aliquo ſaltem iaceret honore; vbi ſecus agendo, omni obſequio priuant. Quarè,
qui virtutes, bonaſque præſertim artes vehementer amat, cum Doctores ipſos, vndè fa-
cilius liberalibus ſtudijs, & artibus multos inſtituant, præmijs, & priuilegijs euehere ne-
ceſsè eſt. *l. medicos. C. de profeſſ. & medic.* Quibus igitur benè conſultis; cum de laboribus, ſtu-
diiſque Doctorum, præmia quarè ſibi merentur condigna, hue vſque actum ſit ſatis: hoc
tertio proindè Libro, de ipſorum gratijs, immunitatibus, ac priuilegijs, quibus merità
coronantur, pari ordine agendum putaui.

CAPVT PRIMVM.

Doctoratus à priuilegijs, qui excludendi, in eiſque includendi, qui ſint Doctores.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium, quod non publica, ſed priuata lex quadam eſt; ſiuè largè, pro honoribus. gratijs, & immunitatibus; ſiuè ſtrictè, vt non conuertitur cum illis vſurpetur, non conuenit indifferenter omnibus, ſed ſtatis, & certis perſonis. Vndè Principes, de iure natura ſolùm tenentur, ea tribuere veluti præmia virtutum ijs Doctoribus, qui in literarum ſtudijs plurimum laborarunt.*

2 *Vt ſtatuantur ij Doctores, quibus conferenda ſunt priuilegia, idem ordo ſeruandus proponitur, quem induſtrij tenent coloni, qui prius arua purgant; deindè ſerunt: Nam priùs reijciendi ſunt indigni, vt qui digni ſunt comperiantur.*

3 *Primo loco arcendi ſunt à priuilegijs, & gratijs,*

tijs Doctores illi fictitij, qui nec nomen, nec munus, neque inſignia doctoralia ab aliquo receperunt; ſed ſibi falſò, impudenterque impoſuerunt. Vnde ſcientia, & doctrina omninò carentes; pœna arbitraria, ſi nomen Doctoris, & inſignia tantùm vſurpent; pœna verò falſi, ſi munera doctoralia exercent à Iudicibus ſunt feriendi.

4 Falſi Doctores, etſi longo temporis ſpatio, doctoris nomine, inſignibus, & honoribus vſi ſint, tamen non præſcribunt, cum bona non adſit fides, quæ licet etiam adeſſet, ipſos adhuc nihil iuuaret. Quia, ſicut ſola præſcriptione, quis Decurio non fit, qui Decurio non eſt; nec mutat ſerui ſtatum, qui illicitè aſpirat ad ciuiles honores: ita neque fit Doctor, qui nunquam Doctor extitit.

5 Codicillares, & Bullati deſcribuntur Doctores, eorumque ſuperbia, & faſtus illuditur, cùm varijs pro mendicato doctoratus honore afficiantur dicterijs. Nam quidam, equos viliaque mancipia; quidam, beſtias, & pecudes aureas; lapides, alij, pondusque inutile terræ; alij verò ſtolidos aſinos, ipſos nuncuparunt. Vnde priuilegijs non gaudent; ſibique iniuſtè arreptis, priuari debent.

6 Sententia huic oppoſita adducitur, & reijcitur, cùm Pius Quintus, facultatem, codicillares, & bullatos creandi Doctores prorſus reuocauerit. Nec veriſimile eſt, quòd Summi Principes dum priuilegiatos conſtituunt, indignos, & inhabiles honorare velint.

7 Nec priuilegijs gaudere debent Doctores illi, quos rigoroſum nullum preſſit examen; etſi aliquando preſſit, corruptis à Promotoribus, iam anteà illis exhibitum, & communicatum fuit. Quinimò tale Doctorellorum genus potiſſima cauſa eſt, vt etiam à dignis, & eruditis amoueantur priuilegia.

8 Talium Doctorellorum ad ludibrium, duæ mirandæ narrantur ineptiæ; quarum vna cuiuſdam fuit, qui Nouellas, & Clementinas in quodam iudicio citatas; meretricularum nomina cenſuit adductarum in teſtes. Altera verò alterius, qui in promotione quadam, laureandi aſſertum, quod impugnare ſenſerat, nunquam repetere valuit; licet argumenti, quod memoriæ benè mandauerat, & indè, expeditè protulit conſequentia, id commodè per oppoſitum, niſi obſtaret ſtoliditas, ei potuiſſet ſuppeditare.

9 Hoc autem Doctorellorum, omnium peſſimum genus eſt, cùm vllum non ſit, quod non intentent malum. Eccleſiæ idcircò inter inſequutores meritò numerantur. Quarè nè dum immunitatibus, & honoribus, quos vſurpant, verùm etiam bona fama, quæ aliàs illis debebatur expoliandi ſunt; & tanquam grauiter ſunt habendi delinquentes.

10 Nec minus grauiter peccant Cancellarius, vel quicunque ille ſit, qui laureando inhabili fauet; ſicut ij, qui longè antea, puncta diſcutienda manifeſtant. Quod ſi in his propterea, commutatiua lædatur iuſtitia, ad damni tenentur ſatisfactionem, in foro tamen conſcientiæ: nam in foro fori, Iudicis expectanda eſt definitiua ſententia.

11 Quare Rectores, & Iudices, inhabilitatis, & inſufficientiæ cognita cauſa, poſſunt, & debent, iterum approbatos examinare Doctores; & indignos repertos, Doctoratus, priuilegijs, non modò, verùm etiam ipſo gradu per eorum declaratiuam ſententiam debent priuare. Idcirco vſus cuiuſdam Archiepiſcopi Capuani, qui ad patriam redeuntes promotos Doctores, iterum ſubijciebat examini, plurimum commendatur.

12 Qui impuram, ſegnemque vitam gerunt etiam à Doctoratus priuilegijs, & gratijs prohibendi ſunt. Quorum vitia conciſè, ſed appoſitè enarrantur: Vndè meritò, tanquam vaniloquos, iniuſtos, & mendaces eos ſugillat Sanctus Bernardus.

13 Non tamen, talem vitæ tegunt inhoneſtatem quamplurimi, qui lacero, & inculto incedunt habitu, vt philoſophi, ſapienteſque credantur; qui nec grammatiſtæ, nec pedagogi etiam fieri valent. Quarè ſub obtentu ſimplicitatis, & philoſophiæ omnia ſibi arbitrantur licere, etiam cum honeſtis virginibus nimia familiaritas: cuius rei cauſa, ridiculus narratur caſus.

14 Cùm autem vitæ inhoneſtas, priuilegiorumque abuſus, licet de facto officio, ipſiſque priuilegijs regulariter non priuent, ſufficientes tamen cauſæ ſint, vt per iudicis ſententiam quis priuari poſſit: Doctores inhoneſtè viuentes, nec tanto munere, nec priuilegijs ipſum comitantibus, gaudere debent. Dictum eſt regulariter: nam poteſt etiam dari caſus, vt patrata ſcelera inferant infamiam, atque ita ipſo facto, ipſo officio, eiuſque priuilegijs remaneant priuati; ſed per ſententiam tamen priùs declaratiuam criminis.

15 Item nec doctoralibus priuilegijs gaudent illi Doctores, qui licet vmbratici aliàs gauderent, loco ſtudiorum, mercaturam, vel aliquod ſeruile opus exercent. Quarè non benè iudicant, qui talia peragunt, diu amiſſa ſtudia, ſola grauitate inceſſus, barbæ, capillorumque mendicata cul-

tura,

tura, adhuc permanſiſſe, ab intuentibus poſſe credi.

16 *Alij verò ex oppoſitò, hanc exercitiorum indecentiam, non cultu corporis, ſed numeroſa apparatu bibliothecæ putant cohoneſtare; qui tamen ab Auſonio lepidè deridentur.*

17 *Facilè ex dictis reſoluitur illa quæſtio: Num Doctores procuratoris officio fungentes, priuilegijs gaudeant? Quæ ſi de Doctoribus procedat negotia procurantibus, negatiuè: ſi verò de Doctoribus in aliqua curia Principis iudicia agitantibus, affirmatiuè reſoluenda videtur.*

18 *Statuitur tandem; Doctores illos duntaxat, nomine, officio, priuilegijſque meritò gaudere; qui ſcientia pollent, vita honeſtate fulgent, & exercitiorum nobilitate præſtant.*

PRiuilegium, non publicam, ſed aliquid
concedentem ſpeciale, priuatam eſſe
1 legem Sanctus Iſidorus *etymol. lib. 5. cap. 18
relatus in c. priuilegia. 3. diſtinct.* manifeſtè te-
ſtatur. Itaque, ſiuè ſui in amplitudine
connotati honores, gratias, immunita-
tes, & id genus amplectetur cætera; ſiue
cum iis coarctetur ad non conuertentiam
(valet quippè, Priuilegium eſt honor gra-
tia &c. ſed non è contra) non omnibus
conuenire, ſed ſtatis duntaxat perſonis,
eruditè docent Suarez. *lib. 8. de legibus. cap. 2.
num. 7.* & Palao. *tract. 3. diſput. 4. par. 1. num. 5.*
Et quidem meritò: cum enim priuilegia,
gratiæ, honores &c. mercedes etiam, re-
tributioneſque ſint, vndè Summi Princi-
pes, de iure naturæ, Doctoribus ea tenen-
tur perſoluere. *Bolognet. per text. in authent.
Habita. & ibidem Rebuff. C. ne filius pro patre.*
non quibuſcunque, ſed his condignè,
qui literarum in ſtudijs, laboribuſque,
ſtrenuiſſimè ſunt operati, eroganda iu-
bentur. Legitur enim *ad Romanos 4.* Et
qui operatur, merces non imputatur ſe-
cundùm gratiam, ſed ſecundùm debi-
tum. Quia dignus eſt operarius merce-
de ſuâ. *Lucæ 10.* Cæterùm, vt eos in
2 præſenti ſeligamus Doctores, qui litera-
rio in puluere, legitimè certantes, debita
ſtudiotorum ſibi merentur præmia: re-
liquos, qui deſides, & ignaui, hac pro-
hibentur corona, ab eorum primò abiga-
mus, & arceamus cœtu fermè neceſsè eſt.
Induſtrios perindè imitantes colonos, qui
primum à ſentibus, & dumis hiſpida
rura purgant; vbere deindè fruge in-
ſerunt, & fœcundant. Vndè Boetius.
3. de conſol. phil. carmine 1. ita venuſtè ce-
cinit.

Qui ſerere ingenuum volet agrum,
Liberat prius arua fruticibus,
Falce rubos, filicemque reſecat,
Vt noua fruge grauis Ceres eat.

Quarè ipſo primo in limine, à gratia-
rum, priuilegiorumque, tanquam ſuffo-
3 cantes, & bonam frugem opprimentes
ſpinæ, extirpandos optimo campo, ſe of-
ferunt Doctores illi, qui doctrina penitus
vacui, ambitione omninò pleni, titulos
ſibi venantur, nomen Doctoris, & Sapien-
tiæ inſignia, quæ nunquam illis vlla tri-
buit Academia, falsò vſurpant, & mu-
nera doctoralia temeriter exercent. *Benius
par. 2. cap. 52. Riccius. deciſ. Cur. Archiepiſcop.
Neapolit. par. 3. deciſ. 130.* Vbi etiam pœnam
arbitrariam irrogandam ei cenſet, qui ſo-
lùm ſe Doctorem inſcribit: pœnam au-
tem falſi, ſi actus doctoreos gerat. Hi
nanque ſunt, qui pudorem, ac verecun-
diam extra Caucaſum, & Gangem oble-
gantes, audaces, ac nauiter impudentes,
omni literatorum ſe commiscent con-
greſſui, & ne latinæ videantur prorſus li-
teraturæ neſcij, quædam in ore ſemper
gerunt familiaria, & conſueta verba; vt
rectè quidem, maximè, nequaquam, &
id genus non pauca. Quæ niſi ſufficiant,
Calliphanis inſtar apud Atheneum *lib. 1.
cap. 1.* obſoletas nonnullas memoriæ re-
tentas Poetarum, petitorumque paſſim re-
citant ſententias, quas ita magna, linguæ
volubilitate in adſtantes intorquent, vt
quaſi hominem è cœlo lapſum, ſummè
venerentur. Quòd ſi quandò verborum
copia non fuerit; pro arbitrio conficiunt,
& cùm barbariſmus, aut ſolæciſmus ex-
ciderit, confeſtim in promptu eſt nomen
authoris, ſcriptoriſque cuiuſdam, qui
nec eſt, nec fuit vnquam. Atque ita
4 deinceps ab omnibus crediti, appellatique
Doctores; longi temporis præſcriptione,
priuilegiis ſe putant tutò gaudere, qui-
bus profectò carent, & ſibi iniuſtè ali-
quandò arreptis, meritò expoliantur.
Maſcard. concluſ. 527. num. 3 & ſequen. Bona
enim nunquam adfuit fides, ad præſcri-
bendum, vndecunque neceſſaria *l. bonæ.
§. 1. ff. de acquirendo rer. domin. l. penult. ff. pro
emptore. l. vnic. C. de vſucap. transforman.* Et
paſſim in iure canon. apud Fermoſinum.
ad cap. fin. de præſcript. quæſt. 1. num. 6. & 7. vbi
plurimos citat authores. Quæ ſi etiam
fortè adfuerit, parum, nihiluè proficeret
tamen. Sicut enim ſola præſcriptione,
minimè quis Decurio fit, qui ſecundum
legem Decurio non eſt creatus. *l. Herennium ff. de decur.* Nec mutat ſerui ſtatum,
ſi illicitè atque improbè aſpirauerit ad ci-
uiles honores. *l. non mutant. C. de liber. cauſ.
l. 2. C. ſi ſeruus libert. ad decur.* Ita illiteratus,
& qui verè Doctor non eſt, præſcriptio-
nis duntaxat beneficio, nec appellari Do-

 ctor,

ctor, nec priuilegijs inſigniri Doctoris legitimè valet.

Verùm idcircò, quidam, ab hac indocti, eximere ſe plerumque putant ignomi-
5 nia, ſi geſticulatorum, & circulatorum more, Principum reſcripta, Dynaſtarumque bullas, & diplomata (vnde codicillares Doctores, & bullati dicuntur) magnificè iactent, & oſtentent; cuius rei cauſa, talia ſemper in promptu habent; rogati citò proferunt; non rogati, vltrò exhibent; amicis, vt alijs ampliùs diffundant, ſatagentes tranſmittunt: quibus denique, mirificè picturatis, domeſticos exornant parietes, vt cùm hoſpes aliquid rogaturus aduenerit, eorum, plurimum cunctando, ſumptuoſo interim delectentur aſpectu. Perindèque graui ſe mouent inceſſu, ſeueris intuentur oculis, voce ſi modo loquantur extertent, totoſque in faſtu, & arrogantia, quinimò iniquiſſimo ſuperbiæ genere, omnes præ ſe contemnendo, valdè inflatos ſe oſtendunt: Quaſi literatorum lateat Ingenia, quibus hoc, vndè ſibi fulgere videntur decus emerunt ſordibus; quos arrogantium prius pertulerunt faſtus; quot ſuperbas maturini ſalutatori obſederunt fores; quotque tumentium ambitioſa veſtigia in clientum cuneis, retrò ſunt proſequuti. Qua tandem leuitate, inanique ſuperbia ſemel detecta, immeritæ vicè, quam maximè percupiunt gloriæ, ignominioſa præter dicteria nihil amplius infęlices recipiunt. Equos nanque, viliaque mancipia, apud Eraſmum *lib 8.apophi.* Socrates ipſos nuncupauit. Ariſtippus non homines. *Laert. lib.2. cap. 8.* Cleanthes, beſtias. *Anon.in Meliſſa par.1.ſerm.60. & Maximus ſerm.27.* Cæſar, pecudes aureas. *Tacit.lib.13. hiſtor.* Bion, lapides. *Maximus ſerm.1.* Diogenes verò, terræ inutile pondus. *idem.ſerm.17.* Cùm autem honor (cuius generis, ex dictis, quoque ſunt priuilegia, immunitates, & gratiæ) præmium ſit virtutis. *D.Tho. 2.2. quaſt. 129. a 4.* Virtus autem habitus quidam cum recta ratione coniunctus. *6. ethic. cap.16.* Lapides, & bruta (quemadmodum bullati, habiti ſunt Doctores) eorum prorſus incapaces erunt. Ioan.Faber. *in §.reſponſa.inſtitut.de iur natur gent. & ciuil. Guido papæ deciſion.88. ſed quæro, an domini.in fin.num.3.& deciſ.388.quo verò nu.10. Auiles in proœm.l.prætor.num.21. & Stephanus Gratian.diſcept.forenſ. tom.1.cap.186.num.70. ſumitur ex ijs, quæ cauentur ad l. ſi ita quis. §.2. ff.de legat.2.* Vnde Rebuff. *de nominat. quaſt.10.num.4.* in eos ſic inuehitur. Aſi-
„ nos, qui non poſſunt ſumere gradum ra-
„ tione ignorantiæ in Vniuerſitatibus famo-
„ ſis, illum recipere à Comitibus Palatinis,
„ & ideò tales bullatos non eſſe maioris
„ momenti, quàm ſit bulla, nec haberi pro
„ doctoribus, tanquam cæcos, à cæcis du-
„ ci, cùm ſint ignari literarum, & ſæpè ne-
„ ſciant legere; aut ſcribere. Idipſum latè docent *Dec. in cap. clerici. de iudic. Thomas parpal.in repetit.l.placet col.20.C.de ſacroſanct. Eccleſ. & Iacob.Beniut. de priuileg. iuriſconſul. §.2. in princip. num.6. iterum* Gratian.citatus *num.71.* Quia Doctor gradatim, & non ſaltuaricè ideſt per ſaltus, debet promoueri: alias non gaudet priuilegijs. Tandem *Gloſſ. in l.nemo.8.v.monſtrantur. C.de aduocat.diuerſ. iudic.*

Nec annuentia oppoſitæ ſententiæ aliquid refugij Codicillaribus, atque Bulla-
6 tis apud Pereyram *lib.8.de repub.lit.diſput.4. quaſt.1.num.1368.* adducta, & allegata ſuppetunt ſuffragia: nam, vt ipſe. *ibidem. num.1370.* ſapientiſſimè docet; ea fauent duntaxat, atque firmum vigorem habent, dum ex eſſentialibus (quemadmodùm eſt ſcientia, & doctrina) in Doctorum promotionibus, nihil deficit requiſitis: Quandoquidem, dignitates, & priuilegia concedens, minimè ſupponitur abuſiuè, & indebitè indignis, inhabilibuſque, ea velle concedere, ſed vſu recto, & approbato, nimirum ſcientificis tantùm, & ſapientibus. *Caſſan.catalo.gloriæ mundi.par.10. conſider.37. Barbat. in proœm. clement. col.14. & Iaſon. in l.ſi quis maior. num.31. C.de tranſact.* Secùs verò nihil penitus proſunt: prçſertim cùm ius expreſſum aliquod omninò obeſt. Nam Pius Quintus *Conſtitut.60. anno 1568. edita*: Facultates, & indulta omnia Comitibus Palatinis, & quibuſuis Romanæ Curiæ Collegijs, ſingulisque alijs perſonis à Sede Apoſtolica, ad Doctoratus, licentiaturæ, & magiſterij gradum promouendi conceſſa, reuocat. §.1. & 2. Decretiſque Concilij Tridentini inhærendo promotos à prædictis, quoad dignitates, & beneficia eccleſiaſtica, nulla gradus prærogatiua gaudere decernit. §. 3. Et ſic, & non aliter poſſe iudicari. §.4. Contraria non obſtante mandat. §. 5. Et hanc ſanctionem in Vrbe publicari, & inter conſtitutiones perpetuò valituras deſcribi iubet. §. 6. Eiuſque tranſumptis fidem adhiberi. §.7.

Verùm enim verò, ſi à feraci priuilegiorum, gratiarumque campo, nobilem
7 tanquam huiuſcemodi meſſem ſuffocantes, & opprimentes ſpinæ, præfati abigendi ſunt Doctores: eò ampliùs, imò ambabus manibus euellendos puto, quos rigoroſum nullum preſſit examen, aut ſi aliquando preſſit, auro, vel amore, à corruptis Iudicibus; illis paratum, & longè anteà inſinuatum fuit: ita ſanè eam extenuant,

nuant, exiccantque ſimiles Doctorelli, vt vix ex legitimè approbatis, metendi, ac colligendi locum permiſſum ſit. Cauſa nanque, plurimas reuocandi, adimendique, licet, aliàs à literatis, gratias, & priuilegia; tanta facilitate promiſcuè omnibus ipſa conferendi, vtique abuſus fuit. *Ex c. vbi diſtinct. 74. c. vt priuilegia de priuileg. & cap. 2. de ſentent. excommunic Salaſ. diſput. 17. de leg. num. 67. Suarez de leg. lib. 8. cap. 36. à numer. 4. & Bonacin. diſput. 1. quæſt. 3. punct. vltimo. num. 2.* Horum proindè (qui in noſtram vſque deſcendit ætatem) hic frequens eſt vſus: vulgatas, ſcilicet, tritaſque ſcientiarum, vel artium nonnullas diſcutiendas anteuenire theſes, quas fidus eorum Manceps, vel repetitor, quaſi ſemidigeſtum, memoriæ prius ſibi ipſis auicularum more, tranſmittunt in guttur: familiaribus deindè accitis collegis ad eas iam impuguandas concorditer inſtructis; alicuius Academiæ, præmio diſpoſitum adire Cancellarium, qui fortuitas, & extemporaneas propoſuiſſe ſe ſimulet, quæ iam diù tabuerant in mente: atque ita adepto ſibi veluti de condigno Doctoratus honore, per ignem, & aquam tranſiſſe ſe iactant, quandò nec ignem, nec aquam præter elementares vnquam ſomniarunt. Quarè, nouam hac creatione ſibi ſcientiæ gratiam infundi putantes; dum in conuiuijs ſedent, aut cum alijs (imperitis præſertim) conuerſantur, magnificè de ſe gloriantur, nihil ibi niſi inſolens auditur verborum faſtus, & loquendi vana ampulloſitas, vt ſi tantum corpore intumeſcerent, quantùm animo inflantur, monſtra deterrima viderentur, vltimas in terras deportanda. Si quandò verò ex oppoſito, cum eruditis verſari viris ipſos contingit: O quam humiles, quàm ſubmiſsè, quàm molliter tunc loquuntur! Quòd ſi neceſſitate compulſi officioue coacti, quicquam ampliùs de ſuo adducere tenentur, illicò maximas nugas, inepriaſque eructant. Cu-
8 iuſdam idcirco imperiti Iudicis culpanda leuitas facit ad rem, quam Poggius Florentinus, hos indiſcretos fortè monendi gratia, ſuis notauit in facetijs: Cùm enim iſte rudis à perito ſæpiùs in quodam iudicio, Clementinæ, & Nouellæ, mentionem fieri audiuiſſet Patrono, eaque Meretricum nomina, teſtimonij loco adduci ſuſpicaretur: Atque in hoc foro (inquit) vix honeſtis matronis teſtificari permittitur, & vos impudicarum ſcortuum teſtimonium adducitis? Sed hoc fortaſſe tolerabilius foret, niſi amplius continnis plagis adeò innocens in eorum congreſſibus debilitaretur Priſcianus, vt etiam Heraclito riſum excitarent. Per còdices herclè, in quibus hæc me legiſſe, vt moris eſt non teſtor adhuc; eſto ſi vellem, mille non deeſſent; benè tamen, meis auribus haud nego cuiuſdam interrogantis, & arguentis inauguratam Doctorelli ſtultitiam aliquandò percepiſſe, qui in quadam promotione, Laureandi aſſertum, quòd impugnare ſenſerat, nunquam repetere valuit: licet argumenti, quod memoriæ benè mandauerat, atque ex inde poſteà, expeditè, & intrepidè protulerat, conſequentia (quod vtique non minimum hebetudinis oſtentum fuit) id commodè per oppoſitum, ei ſuppetere potuiſſet. Quarè diſputandi calore aliquandò lymphatus; dum ſuæ impudentiæ temerarios tueri vehementius niteretur auſus; tot ignorantiæ floſculis ſuſceptum inſuper coronauit opus, vt ſpecijs pro ſpeciebus, lexi pro legi, verbibus pro verbis, & id genus ridicula quædam, ſeriò, ac ſine ioco proferre non erubuerit. Quinimò à quodam diſertiſſimo, & ſpectabili viro humaniter admonitus: Doctorem cum ipſo non modò parem, verùm etiam eo longè digniùs ſe agnouiſſe promotum, ſatis mordicus reſpondit.

Hi ſunt profectò, de quibus Hierony-
9 mus ad Demetriam habet: Multi iuxtà
„ vetus eulogium, cùm loqui neſciant, ta-
„ cere non poſſunt, docentque ſcripturas,
„ quas non intelligunt; & cùm alijs per-
„ ſuaſerint, eruditorum ſibi aſſumunt ſu-
„ percilium. Prius imperitorum Magiſtri,
quam Doctorum diſcipuli. Quamobrem hoc hominum genus turbidum, ac fallax, ad perdendam veritatem, atque animos, prauis opinionibus imbuendos infelici ſidere proſeminatum: non eſt tranquillitas, quam non perturbet; non aſtus, quo non exuberet; non veritas, quam non infirmet; non innocentia, quam non inficiat. Itaque *in opere regali. tract. de duodecim perſecut. Eccleſ. perſecut.* 10. §. *ò quam grauis* Ludouicus Viuardus, inter præcipuos Eccleſiæ inſequutores, indoctos hos nebulones, bipedeſque meritò comprehendit aſellos: nam falſitate doctrinæ, arrogantiæ faſtu, temeritatis inſolentia, maioris incommodi Eccleſiæ inferunt perniciem, quam ferro, fame, laqueo, igne, morte, cæteriſque crudelitatis adinuentis, ſæuiſſimi nunquam intulerint Tyranni. Non ergo ſanè, priuilegiis, & gratijs, ſolis ſapientibus, cordatiſque viris, bona ſaltem fide gaudebunt conceſſis. *Syluester. verbo Doctor. num. 4. Archidiacon. in cap. de quibuſdam locis. 37. diſt. qui allegat text. in l. vnica ff. de athlet. & facit iuncta Gloſſ. in l. 1. C. de anno. ciuil. lib. 10. Stephan.*

phan. Gratian. tom. 1. diſcept. forenſ. cap. 186. num. 87. Abb. in cap. poſuiſti. de probat. Rebuff. de nominat. quæſt. 5. num. 5. Surdus deciſ. 46. num. 8. Sed ijs omnibus tanquam eorum maligni vſurpatores, aliquandò falſo decorati, alioſque vel ſibi iure debitos aliàs conſequuti, meritò expoliari tenentur: Cùm dignum ſit, vt dum vſurpant quod ſuum non eſt perdant etiam quod ſuum eſt. *Guliel. Durand. in ſpeculo iur. lib. 2. partic. 1. de reſcript. præſent. §. 9. num. 19.* Quandoquidem, præter ea, quæ nunquam ſua fuerunt doctoratus priuilegia; dum adhuc ipſa ſibi ambitioſè vſurpant, etiam honeſti, probique viri famam, quæ aliquandò ſua fuerat, turpiter amittunt. Nam, Facit ambitio criminoſos. *tomo 3. lib. 4. ſuper Lucam cap. 4. propè medium.* inquit Ambroſius. Quarè non modò lethaliter grauiterque offendit, qui Doctoratus indignè petit inſignia. *Gloſſ. in Clement. 2. de magiſtris, verbo Honorem, & ibidem Barboſ. tom. 4. collect. num. 4. Pereꝫ. l. 1. tit. 16. lib. 2. ordin. pag. 374. Azeued. lib. 2. num. 7. tit. 9. lib. 3. nouæ recop. & Bobadill. in ſua polit. lib. 1. cap. 3. num. 70.* Verùm etiam, ipſis per nefas obtentis, eorũ qui adhuc vtitur priuilegijs. Etenim, cùm ex nuper dictis, male promoti Doctores, eis minimè gaudeant: toties à regula humana, diuina authoritate ab hominibus impoſita, vt eſt regula, quæ communiter dicitur moris, per priuilegia notabiliter recedent; quoties lethaliter, grauiterque peccabunt. Peccatum nanque mortale, nil aliud eſt, quàm à regula diuina, vel humana, diuina authoritate ab hominibus conſtituta, grauis, & notabilis receſſus. *Tolet. cum alijs in inſtruc. ſacerd. tract. de peccat. mortal. cap. 1. num. 3.*

10 Nec minus grauiter peccant Cancellarius, vel quicunque ex promotoribus, qui Laureando fauent inerudito, & inhabili, præſertim in Sacra Theologia, iure, cùm canonico, tum ciuili, atque in arte medica: cùm grauia detrimenta ab ijs Reipublicæ inferri poſſint. *Syluester. verbo. Rector. num. 5. Alcoꝫer. in ſum. cap. 27. init. Armilla. verbo Doctor. Caiet. & Palatin in ſum. verbo Doctoratus. Sanch. conſ. lib. 2. cap. 2. dub. 57. cap. 1.* Et ſi graue ſequatur damnum, à lethali ſe ſe non eximunt delicto, qui lauream indocto etiam conferunt in artibus. Sicut & hi, qui longè antea, puncta manifeſtant diſcutienda, vt diffusè videre eſt apud Pereyram *lib. 6. de repub. literaria diſp. 3. quæſt. 3. à num. 891. vſque ad 899.* Quòd ſi ampliùs in omnibus antedictis, grauiter iuſtitia lædatur commutatiua, ad damni cuicunque illati tenentur ſatisfactionem. Quandoquidem, peccata contra prædictam patrata iuſtitiam, ad reſtitutionem penitus obligant. *Tolet. vbi ſupra lib. 5. cap. 68. num. 1. cum cæteris Doctoribus.* Veruntamen in foro conſcientiæ, hæc idcircò, locum duntaxat obtinere videntur: nam, in foro fori, vt ſapienter notat idem Pereyra *lib. 8. diſp. 4. quæſt. 3. num. 1385.* Graduatus, & ſi ſcientia neceſſaria comperiatur penitus deſtitutus, adhuc priuilegijs gaudere debet, donec per Iudicis ſententiam, illis expolietur: nam, cùm publica ſuæ habilitatis aſſequutus ſit teſtimonia, præſumendus eſt dignus vt conſuetis fruatur priuilegijs. *Pereyra,*
11 *vt ſupra num. 1384.* Cui tamen rei oppidò cohæret, vt inſufficientiæ adducta, & oſtenſa cauſa, Rectores teneantur, ac Iudices, iterum approbatos examinare Doctores, atque eos indignos compertos, Doctoratus priuilegijs non tantùm, verum inſuper ipſo gradu per eorum definitiuam iubentur priuare ſententiam. *Boer. deciſ. 149. num. 16. Bald. in l. ſed & ſi reprobari. 7. in princ. de excuſat. tutor. Rebuff. de nominat. quæſt. 21. num. 12. & Gratian. diſcept. forenſ. cap. 186. num. 31. Sumitur ex l. vt gradatim. 11. §. 1. ff. de muner. & honor.* Atque ideò, Vtinam cuiuſdam Capuani Archiepiſcopi, cuius meminit Nicol. de Neapo. *in dicta l. ſed & ſi reprobari &c.* noſtra tempeſtate, vix commendata ſatis, etiam vigeret conſuetudo, qui ad patriam redeuntes Doctores, rigoroſo denuo ſubijciebat examini, & ineptos reprobabat: perindè enim: Dignitas Doctoratus (vt *in ſum. diuerſ. tract. verbo Doctor. §. 25. num. 3.* ſatis appoſite inquit Marc. Anton. Sabellius) non tam parum reputaretur; imò vilipenderetur, vt multi erubeſcerent Doctores appellari; fortè non ſine aliqua ratione, cum indiſcriminatim, & non attento an ſint idonei, nec ne, admittantur omnes: imò ſoleat eſſe in adagio: Accipiamus pecuniam, & mittamus Aſinum in patriam ſuam.

Supereſt autem, vt à copioſo priuile-
12 giorum, quodammodò, Doctorum etiam illos inutiles ſentes eradicemus campo, qui exquiſita in procurandis voluptatibus diligentia, vim hebetant ingenij, atque retundunt, curaſque omnes, à rebus præclare gerendis, ad inertiam, ſomnum, palatum traducentes, turpem, & inhoneſtam vndique vitam degunt: Quid enim turpiùs, quàm laborioſa negotiorum moles quibus incumbit, orientis ſolis ad ſomni vmbras diſcutiendas expectare radios, cùm præuertendus potius eius videatur ortus: aut inhoneſtius, quam Bacco, Veneri, alijſque illecebris adeò ſedulo indulgere,

Digitized by Google

gere, vt humanioribus Mineruæ abdicatis ſtudijs, corpus interim, veluti in foro ſtatua, hominis nihil referat præter ſpeciem; animam autem per incogitantiam vaneſcentem, nec habere ſe intelligant, nec querantur? Quòd ſi vitijs ab his conſuetis reſipiſcant interdum; tempore abutentes, & otio, non eas, quibus virtutes hominum inſeruntur animis (vt decet) doctrinas exponunt: ſed veluti ficti adulatores, cùm cænas diuitum captant (vt cum Petronio *in ſatyric. num.* 5. loquar) nihil priùs meditantur, quàm quod putant gratiſſimum auditoribus fore. Eos proindè *lib.* 1. *de conſid. cap.*9. tanquam iniuſtos, vaniloquos, ac mendaces meritò ſugillat Sanctus Bernardus, dicens: Hi ſunt, qui docuerunt linguas ſuas loqui mendacium, diſerti aduerſus iuſtitiam, eruditi pro falſitate. Sapientes ſunt vt faciant malum, eloquentes vt impugnent verum. Hi ſunt, qui inſtruunt, à quibus fuerant inſtruendi, aſtruunt non comperta, ſed ſua, ſtruunt de proprio calumnias innocentiæ, deſtruunt ſimplicitatem veritatis, obruunt iudicij vias. Quarè prauitatis ſuæ, vndique exempla ferentes, ne ſuperbiæ quoque deſint aliquandò faſtus: per plateas, aut dum ieiuni, ſatiſque expergefacti, loca incedunt publica, vt inhoneſtam tegant viuendi licentiam grauitatem in omni re ſeruare ſtudent, erecto capite, demiſſis ſupercilijs, vtraque manu, pallij alas diſtendunt, magiſterij inſignia, in digitis gemmam auro incluſam, quauis ratione oſtendunt; ventre ſuo ſtudioſè porrecto, fimbrijs doctoralis togæ talos concutientibus, benè obſeruantes, num obuiantes caput aperire velint; quòd vbi non fit, valdè indignantur, excellentiæ ſuæ tam exiguum exiberi honorem.

Nec item minus inflati, impudenteſque
13 ex aduerſo hi cenſeri debent, qui peculiares geſtus, philoſophicos ſcilicet, vt tales videantur, ſtudioſè affectant, quos ſanè incedentes aſpicere, res riſu ſatis eſt digna. Incedunt nempè plerumque ſordidis, & laceris veſtibus flauidè induti, dextra pallij ala, ad dextrum calcem vſque propendet, ſiniſtra verò, vix ſiniſtrum femur tegit. Protracta ceruice, turbido vultu, aſpectu toruo, oculis ſtupidis, ita vt ſæpiùs pedem offendant grandiori paſſu; In tali tamen habitu mirificè ſibi placent, atque in primis (vbi plurimum latet anguis) virginum, ac mulierculárum inire gratiam hoc modo ſatagunt, quinimò ſibi etiam perſuadent, in quibus tamen oppidò faſcinantur. Exempla nanque, & ſi odioſa ſint, vnum tamen, horum hypocritarum pace mihi liceat annectere. Quidam enim apud Authorem libelli, cui titulus eſt *Facetiæ facetiarum cap. de multiſcijs, ſtudioſis, & magiſtris. n.*41. cùm aliquantiſper à virgine nobili, blandis verbis ineſcaretur, ipſeque hac familiari conuerſatione confiſus, virgini moleſtior eſſet, quam illius poſtulabat pudor: effrænæ licentiæ aliquandò pertæſa, diſſimulatè tamen, noctu ad ſe venire popoſcit. Vir ergo credulus, hoc lætus reſponſo, ſtata hora, præſto ad virginis ædes fuit. Vbi honorificè ab adoleſcentulæ famulis exceptus, atque dorſo vnius impoſitus; eleuatis à poſteriori parte veſtibus, craſſioribus loris ita nates illius afflixerunt, vt menſe integro ſedere nequiuerit. Quo tamen tempore ad tantam occultandam turpitudinem, domi, dentium dolorem ſimulauit. Ex quibus tamen obiter conijcitur, ſuperbiam, & impudentiam verſari tam circa ornatum, quàm corporis deornatum; ac proindè tam circa ſplendidas mollium laſciuientium, quàm circa ſordidas, & laceras hy-
14 pocritarum veſtes. Cùm autem vitæ inhoneſtas, priuilegiorumque abuſus, ex quibus, præſertim in docendo, conſulendo, iudicando, operando, turpes, & graues ſequuntur errores, licet de facto doctoratus officio neminem regulariter priuent, exuantque priuilegijs. *Suarez lib.*8. *de legib. cap.*36. *num.*4. *Salas de legib. diſp.*17. *num.* 67. *Bonac. diſp.* 1. *quæſt.* 3. *pun. vlt.* §. *vlt. num.* 2. ſufficientes cauſæ ſint, vt ea per declaratoriam iudicis ſententiam, poſſint dirimi, & aboleri. *Menoch. de arbit. lib.* 1. *quæſt.* 5. *in addit. num.* 28. *& Rom. conſ.* 463. *in fin. apud Pereyr. de repub. lit. lib.* 8. *diſp.* 4. *quæſt.* 3. *num.* 1389. Doctores inhoneſtè, obſcænèque viuentes, nec tanto munere, nec priuilegijs, & gratijs ipſum comitantibus, aliquo pacto gaudere debent. *l. nec quicquam.* 9. §. *circa. ff. de off. proconſul. Felin. in cap. cùm acceſſiſſent. n.* 29. *de conſtit. Tiraquell. de nobil. cap.*31. *num.*532. *& alij.* Dictum eſt *regulariter*: quia vel poteſt dari caſus, quod patrata ſcelera, ipſo facto inferant infamiam: vel in conceſſione Doctoratus, & priuilegiorum, hoc habeatur expreſsè: tunc enim ipſo facto, omnium adeſt priuatio, per ſententiam tamen declaratiuam criminis. *Pereyra ex Suario vbi ſuprà n.* 1390. *&* 1391.

Cæterùm (ab incepta ne recedamus
15 agrorum metaphora) cùm non minus adimant, terantque fruges paluſtres, & ſtagnantes aquæ, quæ cryſtallinam formam in tabidam conuertentes maciem; vermes, ranas, bubones, ac ſerpentes nutriunt immundos; quàm ampla, & honorifica priuilegia vmbratici Doctores, qui

qui præclaram ſui nominis in adiecta quęque munia transferunt dignitatem. Sicut ergò illæ ab atuis nauiter ſunt arcendæ. *Columella lib. 1. de vniuerſa re ruſtica cap. 5.* ita & iſti, à fauoribus, & gratijs æquè ſunt abigendi. Nam licet Doctores, docendi demiſſo ſtudio (quicquid apud Pereyram, *loco ſæpiùs citato num. 1392.* dicant aliqui) ſuis nequaquam derogent priuilegijs. *Natta conſ. 65. & conſ. 486. Aretin. conſ. 95. §. reſpondeo breuiter. Abbas cap. 1. num. 4. de priuil. Franc. curt. in addit. ad Paul. de Caſtr. in proæm. Garzia de nobilit. gloſſ. 35. num. 4. Menoch. conſ. 908. num. 11. Guid. papa in deciſ. 88. & alij*, ſicut & aquæ retento curſu meſſem non inficiunt. *Columella vt ſupra*; ſua tamen deteſtabili vilitate ab honoribus, ſicut & aquæ, ſua malè olenti putrefactione á frugibus; meritò ſunt prohibendi. *Matth. Colet. de proceſ. exequut. par. 1. cap. 66. num. 151. & Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 186 nu. 23. atque alij apud Pereyram vbi ſupra num. 1395. §. dico tertiò.* Turpe quidem doctorali excellentiæ apprimè eſt, nobili neglecta toga, humili (vt ita dicam) ſe periſcelide præcingere, mercatoriſque officio, vel mechanici cuiuſque operis exercitio, diuinas, humanaſque literas tam enormiter labefactare. Et quid nanque (Bone Deus) cum exedris, nummulariæ menſæ; cum ſcholis officinæ; cum ingeniorum eruditionibus, telluris, arborumque cultus; cum conſilijs, æquipondia; cum doctrinis, epidigmata; cum iudicijs, cubiti, & menſuræ, vnquam cæperunt analogiæ, vt doctoratus dignitate, priuilegijſq; retentis, inter ſe aptā viciſſitudinem importarent? Hanc proindè, id genus nituntur quamplurimi, vultus, motuumque decore turpitudinem cohoneſtare: diù ſepoſita exiſtimantes ſtudia, inceſſus ſola grauitate, barbæ, capillorumque mendicata cultura, adhuc permanſiſſe, ab intuentibus facilè poſſe putari. Qua ratione, ſpeculum, non ſemel, ac perfunctoriè conſulunt, anxiè non ſecus, ac ſi in ſummo reipublicæ diſcrimine, de communi omnium ſalute, Deum interrogarent. Indeque, quaſi Numine enixè exorato, litatum ſit, ſpei egrediuntur pleni, & votorum ſummam, in cultu corporis petulanter oſtentant.

Alij verò ex oppoſito, non tam venu-
16 ſtatè, quàm ſapientia vacui, corporis penitus abdicato cultu, ad ſe multiſcios tamen iactitandum, ſumptuoſam, & numeroſam Bibliothecam teſtem ex induſtria accommodant. Quibus ſanè illud Auſonij ad Philomuſum, qui arbitrabatur ſe doctum librorum copia, cùm nihil ſciret aptari poterit nimirum.

Emptis quòd libris tibi Bibliotheca refertta eſt,
Doctum, & Grammaticum te, Philomuſe, putas?
Hoc genere, & chordas, & plectra, & barbita conde:
Omnia mercatus, cras citharædus eris.

17 Vnde, & illius quoque haud parùm, odioſi pendet reſolutio quæſiti: Num, ſcilicet, Procuratores Doctores, adhuc gaudeant ſui doctoratus priuilegijs? Quod ſi de negotia mercaturæ, & id genus alia procurantibus procedat, indubitanter negatur. *Archid. in cap. is qui de procur. Dyn. in cap. infamibus in fin. de regul. iur. lib. 6. Bald. in rubr. extran de officio iud. col. vlt. & in l. inuitus col. 1. C. de procur. & communiter omnes.* Sin autem; & de forenſia in curia Principis, agitantibus duntaxat intelligatur iudicia; libenter poteſt concedi. *Stephan. Grat. diſcept. forenſ. cap. 186. num. 20. & 21. Tiraquell. de nobil. cap. 30. num. 1. 4. 5. & 6. Pereyr. loco ſæpius citato num. 1396. atque alij.*

Ex quibus tandem, neceſſariò ſequi
18 comperitur omninò; priuilegiorum, gratiarumque ab vbere, & feraci campo, Doctoralis facultatis minimè euellendos, quinimò in ipſo quàm maximè fouendos, colendoſque duntaxat eos eſſe flores, qui redolentia doctrinæ, vitæ candore honeſtatis, atque operum, exercitiorumque nobilitate, cæteris ſingulariter præſtant. Nam à contrarijs rectè tenet argumentum. *Euerard. in topicis legal. loco. 75. Petrus Andr. Gammar. in dialec. legal. lib. 2. loco à contra. Camiunc. in topicis. loc. 13. Menoch. conſ. 89. n. 54. & alij.*

CAPVT II.

Doctoratus, priuilegia, quæ iure tradita, & conceſſa ſunt Dignitati, affatim, latèque recenſentur.

SVMMARIVM.

1 *Doctoratum, non eſſe dignitatem fortaſsè arbitrantur ij, qui in Conſtitutionibus Gregorij XV. legentes, Conſeruatoris ad munus non ſufficere Doctoratum, ſed adhuc vlteriùs aliquam requiri Eccleſiaſticam dignitatem, non rectè putant, Doctoratum à ſe omnem excludere dignitatem, ſi Eccleſiaſticam non includat: cùm Dignitatum aliqua eccleſiaſtica, alia temporales ſint.*

2 *Doctoratum tamen verè, & propriè eſſe dignitatem ex eo conuincitur, quia Doctor habet iuriſdictionem, & præeminentiam*
in

in Scholares. Nec eſt neceſſe quòd actu doceat: Vndè culpatur Bartolus, qui limitando hanc dignitatem ad actu legentes, quaſi loquutus ſit ſine lege, cùm ſummi Iuriſtæ, quin etiam Legiſlatores ipſi valdè erubeſcant, dùm ſine lege loquuntur.

3 *Dignitas apud Latinos, meritum ſignificat honoris, & præmij: Quarè de Priuilegijs Doctorum, quæ talis dignitatis ſunt condigna præmia, hic agendum videtur, non quidem per ſaltum, ſed gradatim cum ad ſupremos honores æquum ſit ordinatim aſcendere; ab inferioribus ſcilicet, ad ſuperiora.*

4 *Primum (licet pluribus commune) Doctoris tamen priuilegium eſt, vt vbi publicè profitetur, eiuſdem loci Ciuis efficiatur, cæterorumque Ciuium congaudeat priuilegijs. Quare barbaræ, & irrationales leges illæ fuere, quibus apud quaſdam nationes, Doctores eiecti, atque Vrbibus interdicti ſunt.*

5 *Et ſi rem ſuam, alteri nemo locare cogatur, alienam tamen conducere domum, etiam inuito domino, poteſt Doctor, maximè ſi ea dominus ipſe non vtatur. Nam cùm domus famoſi Doctoris, ſit totius quaſi Ciuitatis oraculum, debet in celebri, ac vicino loco eſſe ſituata. Quòd ſi ampliùs ipſam velis in Paleſtram conuertere, per iuſtitiæ miniſtros, eius dominum ad vendendam inſuper compellere poteſt.*

6 *Præterea, ſi ad habitandum Doctor Reipublicæ inſeruiens, quietum locum quærat, & nullibi inuenire poſſet commodiorem, quàm in Plateà illa, vbi Faber habitat: licet regulariter conſuetudo, prærogatiua loci, propriaque reſidentia facerent pro ipſo Fabro, vt ibidem permanere poſſet; adhuc tamen in tali caſu, cum cæteris ſtrepitantibus cenſetur eijciendus: cùm cauſa ſtudiorum cæteris ſit vtilior, & conſequenter præferenda.*

7 *Nec obſtat ſententia Vacouij, affirmantis Doctores non eſſe partes Ciuitatis, & Ciuitatem poſſe ſtare ſine Doctoribus: Nam licet exigua Reſpublica ſine Doctoribus perſiſtere poſſit; non autem magna. Quarè eorum Domus, non tantùm ab omnibus ſtrepitibus, verùm etiam à malis odoribus, præſeruandæ ſunt.*

8 *Doctor prætereà gaudere habet priuilegijs, & honoribus Militum. Quinimò, ſi non in actibus militaribus, in actis tamen doctoreis, & promiſcuis, cæteris paribus, ob præſtantiam ſcientiæ ſuper factiuas artes, Militibus præferri debet.*

9 *Militia neque dignitas eſt, neque de ſe dignitatem affert. Eſtque proprium, & principale Nobilium, Regumque munus, in pace Rempublicam gubernare, ac leges ſancire: arma verò ſecundariò, & per accidens tractant. Et ſi nonnulli Reges militarem potius diſciplinam exercuerunt, armorumque vi, rerum Domini ſunt effecti; id planè regnandi potiùs libidini, ac diſciplinæ eſt tribuendum.*

10 *Nobilium Doctor, & ſi de genere plebeio ſit, tamen habet etiam priuilegia, & præuentiones. Scientia quippè nobilem reddit; quinimò magis nobilem efficit, quàm parentum nobilitas. Quarè ſi Comitiſſa Doctori nubat, non poteſt dici indigna nupſiſſe, nec lucrum hæreditarium perdit. Dummodò non ſatis conſtet, teſtantem maritum, ad generis familiam, auorumque nobilium legitimum numerum, reſpectum habuiſſe, nec literarum nobilitatem æſtimauiſſe.*

11 *Idcirò arma, & inſignia nobilium (niſi familiæ certæ propria ſint) de ſe liberè, & abſolutè Doctores aſſumere valent, licet nulli abſque Principum licentia de iure permiſſum ſit, ea ſibi aſſumere. Quarè maximè cauere debent ab humilibus, & ſeruilibus officijs, vt Tabellionis, atque ad negotia ſaltem Procuratoris: ſeruilia namque nimis ſunt.*

12 *Nec ad tributa plebeis impoſita compelli debent. Ab ingreſſu Aulæ Principis prohiberi nequeunt: quin potiùs veluti familiares iuxta Principes collocari habent; & Principes, tanquam parentes, eos tenentur honorare: quarè etiam Principum conſiliarij merentur appellari, & veluti Principes ipſi, vbi etiam degit Imperator, rheda, & vehiculo liberè vti.*

13 *Inſuper, ad regimen Ciuitatum, Magiſtratuumque, quibuslibet alijs ſunt præferendi: cùm maximum vitium ſit, eos ad talia eligere munera, qui per ſe non ſufficiunt, ſed aliundè iudicandi mendicant, regendique honeſtatem. Quod non ſolùm in temporalibus, verùm etiam in ſpiritualibus officijs, Sacra Concilia obſeruari mandant.*

14 *Item, Doctores in ſedendo, loquendo, eligendo, teſtificando, & in quolibet actu alijs præferri debent, qui licet aliàs ſcientifici, & literati ſint, Doctoratus tamen laurea omninò carent. Quare inhibetur plebeis, vulgaribuſque hominibus, aduerſus eos, alioſque in dignitate conſtitutos de dolo, aut aliqua famoſa agere.*

15 *Ea etiam poſſunt deferre arma, quæ plebeis, & ruſticis ſunt denegata: ſuas Vxores vocare Dominas; & à carceribus, birruariorumque capturis, ſaltem in ciuilibus, ſe præſumere immunes.*

16 *Iniuria Doctori illata, pro atroci reputatur: Quarè inuitus nec poteſt, nec debet vocari in iudicium ad teſtificandum, vel al quid aliud ſimile agendum; nec iniurioſè de domo ſua expelli; quin expulſori, pœna capitis*

pitis inſinuatur. Iudices autem tenentur ei ſummam habere reuerentiam, inuitare ipſum ad ſedendum, etiam in loco iudicij, dummodò non ſit in cauſa propria, eumque vocare patrem.

17 *Et ſi quandò contingat, alicuius criminis eſſe ſuſpectus, datis fidei iuſſoribus, etiam vbi agitur de pœna capitis, fidei ſuæ committendus, & carcere relaxandus eſt; non tamen, vt omninò dimittatur liber, ſed loco carceris, in certum locum arreſto debet conſtringi. Tortura autem minimè exponi debet, niſi in caſibus exceptis, aliter illius extorta confeſſio, & ratificatio pro nulla eſt habenda. In caſibus verò exceptis ante torturam propter dignitatem perſonę, degradandus eſt.*

18 *Plecti tamen, nunquam debet pœna plebeiorum. Quinimò ſi eminentis fuerit ſcientiæ facilè veniam, legumque promeretur diſpenſationem. Quare nec ad ſuſpendium, neque ad triremes, idque genus alias infames pœnas damnandus eſt; ſed ferro, præuia tamen degradatione, è medio tollendus eſt.*

19 *Adhuc, & alias Doctores præeminentias habent: Non enim ad perſonalia munera cogi poſſunt: à tutela, à militibus hoſpitandis, & à vectigalibus, ſiue gabellis perſoluendis excipiuntur. Ipſorum cauſa eſt priuilegiata, ſicut cauſa dotis. Eorumque filij per conſtitutionem Anaſtaſij Imperatoris, ſi legum meruerint doctrinam, extraneis ad idem officium accedentibus anteponi. eique gratis ſociari debent.*

20 *Doctor autem, qui in publicis Academijs, viginti annis docuit continuis, Comes, & Illuſtris efficitur, veteranorumque militum, titulum, & dignitatem acquirit, ſicut Dux, Comes ſpectabilis, Clariſſimus, & familiaris Principum. Quibus titulis, & honoribus, poſt eius etiam obitum, Vxor illius gaudere habet, ſi tamen vidua permanſerit.*

21 *Permulta alia Doctorum remiſſiuè aſſignantur priuilegia, hac tamen ſuppoſita conditione: nimirum, quòd locorum conſuetudines, varijs de cauſis, quædam non pauca ex adductis, & adducendis, vel limitare, vel penitus adimere poſſint: Nam ſicut leges per contrariam tolli poſſunt conſuetudinem, ita & priuilegia per contrarium vſum ceſſare valent.*

DOctoratum, quem tanquam apicem, ſupremumque in vnaquaque facul-
1 tate gradum, ſuis conferunt alumnis Academiæ in rigore non eſſe dignitatem arbitrantur fortaſſe ij, qui ſummis tantum libarunt labiis, ne dicam oſcitanter ea legerunt, quæ *c. 1. & fin. de deleg. in 6.* conſeruatoris circa electionem prouidè decretantur. Nam licet ibi, & adhuc vlterius per Conſtitutionem Gregorij XV. *de conſeruatoribus anno* 1621. quæ incipit: *Sanctiſſimus in Chriſto Pater &c.* indubitatum ſit, vt quis validè, & canonicè in Conſeruatorem eligatur, non ſufficere præcisè Doctoratum, cùm in dignitate aliqua Eccleſiaſtica adhuc debeat eſſe conſtitutus: haud tamen inde ſequitur, Doctoratum ipſum non eſſe dignitatem, ſed quod vlterius, dignitas Eccleſiaſtica, quæ actualis iuriſdictionis exercitium habeat cum bonorum Eccleſiaſticorum adminiſtratione, addenda ſit; quemadmodum latè docet Pereyra *lib 8. de repub. liter diſp. 1. q 4 à n. 1181. ad 1183.* Quandoquidem Doctoratus pręcisè non eſt præeminentia, rerum Eccleſiaſticarum adminiſtrationem habens cum iuriſdictione ordinaria in foro externo, quemadmodum eſt dignitas Eccleſiaſtica *Sylueſ. v. Dignitas Azor. to. 2 lib. 3. cap 13. q. 2. & Molin. tom. 3. diſp.* 120. Quæ de iure communi ad Conſeruatoris munus omninò requiritur. *Petrus Gregor. ſyntag. iur. lib. 47. cap 22. n. 28. Sylu. v. Conſeruator n. 2. Molin. de*
2 *iuſt. & iur. trac. 5. diſp. 29. n. 3. atque alij.* Quamobrem vnanimis Iuriſtarum, cæterorumque Scriptorum conſenſus: Doctoratum rigoroſè, & propriè eſſe dignitatem, nobis prorſus ſuadet. *Bartol. in l. ex eo ff. de milit. teſtam. Panorm. in c. quanto de magiſtris. Ceph. conſ. 117. n. 22. vol. 1. Iaſon. conſ. 68 col. 3 vol 3. Sylu. v. Doctor. n. 2. Menoch. de præſumpt lib. 4. præſumpt. 78. n. 25. Garzia de nobil. gloſ 48. §. 3. n. 72. Iacob. Beni. de priuileg. iuriſconſ. p. 3. priuil. 62. Caſſan. catal. glor. mundi p. 8 conſid. 12. Tiraquell. de nobil. cap. 28. n. 2. & alij* Deſumitur autem hæc vniuerſalis, & communis ſententia, ex iure canonico: Nam in *cap. quanto de Magiſtris,* ſic loquitur Summus Pontifex: Dignum eſſe animaduerſione cenſemus, qui nomen magiſtri ſcholarum, & dignitatem aſſumit &c. Quibus verbis innuit manifeſtè, ac liquido ſupponit, Magiſterium, ſiue Doctoratum, dignitatem eſſe. Deſumitur etiam ex iure ciuili *l. fin. C de Iudæis* vbi Bartolus aſſerit: Iudęum non poſſe fieri Doctorem, ex eo quod Doctoratus ſit dignitas, *& l. vna C. de athletis lib* 10. vbi, qui continuat docendo, acquirit dignitatem; vt ampliùs dicetur infra. Nec deeſt tali ſententiæ efficaciſſima ratio, quam inſinuat Tiraquellus *loc. ſuperius cit.* Quia nimirum Doctor præeminentiam habet, & iuriſdictionem tanquam iudex in ſcholares, vt habetur ex Authent. *Habita C. ne fil. pro pat.* quod ſufficit ad veram, & rigoroſam dignitatem,

tem, quæ nihil amplius deſiderat, quam
præeminentiam, & iuriſdictionem. *Ar-
chid. in c. 1. de conſue. lib. 6.* Extendunt am-
plius hoc Guido papæ. *deciſ.* 88. & Aui-
lez. *pretor. proæm. n.* 21. ad Doctores etiam
actu non legentes, quorum ratio eſt:
Quia Iura, locis in quibus dicunt, aut
ſupponunt Doctoratum eſſe dignitatem,
loquuntur indiſtinctè de omnibus Do-
ctoribus; vnde vterque proximè citatus
Author grauiter culpat, & ſugillat Bar-
tolum, eò quod diſtinxerit, & limitaue-
rit abſque vllo adducto textu, ad Docto-
res actu legentes: quaſi non erubuerit ſi-
ne lege loqui; cùm etiam ſummi Iuriſtæ,
imo, & Legislatores dicant: Erubeſci-
mus, cum ſine lege loquimur. *l. illam C.
de collat.*

Cæterum, cum Dignitas apud Latinos,
3 meritum ſignificet honoris, & præmij.
Pereyr. de repub. liter. lib. 5. diſp. 1. q. 1. n. 688.
de Doctoratus priuilegijs, quæ huiuſce-
modi Dignitatis ex dictis *cap. præcedenti
n.* 1. præmia quoque ſunt, & honores;
iam differendi locus opportunus ſe of-
fert. Quia verò ad ſupremos honores,
æquum, & honorabile eſt gradatim, or-
dinatimque aſcendere (Senatorem idcir-
co legi ex ordine ſolitum non fuiſſe apud
Romanos, niſi qui magiſtratum geſſiſſet
lib. 7. antiquit. Roman. cap. 5. tradit Ioannes
Roſinus) operæ pretium erit, Doctora-
tus priuilegia etiam in aſſignando, ab in-
ferioribus ad ſuperiora deinceps procede-
re. Cum igitur, quod eſt commune, ab
alijſque pluribus participabile, gregale,
inferiuſque præ cæteris ſit priuilegium,
vtpote à priuata magis elongatum lege
(quod ægrè ex ſuperiori capite *n.* 1. priui-
legio cohæret) ab eo vtique erit inco-
4 handum, quo Doctor, illius vbi profite-
tur loci Ciuis efficitur, Ciuiumque com-
muni congaudet dignitate. Quod licet
à pluribus participabile ſit; valde tamen
Doctoribus conſentaneum eẽſetur: Que-
madmodum enim Miles, illius loci ciuis
efficitur, in quo ſtipendia meret. *l. muni-
cipes* §. *miles* vbi Gloſ. & Bartol. *ff. ad mu-
nicipal. Alex. in l. filij* §. *fin. tit. eodem. Bolognin.
in authent. habita n. 31. C. ne fil. pro patr.* ita,
& Doctor, ſi publicè alicubi profiteatur,
eiuſdem loci Ciuis eſſe cenſetur. *Iacobus
Benius de priuil. iuriſconſult. p. 1. cap. 6. Bartol.
vbi ſupra, & Lenand. tract. de doct. p. 2.* §. 29.
Quod idem de Clericis tradit Marc. An-
ton. *in praxi Archiepiſ. curiæ Neapol. cap.* 41.
n. 2. *ac Petr. Fontanella in tract. de pact. ante-
nupt. claſ. 3. gl. 3. n.* 98. Itaque commodis
fruetur cunctis, quæ Ciues ex iure Ciui-
tatis habent. Perindeque barbaræ, & ir-
rationabiles ſemper leges illæ fuere, &
habitæ ſunt, quibus Caio Fannio Stra-
bone, & Marco Valerio Meſſala Conſu-
libus, atque deinde Gneo Domitio Ae-
nobarbo, & Lucio Craſſo Cenſoribus, ſi-
cut, & Domitiano imperante; Doctores,
Literatique omnes apud Gellium *lib.* 15.
noct. attic. cap. 11. eiecti, atque Vrbe, & Ita-
lia interdicti ſunt. Quemadmodum, & ſi
quæ aliæ vnquam extiterint, quæ quaſi
Iudæorum ad conditionem, publicos re-
digere profeſſores, iiſque bona immobi-
lia emere, paſcuorum publicorum vſum,
& ſi quæ ſimilia ſunt auſæ fuerint pro-
hibere.

Proximum vnde huic, & hoc alterum
5 priuilegium eſt: quod etſi nemo rem
ſuam alteri locare cogatur *l. inuito C. locati*
alienam tamen conducere domum, etiam
inuitò Domino, poſſit Doctor, maximè
ſi ipſe Dominus ea non vtatur *Iacob. Beni.
d. p. 1. cap. 9. Guil. de Curt. in l. decernimus C.
de Epiſcop. & Cleric. Angel. in l. 1. ff. ſolut. ma-
trim. Alex. in l. 1. C. de dignit. lib.* 12. Eaque,
non in remoto, ſed celebri loco illi eſt
aſſignanda. *l. 2.* §. *iuris ciuilis*, vbi latè Ca-
gnolus *n. 176. de orig. iur.* Vt ſcilicet facilius
à Scholaſticis, cæteriſque conſuli queat.
Eſt enim Domus alicuius celebris Do-
ctoris, totius quaſi oraculum Ciuitatis,
ad quod oppreſſi, rerumque ſatagentes
ſuarum fugere ſolent; Vt de Ariſtone *lib.
7. variar. hiſtor.* Ælianus teſtatur, cuius
ianuam, & ipſe Iulius Cæſar, minimè de-
dignatus eſt frequentare. Qua de cauſa,
iuſtitiæ per exequutores, atque miniſtros,
ſuas ad vendendas inſuper domos, vel
alium ad docendum congruentiorem
locum, vt in paleſtram conuertatur, quẽ-
cunque compellendi dominum etiam
habet facultatem. *Io. de Platea in l. 1. C. de
ſtud. liber. vrb. Rom. lib. 11. circa fin. Bartholo.
Cepoll. tract. de ſeruit. vrb. præd. in tit. de ſpol.
11. col & Petrus Lenaud. de doct. p. 2.* §. 26.

Perinde, & eodem intuitu, ex commu-
6 ni Iuriſtarum ſententia, de qua Menoch.
*lib. 2. arbitr. cent. 3. caſ. 236. n. 2. Iacob. Beni. de
priuil. iuriſconſ. priuil. 69. n. 30. & alij.* Doctor
(præſertim officio, ac conſilijs ſuis Reipu-
blicæ inſeruiens) quietum, & tranquil-
lum, ſtudijſque ſuis aptum habitandi lo-
cum quærens, eumque nullibi, quàm in
ea platea, vbi Faber habitat, reperire ſi
poſſet: fabrum ipſum, ſiue alios ſibi ob-
ſtrepentes artifices, iure expellere valet.
Quia vtilior eſt cauſa ſtudiorum, ideo-
que præferenda: Nam licet conſuetudo,
præuentio loci, propriaque reſidentia,
fabros, alioſque hoplotechmitas defen-
dere poſſent per text. *in l. 2.* §. *ſi quis nemo
ff. ne quid in loco publico, & in l. qui balneum,
& l. prior. ff. qui pot. in pign. hab.* in caſu ta-

men noſtro, quod ſcilicet Doctor, alibi commodè habere nequeat, adhuc faber, cæterique ſtrepitantes artifices expellendi ſunt. *Gratian. diſcept. forenſium tom. 1. cap. 186. n. 19. ex Menochio loc. cit. caſ. 237. n. 24.* Quare incaſſum diſſentit Vaconius de Vacuna *lib. 1 declarat. iur. ciuil. cap. 31. n. 10.* ex eo quod Doctores partes non ſunt ciuitatis, vt artifices illi ex Philoſopho 3. *polit. cap. 3.* & quod Ciuitas ſine Doctoribus conſiſtere poſſit. Sed certè, licet exigua quædam reſpublica Doctoribus carere valeat, iis tamen indiget magna: Sic etiam nobiles milites, aliique non ſemper neceſſarij ſunt, & tamen inſignia poſſident priuilegia *Iacob. Beni. citatus priuil. 69. n. 3. & Menoch. vt ſupra n. 11.* Id adhuc extendunt idem Benius *n. 12.* atque alij apud Pereyram *lib. 8. de republ. liter. diſp. 4. q. 4. n. 1398. in fin.* ad ſimilia impedimenta, vt ſi dentur ex malis odoribus; importuno ſonitu campanæ; ſibillationibus, & vocibus infeſtis. Ex quibus Iaſon. *conſ. 218. lib. 2. & Alciat. ad l. 1. n. 56. ſolut. matrim:* inferunt, poſſe Doctorem expellere Phratrias, ſeu diſciplinantium ſcholas. Inferunt etiam Interpretes ad *d. l. 1. ff. ſolut. matrim.* apud Ripam *ibi n. 135. Alex. n. 57. & Iaſonem n. 47.* poſſe quoque Doctorem, alium Doctorem compellere ad ſilendum, vel ſubmiſſius legendum de ſua profeſſione, ſi altè legendo, vel obſtrependo illum impediat.

Doctor prætereà gaudere habet priui-
8 legiis, & honoribus militum *Bartol. in l. medicos C. de profeſſoribus. Gloſ. in l. miles princ. vbi Bartol. & Angel de re iudic. per text. in l. ſacroſancta C. de Epiſcop. & Cleric. Baptiſ. Fragoſ p. 1. lib. 5 diſp 12. n. 88. Rinaldi de teſtem. rub. 41. Steph. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 1. cap. 31. n. 14. & tom. 4. cap. 706. n. 55.* & communiter omnes. Quod adeo ratum, firmumque eſt apud ipſos, vt amplius quærant, num Doctor, vel Miles ſit præferendus? Sed Doctorum in fauorem cum fuiſſet deciſum, vt rectè Ant. Gom. *ad l. fin. Tauri n 18.* ac diffusè oſtendit: Fridericum Vrbinatum Ducem id ægrè tuliſſe teſtantur tamen Caſſaneus *catal. gloriæ mundi p. 9. in princ.* & Iacob. Beni *p. 3. cap. 54.* Qua de re Alexandrum præclariſſimum illum iuriſconſultum quoque inſurrexiſſe ferunt, qui notabili hac diſtinctione, eorum ſedarit controuerſias: vt nempè in actibus doctoreis, Doctor; in militaribus verò, Miles anteferatur, in actibus autem promiſcuis, cæteris paribus, præferatur Doctor. Cuius deciſioni, Ducem illum inuictiſſimum, etſi is ſexies ſigna contuliſſet, octies hoſtem profligaſſet, ac totius Italiæ confæderationis imperator factus, quaſi alter ſuæ tempeſtatis Cæſar, omnium præliorum victor extitiſſet; acquieuiſſe; quippè qui ſcientiarum quoque vires optimè nouerat, *in l. centurio ff. de vulg. & pupil.* vbi late hac de quæſtione diſceptat, idem tradit
9 Alexãder. Et certè Militia neque dignitas eſt, neque de ſe dignitatē affert. *Iacob. Beni vt ſupra cap. 54. n. 7.* Eſtque proprium Regum, Magiſtratuumque munus, in pace Rempublicam gubernare, legeſque ſancire, & exequi. Sicque Poeta 1. Æneid.

——Remo cum fratre Quirinus
Iura dabat ————

Et amplius lib. 7.

Hoc Priami geſtamen erat, cum iura vocatis
More daret populis————

Arma verò per accidens tractant. Et quod ſi nonnulli Reges, militarem potiùs diſciplinam exercuere, & armorum vi rerum Domini ſunt effecti, id planè regnandi potiùs libidini, quàm virtuti, ac diſciplinæ eſt tribuendum; quod iuri, & æquitati inimicum eſſe omnes norunt, & ſcitè probat Oldrad. *conſ 69. §. conſueuit dubitari.* Quamobrem non defuerunt (vt *1. part. repert. v. doctor* multis probat Bertach.) qui in actibus militaribus pariter, Doctores eſſe Militibus præferendos conſtanter affirmant.

Item, Nobilium, & ſi de genere ple-
10 beio, Doctor habet priuilegia, vereque nobilis tanquam atauis prognatus ingenuis, iure quidem efficitur, & tenetur. *Tiraquel. de nobil. cap. 5. n. 3. Petrus Lenauder de Doct p. 2.* qui plures alios authores, legeſque allegant. Vnde, & Vlpianus nobiliſſimus fuit nuncupatus. *l. diximus in fin. de excuſat tutor.* Nam, vt optimè inquit Diuus Chryſoſtomus citatus in *c. nequaquam diſt. 56.* Neſcio quomodò magis ille ſplendeat, qui ex parentibus natus, prorſus à virtute alienus eſt, quàm is, qui fuerit mirabilis Dei virtute. Scientia quippe nobilem reddit. *l. prouidentiam C. de poſtulat. Alex. conſ. 213. ponderatis ſub n. 9. lib. 6.* Quinimmò ſcientia magis nobilem efficit, quàm parentum nobilitas. *Alex. ibidem* ſatis latè *Caſſan. catal gloriæ mundi p. 10.* Quo intuitu ſcripſit Salicetus in *l. prouidendum C. de poſtulat.* quod ſi Comitiſſa Doctori nubat, haud ea dicatur indigno nupſiſſe, quod & approbat Philippus Paſchalis *in tract de patr. poteſt. p. 2. cap. 3. n. 67. & ſequen. ſicut & Fontanella clauſ. 7. gloſ 3. part. 15. n. 62.* vbi dicit; Doctores ſaltem ad hunc effectum, vt mulier retineat dignitatem, quam ex primo viro acquiſierat, ſatis ſuperque nobiles dici. Hincque ſi Maritus caueat in teſtamento, ne ſub certa pæna, ab eo relicta vidua, nubat familia ſua indigno,

digno,

digno, non lucrum illud perdit, ſi Do-
ctor eam ducat: Niſi tamen ſatis conſtet,
teſtamem maritum, ad generis familiam,
auorumque nobilium legitimum nume-
rum, reſpectum habuiſſe, nec literariam
11 nobilitatem æſtimaſſe. Hæc ille. Atque
ita, eſto nulli permiſſum, datumque ſit
abſque Principum ſpeciali indultu, arma
& inſignia, maximè nobilia ſibi arrogare
*Zaſius in l. Aufridius n. 3. ff. de priu. cred. &
lib. 1. conſ. 22. n. 9. et Tiraquell. cap. 6. de nobilit.
n. 17.* qui etiam citat Bartol. & Bald. Do-
ctoribus tamen, quia Nobilium gaudent
priuilegijs, ipſa gerere, & vſurpare (dum-
modò ab ijs, quæ familiæ certæ ſunt pror-
ſus ſe abſtineant) adeò licere cenſeo; vt *in
tract. de iure inſignium, & armor. cap. 6. partic.
8. §. 5. n. 1438.* diſertiſſimus dixerit Theo-
dorus Hoepingus: Doctores, Oratores, &
Poetas togatam militiam profitentes, à
delatione inſignium, ſiue armorum, galea
aperta feneſtratorum, & criſtis, vexillis,
lancinijs, alioue militari, infinitis modis
patente ornatu condecoratorum, citra
læſæ maieſtatis crimen arcendos non
eſſe. Quare meritò, veluti nobilibus, & in-
genuis, vilia quæque, & humilia, illis præ-
ſertim inhibentur officia: proindeque,
nec Tabellionis, neque ad negotia ſaltem
Procuratoris munia exercere debent. *Mo-
ditius § ad prudent. reſponſa dub. 1, n. 8. Io. Fa-
ber in §. vlt inſtit. de except. arg. not. in l. vni-
uerſas C. de decur. vbi & Bald.* Plebeia enim
& ſeruilia ſunt nimis *d. l. vniuerſos, & l. ſi
quis procurationem, & vtrobique not. C. de De-
curionibus apud Tiraquell. cap. 20. de nobil.
n. 14.*

Vnde planè ſequitur, ad tributa, om-
12 niaque ſubſidia plebeis impoſita, Do-
ctores ſoluenda compelli non poſſe. *An-
ton. Gomez. ad l. fin. Tauri, num. 17. Petr. Le-
nand. tract. de Doctoribus. p. 2. §. 7.* ſumitur
ex textu *in l. 1. C. de immu. pract. lib. 10. & in
l. medicos. C. de profeſſoribus, & medicis.* Nec
aulæ Principum arceri ab ingreſſu. *Io. de
Imola in clement. 2. rubric. de Magiſtris n. 11.
& Cardinal Zabarella ibidem q. 4. de Magi-
ſtris.* Quin potiùs veluti familiares iuxta
Principes ſtare: & Principes tanquam pa-
rentes, eos tenentur habere. *Bartol. in l.
iuriſperitos. ff. de excuſat. tutor.* Ideoque Prin-
cipum etiam conſiliarij poſſe appellari.
Alex. in addit. ad Bartol. l. 1. C. de digni. lib. 12.
pro allegat. *l. fin. C. de offic. diuerſ. iudic. &
Caſſaneum. p. 10. conſid. 41.* Et tandem Prin-
cipum inſtat, in ea quoque, vbi degit Im-
perator Ciuitate, rheda, vehiculoque vti.
*l. 1. C. de honoribus vehicul. lib. 11. Bertachi-
nus. 1. p. repetit v. Doctor. Io. de Imola vbi
ſupra n. 9. Zabarell. loco citato, & Lenander
13 p. 2. §. 14.* Quia verò, in multis nobilitati
defertur, ac cæteris paribus, ad honores,
dignitateſque, nobiles magis quam igno-
biles aſſumi ſolent, vt latè probat Tira-
quellus *cap. 20. de nobilit. n. 1.* Doctores ad
Ciuitatum Magiſtratus, regimenque, qui-
buslibet alijs inſuper ſunt præferendi. Vr-
bes enim, ac prouincias gubernandi, cæ-
teriſque omnibus imperandi, certè ijs, qui
per ſe non noſcunt, quod iuſtum eſt, ſed
aliundè emendicant iudicandi honeſta-
tem facultatem committere, maximum
vitium, *Authent. coll. 6. nouell. 82. §. illi au-
tem.* reputat Iuſtinianus. Quod in ſecula-
ribus, ac temporalibus dignitatibus non
tantum, verum etiam in ſacerdotijs, &
vt noſtri appellant, Beneficijs, & Electio-
nibus ſpiritualium dignitatum profectò
obſeruandum videtur; dum Sacra Triden-
tina Synodus *ſeſſ. 24. cap. 12.* Dignitates
quæ in Eccleſijs præſertim cathedralibus,
ad conſeruandam, augendamque Eccle-
ſiaſticam diſciplinam inſtitutæ ſunt, Ma-
giſtris in Theologia, ſeu in Iure Canonico
Doctoribus, aut Licentiatis, vbi id fieri
poteſt, præcipit eſſe conferandas. Quin
ibidem vehementer hortatur, vt in Pro-
uincijs, in quibus id fieri poteſt, Dignita-
tes omnes, & ſaltem dimidia pars Cano-
nicatuum in cathedralibus Eccleſijs, &
Collegiatis inſignibus, huiuſcemodi con-
ferantur graduatis. *Et ſeſſ. 22. cap. 2.* eadem
Sancta Synodus mandat, vt qui in Epiſco-
pum aſſumendus eſt, anteà in Vniuerſita-
te ſtudiorum Magiſter, ſiue Doctor, aut
Licentiatus in Sacra Theologia, vel Iure
Canonico, meritò ſit promouendus; aut
publico alicuius Academiæ teſtimonio,
idoneus ad alios edocendos oſtendatur.

Item Doctores quatenus nobiles, & in
14 dignitate ſunt conſtituti, cùm ſedendo,
tùm loquendo, cæteris non Doctoribus,
licet aliàs literatis. præferendi cenſentur.
*Caſſan. catal. glor. mun. p. 10. conſid. 41. &
Bolognin. in authen. habita, n. 63. C. ne fil. pro
patr.* Sicut in electionibus, alijſque qui-
buſcunque actibus vbi voces eligentium
ſunt vndique pares, eorum tamen ante-
ponentur. *Gloſſ. in l. 3. ff. de teſtibus. §. item
teſtium 4. q. 3. Bartol. in l. 1. coll. 9. verſ. vndè
in dubio. C. de dignit. lib. 12. in l. maiorem, verſ.
qui dignitate inter eos pracellit. ff. de pac. & in l.
ob carmen. §. vlt ff. de teſtibus apud Tiraquellum
cap. 20. de nobil. n. 37.* Eadem præterea No-
bilitati, Dignitatiſque ratione: plus Do-
ctoribus fidei, quam cæteris eſt tribuen-
dum. *l. 3. in princ. ff. de teſtibus, & Nouell. 90.
cap. 1.* vbi, Dignitas maiorem fidei dicitur
habere præſumptionem. Ex quo proin-
de ſequitur, Doctorem teſtem, alteri præ-
ualere teſti, talem non habenti dignitatem
Alex. conſ. 13. §. viſo proceſſu lib. 1. in fin. Fa-

*vinae.q.65. n.114.Menoch.caſ.96.n.9. lib.2.ar-
bitr.* Quod item ſi duo tantùm Doctores
teſtes ſint ex vna, ij præferantur tribus ex
alia parte, tali dignitate non inſignitis, qui
contrarium ponunt. *text. & gloſſ. in c.noſtra
præſentia. extra. de teſtibus, & Iacob. Beni.p.2.
cap.* 53. Quare inhibetur plebeis, vulgari-
buſque hominibus, aduerſus nobilem, &
in dignitate conſtitutum, de dolo, aut alia
famoſa agere *per tex. in l.non debet.ff.de dolo,*
15 apud *Tiraquell. cap. 20. de nobil.n.184.* Poſ-
ſunt itaque deferre arma, quæ plebeis, &
ruſticis ſunt denegata. *Bartol.in l. medicos,
C.de profeſſ. & medic.* multique alii, quos
allegat, & ſequitur *Tiraquell. loc.cit. n. 68.*
ſuas Vxores vocare Domnas, ſeu Domi-
nas *l.2. C. de dignit. lib.* 12. aliæque leges,
quibus id doctiſſimè probat *Lenaud. tract.
de doct. p.1. q. 23.* vnde obiter per Tira-
quellum *l. 5. connub. gloſſ. 1.* illius vocis
Dom. explicatur deriuatio. Et à carceri-
bus, Birruariorumque capturis, in ciui-
libus ſaltem, ſe iactare exemptos, vt doctè,
diffuſèque oſtendit Petrus Lenud. *loc. cit.
par.2.§.33.*

Item iniuria Doctori illata propter per-
16 ſonæ excellentiam, & dignitatem, pro
atroci reputatur, & ob id grauior, quàm
plebeio contumelia facta iudicatur *l.6. C.
de profeſſ. & medic. Menoch. lib. 2. arbitr. caſ.
263.n.17.Philip. Benius p.2. cap.* 47. Inuitus
idcircò nec poteſt, nec debet ad teſtifican-
dum, & id genus ſimilia vocari in iudicijs.
*Bartol. ſuper Gloſſ. in l. ſi liber. elect. 1. de in
ius vocan Zabarell. in clementin.2.q.4.de Ma-
giſtris, Io. de Imola ibidem n. 9. Petr. Lenaud.
p.1. §. 1. & Menoch de arbitr.caſ 2 lt.n.1.* Nec
iniurioſè expelli de domo ſua, quin ex-
pulſori pœna capitis intimetur. *Alex.in ad-
dit. ad Bartol. in l. 1. C. de dignit. & Petrus
Lenaud. p.2.§. 34.* Iudices autem, ſummam
illi tenentur exhibere reuerentiam, & dum
eorum ingreditur domos, ipſum ad ſe-
dendum inuitare, *ex text. in l. fin. & ibi
Gloſſ. verbo honoratis C. de offic. diuerſ. iudic.
Caſſan.catal.glo.mun.p.16.conſid.40.& Lenaud:
par.2 §. 20.* Ampliùs, ordinario cum ipſo
Iudice debet ſedere Doctor, niſi de pro-
pria agatur cauſa, etiam in loco vbi iudi-
cium exercet. *Felin. in rubr. de magiſtris, &
Anton. Gom. ad l. fin.tauri. n. 17. & probat per
text. in l. 1. C. de offic. ciuil.iudic.* Et nomine
Patris ab eo debet nuncupari. *Zabarell. in
clemen.2.q.4.de magiſtris. ex C. de offic. diuerſ.*
17 *indic. lib.* 11. Si quando verò contingat
alicuius criminis Doctor eſſe ſuſpectus;
datis fideiuſſoribus, etiam vbi agitur de
pœna capitis fidei ſuæ committendus, &
carcere relaxandus eſt, per *text. in l. quoties
C. de dignit. lib.* 12. & id etiam Interpretes
probant ex *l.1. de cuſtodia reorum.* Quod ta-
men hac limitatione attendi debet, vt li-
ber non dimittatur omninò, ſed carceris
loco, Ciuitas, vel domus, militum certa
cum cuſtodia, Iudicis ex arbitrio deputata,
vel etiam cuſtodia remota, certum in
locum, arreſto debeat conſtringi: præcla-
rè poſt alios multos *Farin. in pract.crim. tit.
4.q.33.n.60.& ſequen.* Porrò Doctor, quam-
uis de crimine ſuſpectus, legitimiſque in-
dicijs grauatus, tormentis ſupponi non
debet: *l. milites C. de quæſt. vbi Cynus, &
Alber. l. & ſi excepta C.de mal.& mathem.vbi
Bald. Gloſſ. in l. omnes.§. præterea C.de Epiſc.
& Cler. Iaſon. in l.1. n. 7. C. de iuris, & facti
igno. Clarus lib.5. §. fin.q.64. n.16. Leſſius de
iuſt. & iur. lib.2.cap.29.n. 154. Rolan. vol. 3.
conſ. 31. à n. 4.* vbi excipit aliquos caſus,
vt crimen læſæ maieſtatis, crimen falſi, ſi-
moniæ, & alios. Quamuis Doctor ex no-
bili non ſit progenie. *Badil. in ſua politica.
lib.1. cap.12. n. 35.* Adeò, vt dicant, quod
ſi de facto torqueatur, vel terreatur, ad-
huc tamen illius, vel ratificatio, non no-
ceat eidem, vt condemnari poſſit. *Benin.
p.3. cap. 39. n. 5.* Propterea dum in aliquo
caſu torquendi ſunt Doctores; priùs de-
gradari, ſeu doctorali dignitate, & inſi-
gnibus exui debere docent. *Carrer.in pract.
tract. de indic.& tortura §. circa tertium.n.25.
Matthæus Brun.de ceſſione bon.q.4.n.11.Camil.
Bortellus in ſum.deciſ. tom.2.tit.4.n.112.aliyque
plures.* Atque in tali caſu non ſufficere in-
dicia, quæ in alijs ſunt ſatis, vt torturentur,
ſed amplius requiri clariora, & quod de
delicto maneant diffamati. An hæc au-
tem immunitas, vlterius extendatur ad
Licentiatos, apud Fragoſum *lib.5. p.1.diſp.
12. n.87.* negant plurimi, ſed ipſe cum
aliis affirmat, ſicut *n. 38.* de magiſtris actu
docentibus, quamuis graduati non ſint.

Doctor etiam, quia nobilis eſt, in cæte-
18 ris delictis corporalibus pœna luendis,
mitius, quam ignobilis puniendus erit:
quamuis enim in delictis pœna pecuniaria
coercendis, acrius puniendi ſint nobiles,
quàm plebei, attamen, quando agitur de
pœna corporali, ſeuerius plebei, quam
nobiles plecti debent. *Iulius Clar.l.5.ſentent.
§.fin.n.2.Couarruu. lib.2.variar. reſolut cap.9.
n. 3.Iacob.Beni.p.2.cap.41.* Quinimò, ſi emi-
nentis fuerit ſcientiæ, facilè veniam, le-
gumque diſpenſationem promeretur *l. ad
beſtias. ff. de pœnis.* Quam legem adduxiſſe
ferunt Axonem Bononienſem, qui cùm
propter homicidium Martini Goſij Iuriſ-
conſulti, in publica patratum diſputatio-
ne, capite plectendus eſſet, exclamabat *Ad
beſtias? Ad beſtias:* legis illius initium ſigni-
ficans, qua ſe eminentiſſimum virum ob
bonum publicum ſeruandum eſſe, ſenſiſſe
dicitur: Id quod Iudicibus, ſe ab eo tan-
quam

Digitized by Google

quam belluas inſimulati exiſtimantibus; tantum abfuit, quod eorum gratiam ſibi conciliaret, vt iram potius ad necem vſque concitauerit. *Alciatus lib.9. parerg. cap. vlt. & ex eo Benius p.2.cap* 51. quod tamen veluti fabuloſum reputat Panzirolus *lib.2. de claris legum interpret. cap.* 25. Ex quibus etiam planè infertur, quod propter furtum, vel aliud crimen ſuſpendio dignum, non laqueo, ſed ferro, è medio Doctor tollendus ſit. *l. capitalium. §. non omnes. ff. de pœnis*, quod & vſu obſeruari teſtatur Clarus *in §.fin.q.60.n.24.* ac officiali, aliter exequenti reſiſti poteſt. *l. omnis C. de decur. Gloſſ. in c. ex literis in verbis denuntiatis.* etiam per eum, cuius nihil intereſt. *Iacob. Beni.p.2. cap.41.* Suſpenſionis nanque pœna, decapitatione extenſior eſt: vt poſt Baldum, quem allegat conſuluit Decius *conſ.65. n. 5. verſ. & in proprijs terminis. Socin. conſ.157. n. 4. lib. 2.* Habetur etiam magis ignominioſa; quia hoſce ſuſpendioſos lugere eſt vetitum *l. liberorum, §. non ſolùm, ff de his, qui not. infam.* eamque pœnam, præpoſteram appellauit Plinius *lib.2. cap.25.* quia videlicet includitur ſpiritus, cui exitus quæri deberet. Atque ità, etiam Triremium pęna, & id genus aliæ, in Doctore non habent locum, vt probat Lenaud. *de doct. p. 2. §. 4.* multis ad hoc adductis legum textibus. Quare vltimi ſupplicii aliquod ob ſcelus, Doctor ad mortem damnatus, ſine præuia degradatione, è medio non eſt tollendus; quia nemo in dignitate mori debet, vt tradit *Tho. Grammat. ad conſtit. Regni Neapol. in rubrica de furtis. n. 26.* vbi etiam degradationis formam refert ſuo tempore obſeruatam in Curia Vicarię contra quendam Doctorem de Falconibus: cui inter cætera, duo libri legales aperti, mox clauſi: item biretum de capite, annuluſque de digito detractus, à Miniſtro Iuſtitiæ in terram proiecti fuerunt.

Verùm enim verò, aliàs adhuc Doctores præeminentias habent, quibus no-
19 biles diſtituuntur: Non enim Nobiles, niſi in aliqua conſtituti ſint dignitate, quemadmodum Senatores, & Magiſtratus, perſonalibus excuſantur à muneribus, vt ex multis oſtendit Tiraquellus *cap. 20. de nobil. n. 165.* Doctores verò ad perſonalia munera cogi non poſſunt. *l. medicos.* vbi Gloſſ. & Doctores *C. de profeſſ. & medic. lib. 10. l. ne quis, & l. ſancimus C. de aduocat. diuerſ. indic.* Ideoque excuſantur ab onere portas cuſtodiendi tempore militiæ, vel ob peſtis ſuſpicionem, aliaſque excubias agendi; nec etiam armis, aut loricis, quæ aliis imponuntur ciuibus, instructi eſſe coguntur *Iacob. Beni. p. 3. cap. 96. n. 2.* Excuſantur etiam à metato, ſiue Milites onere hoſpitandi. *d. l. medicos. C. de profeſſ. & medic.* Et licet Tutela, munus publicum ſit, quod regulariter omnes ſubire tenentur. *l. nullus C. de decur. lib. 10.* Doctor tamen docens à tali munere eſt immunis. Sumitur ex *l. ſed & improbari. ff. de excuſat. tutor.* Ad vectigalia item non tenetur, ſiue gabellas, cùm libros, reſque alias transferre opus habet. *Authent. habita C. ne fil. pro pat.* quę etiam contrariam conſuetudinem tollit. *Benius loc. cit. cap. 99.* eiuſque Cauſa habetur pro priuilegiata ſicut cauſa dotis. *Barthol. in l. 1. ff. ſolut. matrimon. & Panorm. in c. fin. de iudicijs in fin.* Atque inſuper, eius, aliorumque ſimilium Doctorum ſuperſtitum, vel deceſſorum filii per conſtitutionem Anaſtaſii Imperatoris *in l. iubemus. §. & filios. C. de aduoc. diuerſ. iudic.* & ſi ii meruerint legum doctrinā, extraneis ad idem officium accedentibus anteponi, eique gratis ſociari debent: vbi Gloſſ. pulchrè adnotauit: Doctorum, qui de collegio ſunt, filios gratis quoque promouendos eſſe, ac in patris locum (ſi habiles inueniantur) excluſis cæteris ſuccedere debere. *Benius. p. 3. cap. 60. Philippus Paſchal. de patr. poteſt. p. 4. cap. 3. n. 43. Viuius deciſ. 159.* vbi eam opinionem ſanctiſſimam appellat, ſed hoc præ cęteris veluti excellentius,
20 minimè videtur omittendum, quod ex communi, & recepta Interpretum ſententia: Doctor, qui in Academiis viginti annis ſucceſſiuè docuit, Comes, & Illuſtris efficitur; veteranorumque militum titulum, & dignitatem acquirit ſicut Dux, Comes ſpectabilis, clariſſimus, vel ille, qui eſt ad latus Principis. Hoc enim habetur *in l. vnica C. de profeſſ. qui in Vrbe Conſtantinop. docentes, lege meruerunt comitatiuam lib. 12.* vbi *Gloſſ. Bartol. Plat. & communiter Authores ad l. vnicam. C. de comitibus, & archiatris eod. lib. & ad l. 1. ff. de priuil. veteran. Decius in c. Clerici. n. 41. de iudicijs. Bartol. in rubrica proœm. digeſtor. n. 5. atque alij.* Sic & ipſe Imperator *in proœm. ff.* Theophilum, Tribonianum, Dorotheum cæteroſque Iuris compilatores vocat Anteceſſores illuſtres; & eò loci, *Anteceſſores,* Iuris profeſſores intelliguntur. *l. 2. §. quæ omnia, C. de vete. iur. enucle.* Quod & ſi controuerſia non careat apud Menoch. *2. lib. arbitr. caſ. 68. n. 54.* ſexcentis tamen authoritatibus, ſi daretur occaſio, confirmari poſſet; & impugnantibus ab omnibus per Valaſcum defenditur *in l. imperium n. 104. ff. de iuriſdict.* Sed ordinariam ad profeſſionem, non ad Inſtitutionum explicationem Moditius id coarctat. *§. prudentum reſponſa. dub. 17 n. 9.* Atque ita tradunt: Doctorem ad legendum conductum, licet per ſubſtitutum id facere nequeat cum ſingulatim eius ſit electa

indu-

induſtria. *Gloſſ. vſurpantes in l. 1. C. de mancipijs, & colon. & Moditius dubit. 101 §. prudentium reſponſa*. Hoc tamen, id ei conceſſum eſſe ſi legerit per viginti annos docet Iaſon. *in l. quacunque n. 12. ff. de officio eius, cui eſt mand. iuriſdict.* Veruntamen huiuſcemodi conſtitutæ, & illuſtris dignitatis priuilegium, adeò Reipublicæ ad bonas fouendas artes neceſſarium vbique ſemper reputatum fuit, vt apud barbaras, exterasque nationes, celeberrimis illis Doctoribus, qui præuio ſaltem difficillimo in examine victores triumpharunt, conceſſum duntaxat, permiſſumque ſit. De Sinenſibus itaque (vt aliquod inter tot feramus exemplum) *lib. 1. de christiana expeditione ex Patre Matthæo Riccio*, ſcribit Nicolaus Trigautius, quod eorum. Qui tales

„ in ſtudiis impendit labores: Inſigni (in-
„ quit ipſe) per totam vitam dignitate inſi-
„ gnitur, præter quam quod, maxima quæ-
„ que in Republica munera gerit. Quæ di-
„ gnitas aptiſſimè cum Ducis apud nos,
„ Marchioniſue titulo conferretur, ſi ea in
„ poſteros, hæreditario munere transfere-
„ tur. Haud tamen, eorum propterea, his

ab honoribus arcendæ videntur Vxores: nam priuilegiis habent ſuorum gaudere virorum etſo deceſſorum, ſi viduæ perſiſtant. *Bartol. in l. ſi poſt mortem §. fin. ff. de bon. poſſ. contra tabulas. Hippol. de Marſ. in ſuis ſingular. ſingul. 179. Petrus Lennd. tract. de Doct. p. 2. §. 13. & Anton. Gom. ad l. final. Tauri. n. 17.*

Permulta quidem alia, ferèque innumera pro Doctoribus apud Authores,
21 ſiue particularia, ſiue cum ſcholaribus communia ſint, aſſignantur priuilegia, quibus recenſendis, ne prolixius ad tædium protrahatur diſcurſus, ſuperſedendum cenſeo: præſertim cum de ſingulis, in qualibet collocandis facultatis ſerie, inferius ſit agendum. Hoc autem præſentis capitis pro coronide haud liceat tandem prorſus ignorare: Locorum nimirum conſuetudines, variis de cauſis, quædam non pauca (quod maximè notandum puto) ex adductis, atque adducendis, vel limitare, vel omninò adimere poſſe: Nam ſicut leges per contrariam conſuetudinem abrogantur interdum. *l. 3. ff. de ſepul. vio. §. diuus.* & habetur exemplum *C. de iudic. l. rem non nouam*: ita priuilegia (quæ ex dictis *cap. ſuper n. 1.* quædam leges priuatæ ſunt) per contrarium vſum, non nunquam amittuntur. *c. ſi de terra 6. decret. 5. tit. de priuilegijs, vbi Barboſa. n. 4.*

CAPVT III.

Omnium Doctorum tàm antiquorum, quàm recentiorum, quibus ab alijs diſcriminari habent, ferè recoluntur, & explicantur Inſignia.

SVMMARIVM.

1 *Gentium iura, nationumque ritus, vt nobiles ſegregarent à plebeis, varias notas, & teſſeras adinuenerunt. Stigmatibus proindè, ac puuctis Thraces Matronæ, earumque filij: Lunatis calceis Arcades: cicadibus aureis Athenienſes: Garamentes pennis: equis, quibus etiam apponebant ephippia Perſæ: crobylis Barbari: & citris nobiles vtebantur Germani.*

2 *Huiuſcemodi vſus, ad ſapientes poſtea tranſiuit, adeò vt veluti nobiles, & perilluſtres, ab ignobilibus, vulgaribuſque varijs inſignibus dignoſcerentur hominibus. Quarè Græci, philoſophico eos veſtiebant pallio, quod erat fuſius, & ſemirotundum; ad inſtar noſtratis, ita vt reijci in humerum poſſet, ac duplicari, totumque corpus inuoluere ad differentiam vulgaris Græcorum pallij, quod erat quadratum, veluti noſtrorum Diaconorum Dalmatica.*

3 *Ab hoc autem Græcorum philoſophico pallio, illud fortè deriuatum eſt tegumentum, quod apud Romanos Toga dictum fuit, quo non modò induebantur nobiles, verum etiã Cauſidici, & Oratores: nam Togam purum eſſe pallium, forma rotunda, & fuſiore, atque inundante ſinu, celebres dixere ſcriptores, vetereſque Statuæ teſtantur, ac nummi. Propterea, vix inter pallium, & Togam adinueniri poteſt aliqua notabilis differentia.*

4 *Ægyptiorum Gens, ſuos Hierophantas, Hierogrammatas, Hieropheros, Hieroſtolos, alioſque Sapientes, ità diſcriminabant à cæteris, videlicet, vt eſſent deraſi, circumciſi; veſte linea, papyraceiſque calceis induti; regale ſceptrum in formam geſtarent aratri; pileoſque oblongos, circa finem vmbilicum habentes; ſerpentibus, quos aſpidas vocant, circumuolutos etiam deferrent.*

5 *Magi verò (qui apud Perſas, celebres Sophiſtæ, ac nobiles extiterunt Philoſophi) veſtis candida, lectus humus, eſca olens, caſeus, paniſque cibarius erat, arundine pro baculo vtebantur, cuius item in ſummitate præfixum caſeum, ori applicantes mandebant.*

6 *Apud Samios autem Docti, ac literati Viri, more pecudum, ac iumentorum, ſtigmate notari*

notari ſolebant, quam inuſtam illis notam, ſunt qui noctua, alij verò Samana, hoc eſt, nauigium bireme, rotundum, concauũ, ac in ventris ſimilitudinem formatum, vt mare percurrere, & celeriter conuerti poſſet, fuiſſe volunt.

7 Sluenſes præterea, his notis, ſuos obſignant Doctores: nam eorum veſtes, & ocreæ, è pelle nigra, & eleganti ſunt: Pilei quoque è velo nigro, & vtrinque duas velut alas habent, ferè ſuper aures ouata figura. Inſigne deindè Magiſtratuum omnium commune, quod eſt cingulum quoddam, mirifico compactum artificio, duoque quadrati panni, opere phrygio eleganter intexti.

8 Brachmanes, Germanes, atque Hyobolos, à multitudine ſegregabant Indi, quod nullam ſcilicet veſtium, aut inſignium, ipſis apponebant notam: Nudi enim ſubdio ab exortu ad occaſum perſtabant continentes ſolem, immobilibus oculis, feruentibus arenis toto die, alternis pedibus inſiſtebant, vndè Gymnoſophiſtæ dicebantur.

9 Pluribus etiam notis, teſſeriſque Iudæorum ab alijs diſcriminabantur Doctores: nam ſecundum Chryſoſtomum, hyacinthinum filum in extremitate veſtis, quæ ad talos erat, conſutum ferebant, quo alligabantur quidam libelli mandatorum Dei breuiſſimè conſcripti, qui dicebantur Phylacteria, vnde fimbriæ maiores fiebant, magiſque dilatabantur. Secundum verò Epiphanium, ad inſtar noſtrarum Dalmaticarum vtebantur pallijs, quorum conſpicuis locis, ſiuè fimbrijs, latas quaſdam purpuræ notas prætextas addebant, quæ idcirco Phylacteria vocabantur.

10 Apud Belgas, & Gallos, eorum Druidæ, qui ſimul Sacerdotes, & Sapientes fuerant, ea veſte, quæ Sacerdotio amicti fungebantur, etiam ab alijs diſtinguebantur; quæ præter candidum Sagum, nil aliud fuiſſe præſumitur.

11 Apud Etruſcos, ſapientes, & docti maximè dicebantur Augures, qui ab auium garritu ſic fuerant nuncupati, quorum erat inſtitutum ex auibus vaticinia obſeruare: de prodigijs, ſomnijs, oraculis, portentis reſponſa dare; Vatum libros, portentorum explanationes, & monita Deorum adijcere, & id genus alia. Quare in pluribus ab Haruſpicibus diſcriminabantur.

12 Notæ itaque plurimæ illis conferebantur: Horum nanque erat Cauea pullaria, Tripudium ſoliſtimum præcipueque augurale Baculum, qui Lituus dicebatur, quo cæli regiones deſcribebant, & deſignabant metas, intra quas ſe obſeruaturos ſigna conſtituerant. Induebantur autem duplici toga augurali à ſummitate capitis vſque ad pedes, quæ Læna, vel Trabea dicta fuit, ex purpura, & cocco contexta.

13 Vicinus tamen, & ſi non tam recens fuit noſtris temporibus vſus, vt longis, latioribus, & manicatis ſtolis, Doctores eſſent induti, cucullaſque varijs pellibus ſuffultas, in humeros, pectuſque demiſſas geſtarent. Ita enim Collegium Iuriſconſultorum, & Phyſicorum ornatum, Martino V. Mediolanum venienti obuiam iuiſſe, apud Corium legitur.

14 Pellium nanque vſus, ab hominibus agreſtibus, ad protegenda militum corpora, meauit in caſtra, cum ex illis thoraces, galeæ, & ſcuta ſint facta: religioni deinde, viris religioſis, Heroibus, Principibus, Regibuſque applicata ſunt.

15 Pelles autem, quibus ad præſens, viri induuntur religioſi, Heroes, Principes, ac Reges, non hiſpidæ, ſicut antiquitus, ſed molles, & delicatæ ſunt; vt moneantur, non quidem diſcedere à rigida illa priſcorum virtute, ſed eam, illam condire humanitate, quæ nihil admittit crudum, & informe. Qua de cauſa, etiam tribuuntur Doctoribus, præſertim cum & ipſi, vtpotè ſapientes, Reges, Principes, liberi, honeſti, & ingenui ſint.

16 Deindè poſteriores Doctores, detracta cuculla, quæ Sacerdotibus quoque communis fuerat, ſolis humeros pellibus circumdederunt, ac rotundos pileos coccinei coloris capiti impoſuerunt, longaſque veſtes eiuſdem geſtabant coloris. Denique recentiores Doctores ſaltem in pluribus Italiæ locis, præfata inſignia, ad apertos libros, biretum, & annulum tantummodò redegerunt.

17 Pileus tamen qui veluti diadema capitibus imponitur Doctorum, non eiuſdem coloris eſt apud omnes nationes: Nam apud Germanos, tantum Theologi pileo vtuntur nigro; Iuriſconſulti verò rubeo, cæruleo aut violaceo Medici, ac Philoſophi. Sed apud Conimbricenſes, & Eborenſes in Hiſpania, albo Theologi, Canoniſtæ viride, purpureo Legiſtæ, Flauo Medici, cæruleo Philoſophi.

18 Pilei compagem, colores, ac fines mirificè tangit Bertachinus, dicens: Eum eſſe ſignum victoriæ, & gratiæ, nec non Sacerdotij, & Superioritatis. Quæ omnia ſigillatim deinceps explicantur.

19 Forma pilei apud aliquos rotunda eſt, quia corona ſignum eſt perfectionis, cum ſit ſphærica figura angulis carentis, eo quod vbi anguli non ſunt abſint ſordes. Apud alios autem quadrata eſt, quæ vtique ſtabilitatis, & immobilitatis ſymbolum exiſtit; ſicut decet eos, qui ſanam profitentur doctrinam.

20 Annulus aureus Doctoribus etiam traditur pro inſigne, qui debet eſſe ſignatorius, fi-

delitatis

delitatis in ſignum, eo quod ſcientiæ, quam profitentur veri efficiantur ſponſi, eidem inuiolabilem non modò tenentur ſeruare fidem (adulterinæ nunquam adhærendo doctrinæ) verum etiam illius adeò cuſtodire præcepta, vt nec deſtituta, nec diminuta vnquam comperiantur.

21 *Demum Doctores, qui Domino ſcientiarum fideliter ſeruierunt, tamquam de Diabolo triumphatores, aureolas adhuc iurè merentur in Cælis, quæ quidem nil aliud ſunt, quàm accidentale, ac priuilegiatum præmium, priuilegiatæ correſpondens gloriæ, in mente propriè, & principaliter reſidens, & ad modum fulgentis ſubuiridis coronulæ per quandam redundantiam, etiam exuberans in carne.*

NObiles, & excellentes viros, vulgo ne
confunderent, teſſeris, varijſque notis
1 Gentium iura, rituſque plurimi eos obſi-
gnare, apud Alexandrum Sardium, qui
lib.1. cap.15. Gentium mores ſedulò col-
legit, quam maximè cauerunt. Thraces
proindè, Nobiles Matronas, ſtigmate
non modò, verum & punctis cum ſuis
pueris diligenter notabant. Hoc enim
inter eos nobilitatis ſignum fuerat, vt in-
ter Romanos imaginum ius, quod non
habebant noui homines niſi in ædilitate;
& damnati amittebant. Nigros etiam
calceos cum luna, nobiles ſibi aptabant
Arcades, ſiuè crediderint quod in globo
Lunæ Elyſij eſſent campi, beatorum lo-
ca: ſiue quod antiquiſſimò ipſi eſſent,
quando Euander ex Arcadia venerit, vbi
fuiſſe dicuntur homines ante Lunam: vn-
de Arcades, græca voce *Proſelini* cogno-
minabantur. Athenienſes quoque, ea
cauſa, aureas geſtabant cicadas capite,
tanquam primi homines fuiſſent terræ
geniti. Sic Garamantes, & ipſi capite fe-
rebant pennas, quod volaſſet fermè ex
Creta in Aphricam Acacalis Minois filia,
Amphitoontis Mater, qui dicitur Gara-
mas, Naſamonis pater ex Tritonide
Nympha, vndè & Garamantes, & Naſa-
mones fuere. Apud Perſas item Cyri le-
ge, Nobiles equo vehebantur, pedibus
enim ingredi ſeruorum erat, prohibi-
tumque nobilioribus, & turpe apud Ha-
lanos. Equis ephippia ea apponebant,
quibus iam vtuntur equorum domito-
res, abſque annulis ferreis, quibus ipſi
imponimus pedes; & cætera id genus ibi-
dem ſatis enumerata, præter ea, quæ *lib.
de vel. virg. cap.10.* in ſignum nobilitatis
iam tradiderat Tertullianus, vt Crobylos
Barbarorum, Citros Germanorum, Stig-
mata Britonum, & ſi qua alia fortaſſis
fuerint.

Quamobrem perantiquæ, nec vnquam
penitus neglectæ ea fuit ſemper conſue-
2 tudinis obſeruantia, vt Doctoribus quo-
que (vtpotè nobilibus, ac perilluſtribus)
Inſignia quædam, certique Habitus, quo-
rum vſus interdiceretur ijs, qui illorum
iudicio penes quos talis eſt poteſtas pro-
bati non fuerint, iurè permiſſa, & conceſ-
ſa ſint. Sic enim Sophiſtæ olim Athenis
(vt ſcribit Olympiodorus apud Photium
Cod.80.) philoſophicum Pallium, vna-
que Sophiſtarum dignitatem, certis riti-
bus ſeruatis, aſſequebantur. Erat nanque
Pallium, Græcorum ſapientum commu-
nis, & familiaris veſtis, quæ tunicæ im-
ponebatur. Bayſius *de re veſtiaria cap.13.*
Herodem idcirco Atticum cuidam, Phi-
loſophi ſimulanti perſonam *Noct. attic.
lib.9. cap.2.* Gellius rectè dixiſſe autumat;
dum video barbam, & pallium (inquit)
Philoſophum nondum video. Nec aliud
apud eos inter vulgare, ac philoſophicum
pallium intercedebat diſcrimē, niſi quod
vulgare fuerat quadratum, eo quod ex
duabus plagulis confectum, fibula in hu-
meris necteretur; atque ita hinc indè à
lateribus apertum, quales apud nos Dia-
conorum Sacris operantium viſuntur ve-
ſtes: at philoſophicum fuſius, & ſemiro-
rundum ad inſtar noſtri, quod nempè reij-
ci in humerum poterat, & duplicari, to-
tumque corpus inuoluere, quod à Cyni-
cis fiebat, licet ſola materia diuerſum pal-
lium reliqui geſtarent Philoſophi. *Ferra-
rius de re veſtiar. lib.1. cap.4.* Ab hoc au-
3 tem, & romanum illud fortaſsè deriua-
tum eſt tegumentum, quod græcè *Te-
bennos* (deprauato tamen nomine) à Ti-
meno Arcade, qui prius; vt *lib.2. de ſom-
nior. interpret. cap.3.* tradit Artimidorus in
Sinu ionio vſus eſt eo, latine *Toga*, appel-
latum eſt. Quandoquidem à Pelaſgis ad
Lydos, à Lydis ad Romanos, hoc indu-
menti commeaſſe genus; *lib. de pallio* per-
doctè ſcribit Tertullianus. Nec inſuper,
ſufficienti id omninò deſtitutum inueni-
tur indagine; dum Togam purum eſſe
„ Pallium, forma rotunda, & fuſiore, atque
„ inundante ſinu, veteres Perſij Gloſſæ apud
„ Ferrarium *loc. cit. cap.1.* notauerint; &
„ Dionyſius Alicarnaſſæus, Quintilianus, &
Iſidorus apud Roſinum *lib.5. antiquit. Ro-
man. cap.32.* apertè dixerit: præter ea, quæ
antiquæ Statuæ, ac Nummi, oculis no-
ſtris patenter ſubijciunt. Quare vix ali-
quod, aut nullum inter philoſophicum
pallium, quo Sapientes vtebantur græci,
& romanam togam, qua nobiles non
modò, verum etiam *l.3. & 5. C. de aduocat.
diuerſ. indic.* Cauſidici, & Oratores in pu-
blico veſtiebantur, comperiretur diſcri-
men,

men, niſi verba *in Auguſto* apud Bayſium
citatum *cap.*13. obſtarent Tranquilli, di-
centis: Sed cæteros continuos dies, inter
varia munuſcula, togas inſuper, & pallia
diſtribuit; lege propoſita, vt Romani,
Græce; Græci, Romano habitu vteren-
tur.

Præfatis tamen nationibus, Ægyptio-
rum Gens anteà, longè obſeruantior fuit,
4 dum ſuos Hierophantas, Hierogramma-
tas, Hierophoros, atque Hieroſtolos, vni-
uerſos ſcilicet ſacris, & doctrinis Præfe-
ctos (vt in *Iſide, & Oſiride*, diſertè notauit
Plutarchus) non modò veſtibus, verum
etiam præclaris inſignibus, à cæteris di-
ſcriminabant: nam eos deraſos fuiſſe, cir-
cumciſos, veſte linea, & calceis papyra-
ceis indutos, *lib.*2. abundè narrat Hero-
dotus. Præterea, ſceptrum commune
cum Regibus habebant, quod ad hono-
rem agriculturæ, ſicut & Æthiopes in for-
mam aratri effingebant, quædamque
alia inſuper gerebant, vt ex Diodoro *lib.*
3. rer. antiquar. cap. 1. licet commodè col-
ligere. Scribit enim: Sacerdotes verò
(Vates quippè, ac Sacerdotes hos ſapiētes
etiam fuiſſe, *in Macrobijs*, author eſt Lu-
cianus) apud vtranque nationem (Æthio-
pum ſcilicet, atque Aegyptiorum) eun-
dem ordinem habent. Purè enim, caſte-
que ad cultum Deorum accedunt vtriq;
ſimiles ferentes ſtolas, eiuſdemque figuræ
ſceptrum in aratri formam, quo & vtun-
tur Reges. Pileos etiam oblongos ge-
ſtant, circa finem vmbilicum habentes;
ſerpentibus, quos Aſpidas vocant, circū-
uolutos: monumentum inſigne, eos qui
contra Regem inſurgere audeant, morti-
feris morſibus ſubeſſe.

Nec ſuæ gentis Magos in notando;
quandoque diſſimiles Perſæ fuere. Erant
5 enim antiquitus apud ipſos Magi, non
vtique quos vulgus Maleficos, & Præſti-
giatores indifferenter appellat; ſed cele-
bres ſophiſtæ, ac nobiles Philoſophi, qui
vt Senatus Principes, Regi præſto ſemper
aderant qua opera, qua conſilio, qua do-
ctrina ipſum adiuuantes. Tum ex aſtro-
logia, & ſacrorum inſpectione futura di-
uinando, tum ex ſacrorum librorum an-
notatis, res geſtas cum vtilitate interpre-
tando, vt de ipſis planè loquitur D. Hie-
ronymus *in comment. Daniel.*2. dicens: Cō-
ſuetudo autem, & ſermo communis; Ma-
gos pro Maleficis accepit, qui aliter ha-
bentur apud gentem ſuam, eo quod ſint
philoſophi Chaldeorum: & ad artis huius
ſcientiam Reges quoque, & Principes
eiuſdem gentis omnia faciunt. Hos ita-
que candida veſte, arundineaque virga;
reliquo à populo, eorum innocens, &
ſimplex diſcernebat antiquitas. Quod
ipſius calami, niſi ſummitati fragmen-
rum ſapidi additum eſſet caſei, philoſo-
phicam fortè rerum negligentiam; & de-
ſpectum argueret mundanarum. Sed quid
philoſophica cum firmitate arundinea
leuitas, cibique cum ſeuerioribus, ac gra-
uioribus ſtudijs diuturna, & frequens oc-
caſio. Cum præſertim inconſtantiæ ſi-
militudinem Arundo teneat *D. Ambroſius,*
*lib.*5. *in Luc. cap.*7. & à muſis, ac Philoſo-
phia cibi frequentia (ſingillatim caſei)
admodum ſit aliena? *Galenus 7. de vſu part.*
*cap.*21. *propè fin.* Quia verò apud Laertium
*lib.*1. *de vitis Philoſoph. cap.*1. id apertè, ac
manifeſtè legitur, ne ludicrum cenſeatur
penitus commentum; tanti viri verba ne-
quaquam pigeat audire. Ait enim ex
Ariſtotelis *in magico*, & Sotionis 23. *ſuc-*
ceſſionis, ſententia; His autem veſtis can-
dida, lectus humus, eſca oleus, caſeus, pa-
niſque cibatius eſt. Arundine pro bacu-
lo vtuntur, cuius item in ſummitate
præfixum caſeum ori applicantes man-
dunt.

Apud Samios autem docti, ac literati
viri, more pecudum, ac iumentorum
6 ſtigmate notari ſolebant, quam inuſtam
illis notam, ſunt qui Noctuæ alij verò Sa-
mænæ fuiſſe volunt. Eſt verò Samæna
Nauigium dicrotum, hoc eſt bireme, ro-
tundum concauum, ac in ventris ſimili-
tudinem formatum, vt mare percurrere,
& celeriter conuerti poſſet: cuius Author
extitit omnium primus Samiorum Ty-
rannus Polycrates. *Plutarchus in Pericle*
Sinenſes præterea (ſi non antiquis, nupe-
ris ſaltem temporibus) magis noſtratibus,
quam cæteræ nationes adhęrentes vſibus,
amplioribus, nobilioribuſque teſſeris,
ſuos obſignant ſapientes: Propria nanque
7 veſte, pileo, & ocreis, ac reliquis etiam
Magiſtratuum inſignibus (Nicolao Tri-
gautio *in expedit. chriſt. apud Sinas lib.*1. *cap.*
5. *&* 6. teſtante) omninò gaudent. Sunt
itaque eorum veſtes, & ocreæ (quarum
inſuper peculiaris materia, & figura eſt)
è pelle nigra, & eleganti. Pilei item ex
velo nigro, & vtrinque duas velut alas
habent, ferè ſupra aures, ouatæ figuræ;
eæque ita pileis adhærent, vt tamen faci-
lè excidant. Hoc aiunt, modo, ſe ad mo-
deſtè recteque incedendum cogi, & à ca-
pite leuiter inflectendo prohiberi, quod
ſi fecerint Magiſtratuum violant maie-
ſtatem. Inſigne tandem Magiſtratuum
omnium commune adhuc illis permiſ-
ſum, eſt cingulum quoddam (*ibidem cap.*
6. idem inquit Trigautius) ipſo corporis
ambitu laxius, & quatuor plus minus di-
gitos latum. Id inſigni opere, qua circu-

latibus figuris, qua quadratis exornatur. In pectore quoque, & à tergo duos quadratos pannos opere phrygio eleganter intextos aſſuunt: ſed in his quadrangulis, aut cingulis magna eſt varietas, & pro varietate maieſtas. Ex his enim mox intelligitur à peritis, è quo ſint Senatu, philoſophicone, an militari, & in eo quam quiſque obtineat dignitatem. Nam in pannis illis periſtromatum opere, quadrupedum, aut volucrum, ac florum etiam figuræ efficta viſuntur. Zonæ verò illæ ſenatoriæ è materiæ dignitate indicant maieſtatem; aliæ enim è tornatili ſtipite, è cornu aliæ, ex vnicornu quædam, vel è calamba ligno in primis odorifero, nonnullæ ex argento, auroue, ſed omnium nobiliſſimæ e marmore quodã pellucido, cui Iaſpis nomen impoſuimus, ſed omninò Iaſpis non eſt, ac fortè Sapphiro marmori ſimilius, ipſi *Tuce* vocant: ab Saracenis autem ab occaſu, è regno Caſcar, à negotiatoribus importatur, & ab Sinis habetur in primis in pretio. Sed
8 hac ſecus nota Brachmanes, Germanes, atque Hyobolos à multitudine ſegregabant Indi, quod nullam ſcilicet veſtium, aut inſignium ipſis apponebant notam. Nudi enim ſubdio ab exortu ad occaſum perſtabant conuentes ſolem immobilibus oculis, feruentibus arenis, toto die alternis pedibus inſiſtebant; vnde Gymnoſophiſtæ, hoc eſt nudi ſapientes græca voce appellabantur. *Plinius lib.7. cap.2.* Gymnos quippè græcè, latinè nudus interpretatur.

Pluribus etiam notis teſſeriſque Iudæorum ab aliis diſcriminabantur Do-
9 ctores: Etenim ſcribæ (hoc quidem nomine, ſiuè Phariſaicæ, ſiuè cuiuslibet alię extiterint ſectæ, *vt in 23. cap. Matth. q. 12.* explicat Toſtatus, eorum gaudebant Sapientes) ea vtebantur veſte cuius graphicè deſcribit iconem Chryſoſtomus *Homil.74. in cap.23. Matth.* ſuper ea verba Dilatant Phylacteria ſua, & magnificant Fimbrias, dicens: Quoniam facilè beneficiorum Dei obliuiſcebantur, idcircò Deus ſigna ſua in libellis breuiſsimè conſcribi, & manibus eorum appendi iuſſit: vnde dictum eſt: nec remouebuntur ab oculis tuis. Hæc Phylacteria, quaſi quædam cuſtodientia latinè, vocabant, ſicut multæ mulierum modo faciunt, euangelia ex collo dependentes: & vt aliundè in memoriam reducantur, quod obliuioſi crebro facere ſolent, filo digitum ſtrictius ligantes, id Deus ceù infantibus, citò iuſſit facere. Hyacinthinum enim filum in extremitate veſtis, quę ad talos eſt, aſſui præcepit, vt attentiore cura mandatorum recordarentur, hanc fimbriam appellant. In his igitur rebus diligentiores, ligacula quibus libelli dependebant, latiora, & fimbrias maiores faciebant, quod ex inani gloria proficiſci videbatur. Aliter tamen *lib.1. panary hæreſi 15.* Diuus ſentit Epiphanius, dum aſſerit, Phariſeorum, ſcribarumque Phylacteria nullum eſſe ſcripturæ genus, ſed latas quaſdam purpuræ notas, conſpicuis palliorum locis prætextas, quod & ipſa Euangelij phraſis indicat. Per fimbrias intelligens oras, & margines palliorum: per Phylacteria verò ipſorum purpureas notas, quales & in pectore, & à tergo Dalmaticarum apponuntur. Proinde inquit: Habebant fimbrias quaſdam ſignificãtes politias ipſorum ad oſtentationem elationis, & laudem ſpectantium; & phylacteria palliis ſuis addebant, hoc eſt latas notas purpuræ: fimbriæ enim oræ, & margines ſunt: phylacteria verò ſigna, ac notę ipſius purpuræ, quæ (inquit Dominus) dilatatas fuiſſe: Nam fimbrias & prætextus quoſdam in quatuor alis amiculi vnuſquiſque habebat ex ipſo ſtamine illigatas, quo tempore continenter agebant, & virginitatem exercebant. At cum vtraque ſententia, æqua lance, noſtro arrideat inſtituto; alterutra cuilibet amplectenda proponitur legenti.

Cæterùm apud Belgas, & Gallos, quidam alij antiquitus vitam degebant Sa-
10 pientes, qui Druidæ à græca dictione *Drys*, quæ quercum ſignificat, appellationem trahebant. *Plinius lib. 16. cap. vlt. propè fin.* Hi nanque (inquit ipſe) nihil habent viſco, & arbore in qua giguatur (ſi modò ſit robur) ſacratius. Iam per ſe roborum eligunt lucos, nec vlla ſacra, ſine ea fronde conficiunt. Et poſt pauca ſubdit: Sacrificiis, epuliſque ritè ſub arbore præparatis, duos admouent candidi coloris Tauros, quorum cornua tunc primò vinciantur. Sacerdos candida veſte cultus, arborem ſcandit. Falce aurea demetit. Candido id excipitur ſago. Tum deinde victimas immolant, precantes vt ſuum donum Deus proſperum faciat his quibus dederit; Quare, cùm omnes promiſcuè (*6. de bello gallico circa medium.* Iulio Cęſare teſte) Sacerdotes extiterint, rebuſque interfuerint diuinis, ſacrificia publica, & priuata procurauerint: eadem quippe veſte, qua Sacerdotio amicti fungebantur, etiam à cæteris diſtingui credi poteſt.

Demum, nec noſtri à quouis alio ſeniores, Etruſci, ſuos neglexerunt Augures
11 dignoſcere; quin potiùs, commodè vt id præſtarent, multiplicis notæ inſignia eis tra-

tradidiſſe fertur. Erant enim Augures
(vt 3. *antiquit. Rom cap.*8. *&* 9. tradit Roſi-
nus) ab auium garritu ſic nuncupari: vn-
de augurium quaſi augerium, quòd aues
gerunt: antiquiſſimi quidem, à Chaldæis,
ſcilicet, vſque, & Græcis exportati, & ab
Etruſcis ad Latinos. Horum autem inſti-
tutum fuerat, ex auibus vaticinia obſerua-
re, obnuntiare, addicere: de prodigijs,
ſomnijs, oraculis, portentis reſponſa da-
re, tum procurationes, expiationeſque,
Vatum libros, portentorum explanatio-
nes, & monita edicere Deorum, aliaque
huiuſmodi, lege augurali comprehenſa,
apud Tullium 2. *de leg. ſect.*173. *nu.* 20. 21.
» *&* 22. his adamuſſim verbis. Interpretes
» Iouis Optimi Maximi Publici Augures
» ſignis, & auſpicijs postea vidento: diſci-
» plinam tenento. Sacerdotes, vineta, vir-
» getaque, & ſalutem populi auguranto;
» quique agent rem duelli; quique popu-
» lare auſpicium præmouento: ollique ob-
» temperanto: Diuorumque iras proui-
» dento: ijſque apparento: cælique fulgu-
» ra regionibus ratis temperanto: Vr-
» bemque, & agros, & templa liberata, &
» effata habento: quæque Augur, iniuſta,
» neſaſta, vitioſa, dura dixerit, irrita, infe-
» ctaque ſunto: quique non paruerit, ca-
» pitale eſto &c. Ab Haruſpicibus idcircò,
qui, teſte Tullio 2. *de diuinat. ſect.*114. *n.*28.
à victimis aſpiciendis in hara, futura præ-
dicebant, haud parum diſcriminabantur.
Siquidem augurandi nec eadem vteban-
tur arte, nec inter ſumma Collegia, Sena-
toreſque, niſi per Cæſarem priùs euerſa
Republica, vnquam Haruſpices numera-
ti ſunt; quibus muneribus, alijſque augu-
rali lege comprehenſis, vtique gaudebant
Augures, vt eruditè probat Henricus No-
ris *cenotaph. piſan. diſſert.* 2. *cap.*5. *propè med.*

Notæ itaque plurimæ illis conſereban-
tur: horum nanque erat cauea pullaria:
12 horum tripudium ſoliſtimum, ex quibus
per Pullarium, qui ſcilicet pullorum ca-
ueæ curam habebat, auium priùs medi-
» tato paſtu, auguria captare ſolebant. Quia
» verò (vt 2. *de diuinat. ſect.* 124. *num.*72. in-
» quit Tullius, ex quo præfata retulimus)
» cùm aues paſcuntur, neceſſe eſt aliquid ex
» ore cadere, & terram pauire, terripauium
» primò, poſt terripudium dictum eſt. Hoc
» quidem iam tripudium dicitur. Cùm igi-
» tur offa iam cecidit ex ore pulli, tum au-
» ſpicanti, tripudium ſoliſtimum nuntiant.
Horum prætereà veluti clariſſimum, præ-
cipuumque augurandi inſigne, augura-
lem baculum, qui Lituus dicebatur, etiã
fuiſſe, 1. *de diuinat. ſect.*86. *num.* 30. idem
» teſtatus eſt Tullius, dicens: Quid Lituus
» iſte veſter, quod clariſſimum eſt inſigne
» auguratus, vnde vobis eſt traditus? Nem-
» pè eo Romulus regiones direxit tum; cũ
» Vrbem condidit. Qui quidem Romuli
» Lituus (ideſt incuruum, & leniter à ſum-
» mo inflexum bacillum, quòd ab eius Li-
» tui, quo canitur ſimilitudine nomen in-
» uenit) cùm ſitus eſſet in Curia Saliorum,
» quæ eſt in palatio, eaque deflagraſſet in-
» uentus eſt integer. Eo igitur baculo cœli
regiones deſcribebant, & deſignabant
metas, intra quas ſe obſeruaturos ſigna
conſtituerant, vt quod dextrum eſſet,
quodue ſiniſtrum, oculis, animoque me-
tiri poſſent: manu enim hæc ſpatia, quæ
templa vocabantur, definire, & notare,
ſaluis hauſpicijs, non licebat. Quibus per-
actis preces effundebant, quarum efficacia
ſigna illarum rerum, quas meditabatur
Reſpublica, poſcebant. Inde qui omen
capturus erat, velato capite, & duplici
amictus toga augurali, quæ Læna dicta
eſt, vel Trabea, ex purpura, & cocco, de-
fixiſque in cœlum oculis, & attentè, ſol-
liciteque circumſpectis, ac perluſtratis
cardinibus omnibus, expectabat num-
quid aliundè oſtenderet ſeſe, & vnde na-
ſceretur, ac prodiret: & ſi obijceretur auis
aliqua, hùc ne, an illuc volaret: an pro-
no, obliquo, ſupinoue more corporis fer-
retur, quo flecteret, contorqueret, por-
rigeret, contraheret membra: an hac, vel
in illa ſe parte occultaret: à dextra ne, vel
ſiniſtra parte canerent oſcines. Viſis hau-
ſpicijs, ſurgebat è templo. Non enim
ſatis erat vnum augurium vidiſſe, niſi
confirmaretur ex ſimili: nam ſi diſſimilia
eſſent poſteriora, ſoluebãtur priora. Quòd
ſi poſt acceptum augurium ad aquam ve-
niſſet, inclinatus hauriebat exinde mani-
bus, & fuſis precibus vota promittebat, vt
viſum perſeueraret augurium, quod aquę
interuentu diſrumpi credebatur. *Roſinus
antiquit. Roman. lib.*2. *cap.*9. *&* 10. Vbi ca-
ueæ pullorum, & litui, ex antiquis mo-
numentis etiam icones oſtendit.

Verùm enim verò, ne Diphtera diu-
tiùs antiquiora loquar (cùm aliquando
13 ſcenæ ſeruire deceat, præſtetque vti fo-
ro) iam iam deſita, & obſoleta mittam,
& quæ de Doctorum inſignibus, recens,
vel non tam priſcus adhuc recepit vſus
protinùs adijciam, & vbertim exponam.
Longis itaque, latioribuſque, & manica-
tis ſtolis, vt à cæteris diſtinguerentur,
Doctores primò fuerunt induti, cucullaſ-
que varijs pellibus ſuffultas, & in hume-
ros, pectuſque demiſſas geſtauerunt. Vn-
de anno 1418. Martino V. Pontifici Ma-
ximo, Mediolanum venienti, Collegium
Iuriſconſultorum, & Phyſicorum cum
cucullis, varijſque pellibus intus conſu-

tis, & humeralibus item varijs ornatum obuiam iuiſſe, Corius *p. 4. hiſt.* apertè ſcri-
14 bit. Pellium quidem vſus, ab hominibus agreſtibus, qui (vt cum Lucretio *lib. 5. de rer. natura* elegantius loquar)

——— vti
Pellibus, & ſpolijs corpus veſtire ferarũ
ſolo monitu cœperunt neceſſitatis, ſtatim meauit in caſtra. In ipſo bello (*lib. 2. Academ. quæſt. ſect. 1. num. 4.* inquit Tullius) ita magna rei militaris eſſe occupatio ſolet, vt non multùm Imperatori ſub pellibus otij relinquatur. Retentuſque (addit Tacitus *annal. lib. 13.*) omnis exercitus ſub pellibus, quamuis hyeme ſæua adeò, vt obducta glacie, niſi effoſſa humus, tentorijs locum non præberet. Atque ad protegenda Militum corpora, pelles vt plurimùm adhibitæ ſunt. Nam è pellibus facti ſunt thoraces, vt è Xenophonte Pollux *lib. 7. cap. 15.* rectè adnotauit. Nec thoraces tantùm, ſed adhuc & ſcuta: vnde *3. de arte amandi*, ſeptem coriis bouum tectum Aiacis Telamonij, Ouidius deſcribens clypeum, ſic fatur:

Cui tegmen ſeptem terga fuere bouũ.

Inſuper, & militaria capitis tegmina, iiſdem pellibus fuiſſe compacta *Æneidos 7.* ſuadet Virgilij locus:

——— Fuluoſque lupi de pelle galeros,
Tegmen habet capiti ———

Nec militiæ duntaxat, verùm etiam religioni fuiſſe adhibitas, in ſacro præſertim, quod Herculi fiebat ob Cacum extinctũ *Æneidos 8.* idem Poeta ſic lepide teſtatur:

Pellibus in morem cincti, flammaſq; ferebãt

Quinimmò, & ſanctitate inſignes viros, pellibus incinctos legimus. In his Ioannem illum Chriſti prodromon, qui fugit Vrbes (inquit Hieronymus *epiſt. 15.*) zona pellicea cingitur, locuſtis alitur, ac melle ſyluestri, & in typum pœnitentiæ prædicandæ, tortuoſiſſimi animalis veſtitur exuuijs. Idipſum de Hilarione, ipſemet Scriptor in eius vita tradit, dum ſcribit: Igitur ſacco tantùm membra coopertus, & pelliceum habens ependytem, quem illi Beatus Antonius proficiſcenti dederat. Hinc item pellium vſus Regum quoque tranſiuit ad Aulas; vbi Reges, & Principes, Sidon. Apollinar. in panegyr. oſtendit fuiſſe pellitos,

——— quoniam pietate propinqui
Expertis in media pelliti Principis Aula

Pellitum Principem vocat, non ſolum pellibus amictum ob neceſſitatem, ſed & propter dignitatem. Vnde & ipſos Heroas, antiquitas deinde exhibuit pellitos. Quare de Hercule, Heroum ſummo, Euripides *in ipſo furente. actu 1.* appoſitè cecinit;

Ac primum quidem nemus Iouis
Viduauit Leone.
Fuluo autem circumtexit ſe,
Flauum Leonis caput imponens tergo
Terribili rictu feræ.

Et *æneidos 7.* talem perindè Auentinum deſcribit Poeta

Ipſe pedes tegmen torquẽs immane Leonis,
Terribili impexum ſeta cum dentibus albis
Indutus capiti, ſic regia tecta ſubibat
Horridus, Herculeoque humeros innectus
amictu.

Fateor tamen, has, quæ hodie geſtantur pelles, haud Regum, priſcum Principum,
15 ſacrorumque hominum, atque Heroum eſſe geſtamen, ſed illius ad ſummum nobile, & inſigne imitamentum. Sunt enim vt plurimùm Mures illi, quos herminas vocant, ob mollitiem, & teneritudinem ſumptuoſi, ex quibus regalia, & illuſtria conficiuntur paludamenta. Quibus proptereà Reges, Heroeſque docentur omnes; Non quidem diſcedere (*lib. 9. de coronis cap. 26.* inquit Paſchalius) à rigida illa priſcorum Heroum, Ducumque virtute, ſed eam condire illa humanitate, quæ nihil admittit crudum, nihil rude, & informe, cuiuſmodi non pauca notantur in agreſti illa Heroum vita, duriſque moribus, quamlibet vt plurimùm fortibus, & innocentibus, & laudatis. Non diſſocient innocentiam à ciuilitate, non hanc à cæteris virtutibus. Ita geſtent pelles teneras, vt ſint memores primæ duritiæ, & illius inuicti roboris, quod eſt proprium Heroum. Quare meritò docti, ac ſapientes viri, ferinam vt morum ſi qua fuiſſet vnquam linirent aſperitatem, virtutem tamen fouerent; Magnatum ad inſtar non belluarum hiſpido tegumento, ſed mollium pilorum pellita cuculla indui, veſtirique item conſuebant; Præſertim cùm Reges, Principes, Liberos, Honoratos, Ingenuos, *ad Mæcenatem lib. 1. epiſt. 1.* ſcribens Horatius, his carminibus, & ipſos vocet:

Ad ſummum, Sapiens vno minor eſt
Ioue, diues,
Liber, honoratus, pulcher, Rex denique
Regum.

Tullius proinde *3. de finibus in extremo*, ſub Catonis perſona, talem etiam hoc pacto deſcribit Sapientem: Rectius enim appellabitur Rex, quàm Tarquinius, qui nec ſe, nec ſuos regere potuit: rectius magiſter populi, quàm Sylla &c. Rectiùs diues, quam Craſſus, qui niſi eguiſſet, nunquam Euphratem, nulla belli cauſa tranſire voluiſſet &c. Rectè etiam pulcher, rectè ſolus liber, rectè ſolus inuictus.

Poſtmodùm verò, detracta cuculla,

quæ

quæ etiam Sacerdotibus viſa eſt conueni-
16 re (fuit enim hic habitus Sacerdotum, præſerrim Gotorum, quemadmodum & hodie, *lib. 2. de claris legum Interpretibus cap. 12.* Panzirolo teſte in vetuſtiſſimis picturis, & marmoribus quibuſdam cernitur), ſolis humeros pellibus circumdederunt, ac rotundos pileos coccinei coloris, capiti impoſuerunt, longaſque veſtes eiuſdem geſtabant coloris, quas hyeme, lato cingulo ex ſerico, tonſis villis contexto, aurea fibula ſupra lumbos conſtringebãt. Quòd ſi ob amiſſos propinquos luctum indicare volebant, in ianthinas ſtudioſè eas conuertebant; ſicut ſe vidiſſe, aſſeueranter ibidem affirmat idem Panzirolus. Denique, veſtibus, in pluribus ſaltem Italiæ locis, pellibuſque deiectis, conſuetis vtuntur pallijs; & doctoralia inſignia, haud ſine grauitatis iactura, vltra apertos libros (quorum traditionem Caſſaneus *catalog. glor. mundi par. 10. conſid. 35. & alij*, Doctoratus cenſuere de eſſentia) ad biretum duntaxat & annulum, plurimæ redigerunt Academiæ.

Biretum autem, ſiue Pileum (vt ab eo, qui veluti Corona, Doctoribus tradi ſo-
17 let in augurandis, capiamus exordium) eiuſdem apud omnes minime inuenitur extitiſſe coloris. Quandoquidem, vt *lib. 1. de Academijs cap. 13.* ſcribit Middendorpius, & Sandæus *in Theolog. iurid. comment. 50.* apud Germanos, inter quos ipſi ſcribebant: ſolus doctoralis Theologorum pileus eſt nigri coloris, ad innuendum mundo eos eſſe defunctos, cum mortis, nigredo ſymbolum ſit; eamque pro mortuis, *ſatyr. 1.* vſurpauerit Iuuenalis, dicens:

Per famam, & populum nigros efferre
maritos.

Qui verò apud ipſos, in alijs promouentur facultatibus, pileos habent alterius coloris: Iuriſperitorum nanque, omninò rubeus eſt, eò quòd adſint Regibus, & Principibus terræ, quorum præcipuum ornamentum eſt purpura: Medicorum, & Philoſophorum eſt cæruleus, vt oculos ſuos moneantur nõ declinare in terram. Haud tamen apud Conimbricenſes, & Eborenſes, eadem prorſus eſt colorum inſtitutio, vt *lib. 8. de Repub. lit. diſp. 1. q. 1 q. 0. n. 1222.* commemorat Pereyra: ſiquidem color albus, Doctorem inſignit Theologum, viridis Canoniſtam, purpureus Legiſtam, lutens, ſeù flauus Medicum, cæruleus denique Philoſophum: quæ tamen apud noſtrates locum non habent, vbi doctoralis pileus, cuiuſcunque ſit facultatis, ſemper eſt niger.

Tangit itaque cõpagem, & colorem, ac fines huiuſcemodi indumenti, notationi-
18 bus quibuſdam, *1. p. repertorij verb. Biretum*, mirificè Bertachinus, quæ breuiter percurrenda ſunt, & diſtinctiùs exponenda. Dicit eſſe ſignum victoriæ, & gratiæ, necnon ſacerdotij, & ſuperioritatis; & has omnes ob cauſas, meritò concedi Doctoribus, cùm inaugurantur. Victoriæ quidem, cuius intuitu Olympionicarum cum oleaſtro, non abs re ab Adriano Iunio 5. *animadu. cap. 2.* illud confertur: quia diligens ſtudium, quod neceſſe eſt in Doctore præceſſiſſe, perinde eſt ac lucta & agon cum ignorantia, & ignauia, de quibus legitimè triumphauit. Quòd autem gratiæ, & victoriæ ſimul ſit nota, ad probatos mores, & vitæ ſanctitudinem veri Doctoris referendum videtur. Supponitur enim non excepturus tot labores, quot exantlare neceſſe eſt eum, qui digne ad aſſecutionem huius decoris pertingit niſi in virtute, & gratia præcelleret, qua tot illicibus voluptatum, & auocamentis à recto conſtanter obſtiterit. Quo maximè pertinet ea prolixa diſputatio Lucæ de Penna ad *l. Murilegali C. de murileg. & gynæcior.* Pileum oſtendentis Doctoris dici Biretum, quia ſupponit duplicem rectitudinem in eo, cui confertur, quam perinde explicat idem Doctor, vt omnem planè ſanctimoniam comprehendat. Eodem reuoluitur Sacerdotium, cuius pileũ Doctorum teſſeram eſſe ſtatuebat Bertachinus. Diſciplinæ etiam humanæ ſub quodam ſacerdotio exercendæ ſunt, & facultates, quibus partis decernitur pileus; veluti quædam numina habentur, vt *l. 1. ff. de iuſt. & iur.* pronuntiauit Vlpianus, quatenus ex Celſo dixit: Iuriſperitos, boni, & æqui Sacerdotes eſſe, atque adeò iuris, & iuſtitiæ. Quod etiam approbaſſe videtur apud Caſſiodorum Rex Theodoricus, *lib. 6. epiſt. 3. in calce formulæ Præfecti prætorio*. Cùm dixit: quòd Sacerdotium eſt præfecturæ prætorianæ competenter agere dignitatem. Proindè Maro *Æneid. 6.* & viris doctrina præſtantibus, & Sacerdotibus, communes poſt obitum vittas, corollaſque decernit, dum canit:

Omnibus his niuea cinguntur tempora vitta.

Quod denique adducebatur de Pilei conceſſione Doctoribus exhibita, eò quòd Pileus ſuperioritatis, & poteſtatis ſit nota, viam ſupponit antiquum, quo pileus ſtatuebatur nota libertatis, quam Theologi cum D. Thoma *in 2. diſt. 25. q. 1. art. 1. in corpore* definiunt poteſtatem ſuæ voluntatis, & dominium in actum ſuum. Et paſſim cernitur in nummis, tum Tiberij Claudij Cæſaris, in quo ſimulachrum eſt, dextera pileum geſtans, læuam expanſam habens,

Digitized by Google

habens, cuius inſcriptio eſt *Libertas augu-
ſta*. Tùm Antonini, vbi pileus à manu
dextera pendet, læua, haſtam tenet, inſcrip-
tio *Libertas 4. Coſ. IIII.* Ex quibus ſatis
ſuperque liquet, Pileum eſſe quoque ſu-
perioritatis, & poteſtatis, cum libertas,
poteſtate definiatur. Quare mirum non
eſt, donari pileo Doctores, qui excindun-
tur ſcholaſtica ſeruitute, quoniam non
amplius iurant in verba magiſtri, nec il-
lius ſubduntur poteſtati, cum per Docto-
ratum quaſi manumittantur. Vnde ſu-
perioritatem, & poteſtatem, accipiunt,
ſiue docendi, ſiue certa exercendi mune-
ra, ad quæ neceſſaria eſt eruditio, cuius
teſtimonium publicum recipiunt.

Cæterum forma pilei doctoralis apud varios
varia eſt, Rotundum ſuo tempore fuiſſe
29 notat Petrarcha *lib. 1. de remed. dialog.* 12.
Apud ſuos Cadomenſes eſſe quoque ro-
tundum ſcribit Petrus Lenaudiere *tract.
de priuil. doct. p. 1. q. 3.* referens pilei traden-
di formam, & rationem adducit in pileo
delectæ rotunditatis: quia ſcilicet coro-
na ſignum eſt perfectionis, cum ſit ſphæ-
ricæ figuræ angulis carentis in ſignum,
quod abſint ſordes, quas in angulis non
deeſſe monuit Gloſſa *Clement. 1. de vit. &
honeſt. Cleric. verbo tonſuram*. Nihilominus
forma quadrata, cuius plerisque locis eſt
pileus Doctorum, non minus commo-
das, aut minus fætas myſterijs rationes
ſuppeditat; vt propterea non modo Ita-
lis (teſte Panzirolo *lib. 1. variar. lect. iuris
cap. 23.*) ex figura in hoc pileo iam olim
ſit probata, tametſi ſuo tempore in de-
ſuetudinem abijſſe non neget; verùm
alijs etiam nationibus, vt *tract. de pileo
ſect. 10.* latè diſſeruit Petrus de Maridat.
Eſt ſanè forma quadrata immobilitatis,
& ſtabilitatis ſymbolum, vt conſiderat
Auguſtinus *q. 52. ex 65.* & *Greg. homil. 21.
in Ezech.* Idque fortaſſe expreſſum voluit,
qui Mercurium diſciplinarum cæleſtium
iuxtà Manilium *lib. 1. aſtronom.* ac etiam
eloquentiæ, & veritatis præſidem cubi-
cum, & quadratum effinxit, vt ex Leo-
nide refertur *lib. 1. anthol. epigrammate ad
Deos agreſtes*, quæ figura magis congruit
doctrinæ, quam rotunditas, quæ eſt ſym-
bolum volubilitatis, & inſtabilitatis; cum
omni doctrinæ vento circumferri, ad
Epheſ. 4. in vitio ponatur ab Apoſtolo.
Itaque; qui propter probatam doctrinam,
ſententiæ præconceptæ optimè inſiſtit,
nec facilè dimouetur de ea (qualem par
eſt eſſe, qui Doctor publica authoritate
renuntiatur) meritò teſſeram doctrinæ
accipit non rotundam, ſed quadratam,
quæ innuat illum adeò firmum, & ſtabi-
liter in doctrina conſtitutum eſſe, vt nul-
lis aduerſis flabris, nullo contrario impe-
tu concutiendus ſit, nedum dimouendus,
aut euertendus.

Aureus quoque annulus pro Doctorum ſta-
tuitur Inſigni, qui olim Equites à plebe
20 *Plin. lib. 33. cap. 1.* poſtea ingenuos à liber-
tinis diſtinxit *l. 1. ff. de iur. annul. aur. §. 1.*
Propterea Doctores à plebe debent ſepa-
rari, ac nobiliſſimi appellari *l. prouidendum
C. de poſtulat. & Tiraquell. de nobil. cap. 5. n. 3.*
Traditur autem Illis, ſicut *lib. 8. parerg. cap.
10.* placet Alciato, vt reſponſa ſignare
poſſint, quare oportet, eum eſſe ſignato-
rium. Veteres proinde non ornatus, ſed
ſignandi cauſa ipſum circumferebant; at-
que ita nec plures habere, quam vnum
licebat, nec cuiquam niſi libero: quos
ſolos fides deceret, quæ ſignaculo conti-
nebatur. Macrob. *lib. 7. ſaturn. cap. 13.*
Hinc fidei hieroglyphicum Pierius Vale-
rianus *lib. 41.* eſſe probauit: additque
„ prætereà huiuſcemodi verba: Quò ſpe-
„ ctare euangelicum illud Theologi aiunt:
„ Date annulum in manum eius, & quod
„ pſal. legitur. Signatum eſt ſuper nos lu-
„ men vultus tui domine. Nam & Paulus
„ vltimo digeſtorum, annulum huiuſmodi
„ ſignatorium inter ornamenta recenſeri
„ negat. De hoc Cicero ad Q. Fratrem:
„ Sit (inquit) annulus tuus non miniſter
„ alienæ voluntatis, ſed teſtis tuæ. Sanè
„ apud veteres teſtamentorum tabulæ, ſep-
„ tem teſtium ſignis annularibus munie-
bantur, quæ facti teſtamenti fidem face-
rent. Eaque de cauſa annulos in matri-
monijs adhibitos pariter conſtat; ideo-
que Eccleſia eos benedicit *ex rituali roma-
no*, vt fidei matrimonialis inuiolabiliter
ſeruandæ, ſignum, & memoriale exiſtat.
Cum autem (vt eruditè ſcribit Lucas de
penn. *in l. vnic. C. de profeſſ. & med. lib.* 12.)
annuli per traditionem, illius ſcientiæ ſta-
tim creatus Doctor, quam profitetur,
docendamque ſuſcepit verus efficiatur
ſponſus; inuiolabilem illi non modò te-
netur ſeruare fidem, adulterinæ ſcilicet,
nunquam adhærendo doctrinæ; verùm
etiam quæcunque in ea pretioſa recon-
dita ſunt præcepta, adeò cuſtodiendo, vt
nec deſtituta, nec diminuta aliquando
comperiantur. Quandoquidem pronu-
bi annuli traditio, tum cuſtodiendæ fidei,
amoris, & fiduciæ in ſignum, tum res
obſignandi domeſticas, ne pereant *3. pe-
dag. 2.* teſte Alexandrino, adinuenta eſt.

Verùm hoc demum præterire ſilentio, no-
bis minimè liceat; eos nempè Doctores,
qui Deo ſcientiarum, vtpote *1. reg 2.* Do-
minus eſt, ſuas præpararunt cogitationes,
21 eique ſumma religione fideliter ſunt
obſequuti, cæleſtium in illa Beatorum
Spi-

Spirituum academia, vt ab alijs diſcriminentur triumphatoribus, coronis, aureoliſque quoque redimendos, & ornandos eſſe. Id enim communitèr tradunt omnes Theologi, habeturque manifeſtè *Daniel.* 11. vbi legitur: Qui ad iuſtitiam eru-
,, diunt multos, tanquam ſtellæ fulgebunt
,, in perpetuas æternitates. *Et* 1. *Petri.* 5.
,, vbi dicitur Paſcite, qui in vobis eſt gre-
,, gem Dei, & cum apparuerit Princeps
,, paſtorum, percipietis immarceſcibilem gloriæ coronam, quæ profectò ſecundum D. Thomam *in* 4. *diſt.* 49. *q.* 5. *art.* 3. nil aliud erit, quam priuilegiatum præmium, priuilegiatę correſpondens gloriæ: In mente quidem propriè, & principaliter reſidens (vt *ibidem queſtiunc.* 3. idem docet S. Doctor) ſed per quandam redundantiam etiam fulgens in carne. An verò in toto corpore, vel ſaltem in aliqua præcipua illius reſideat parte, ex ſacris literis nihil comperti habemus: Ex varijs tamen coniecturis, Paludan. *in illa diſt.* 49. *q.* 8. *art.* 4. *Maior. q.* 23. *& Sotus q.* 5. *a* 1. *&* 2. Sanctorum Doctorum autumant in capitibus reſidere, & veluti coronulæ quædam ſubuiridis coloris ſpeciem præſeferentes mirificè præfulgere, ac coruſcare docent. Quibus, in patria, vtinam, & nos aureolis perfruamur tandem, qui eorum cauſa, talia in via ſumus ſcrutati.

CAPVT IV.

Sacrarum Interpretibus ſcripturarum, apud Chriſticolas, Hebræoſque non modò; verùm etiam apud Ethnicos, & Gentiles, cultus narrantur exhibiti, & honores.

SVMMARIVM.

1 *Sacrarum ſcripturarum Interpretes, primum in honoribus, & gratijs Doctoribus eo ferendis locum tenere debent. Cum enim Sacra Scriptura tanquam ager ſit, vbi volamas aliquid adificare; illius ſatagentes Expoſitores, qui in ea altius fodiunt donec perueniaat ad petram, qaa Chriſtas eſt, alijs canctis ſant praeferendi.*

2 *Hi verò Sacrarum Scripturarum diligeates vocandi ſuat Expoſitores, atque Interpretes, qui ceu apes ex aluearibus egreſſa, per floralenta Sacrorum librorum arua latè decurrunt; aanc Prophetas de Chriſto iaterpretando; nunc hiſtorias, paraboláſque iuxtà quadruplicem ſenſam, literalem ſcilicet, moralem, allegoricum, & anagogicum, & id genus catera exponendo.*

3 *At cum diuiaa Eloqaia Spiritus, & vita ſiat, eorum Expoſitores pariter omainò ſpirituales eſſe debent, habentes ſcilicet exercitationem ſpiritualium narrationum Dei, qua ia linguarum varietate, rerumque natura, & codicum notitia plerumqae conſiſtit. Quare meritò ſummo honore affici ſolent.*

4 *Suos proinde Scribas, quorum Sacros erat iaterpretari libros, antiquitus non modò, verum etiam de praſenti Iudai religioſo venerantur obſequio; vndè Rabbinoram nomiae, qaod honoris, & reuerentia titalus eſt, eos ſolent appellare, quibus aliquando ſcripturas corrigendi, peruerſos excommunicandi, condignos laareandi, atque in eorum ſocietatem per manuum impoſitionem redigendi, collata eſt taata poteſtas, vt ipſorum ſubditi, atqae diſcipali, ad eorum pedes ia ſilentio diſcerent, nec niſi longiùs ab illis conſiſterent, & dicentibas reuerenter aſſargerent.*

5 *Quorum indubitaater, & ipſe Moyſes Princeps fait: nam ſicut primus legem dederat, ità primus eandem expoſuerat, indeqae talem adeptus eſt gratiam, quod loqueretar Dominus ad eam facie ad faciem, ſicat ſolet loqai homo ad amicum ſaum; & inter homines tantam gloriam, vt non poſſent intendere Filij Iſrael in faciem eius propter gloriam valtus eias, eo quod coruuta eſſet facies ſua ex conſortio ſermonis Domiai.*

6 *Scribaram verò hi praſertim Iudais maximi pretij erant, qui Templi dicebantur Scriba: his eaim in rebas ſacris, etiam pro legatis vtebantur Reges, vt de Saphano Aſalia filio, à Ioſia Rege Iuda, Helchia Sacerdoti Magno miſſo; & de Eſdra Sarai filio, Hieroſolymam ad erudieados Hebraos ibidem commorantes, ab Artaxerſe traditar delegato.*

7 *Septaaginta Iaterpretum, Demetrij Phalerei hortata, à Rege Ptolemeo, Eleazari Hebreoram Summi Sacerdotis longitatè conſecutorum, compendioſè retexitar hiſtorio, qao ſatis oſtenditar, quanti eos fecerit Ptolemeus, cam Eleazaro, Viris illis, & cancto Populo iadaico, ingentia dona, & hoaorificas contulerit immunitates.*

8 *Qua vtiqae immunitates, atque exemptiones etiam poſt Chriſtum natam vſque ad annam 439. apud Auguſtos Imperatores erga hebraos interpretes, magna perſtiteraat ex parte: Nam Diui Fratres, & Magnus Conſtantinus, honores etiam Decurionatus, eos adipiſci permiſerant.*

9 *Qua priailegia, quamuis Gratianus, Valen-*

lentinianus, & Theodoſius Auguſti penitus ademerint: Archadius tamen, & Honorius anno 397. omninò reſtituerunt. Quinimò hac nota ipſe Honorius compunctus fuit: vt in Iudaeos nullus Chriſtianorum Imperatorum, ipſo extiterit indulgentior. Recta tandem violatae religionis cauſa, Honorij poſt obitum, Theodoſius, qui cum Valentiniano ſucceſſerat omninò aboleuit.

10 Caeterùm poſt Chriſti aduentum, quia Diuina Veritas, ad apoſtolicas vſque aſcendit nubes, Prophetae ſilent non tantum, verum etiam, & ipſorum Interpretes, ſeu Synagogae Doctores, cui per Iſaiam ita exprobratur: Interpretes tui praeuaricati ſunt in me: ac proindè Euangeliſtas, Eccleſia ſe daturum promiſit Deus.

11 Cùm autem Prophetae, eorumque Iudai veteres Interpretes, eſto ſilentes ſint, adhuc tamen ſuo nequaquam habeant fruſtrari honore, quia non eſt Propheta abſque honore, & ſuper faciem Scribae Deus ponit honorem ſuum: multò ergo magis Apoſtuli, eorumque Diſcipuli honorandi ſunt, qui modò benè praeſunt, & maximè laborant in verbo, & doctrina.

12 Quarè ab ipſis non procul Eccleſiae cunabulis, in exponendis Sacris Scripturis, famoſi vndecunque extitere viri, quibus ſublimes, & excelſi ſacrati ſunt honores. Origenis nanque tantam apud omnes venerationem fuiſſe ferunt, vt ad eum, ex vltimis mundi partibus, tanquam ad Prophetam, & Magiſtrum plurimi aduolarent, & ipſum magnifacerent ſacri Imperatores

13 Diuus exinde Hieronymus apud Damaſum Sanctum Pontificem, maximam authoritatem ſortitus eſt: nam & Biblia ipſius tunc legi capta fuit; & Pſalmi praeſertim ex hebraeo fideliter traducti, nunc per totam publicè canuntur Eccleſiam. Nec Sanctus Auguſtinus, de locis difficillimis Sacrae Scripturae, conſilium vnquam erubuit ab ipſo expoſcere.

14 Idem quoque Diuus Auguſtinus haud minora adeptus eſt obſequia, cùm eum poſteà ſint omnes ſecuti, qui theologicam diſciplinam, via, & ratione tradiderunt. & Beatiſſimus Pontifex Caeleſtinus, Eccleſiae Lugdunenſis teſtimonio, maximè ipſum commendauit.

15 Caſſiodorus poſteà nobilis Rauennas; Theodorico Gothorum Regi, propter miram in rebus ſacris eruditionem praeceptor, & Magiſter datus eſt; atque exinde, Cancellarius, Senator, Sacri Palatij Quaeſtor, Conſul ordinarius, Officiorum Magiſter, & quòd ſummae dignitatis erat, Patritius Romanus creatus fuit.

16 Item Magnus Gregorius, non impari nobilitate ornatus, poſt vrbana Praefectura faſces, inter Senatores Romanos, ſacrorumque Cardinalium condignum obtinuit locum; & ex Conſtantinopolitano apocriſario, Summus Pontifex conſtitutus; à Sancto Ildephonſo, Toletana Synodo, & Alfredo Anglorum Rege immortales laudes ſuſcepit.

17 Bedae presbytero anglo, debita obſeruantiae tributa quoque perſoluta ſunt, dum Pontifices Sergius, & Gregorius II. ipſum rogarent, vt ad eos profectionem ſuſciperet, conſulendi cauſa. Et Rabano, atque Radulpho condigni honores ſunt oblati, dum ille Abbas Fuldenſis, deinde Epiſcopus Moguntinus ſit conſtitutus; & iſte facilè in dignitate conſtitueretur, niſi Flauiacenſis humilitas obſtitiſſet Monaſterij.

18 Rupertus autem, Tuitienſis; Diuus Bernardus, Clareuallenſis; Vgo, S. Victorij; Ioachimus, florenſis Abbates creati ſunt. Sanctus Anſelmus, Lucenſe; Zacharias, Chriſopoletano; Gulielmus Pariſienſe; Albertus, Ratiſponenſe; Auguſtinus de Roma, Nazareo; Paulus, Burgenſe; Alphonſus, Abulenſe; Iacobus de Valentia, Chriſtopolitano Epiſcopatibus decorati ſunt. Item, Bulgaris, Theophilactus; Cantuarienſibus, D. Anſelmus; Bituricenſibus, Ægidius; Conſae, Ambroſius Catharinus Archiepiſcopi dati ſunt. Hugo tandem de Sancto Caro; D. Bonauentura; Petrus ab Aliaco; Ioannes à Turre Cremata, Bellarminus, & Toletus, ſacra purpura induti ſunt: & Innocentius III. Innocentius IV. Vrbanus IV. & Alexander V. Petri cathedram aſcenderunt.

19 Quò circa horum ſacrorum Virorum in obſequium, plerique Principes, & qui bonas admodùm coluerunt literas, maxima obſeruantia non vulgaria dederunt indicia, vt geſtis praecipuè oſtenditur Andronici Commeni, Caroli Magni Imperatorum, & Galeatij Vicecomitis Mediolanorum Ducis.

20 Propterea ſacri Interpretes, temporali non modò hac noſtra dum fruerentur vita, verùm etiam ſempiterna illa ſuſcepta, immortales adhuc honores conſecuti ſunt; quod licet pluribus, & varijs oſtendi poſſet eorundem ſumptuoſis funeribus; vnica tamen Chryſoſtomi exequiali pompa (breuitati, vt ſtudeamus) operis pro coronide, ſuadetur.

VT ergo in ſpecie ad eos iam deſcendamus honores, quibus vniuſcuiuſque
1 facultatis Doctor frui, potirique conſueuit,

uit; ab eis inchoandum meritò cenſetur,
qui Sacras Literas, ſumma cum laude
ſunt interpretati; Cùm enim Sacram Scri-
pturam, Tanquam agrum eſſe vbi volu-
mus aliquid ædificare *tract.23. in Ioann.* di-
xerit Auguſtinus: illius Expoſitores, qui
nec pigri, nec ſuperficie contenti, altius
foderunt donec peruenirent ad petram,
de qua 1. *Corinth.*10. dicit Apoſtolus, Pe-
tra erat Chriſtus; anteponendi, & collo-
candi ſunt. Ille nanque in conſtruendo
commune opus præferendus eſt, qui ma-
gis idoneè eum ædificare valet. *l. in reficien-
do. ff. de damno infecto &c.* Quod adeò neceſ-
ſarium *lib. de vtilita. credendi cap.* 17. idem
cenſuit Auguſtinus, vt nihil vnquam
ſenſerit temerarius, quàm in re theolo-
gica ſacros anteuenire Interpretes. Si
vnaquæque diſciplina (inquit ipſe) quam-
quam vilis & facilis, vt percipi poſſit Do-
ctorem, aut Magiſtrum requirit; quid
temerariæ ſuperbiæ plenius, quàm diui-
norum Sacramentorum libros, ab Inter-
pretibus ſuis nolle cognoſcere? Hi qui-
2 dem ſolertiſſimi diuinarum Scripturarum
ſunt indagatores, qui veluti ex anguſtis
aluearioru̅ veſtibulis, cateruatim Apes
egreſſæ, per floruſenta ſacrorum librorum
arua latè vagantes, bibula curioſitate de-
currunt; nunc, ſcilicet, diuina priſcorum
Prophetarum oracula, certis aſtipulatio-
nibus iamdudum Saluatoris aduentum
vaticinantia enixius inueſtigando; nunc
antiquarum arcana legum, ab illo mira-
biliter promulgata, quem Ægyptiaca Re-
gna, ſæuiſſimis plagarum afflictionibus ſæ-
pius percuſſiſſe, & rubicundi tumentis
Oceani gurgites, ac reciproca ſpumantis,
pelagi luſtra, ſacroſancti tractu viminis
ex colubro nuper transfigurati, in ſimu-
lachro maceriæ altrinſecus ſequeſtraſſe, &
poſt cæleſte colloquium, cornuta facie
incredulum fugaſſe vulgus deſcribunt,
ſollicita intentione ſcrutando; nunc qua-
drifariam euangelicæ relationis dicta, my-
ſticis referta ſenſibus, ad medullam vſque
ſpiritualiter enucleata, & quadriformis
eccleſiaſticæ traditionis normulis ſecun-
dum hiſtoriam, allegoriam, tropologiam,
anagogen digeſta ſolerter indagando, id-
que genus cætera, quæ omnia *2. de Doctr.
Chriſtian. cap.* 9. breuiſſimè his verbis ad ſtu-
porem complexus eſt Auguſtinus, dicens:
Cuius operis, & laboris prima obſerua-
tio eſt, vt diximus, noſſe iſtos libros, &
nondum ad intellectum, legendo tamen,
vel mandare memoriæ, vel omninò in-
cognitos non habere. Deinde illa, quæ
in eis apertè poſita ſunt, vel præcepta vi-
uendi, vel regulæ credendi ſolertius, di-
ligentiuſque inueſtiganda ſunt. Quę quan-
to quiſque plura inuenit, tanto eſt intelli-
gentia capacior.

Quarè, cùm Dinina eloquia, Spiritus,
& vita ſint. *Ioan.*6. eorum quoque fideles
3 Interpretes, ſpirituales prorſus, & om-
nium corruptibilium materia, illecebra-
rum, voluptatumque cœno decet eſſe
nudatos. Quoniam Spiritualis omnia iu-
dicat, eò quòd Spiritus omnia ſcrutatur,
etiam profunda Dei. 1. *Corinth.*2. Chryſo-
ſtomus proindè *Homil.*7. *in fin.* exponens
illud *Matth.* 7. Nolite ſanctum dare cani-
bus, neque margaritas mittere ante por-
cos: Myſteria (inquit) veritatis margari-
tæ ſunt; quia ſicut margaritæ incluſæ co-
chleis, poſitæ ſunt in profundum maris,
ſic & myſteria diuina in verbis, incluſa,
poſita ſunt intus in altitudine ſenſus Scri-
pturarum Sanctarum. Et ſicut non om-
nis homo poteſt ſe mergere, & de profun-
do tollere margaritas, niſi artifex, qui ha-
bet vſum illius rei: ſic non omnis homo
poteſt deſcendere in altitudinem ſenſuum,
& illic inuenire myſteriorum abſconditas
margaritas, niſi Vir ſpiritualis qui habet
exercitationem ſpiritualium narrationum
Dei. Vndè *ad Hebræos* 5. habetur: Perfe-
ctorum enim eſt ſolidus cibus, eorum,
qui pro ipſa conſuetudine exercitatos ha-
bent ſenſus. Qualis autem debeat eſſe ta-
lis exercitatio, rectè exponit D. Auguſti-
nus *in principio 3. de Doctrina Chriſtiana cap.* 1.
dicens: Homo timens Deum, qui volun-
tatem Dei in ſcripturis ſanctis diligenter
inquirit præmunitus ſcientia linguarum,
ne in verbis, locutionibuſque ignotis hę-
reat: præmunitus etiam cognitione qua-
rundam rerum neceſſariarum, ne vim na-
turamue earum, quæ propter ſimilitu-
dinem adhibentur ignoret, adiuuante
etiam codicum varietate, quam ſolers
emendationis diligentia procurauit; ve-
niat ita inſtructus ad ambigua ſcriptura-
rum diſcutienda, atque ſoluenda. Pro-
ptereà ſummo honore plerumque affe-
ctos, ſummaque reuerentia non ſemel
habitos apud omnes ferè eos reperimus
nationes. Quoniam ſi ſecundùm Apoſto-
lum *ad Galatas* 6. Qui ſeminat in ſpiritu,
de ſpiritu metet vitam æternam: tempo-
ralibus amplius munerari debet obſequijs:
1. *ad Corinth.*9. eodem ſcribente Apoſtolo:
Si nos vobis ſpiritualia ſeminauimus: ma-
gnum eſt ſi nos carnalia veſtra mera-
mus?

Suos perindè Scribas, quorum officium
(*hæreſ.* 6. teſte Epiphanio) ſacram fuerat in-
4 terpretari ſcripturam, Rabbinorum no-
mine (quod ſyricè importat titulum ex-
cellentiæ, ideòque Optimatibus tribui ſo-
litum) modò non tantùm, verùm etiam

antiquitùs decorare plurimùm contendebant Iudæi. *Hieronymus epiſt. ad Alger.* Quarè de ipſis adeò magnificè ſentiebant, loquebanturque, vt ſine aliquo verborum honore, vix eorum quemlibet nominarent. Hinc illa toties decantata apud Serrarium, *libello de hoc argumento*: Rabbini noſtri, quorum memoria in benedictione; teſtes veraces, ac fideles; Summates mundi; Columnæ mundi; Lux mundi; Gloria celſitudinis; Magiſtri Magiſtrorum noſtrorum, idque genus cætera. Eorum autem magna poteſtas aliquando fuit, circa legis traditionem præſertim, correptionem aliorum, imò & excommunicationem, ſiue eiectiones extra Synagogam, vt ibidem animaduertit *idem Serrarius*. Facultatem quoque habebant alios promouendi ad gradus, & in ſuum adoptandi conſortium, quod per manus faciebant impoſitionem, Moyſis exemplo, qui ſucceſſori ſuo, manum palam poſuit. *Numer. 27.* Eratque magna omnium Diſcipulorum erga ipſos obſeruantia, ſic vt in ſilentio diſcerent ad eorum pedes; nec niſi longius ab ipſis conſiſtebant, & dicenti aſſurgebant, neque faserat ab illorum recedere doctrina. Hæc paſſim *Ser-*
5 *rarius*. Quorum autem, & ipſe Moyſes indubitanter Princeps extiterat: nam ſicut primus legem dederat, ita primus eandem expoſuerat; vt non obſcurè habetur *Matthæi 23.* dum legitur: Super cathedram Moyſi &c. Quandoquidem, Cathedra metaphoricè (*4. par. concord. euangel. cap. 120. in 23. Matth.* Inquit Ianſenius) authoritas docendi, & iubendi, quæ ad cultum Dei pertinent, dicitur: quam authoritatem primus in populo iudaico obtinuit Moyſes, & ideò ab eo nomen accepit. Indèque talem adeptus eſt gratiam, quòd Loquebatur Dominus ad eum facie ad faciem, ſicut ſolet loqui homo ad amicum ſuum. *Exod. 33.* & inter homines tantam gloriam: vt non poſſent intendere filij Iſrael in faciem eius propter gloriam vultus eius. *2. Corinth. 3.* eò quòd Cornuta eſſet facies eius ex conſortio ſermonis Domini. *Exod. 34.*

Scribarum autem, illis præcipuè maximi pretij erant, qui Templi dicebantur
6 Scribæ, quod non obſcurè, Magni Antiochi fauorabile indicat Decretum apud Ioſephum *antiquit. lib. 12. cap. 3.* vbi habetur quod: Senatus, Sacerdotes, Scribæ Templi, & Sacri Cantores, ſint immunes à tributo, quod pro ſuo capite debent. His enim in rebus ſacris, pro Legatis vtebantur Reges, vt de Saphano Aſaliæ filio *4. reg. 22.* traditur, qui à Ioſia Rege Iuda, Helchiæ Sacerdoti Magno, vt conflaretur pecunia, quæ reperta fuerit in templo Domini, dareturque fabris, ac præfectis operum in templo Domini, demandatus fuerat. A quo, cùm Legis quoque accepiſſet librum, cumque legeret coram Rege, tantùm profecit, vt ſcinderet Rex ad pœnitentiam veſtimenta ſua, atque ſuper ſe, ſuperque populo protinus ad conſulendum Dominum mittere curaret. Item de Eſdra Saraiæ filio, vt ex ipſius libris, Freculphus Epiſcopus Lexouienſis *Chronic. tom. 1. lib. 4. cap.* 4. eruditè collegit, tantæ authoritatis apud Regem Xerſem ſiue Artaxerſem extitiſſe traditur, vt cum munificentiſſima illius largitate amicorumque eius Hieroſolymam dirigeretur, atque per eum, à Rege multa munera mitterentur ad Templum. Etenim conceſſum, permiſſumque fuit, vt omnes quicunque vellent Iudæi, in ſuo habitantes regno, reuerti cum eo Hieroſolymam, patriumque ad ſolum, nullo prohibente eos, licere cum omnibus, quæ poſſidere videbantur, regredi. Exemplar etiam epiſtolæ, in qua hæc continebantur, ad Iſraelitas Madiam habitantes tranſmiſit. Hi verò cognoſcentes Regis circa Deum pietatem, & fauorem, quem in Eſdra habebat; multi ſiquidem facultates ſuas deportantes, ad Babyloniam venerunt, vt aſcenderent Hieroſolymam cum Eſdra, pariterque Sacerdotes, & Leuitæ, & Ianitores, Cantoreſque, ac Serui Sacri: quos congregans de captiuitate, trans Euphratem tribus diebus moratus, ieiunia eis impoſuit, vt Deo vota pro ſalute ſolnerent, ne quid in via paterentur aduerſum. Eſdras verò, & qui cum eo reuertebantur, poſtquam vota perſecerunt, ab Euphrate ſurgentes die duodecimo primi menſis, ſeptimo imperij anno Xerſis, ad Hieroſolymam peruenerunt, quinto menſe eiuſdem anni, ferentes ſecum ſacras pecunias, argenti talenta ſexcenta quinquaginta, vaſa argentea talentorum centum, vaſa aurea talentorum viginti, & vaſa ærea Rex, & Conſiliarij eius, & Iſraelitæ Babiloniæ habitantes donauerunt, quæ Eſdras Sacerdotibus, ac Templi Cuſtodibus tradidit. Præcepit etiam Rex, Eſdræ, quem in lege Dei ſapientiſſimum deprehenderat vt Iudæos erudiret, ne in aliquo per ignorantiam, in legibus paternis delinquerent. Hæc ille, præfato facili, ſed compendiario ſtylo.

Cæterùm, vt vno faſce plura complectar, duos, & ſeptuaginta ex Ariſtea *tom.*
7 *13. bibliot. P. P.* optimos, eruditioneq; prçſtãtes Scribas, vtpotè ad legationes idoneos adhuc in medium proferam. Qui ſanè,

Deme-

Demetrij, regiæ bibliotecæ Præfecti hortatu, vt ex hebraica ſacros interpretando, in græcam codices traducerent linguam, à Rege Ptolomæo inſtanter acciti; Summo Eleazaro Hebræorum Sacerdoti id benignè annuenti, ſumptuoſa munera, illiſque inſuper eximios honores, ampla munificientia demum eſt elargitus. Nam præter redemptas ferè decem, & ampliùs, ſeruituti obnoxias Iudæorum myriades, pro quibus ſingulis viginti, eorum dragmas vſque ad quadringenta talenta Dominis erogata fuerunt: ad confectionem craterum, phialarum, menſæ, ac vaſorum libationum, de auro quinquaginta pondo talentorum, de argento autem ſeptuaginta, & lapidum pretioſorum ingentem, Eleazaro exhibuit numerum. Iuſſit prætereà Fiſci Præfectos facere artificibus copiam eligendi, quæ vellent, & de pecunia expendere ad ſacrificia, reſque alias ad talenta centum. Viros autē ad ſe miſſos, cùm valde cuperet ſecum habere, ſtatim ad aulam, vt audiuit peruentos, mandauit reliquos omnes, qui negotiorum adeſſent cauſa, ſedere, & illos vocare: quæ res vt inuſitata mouit omnibus admirationem; quia hoc in more erat, vt qui ob priuatum aliquod negotium veniſſent, quinto demum die in conſpectum Regis peruenirent: qui verò à Regibus, & Ciuitatibus præſtantibus miſſi eſſent, illi egrè poſt triginta dies in aulam admitterentur. Hos autem viros, maiori iudicans honore dignos, & reſpiciens etiam ad excellentiam eius, à quo miſſi eſſent remotis qui viderentur debere abeſſe deambulans expectabat donec aduenientes ſalutaſſet. Quos quidem ingreſſos ſtatim vt vidit, de Libris interrogauit. Qui poſtquam illos pellibus inuolutos reuelaſſent, & membranas explicuiſſent; ille diu ſubſiſtens, cum adoratione ferè ſepties, ita eſt locutus: Gratias ago vobis Viri, ſed maiores ei, qui vos miſit, maximas verò Deo illi, cuius hæc ſunt oracula: vnde repletus gaudio lachrymas effundere cæpit. Quibus deindè ad cęnam ob memorabilem diem ſecum humaniter inuitatis: diuerſoria, in quibus interea illi quieſcerent, & morarentur, quæ proxime arcem decentiſſima eſſent, dari mandauit, & ſimul quæ ad conuiuium attinerent, adornari. Inter cænandum autem, variis quæſtionibus propoſitis, & mirificè reſolutis ſingulis mandauit Rex tria talenta donari, & puerum, qui ea obtulerit. Poſt tres exinde dies, Demetrius aſſumpſit ad ſe illos viros, & in in ſulam per aggerē maris ſeptem ſtadiorū eſt progreſſus, ac traiecto ponte, partes verſus ſeptentionem occupauit, ibi congregatis illis viris in domo ſplendidè extructa iuxta littus, & ab omni tumultu, & ſtrepitu remota, cùm ibi etiam adeſſent omnia, quibus opus foret, hortabatur eos ad interpretationem Legis perficiendam. Illi autem rem aggreſſi ſingula ex collationibus ad conſonantiam elaborabant: & quod ita conſonum, & elaboratum erat, vt dignum eſſet deſcriptione, à Demetrio ſcripto excipiebatur. Rex denique, accepta à Demetrio Legis interpretatione, religioſa veneratione, eam eſt proſecutus, & iuſſit magnam curam haberi librorum iſtorum, eoſque religioſè obſeruare. Ipſos etiam interpretes rogauit, vt poſt reditum ſuum in Iudæam, crebrius ad ſe venire vellent: quod ſi redijſſent, eos pro amicis habiturum, & maximis muneribus ornaturum ſe fore promiſit. Hinc ergo adornari mandauit quæ facerent ad illos deducendos magnaque munificentia eſt in eos vſus: dediique cuique tres pulcherrimas ſtolas, & duo talenta auri, & calicem talenti vnius, & omnem ornatum, qui in cænaculis expandi ſolet. Miſit quoque Eleazaro ſimul in deductione illa decem menſas argenteis pedibus præditas, & omnem earum ornatum, & calices triginta talentorū. Stolas item decem, & purpuram, ac coronam inſignem decore, cum circiter centū linteola byſſina Ad hæc, phialas, & pelues, & duos aureos crateras ad libationes ſacras. Prætereà ſcripſit ad ipſum, & eum rogauit, ne prohibere vellet, ſi quando qui iſtorum virorum, iter ad ſe ſuſcepturi eſſent. Nam ſibi gratiſſimam futuram conuerſationem, cum tam doctis, & intelligentibus viris: ſeque malle ſuas opes largè, & magnificè conferre in tales homines, quàm in alias non tanti momenti res. Hæc ille prout iacent ex græca traductione, paſſim opuſculnm per totum.

Nec talia quippe erga ſacros Hebræorū Interpretes, ac Doctores, citis obſequia
8 tranſiere quadrigis, cùm non modo Antequam Christus veniret in Virginem, vt loquitur Gloſſa *in l. iuſſio C. de Iudais, & cælic.* verùm etiam poſt illius aduentum vſque ad annum 439. perſtitiſſe legantur, atque in multis immunitates illis perduraſſe comperiantnr: Nam Marcus Aurelius Antoninus Philoſophus, & Lucius Ælius Verus Antoninus Imperatores, qui & Diui fratres aliàs nuncupati ſunt, anno 163. honores adipiſci permiſerunt *l. generaliter. §. vlt ff. de decur. & cor. fil.* Conſtantinus deinde Magnus, anno 330. ad Ablaulum ſcribens; Præſidentes legi iudaicæ, veluti Archiſynagogos, Patriarchas, Presbyteros, alioſque maiores, ideſt Ra-

binos, vt explicat Decianus *in tract. crimin. lib. 5. cap. 14. num. 4.* ab omnibus omninò muneribus ciuilibus, & perſonalibus manere, atque à quauis curiali functione immunes, perpetuaque Decurionatus immunitate potiri, & gaudere iuſſit. *lib. 6. codic. Thed. tit. 8. de iudæis, & cælicol. l. 2. & 4.* Quę licet priuilegia, Gratianus, Valenti-
9 nianus, & Theodoſius anno 383. penitus ademerint *l. iuſſio C. de iudæis, & cælic.* Archadius tamen, & Honorius Auguſti anno 397. omninò reſtituerunt. *C. theod. lib. 6 tit. 8. l. 13.* vt ibidem perdoctè explicat his verbis Iacobus Gothofredus. Inquit enim. Quare rurſum hinc ſequitur recentiorum Principum, Gratiani, inquam Valentiniani iunioris, & Theodoſij hac parte leges, ab Archadio, hac lege infirmari: vice verſa in vſum reuocari vetuſtiorum Principum iuſſiones: *In conſeruandis* (inquit) *eorum priuilegijs, Veteres imitemur.* Quibus verbis, Imperator aperte ſubmouet recentiorum Principum iuſſiones. Quamobrem, Chriſtianorum, & ſi nullus Imperatorum (vt obſeruat Baronius ſub anno Chriſti 433.) per ſuos Duces, plures extinxerit Tyrannos, Barbaros ſæpius ingruentes vicerit; Imperiũ non ſemel labens reſtituerit, quàm Honorius, Deo planè protegente, eiuſque pietatis ſtudium remunerante: tamen hac nota plurimum etiam compunctus fuit; videlicet, vt in Iudæos, nullus ipſo extiterit indulgentior; cùm Didaſcalo, & Maioribus eorum, ſeruos permiſerit Chriſtianos poſſidere. *C. Theod. lib. 16. tit. 9. l. 1. de Chriſtianis mancipijs.* Meritò idcircò Rutilius Numatianus *itinerar. lib. 1.* in eum carminibus ita luſit.

Latiùs excìſæ peſtis contagia ſerpunt,
Victo reſque ſuos Natio victa premit.

Cùm autem pluribus annis, frugum laboratum eſſet inopia, intelligens Honorij poſt obitum Theodoſius, qui cum Valentiano ſucceſſerat, vt ſcribit idem Baronius *loc. cit.* id non niſi violatæ rectæ religionis cauſa, Dei vindicta fieri; in Iudæos, legum minas, & vltionem conuertit, noua data conſtitutione pridie Kalend. Febru. anno Domini 439. atque eos ita omni honore penitus expoliauit *l. vltima C. de iudæis, & cælic.*

Quia verò Sacrarum Scripturarum Veritas ex obſcura Prophetarum caligine
10 vſque lucidas peruenit ad nubes; Id eſt vſque ad Apoſtolos, vt *in pſal. 107.* gloſſat Arnobius: Iam Prophetę ſilent (inquit) ſoli Apoſtoli loquuntur, & Apoſtolorum Diſcipuli, quibus datum eſt noſſe myſterium regni Dei, cæteris autẽ in parabolis, vt videntes non videant, & audientes non intelligant. *Luc. 8.* Eo conticeſcere proinde magis Synagogæ iubentur Doctores, cui per Iſaiam 43. meritò ſic exprobratur: Interpretes tui præuaricati ſunt in me. Propterea de remedio vaticinans *cap. 41.* ſuperius protulerat. Primus ad Sion dicet, ecce adſum, & Ieruſalem euangeliſtam dabo. Hoc eſt: Aderunt Prophetarum ſucceſſores Apoſtoli, & Euangeliſtæ, qui ventura ſub Chriſto, & per Chriſtum bona annuntient, imò digito oſtendant ita S. Hieronymus, & Theodoretus apud Cornelium
11 à Lapide *ibidem.* Qua de re, cùm, & Prophetæ (eſto ſilentes ſint) ſuo nequeant fraudari honore (etenim non eſt Propheta ſine honore. *Matth. 13. & Marci 6.*) eorumque Scribæ ſiue Interpretes, Dei præſeferant honorem, quia ſuper faciem Scribæ imponet honorem ſuum. *Eccleſiaſtici 10.* non eſt cur Sacri Doctores, & cæteri Sacrarum Scripturarum Interpretes, debita fruſtrati debeant reuerentia. quandoquidem: ſapiens in populo hæreditabit honorem, & nomen illius erit viuens in æternum. *Eccleſiaſtici 37.* pręſertim Catholici, & Apoſtolici viri, de quibus Apoſtolus 1. *ad Timoth. 5.* ſcribit: Qui benè præſunt Presbyteri duplice honore digni habeantur, maximè qui laborant in verbo, & Doctrina. Regius itaque Pſaltes, *pſal. 128.* Apoſtolici culmen (ibidem teſte Auguſtino) prævidens honoris: Mihi autem (inquit) nimis honorificati ſunt amici tui Deus; nimis confortatus eſt principatus eorum. Veluti ſic extolleret: Videre mihi videor, beatam illam Chriſti ſobolem, nunc aureo curru, & lucentibus quadrigis, palmis inter conſita virentibus, nemora, lætiſſimo curſu volantem, cui plura ſunt diademata, quam arborum comę, plures coronæ, quam igneæ ſiderum conuertuntur formę; plures intexti auro, & margaritis triumphi, quàm ſunt oræ parteſque terrarum, in quas exiuit ſonus verborum eius. Nec tantam gloriam, principatumque, vulgaribus, futilibuſque ſibi duodecim Principes illi adepti ſunt laboribus, ſed magnificis, & indefeſſis, dum Regum triumphos meditari; inter ſe orbem partiri terrarum; victorias definire, ac ſpolia, per abrupta montium, & diſiunctiſſima quæque regionum, veluti ſcintillæ volitare; per ſqualentes arenarum tractus; per toſtas vehementiſſimo ſolis regiones appulſu; per æterno frigore rigentes plagas, in quibus nullum humani cultus veſtigium, nudi, laceri, inermes contra reges, ſatrapas, præſides, Sacerdotes pugnaturi ad numeroſiſſimas

gentes peruenire, & quod ſtuporis plenum eſt, contritis Dæmonum ſimulachris, templiſque falſorum numinum exciſis, ſalutiferę Crucis vexilla in clariſſima luce terrarum defigere, & tandem moriendo vincere; heroicis ſuis in actibus paſſim comperiuntur.

Quod ſi poſt illos prætereà lubeat longam ſeculorum percenſere ſeriem: oc-
12 current nobis, ab ipſis non procul Eccleſiæ cunabulis, magnifici quamplurimi Sacris in exponendis ſcripturis vndecunque Viri, quibus ſublimes, & excelſi quoque ſacrati ſunt honores. Origenis nanque (vt à tertio, quandò latiùs clarere cæperunt, ſeculo ſumamus exordiũ) tantam apud omnes Vincentius Lirinenſis, *comment. 1. aduerſus profan. hæretic. nation. c. 23.* fuiſſe teſtatur venerationem, vt hanc
» de ipſo panegyrim retexere, nõ heſitauerit.
» Quis non ad eũ (inquit) paulò religioſior ex
» vltimis mundi partibus aduolauit? Quis
» Chriſtianorum non penè vt Prophetam?
» Quis Philoſophorum non vt magiſtrum
» veneratus eſt? Quam autem non ſolùm
» priuatæ conditioni, ſed ipſi quoque fuerit
» reuerendus Imperio, declarant hiſtoriæ,
» quæ cum à matre Alexandri Imperatoris
» accitum ferunt, cæleſtis vtique ſapientiæ
» merito, cuius, & ille gratia, & amore il-
» la flagrabat. Sed, & eiuſdem epiſtolæ
» teſtimonium perhibent, quas ad Philip-
» pum Imperatorem, qui primus Roma-
» norum Principum Chriſtianus fuit Chri-
» ſtiani magiſterij authoritate conſcripſit: de
» cuius incredibili quadam ſcientia, ſi quis
» referentibus nobis Chriſtianum non ac-
» cipit teſtimonium ſaltem teſtificantibus
» Philoſophis, gentilem recipiat confeſ-
» ſionem. Ait nanque impius ille Porphy-
» rius, excitum ſe fama ipſius, Alexan-
» driam puerum ferè perrexiſſe, ibique eũ
» vidiſſe iam ſenẽ, ſed planè talem, tantum-
» que qui arcem totius ſcientiæ condidiſſet.

Et ſi gradatim, omiſſis alijs inferioris notæ, ad quartum adhuc pergere exopte-
13 mus ſeculum; illius perfectò ſtat in limine, quem meritò Sacrarum Scripturarum inter latinos Interpretes anteſignanum dicunt Hieronymus, cuius tanti fecit Sanctus, & Summus Pontifex Damaſus eruditionem, vt primus eius ſcriptis ſummam authoritatem dederit, cùm anteà ſeptuaginta Interpretum, translatio tantummodò eſſet in pretio: Nam, & Biblia ipſius Diui Hieronymi tunc legi cæpta eſt, & Pſalmi præſertim ex hebraico fideliter traducti, cùm dudum apud Gallos potiſſimum incompoſitè legerentur. *Platina in vita Damaſi.* Quinimò Gręci omnes, alioqui cunctarum gentium literas faſtidire ſoliti illius vnius commentarios in ſuam linguam transferendos curarunt. *Retorod. in vita Hieronymi.* Vnde illud Eccleſiæ Catholicæ fulgentiſſimum lumen Sanctus Pater Auguſtinus, veritatis vtpotè amantior, quam ſui, *lib. 1. contra Iulian. cap. 2. prope fin.* hæc ipſi in obſequium elogia præſtitit. Nec San-
» ctum (inquit) Hieronymum, quia
» Presbyter fuit contemnendum arbitreris
» qui græco, & latino, inſuper, & hebræo
» eruditus eloquio, ex occidentali, ad orien-
» talem tranſiens Eccleſiam, in locis San-
» ctis, atque in literis ſacris, vſque ad de-
» crepitam vixit ætatem. *Et lib. 2. in fin.*
» ſubdit: De illo autem Sancto Presbytero,
» qui ſecundùm gratiam, quæ data eſt ei,
» ſic in Eccleſia laborauit, vt eruditionem
» Catholicam, multum in latina lingua,
» multis, & neceſſarijs literis adiuuaret, non
» ſolet Pelagius iactitare, niſi quod ei tanquã
» æmulo inuiderit. Quare nec verius nec cõfuſus in pluribus ipſum conſulere, dum *retract. 2. cap. 45.* manifeſtè fatetur, dicens:
» Scripſi etiam duos libros ad Hieronymum
» Presbyterum ſedentem in Bethleem, vnũ
» de origine animæ hominis: alterum de
» ſententia Iacobi Apoſtoli, vbi ait: Qui-
» cunque totam legem ſeruauerit, offen-
» dat autem, in vno, factus eſt omnium
» reus, de vtroque conſulens eum. Multaque alia, longeque maiora, illius paſſim exhibita, apud diuerſos vtique reperirentur honori, niſi demiſſio plus valuiſſet quàm merita. Quandoquidem nullius honoris auidus, omnium capax, meruiſſe contentus, qui habere contempſerat quàm plurimùm dictare ſolebat: Pauli ſe malle eremitæ tunicam, quàm Regis purpuram, auroque intexta paludamenta. *Vincentius Mainardus in vita Pauli.*

Seculo verò quinto, vt Africæ geminaret ardores, Auguſtinum Tagaſta, ſeù
14 alterùm illi edidit ſolem qui iubare quoque doctrinæ, ſapientiæque nitore, ſacrarum abdita Scripturarum altè peruadens, omnium ferè illuſtrauit ingenia. Dignus ſanè Sancto Ambroſio Magiſtro, cuius diſciplinæ, in explicandis ſcripturis, & tertio præſertim quadrageſimo pſalmo, viſibili igne, eiuſdem caput cooperiente, Paulino apud Baronium anno 397. authoritas manifeſtata fuit. Quare exhibitos cæteris non ſemel ſibi exindè promeruit idemmet Auguſtinus honores, cùm eũ in primis ſint omnes ſecuti, qui poſteà Theologicam diſciplinam, via, & ratione tradiderunt. *Breuiar. tom. quinto Kalend. ſeptemb.* Nec non Eccleſia Lugdunenſis *lib. de tenenda veritate ſcript. cap. 4. in fin. tom. 4. Bibliot. Patrum. p. 2.* ita de eo ſentire com-
perta

perta ſit: Nimirum: Beatiſsimus Papa Cæleſtinus, cuius authoritate, & induſtria, Neſtoriana hæreſis ſurgens, cum ſuo authore oppreſſa eſt; contra tanti Viri (hoc eſt Auguſtini) oppreſſores, vel potiùs calumniatores, ſicut in libris canonum inter decreta Pontificum Romanorum continentur, ſcripſit ad Epiſcopos Galliarum, tanta reuerentia, & laude illum commendans, vt eiuſdem ſcripturæ iſte ſit Titulus: *De Sancto Epiſcopo Auguſtino mira laudis aſſertio*; & huic titulo ſubiungantur verba præfati Pontificis, quæ ita ſe habent: Auguſtinum Sanctæ recordationis virum, pro vita ſua, atque meritis in noſtra communione ſemper habuimus: nec vnquam hunc ſiniſtræ ſuſpicionis ſaltem rumor aſperſit, quem tantæ ſcientiæ olim fuiſſe meminimus, vt inter magiſtros etiam à meis ſemper deceſſoribus haberetur. Benè ergo de eo omnes in commune ſenſerunt, vtpotè, qui vbique cunctis, & amori fuerit, & honori.

Nec quidem vulgaris obſequij, Sacros prætereà Interpretes Sexta, & Septima
15 Ætas, ſuos proſecuta eſt reuerentia; duum earum in vna Caſſiodorus Rauennas nobili genere natus, Theodorico Gothorũ Regi propter excellentem eruditionem præceptor ſit datus; mox Cancellarius, Senator, ſacri palatij Quæſtor, Conſul ordinarius, officiorum Magiſter; & quod ſummæ dignitatis erat, Patritius Romanus creatus extiterit *Volat lib. 14. cap. 2. An-*
16 *throp.* in altera verò Magnus Gregorius, nobiliſſima, & antiquiſſima Aniciorum familia exortus, vrbanæ Præfecturæ faſcibus ſit decoratus, Romanos inter Senatores obtinuerit, locum ſacram Cardinaliũ ſibi purpuram induerit, Apocriſiarij munus Conſtantinopoli obierit, Summi Pontificatus apicem conſcenderit; Sancti Ildephonſi immortales meruerit laudes: demum octauæ Toletanę Synodi *cap. 2.* atque Alfredi Anglorum Regis teſtimonijs maximè claruerit. *Ciacconius in eius vita anno Domini 590.*

Seculum quoque octauum, Bedæ Presbytero Anglo, debita obſeruantiæ
17 tributa largè perſoluit: ſiquidem confluebant ad eum vndique innumerabiles, qui eius ſe diſciplinis ſubdere cupiebant. Et quidem tanto in pretio eius doctrina habita fuit, vt ipſe Pontifex Sergius, fama virtutum, & eruditionis eiuſdem commotus, eum ad ſe accerſiri curauerit, quò diuino eius ingenio in arduis Eccleſiæ rebus vti poſſet. *Surius in eius vita 27. Maij* Quod, & Gregorius II. licet adhuc per epiſtolas tentare ſit aggreſſus, nunquam ramen, vt eam profeſſionem ſuſciperet adduci potuit. *Author vitæ ipſius in princ. oper.* Nonum item, & decimum Seculum, non impares Rabano, & Radulpho Flauiacenſi exhibuit honores. Etenim nonum Rabanum Abbatem fuldenſem, & Epiſcopum conſtituit moguntinum: decimum quoque Radulphum facilè conſtitueret, ni Flauiacenſis humilitas obſtitiſſet Mona-
18 ſterij. *Bellarm. de ſcript. Eccleſ.* Cætera exinde ſecula, noſtras adusque tempeſtates Eccleſiaſticis dignitatibus, ſacros afficere Interpretes, adhuc minimè deſtiterant. Rupertum nanque, Tuitienſi: D. Bernardum, Claræuallenſi: Hugonem, Sancti Victoris: Ioachimum, Florenſi Abbatijs inſigniuere. Sanctum verò Anſelmum, Lucenſem: Zachariam, Chriſopolitanum: Gulielmum Pariſienſem: Albertum, Ratiſponenſem: Auguſtinum de Roma, Nazarenenſem: Paulum, Burgenſem: Alphonſum, Abulenſem: Iacobum de Valentia Chriſtopolitanum Epiſcopos conſecrarunt. Bulgaris pariter, Theophilactum: Canthuarienſibus, D. Anſelmum: Bituricenſibus, Ægidiũ: Conſæ, Ambroſium Catharinum, Archiepiſcopos dederunt. Hugonem præterea de Sancto Caro: D. Bonauenturam: Petrum ab Aliaco: Ioannem à Turre cremata: Bellarminum, & Toletum, ſacra purpura induerunt. Atque tandem Innocentium III. Innocentium IV. Vrbanum IV. Alexandrum V. Summos Pontifices adorarunt. *Bellarm. de ſcriptor. Eccleſ. Et Alphonſus Ciacconius.*

Meritò igitur tantorum Virorum in obſequium plurimi Principes, & qui bo-
19 nas admodum coluerunt literas, maximæ obſeruantiæ non vulgaria ediderunt indicia: Andronicus ſiquidem Comnenus, poſt Alexium Porphyrogenitum interfectum Imperator; non procul à purpura, ſed propè ſolium ſuum collocatos, eos frequentibus muneribus fouit. *Nicetas lib. 2.* Carolus verò Magnus, quod ſacris Interpretibus è ludo litterario in aulam receptis Sacerdotia locupletiſſima, & Pontificatus abundè contulerat. O ſi mihi (aiebat) fata duodecim Hieronymos, Auguſtinoſue concederent; Subiunxit promptè ſtomachabundus præceptor eius Albinus Anglus ſuauis homo: Quid duodecim poſtulas, cùm ſuprema illa, atque æterna Maieſtas tanto temporis ſpatio, duos duntaxat habuerit? *Auentinus lib. 4. annal. Baiorum.* Et Ioannes Galeatius Vicecomes inter cæteros eruditos Gymnaſij Ticinenſis, Petrum Filargum Sacrarum Scripturarum ſatagentem expoſitorem, qui poſteà Alexander V. fuit, quam-

quammaximè coluit. *Iouius in Ioanne Galeatio.*

Quarè, temporali non modò, hac noſtra dum fuerentur vita, verùm etiam 20 ſempiterna illa ſuſcepta, immortales adhuc honores, morte vel inuita conſecuti ſunt. Poſſem propterea centum, & amplius hic exequiales memorare pompas, quibus eorum illuſtria reddita ſunt ſepulchra, niſi aureæ Chryſóſtomi eloquentiæ, qui ſeculo quarto floruit, vnum pro mille, quod ex induſtria hucuſque reuocatum eſt ſufficeret inſigne funus. Ferebatur enim (vt ex Cauſſino, *lib. & cap. vltim. de ſacra, & hum. eloquen.* diſertè legitur) Theodoſij Imperatoris, Conſtantinopolim iuſſu, pretioſiſſimum illud mundi pignus totius Vrbis veihumeris, vel ſtudijs, totque ei erant ſepulchra, quot hominum pectora. Redibat nanque Chryſoſtomus ab exilio tanquam ex virtutis ſuæ theatro: & quæ anteà exulem loca ſine lachrymis videre non poterant, eadem ingenti fænore letitiæ triumphantem intuebantur. Cum autem regiæ Vrbis perueniret ad muros; tunc Procerum naues ornatu, cultuque apparatiſſimæ emicare, omnes obùiam ſe effundere, ſacrum depoſitum quaſi è cælo miſſum cernebantur accipere. Imperatorem ipſum dignitas non tenuit, quem incitauit religio; quin patrem ſuum, imò communem, magnæ Vrbis gentium, doctorem orbis terrarum, religioſis manibus excepit, & ſuo nauigio intulit. Appulit primum ad viduæ Callitropes agrum; agrum inquã illum, quem tanta vocis libertate contra inuidioſam Auguſtæ potentiam defenderat. Stetit illic quaſi patronus in domo clientulę, vt & beati cineres hoc odore iuſtitiæ, ſingulariſque conſtantię, quam in eodem loco ſacrauerat, fruerentur. Exindè in Vrbem deportatus eſt carru triumphali, qui triumphum adeptus erat tanto pulchriorem, quanto maius eſt ſuperare patientia. Vidiſſes in ipſo aditu muros Vrbis exultantes, geſtientes domos, confectos pompis viros, tecta ipſa laborantia, & ridentem Ciuitatis faciem, quæ ſe præ lætitia minimè capiebat. Stetit Auguſtus, in conſpectu omnium amplexus eſt pheretrum, collachrymauit, orauit: At populus rogabat mortuum, vt relictam ſedem conſcenderet. Mirum: illico ſoluta lingua eſt, reſponſum dedit, benè precata eſt ſalutem, & pacem, quam nouerat impetrauit. Nec enim morte tenebatur neceſſitate, ex qua omnes liquidiorem vitam hauſerant. Et hæc itaque ſactorum ſint ſatis Expoſitorum, atque Interpretum prænarrata obſequia.

CAPVT V.

Symbolicæ Theologiæ Doctores quanti fecerit olim antiquitas; & quibus honoribus ſit ex animo eos proſecuta.

SVMMARIVM.

1 *Licet ſermonis obſcuritas mentem plerumque fatiget; non nihil tamen in ſe ſacri, atque verendi habet: Quarè Aegyptij, & Hebræi, ſymbolis, vtebantur quam maximè, ne ſacra cunctis paterent myſteria, ſed tantùm iis, qui primò purgati eſſent, ſe ſeque diligenter ad ipſa præpararent.*

2 *Vnde Egyptij per nauis gubernatorem, Deum rerum omnium primam eſſe cauſam: per mundi lutum, materiam aptam ad generandum, ſiue ipſum corpus: per ſceptrum oculatum, vniſatem, vigilantiam, potentiamque diuinam, planè intelligebant. Ex quibus profectò, ſymbolica Pythagoræ & illa diſciplina, quam ab ipſis acceperat, ſumpſit exordium.*

3 *Pythagoræ nonnulla obiter recenſentur ſymbola, quæ licet prima fronte ſuperſtitioſa quæpiã, ac deridicula videantur; tamen ſi quis allegoriam eruat, videbit nihil aliud eſſe, quàm quadam rectè viuendi præcepta. Ex quibus etiam conuenientia, quam inter ſe habent Symbolum, Adagium, Paræmia, Aenigma, & Hieroglyphicum, eſto alids diſcriminentur ab inuicem, non obſcurè colligitur.*

4 *Symbolica ſcientia apud antiquiores in magno pretio fuit; adeò vt ne ipſius vnquam excideret memoria, in obeliſcis, piramidibuſque, ac templorum valuis, ſymbolorum ſuorum monumenta inſcriberent. Taliumque Scriptores, & qui ſub alijs figuris naturas rerum effingebant, Hieroglyphos vocabant.*

5 *Multi Græcorum ſapientia celebres, vt Orpheus Muſeus, Melãpodes, & id genus cæteri, quorum præcipua recenſentur nomina, hanc ſymbolicam doctrinam percipiendi gratia in Aegyptum tranſierunt. Putabant enim Sacras literas in ea conſiſtere, atque in Hieroglyphicis, virtutem quandam cæleſtem reperiri, quæ ad intelligentiam ſubtilium rerum ducerentur.*

6 *Symbolica diſciplina, apud Aegyptiorum Sacerdotes, ſicut, & Magia naturalis ad curandum corpora præcipuè verſabatur; atque ità magno colebantur honore, adeò vt ex Philoſophis Sacerdotes, & ex Sacerdotibus Reges eligebantur, quemadmodum de Triſmegiſtro legitur. Eorumque remedia, quibus quiſque ſanitatem adeptus erat,*

erat, ſacris in Templis, Æſculapij tanquam oracula ſcripta ſeruabantur.

7 *Tributorum, vectigaliumque praiade, plena gaudebaat immunitate. Quinimò vectigalibus trifariam partitis, primam portionem Sacerdotes percipiebaat. Regum conſilijs intererant: poſt Reges dignitatem tenebant; lineis ad differentiam cæterorum induebantur veſtibus: nam eò quòd ex terra nata mundiores, & puriores putabantur.*

8 *Orpheus verò Trax, eò quòd in Aegypto ſymbolicam doctus fuiſſet Theologiam, nec non moſaica imbutus diſciplina, tantum honoris apud Græcos adeptus eſt, vt illa ætas ſapientiſſimum, diuinumque prædicaret. Quare homines partim inſcitia, partim eius fama; & opinione moti veluti græcum coluerunt Deum.*

9 *Licet idem Orpheus pæderaſtiæ artis apud nonnullos author extiterit, ei tamen defuncto triumphalem erexerunt columnam, lapidea in vrna deſuper tanti viri, vatiſque oſſa imponentes: cuius etiam caput, oracula dediſſe tulerant, Græcis quidem de bello troiano, Cyro verò de nece per Thomirem ei inferenda.*

10 *Eius quoque Simulacrum, ex cupreſſo arte confectam, victoriam Magno Alexandro in Lebethris conſecuturam prædixit; dum magno ſudore emiſſo, ſecundùm Ariſtandri vaticinium; Poetas in decantando (vtpotè muſarum cultores) Alexandri victorias, laboraturos oſtentabat.*

11 *Pythagoras item, patriâ relicta in Aegyptum, atque Iudæam profectus eſt, vbi ſacris initiatus, & cabaliſticis deguſtatis myſterijs tantam profecit, vt toti Græciæ in admirationem fuerit. Nec defuere, qui ob formoſitatem, & præſtantiam, Apollinem crederent; & tanti facerent eius obiurgationes, vt ferre non valentes, laqueo ſe ſuſpenderent.*

12 *Vnde imaginibus quoque fuit honoratus, quod ſummæ venerationis haud inefficax extitit argumentum: Nam hominum effigies, non exprimi ſolebant, niſi aliqua illuſtri cauſa perpetuitatem merentium, vt apud Athenienſes, & Romanos moris fuit, grandiores ponentes, aut pretioſiores, prout Heroum, quos repræſentabant, exigebant merita.*

13 *Pythagoram, Ciuitate adhuc donarunt Romani, & ſi parciſſimè, ægrèque id agerent; quod maximi honoris etiam indicium fuit, vt patet Corinthiorum exemplo erga Alexandrum, Lacedæmoniorum erga Tyrteum; Athenienſium in Hippocratem: Rhodiorum in Appollonium; Venetorumque in Iacobum Carrarienſem, atque alios quamplurimos. Quinimo, Metapontini tanti fecerunt Pythagoræ ſapientiam, vt eius domum in templum converterent, eumque pro Deo colerent.*

14 *Plato verò, non tam ex Aegyptijs, quam ex Prophetis, Moyſe præſertim, myſticam ſuam perdidicit Theologiam; ſed eò felicius, quò cæteros ethnicos antecelluit intelligentia. Adeò, vt ad oſtendendum literam X. Sanctæ Crucis continere Myſterium, Iuſtinus Martyr, eius vti teſtimonio, minimè ſit veritus; dum filium Dei, inſtar X literæ in mundo eſſe poſitum, aſſeruit. Quarè Moyſes atticizzans à Numenio Philoſopho, fuit appellatus.*

15 *Honores idcircò apud exteros non tantum, verum etiam in patria, quod difficillimum eſt, ſummos recepit, ita vt ad magnificentiſſimam Olympiarum celebritatem accedente, vt eum aſpicerent, ipſiuſque præſentia cominus oblectarentur Ciues ludos, & Athletarum ſpectacula reliquerint. Et ſolus aſſiſtens cuidam Tragediæ; maiorem tragico reputatus eſt, ſua duntaxat præſentia exhibuiſſe plauſum, quàm ſi totus athenienſis ſpectauiſſet populus.*

16 *Dionyſius Siciliæ Tyrannus, obuiam Platoni ad ſe venienti vittatam miſit nauem, & egredientem de littore quadrigis excepit albis, & in proprium imponens currum, aurigæ inſuper functus eſt officio. Obtulit quoque illi dono pergrandem pecuniam: Inter amicos, & ſuos recepit familiares, cui tantam tribuit authoritatem, vt ab eo aliquando reprehendi ſe permitteret.*

17 *Nec minoris præterea apud cæteros exiſtimationis extitit, dum captum ab Anniceris Cirenæus humaniter redemit. Sectatores plurimos idcircò habuit, quorum præſertim narrantur nomina. Populis leges multis impoſuit; vndè ſtatua à Mithridate Rege Ponti fuit decoratus, nec non diuino obſequia non ſemel ab aliquibus quandoque cultus.*

18 *Saloman tot libros ſcripſit, quot vacabula habuit, vocatus enim fuit Salomon, Concionator, & Ididia, quod eſt amabilis Domino: Vt Salomon, ſeu Pacificus, Prouerbiorum edidit librum, vt Concionator, Eccleſiaſten; vt verò Amabilis Domino, Canticorum Cantica. Liber autem ille, cui titulus eſt Sapientia, materialiter eſt quidem Salomonis, ſed ſecundum ſtylum, atque texturam, eſt Philonis Iudæi ſenioris.*

19 *Præfati Salomonis libri, etſi diuerſas rerum tradant diſciplinas, ſymbolis tamen, parabolis, paræmijs, ænigmatibuſque vndique ſunt referti. Quarè Salomon ſignificat Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui per parabolas locuturus erat turbis Iudæorum.*

20 *Magno*

20 *Magno propter eà honore cuncta nationes proſecuta ſunt ipſum. Quandoquidem Gens hebraa, adhuc viuente Patre, ſuper Iſrael & Iudam, in Regem pleuis recepit votis. Omnes per circuitum Reges, officioſis epiſtolis, muneribuſque opimis congratulati ſunt ei. Quin ampliùs, Aethiopia tranſmarina, Arabes, Sabai, & Tarſici, ſeù Tarſeciaci Hiſpani, eidem parebant, magnumque regem vocabant.*

21 *Saba, Aegypti, ac Aethiopia Regina facilè omnes munificientia ſuperauit, qua prater gemmas, & aromata, auri centum viginti talenta ipſi donauit. Et à Rege Hiram, plura ſoluendi anigmata occaſione nacta, pecunias, & merces, non paucas recepit.*

22 *Quia verò cunctis mortalibus innatum eſt ſepultura decus, hoc, & Salomon minimè caruit, cùm in patrio ſepulchro à ſe magnificentiſſimè extructo, honorificè humatus fuerit. Ex quo haud inefficax deſumitur argumentum panitentia peracta, ac tandem ſalutis ipſius Salomonis: Nam Regibus peccatoribus, & in ſua perſeuerantibus malitia, paternum ſepulchrum denegatum eſt.*

23 *Phocionis ſapiens dictum, quandò maximum quid, ſe feciſſe reſpondit, vt Omnes, ſcilicet Ciues athenienſes in patrys ſepelirentur procurauit ſepulchris: Nam longe honorificentius cenſetur locum ſepultura, honoris virtutiſque cauſa à maioribus adipiſci, quam ſtatua publica donari.*

SErmonis licet obſcuritas animos plerumque fatiget, proindeque plurima
1 (vt de Herophili ſcriptis *lib.* 11. *cap.* 37. teſtatur Plinius) verborum propter nimiam deſerantur obliquitatem: non nihil tamen in ſe ſacri, atque verendi habet. Sicut enim in tenebris magis terrent, & reputantur obiecta, quam in luce: ſic illæ orationis quaſi tenebræ terribiliora, & ſanctiora reddunt, quæ proponuntur. Quamobrem, *lib.* 5. *ſtrom.* Clemens tradit Alexandrinus, Ægyptios, & Hebræos ſymbolis vſos fuiſſe reconditis, vt Sapientiæ diuinæ eos participes efficerent, qui rebus ſacris initiati eſſent. Qua de cauſa (inſuper addit) ſacra Vaticinia ænigmatis reddita olim fuiſſe conſtat, nec vera myſteria oſtendi ijs ſolita, qui temerè, & impudenter accederent, ſed qui primum
2 purgati eſſent, ſe ſeque diligenter præpararent. Quinimò, ijdem Ægyptij, vt oſtenderent, omnia, Dei prouidentia, curaque adminiſtrari; per nauis gubernatorem, ſupremum Deum, primum Motorem, & Primam illam rerum omnium deſignari cauſam; Sicut per mundi lutum materiam aptam ad generandum, ipſumque corpus alias intelligi volebant; atqui & interdùm non alio ſymbolo, Deum deſignabant, quàm oculo depicto, cui & baculum, ſeu ſceptrum ſubſtituebant (quandoquidem, Deus vnus eſt, qui omnia videt, & penes quem eſt præcellens, & regia dignitas) & id genus non pauca *cap.* 37. *de Myſterijs* diſertè exponit Iamblicus Philoſophus. Hinc profectò antiqua illa Pythagoræ ſymbola huiuſcemodi Theologiæ, ac Philoſophiæ vſum non minimum præbuere, quæ cùm ab Ægyptijs (vt ibidem relatum eſt ab ipſo Iamblico) accepiſſet, ita excoluit, vt magnam ſuæ doctrinæ partem hiſce myſterijs occluſam eſſe voluerit.

Quia verò in Pythagoræ haud incon-
3 ſultè mentionem incidimus, quædam etiam illius, oraculorum inſtar celebrata, non grauabimur modò apponere ſymbola, quæ quidem in præſentia licuit apud græcos inuenire Authores. Nam ea, tametſi prima (quod aiunt) fronte, ſuperſtitioſa quæpiam, ac deridicula videantur, nihilominus ſi quis allegoriam eruat, videbit nil aliud eſſe, quam quædam rectè viuendi præcepta. Nonnulla præſertim tradit Plutarchus *in vita Numa* huius generis, quæ cum Pythagoreis ſatis videntur eſſe communia: vt *Dei figuram in annulo ne inſculpas*: ideſt, ſententiam, & ſermonem de Deo ne facilè manifeſtes, & diuulges, ne abeat in contemptum. *Adoraturi ſedeant*: quod ſcilicet oporteat eos, qui ſacris operantur, non obiter, ac velut aliud agentes hoc facere; ſed vacuos, & totos rei diuinæ intentos. *Ad finem vbi perueneris, ne velis reuerti*: hoc eſt, cùm aderit fatalis dies, viderìſque vitæ finem adeſſe, æquo animo feras, neque turpi vitæ cupiditate exanimeris: *Cibum in matulam ne immittas*: ideſt, ne ſermonem vrbanum immittas in animum hominis improbi; nam oratio, cibus eſt animi, is quidem corrumpitur, & putreſcit, ſi in animum inſyncerum inciderit: atque alia, quæ apud ipſum Plutarchum cùm *in lib. de liber. educan. propè fin.* tùm 8. *ſympoſ. q.* 7. perampliùs, & diffuſius inueniuntur. Vndè facilè comperietur quiſque, Symbolum habere aliquam cum Adagio, ſeu Paræmia, Ænigmate, & Hieroglyphico ſimilitudinem. Et quidem ſæpe numero fit, vt horum eadem natura eſſe appareat, quamquam inter ſe, ratione quadam differant vt dictum eſt ſuperiùs, *lib.* 2. *cap.* 2.
4 *à n.* 5. *vſque ad* 10. Ex quibus profectò compertum, & nobis eſt, hanc de ſymbolis Scientiam, magno in pretio apud antiquiores ſemper extitiſſe, peneſque om-

nium doct..ſſimos tantùm fuiſſe Sacerdo-
tes, qui in ſchola Memphitica præſertim
philoſophati ſunt. Ac itaque, ne huius
ſcientiæ vnquam excideret memoria,
auebant in operoſis obeliſcorum, pyra-
midumque molibus, tum in apparatiſſi-
mis templorum valuis conſecrare ſym-
bolorum ſuorum monumenta; quod
Sanctus Cyrillus Alexandrinus *aduerſus*
Iulian. lib.9. diſputans de Moſis figuris,
clariſſimè oſtendit. Innuit quippe fuiſ-
ſe apud Ægyptios quoſdam Ænigmatum
magna induſtria, & grauitate præditos,
quos illi nominare ſolebant Hierogly-
phos; qui templis, & obeliſcis notas in-
ſcribebant, non vulgaribus vtentes lite-
ris, ſed alijs figuris, rerum naturas effin-
gentes prudentiorum augebant ſcientiam
quo ſpectant illa Lucani *lib. 3. de ciuili*
bello:

Nondum flumineos Memphis contexere
libros
Nouerat, in ſaxis tantum, volucreſque
feræque,
Sculptaque ſeruabant magicas animalia
linguas.

5 Priſcis propterea temporibus, vt talem
ſcilicet reconditam perciperent doctri-
nam, multi Græcorum ſapientia celebres,
» *p.2.lib.1.cap.6.* teſtante Siculo, in Ægyp-
tum protinus tranſierunt: Inquit enim:
» Scribunt eorum Sacerdotes, in ſacris con-
» tineri libris tranſiſſe primum ad Ægyp-
» tios Orpheum, Muſeum, Melampodem,
» Dædalum, Homerum poetam, & ſparta-
» num Lycurgum. Deinceps Solonem
» Athenienſem, Platonem philoſophum,
» ac ſamium Pythagoram, Eudoxum quo-
que mathematicum, ac Democritum ab-
» deritem, Et Inopidem Chium. Quæ
» ſinguli horum ab Ægyptijs in ſua ſcripta
tranſtulerint etiam oſtēdit. Ex quo merito
hanc de ſymbolis ſcientiam, ſacras lite-
ras *in c.2.epiſt.ad Rom.* Origenes appellat.
Quin addebant, *vt homil. 1. ſuper numeros*
notat idem Origenes, celeſtem quandam
virtutem præeſſe Hieroglyphicorum ſa-
pientiæ, quæ eius candidatos illuſtraret,
& in tot rerum ambagibus, diſcuſſa te-
nebratum caligine, ad intelligentiam
ſubtilium rerum promoueret.

Hac quippe de cauſa ſuos Sacerdotes,
6 vtpotè talem callentes ſymbolicam diſci-
plinam, religionis ſtudioſa ſummopere
venerabatur Egyptus, à qua vſurpatum
legimus apud Alexandrum, *2. genial.cap.*
8. ex Philoſophis Sacerdotes; & ex Sacer-
doribus probatiſſimum in Regem elige-
re: Vnde Mercurius, Triſmegiſtus, ideſt
ter maximus nomen tulit, quod Philo-
ſophus, Sacerdos, & Rex maximus fuiſ-
ſet. Quare bonorum omnium, tanquam
ſatagentes prouiſores, quæ ad mores non
tantùm, verum etiam ad corporum va-
letudinem ſpectare videbantur ex officio
curabant: ita referente Galeno 5. *de comp.*
loci & 6.epidem. dicens: Egyptiorum Sacer-
» dotes (à quibus Pythagoras, Empedo-
» cles, Democritus, & Plato magiam didi-
» cerunt) quo quiſque remedio ſanitati re-
» ſtitutus eſſet, id ſimul conſcriptum, Mem-
» phis in Hæpheſtio Vulcani, & Iſidis ſa-
» crario, deponebant: quemadmodum, &
» Grecorum Sacerdotes magiæ antiſtites,
» ſuas obſeruationes in aditis templorum
» Apollinis, & Æſculapij in Pergamo etiam
» repoſitas cuſtodiebant: quas veluti Æſcu-
» lapij oraculo edocti Sacerdotes, ægrotis
» communicabant, à quibus ſumma cum
» fiducia, ea acceptari ſolebant. Tributo-
» rum, Vectigaliumque proinde, plena
7 gaudebant immunitate: Dum enim quin-
tas annuorum prouentuū Regni Aegyp-
tij penſitarent quotannis, ſoli Sacerdotes
reddebantur immunes: quandoquidem
Geneſis 47. habetur. Ex eo tempore vſque
in præſentem diem in vniuerſa terra
Aegypti, Regibus quinta pars ſoluitur,
& factum eſt quaſi in legem, abſque ter-
ra ſacerdotali, quæ libera ab hac condi-
tione fuit. Quinimò apud *Diodorum lib.*
1. cap.6. legitur, quod Vectigalibus trifa-
riam partitis, primam portionem, Sacer-
dotum percipiebat Collegium; magna
apud incolas authoritate, tum propter
Deorum curam, tùm propter doctrinam
qua multos erudiebant. Hanc partem
tum ad ſacrificiorum miniſteria, tum ad
priuatæ vitæ commoda illis impartiebant
Aegyptij: neque enim Deorum cultum
omittendum putabant; neque publici
conſilij, vtilitatiſque miniſtris, æquum
vitæ commoda cenſebant deeſſe. Ade-
rant quippè grauibus in rebus hi ſemper
conſilio, atque Regibus ope, tum aſtro-
rum peritia, tùm ex Sacrificijs futura
prædicentes. Ex libris prætcrea ſacris
priorum geſta referebant, quibus Reges
in agendis noſcebant quæ fuerant profu-
tura. Non ſanè quemadmodum, apud
Græcos vnus homo, aut vnica mulier ſa-
cris præerat, ſed plures in cultu Deorum,
honoreque verſabantur, qui eandem ſa-
crorum curam filijs tradebant. Hi om-
nes immunes, ſecundumque poſt Reges
honoris, dignitatiſque locum tenebant.
Propterea etiam amictu, indumentoque,
ſicut Reges à populo, ex Pythagoræ præ-
cepto, ipſos à cæteris diſtinguebant: Li-
neo nanque tantum veſtimento ex goſ-
ſypio, ſiue è linis xylinis (Plinio *lib. 19.*
cap.1. & Herodoto, *lib.2.* teſtibus) vt pu-
riſſi-

riſſimo, mundiſſimoque in rebus vtebantur diuinis: laneum verò vt prophanum vituperabant, quia ab animato decerpitur, conficiturque ex mortali materia. Contra linea ideo pura videbantur, & ſacrificantibus accomodata, quoniam linũ ex terra oritur: quæcunque autem ex terra naſcuntur, munda, & pura exiſtimabant.

Nec ſolis Aegyptiorum Sacerdotibus,
8 huiuſcemodi duntaxat impendebatut cultus, cùm etiam ex eorum prodeuntes diſcipuli ſcholis, varias apud nationes, honoribus haud vulgaribus inueniantur cõdecorati. Nam Orpheus Trax, Oeagri ex Apollonio 1. *Argonaut.* & Calliopes filius, eo quod in Aegypto, ſymbolicam doctus fuiſſet Theologiam, nec non moſaica, quemadmodum *lib.* 2. putat Hyginus, maximopere imbutus diſciplina; tantùm honoris apud Grecos adeptus eſt vt illa ætas ſapientiſſimum, diuinumque prędicaret. Hic quidem prior omnibus (*mytheolog. lib.* 7. *cap.* 14. Natale Comite teſte) Bacchi ſacra in græciam introduxit primuſque in monte Boetiæ Thebis, vbi Liber pater natus eſt, ſacra illa, quæ Orphica vocata fuerunt, in quibus ille poſtea fuit laceratus, inſtituit, vt ait Lactantius *de falſa religione*, apud eundem Natalem *loc. cit.* Hic multa humanæ, politicæque vitæ vtilia inuenit, vt tradit Pauſanias *in Bęoticis*: Nam & Deorum initia, & vniuerſam Theologiam primus aperuit, & nefariorum facinorum expiationes excogitauit, & quibus ritibus iratorum Deorum mentes placarentur docuit, & multa morborum remedia adinuenit, vt idemmet de ſe ipſo *in argonaut.* teſtatur, dicens:

Dicere fert animus, quæ nunquam tempore lapſo
Dixi; cùm Bacchi, cùm Regis Apollinis actus
Sum ſtimulo, horrenda vt narrarem ſpicula; & idem
Fœdera cum Superis mortalibus, atque medelas.

Itaque Siculus, *rer. antiquar. lib.* 1. *cap.* 2. *propè fin.* Hæc omnia, vnico complexus elo-
,, gio, ità de ipſo ſcribit: Orpheum poſtea,
,, cui magna erat apud Græcos gloria tum
,, propter cantus ſuauitatem, tum propter
,, ſacra, hoſpitio acceptum è Thebanis ferunt,
,, magnoque in honore apud eos habitum.
,, Hic cùm ab Aegyptijs Theologiam percepiſſet;
,, antiquum Oſiridis genus ad poſteriores tranſtulit: inque The-
,, banorum gratiam nouum conſtituit ſa-
,, crificiorum ritum. Quod fabulis cauſam
,, præbuit, vt Iouis, ac Semeles filius Bac-
,, chus putaretur. Homines verò partim
,, inſcitia, partim Orphei fama, & opinione
,, moti, eum, vt græcum Deum libenter
,, ſuſceperunt.

Quem licet Orpheum pæderaſtię artis,
9 hoc eſt deteſtandæ in mares libidinis apud Cælium *lib.* 15. *cap.* 9. principem, & repertorem alias nonnulli faciant, vnde metamorph. 10. legitur:

Ille etiam Thracum populis fuit author amorem.
In teneros vertiſſe mares——————

eius tamen defuncti exuuias glorioſo, & celebri condidere ſepulchro: Quandoquidem, triumphali illi erecta columna, lapidea in vrna deſuper impoſita, tanti Vatis oſſa; illius regionis gentes non ſemel adorarunt. Adduntque Thraces, Luſcinias, quæ circa illius tumulum nidos habebant, ſuauiores quam cæteras, & vocaliores edidiſſe cantus. Pauſanius *in Baot.* Quin, ſiue Dęmonis aſtu, ſiue licentia fabulæ Orphei caput, Philoſtratus *Heroidum in Philocte* ſcribit aliquando dediſſe oracula, prætertim Græcis, Troiam non poſſe capi Herculis abſque ſagittis: atque Perſarum Reges, & Babiloniæ in Leſbum ad ſciſcitanda oracula, Oratores miſiſſe; & in primis Cyrum, cui Orpheum conſulenti de exitu ſuo, ſic fermè reſponſum proditur: *Quæ*, ſcilicet, *ipſe ſum paſſus, in te quoque ſunt recaſura*: Hoc eſt: Quemadmodum ego perij, à mulieribus diſcerptus, ita tu quoque à Thomire Scitarum Regina crudeliter tractaberis; reuulſo tuo capite, & abiecto in vtrem ſanguine plenum, cum hac exprobratione ſatis inhumana: *Satia te ſanguine, quem ſitiſti, cuius-*
10 *que ſemper inſatiabilis fuiſti*; Inſuper, & in Lebethris Orphei Simulactum apud Pierium Valerianum *Hierogly. lib.* 52. ex cupreſſo cultum quod cùm Alexandri temporibus, ſudorem multum emiſiſſet, omnibus eo prodigio perterrefactis, reſponſum eſt ab Ariſtandro viro ſapiente, Bene ſperandum; Siquidem quod nunc opus Alexander aggrederetur, ob rerum geſtarum magnitudinem, maximum eſſet ſudorem, & laborem Poetis, & Muſarum cultoribus allaturum.

Mirum etiam in modum inter cæteros
11 huiuſcemodi artis maximè enituit Pythagoræ nomen: Equidem ipſe patria, notiſque relictis, primò in Ægiptum, atque Iudæam, ſacris Iudaicis initiatus, & cabaliſticis myſterijs deguſtatis, mox Babyloniam, ad Perſarum Magos, ſiderum motus contemplandi cauſa, profectus eſt. Inde Cretam, Lacedemonemque ad cognoſcendas Minois, & Lycurgi inclytas ea tempeſtate leges contendit: quibus inſtructus, tanquam ex mercatura bona-

rum artium ad Olympicum certamen, Metapontum, & Crotonem venit: vbi ſuis monitis, ſymbolicisque doctrinis tantum proceſſit, vt populum in vitia lapſum ad frugales mores modeſtiamque reuocarit. Ibique Archytam primò, & Epicharmum, mox Philelaum, & Alcmæonem; deinde Zenonem, Parmenidem, ac Lyſiam, ſuæ diſciplinę ſectatores habuit, qui eiuſdem ſymbola benè callentes, diuina mente, & conſilio viri exinde euaſere, lumenque, & ornamentum ſuæ reipublicæ fuere. *Alex. ab alex. lib. 1. cap. 30.* Ea propter, cùm multiplicis ſcientiæ maximam toti Græcię admirationem, ac ſpecimen exhibuiſſet; formæque præſtantia plurimùm cæteros anteccelleret; Apollinem, qui ex Hyperboreis veniſſet, illum eius extitiſſe Diſcipuli, penitus de leui non ſunt opinati *Laert. in eius vita* Tanti perinde ipſius fecerunt authoritatem, vt publicè ab eo illatas obiurgationes, quidam ferre non valens, laqueo ſibi gulam miſerrimè frangeret, monitoremque ſuum ſimul doceret, à talibus erga quoslibet abſtinere ſe velle deinceps increpationibus. *Plutarch. de diſcernen. adul. ab amic.*

Vt ſapientiſſimus ergo Græciæ Heros 12 ſtatuis, imaginibuſque fuit honoratus quampluribus: nam reddito Romanis oraculo prudentiſſimi græcæ gentis, vt ſtatuas erigerent; in foro mox Pythagoræ, ac Alcibiadis ex ære dedicauere icones. *Plutarchus in numa.* Quod ſummi honoris haud inefficax argumentum omninò reputari poteſt. Effigies ſanè hominum (*lib. 34. cap. 4.* inquit Plinius) non ſolebant exprimi, niſi aliqua illuſtri cauſa perpetuitatem merentium, primò ſacrorum certaminum victoria, maximèque Olympiæ, vbi omnium qui viciſſent, ſtatuas dicari mos erat: eorum verò, qui ter ibi ſuperauiſſent ex membris ipſorum ſimilitudine expreſſa, quas iconicas vocant. Athenienſes verò neſcio an primi omniſi Harmodio, & Ariſtogitoni tyrannicidis publicè poſuerint ſtatuas. Excepta deindè res eſt à toto orbe terrarum humaniſſima ambitione. Et iam omnium municipiorum foris ſtatuæ ornamentum eſſe cæpere, prorogarique memoria hominum; & honores legendi æuo baſibus inſcribi, ne in ſepulchris tantum legerentur. Mox forum, & in domibus priuatis factum, atque in atrijs. Honos clientium inſtituit ſic colere patronos. Quin & Romani (vt apud Alexandrum *genial. lib. 3. cap. 7.* abundè legitur) tantummodò ijs, qui domi, vel foris egregiè ſe geſſiſſent, poſt mortem in roſtris Imagines in memoriam poſteritatis pleruſque cereas, aut marmoreas, vel æneas columnas cum trophæis, & titulis, publico conſilio erigebant, & res geſtas, monumentis inſculpebant, leuandi deſiderij cauſa. Eoque maiores faciebant (*Hieroglyph. lib. 49.* addit Valerianus) prout eos maiori honore dignos arbitrabantur: de quo apud Macrobium. Hinc iocoſum illud Marci Tullij dictum in fratris ſtatuam: Nam cùm in prouincia, quam ille rexerat, clypeatam eius imaginem conſpexiſſet ingentibus lineamentis vſque ad pectus de more pictam (erat autem Quintus ſtaturæ paruæ) Frater, ait, meus dimidius maior eſt, quàm totus.

Sed quid ampliùs! Et ſi eodem teſte 13 Alexandro *Genial. lib. 4. cap. 10.* Ciuitatem à principio parciſſimè Populus daret Romanus: quin potiùs, Craſſo, & Scæuola Conſulibus, legèque papia adhuc in poſterum cautum fuiſſe: ne hi, qui Ciues Romani non eſſent pro Ciuibus fierent; propterea Perpennæ, probro obiectum fuiſſe, quòd contra legem papiam, priuſquam admitteretur ad Ciuitatem Conſul eſſet creatus, *ibidem, & cap. 22.* latè habeatur: Donarunt tamen honoris ergo Pythagoram Romani Ciuitate, vt Author in libro quodam Antenori dicato comicus eſt Ephicarmus, vir antiquus, & ex ſchola pythagorica; *in numa*, inquit Plutarchus. Tanti proinde muneris nunquam floccipendenda cenſetur humanitas, cùm Romana non tantùm, ſed & Orbis terrarum celebriores Reſpublicæ, huiuſcemodi, virtutem præmiandi more, munificentiæ veluti termino paſſim ſint vſæ. Alexandro nanque Magno, vt apud eundem Plutarchum, *in eius vita* legitur, ius ſuę Ciuitatis per legatos Corinthij detulerunt. Quod licet officij genus, cùm non ſatis gnarus Alexander, aliquando riſiſſet, quidam tamen è legatis hæc adijciens, nimirum: *Nulli Ciuitatem vnquam donauimus, præterquam tibi, & Herculi:* illicò oblatum lubens accepit honorem quẽ illi commendaret partim raritas, partim cum Hercule indiſtincta ſocietas. Item; Tyrthæus Athenienſis, ob res in bello meſſenico præclarè geſtas, Ciuitate donatus eſt à Lacedæmonijs *Calius lib. 18. cap. 5.* Et de Hippocrate Coo, narrat Soranus *in eius vita*, quod ob ſedatam peſtilentiam, Athenienſes, publicis alimentis in Prytaneo, ipſum donarunt, & ius Ciuitatis eidem dederunt. Rhodij quoque, Apollonio Argonauticorum ſcriptori, licet Alexandriæ nato, ius Ciuitatis tamen, vndè Rhodij agnomen traxit, Victorio *lib. 25. variar. cap. 4.* teſte, ſplendide tribuerunt. Veneti adhuc, vt cæteros mittam, ob acceptorum beneficiorum gratiam, vel ob

ſum-

ſummæ beneuolentiæ teſtificationẽ (*lib.5.*
inquit Guicciardinus) Ciuitate, ſeù iure
comitiorum in ipſorum Rempublicam
donare ſolent quos volunt. Adeò vt præ
cæteris, Iacobo Carrienſi Patauinorum
Duci, pace, & bello viro illuſtriſſimo,
præter ius Ciuitatis, auguſtale propè Di-
uum Paulum quoque Palatium ſunt elar-
giti. *Bernard. Scard. lib. 3. hiſt. pat.* Quibus
fortè de cauſis, alijſque non paucis, cùm
poſt multa, quæ Crotonem inhabitanti-
bus Pythagoras attulerat commoda, Me-
tapontum migraſſet, ibique extremam
clauſiſſet diem; tanta fuit apud ipſos py-
thagoricæ doctrinæ admiratio, vt fami-
liarem, quam frequentauerat domum,
etiam in templum conuerterent, eum-
que pro Deo ſuperſtitiosè colerent. *Tro-
gus lib.20.*

Cæterùm, cùm idem Pythagoræ, Pla-
14 toniſque fuerit docendi modus, parque,
& ſimilis, qua quis ad rei cognitionem,
& myſteria deduceretur exercitatio: per
ſymbola, ſcilicet, atque notas, per pro-
uerbia, & paræmias, per numeros, & fi-
guras, per literas, ſyllabas, & verba, vt
ex Ioanne Metello *in ſua epiſtola* habetur:
idem quoque honor, parque obſeruantia
(ni fortè maior, quò præſtantior eius fuit
Theologia) Platoni legitur exhibita fuiſ-
ſe. Non enim illam tam ſublimem, &
excelſam naturali, & humana ratione
prorſus comparauit eruditionem, ſed ex
diuinis potiùs Prophetarum oraculis ip-
ſam perrepit. Quoniam, vt Iuſtinus Mar-
tyr, *in pareneſi ad gentes*, & Euſebius *in præ-
parat. Euang.* & Theodoretus, *de Græcorum
affectionibus*, ſcribunt: Platonem ex He-
bræorum libris multa in ſuos tranſtuliſſe
pro comperto habetur. Numenius idcir-
cò Philoſophus, ſicut ipſi reſtantur, di-
cebat: *Quid eſt Plato? niſi Moyſes atticizans.*
Et Ariſtobulus iudæus, quem allegat Eu-
ſebius: *Legem*, inquit, *noſtram in multis
Plato ſecutus eſt.* Apertè ſiquidem in mul-
tis, diligenter examinaſſe ſingula videtur:
vnde plurima, ſicut & Pythagoras philo-
ſophus, ille, omninò accepit, ſed eo fe-
licius, quo ad oſtendendum literam X
ſacræ Crucis continere myſterium, idem
Iuſtinus Martyr apud Ioannem Metel-
lum, *loco ſuperius citato*, ipſum Platonem
aduocat in teſtem, & in Timæo de Dei
Filio differentem, ſcribere: Deum in
mundo, filium ſuum inſtar X literæ po-
ſuiſſe. Quod vtique non ſcripſiſſet, niſi
Moyſis vaticinia, altius quam Pythago-
15 ras penetraſſet. Quare diuina quadam
ſapientia, & probitate, Mirabilem autho-
ritatem (*in eius vita*, vt teſtatur Ficinus)
etiam in patria, quod rariſſimè fieri ſo-
let, ſibi comparauiſſe videtur: inquit enim:
» Reuerſus ex Sicilia Plato, cùm ad magni-
» ficentiſſimam illam Olympiorum cele-
» britatem, quaſi quendam Orbis terrarum
» conuentum perueniſſet, iam lætis cuncto-
» rum occurſibus exceptus eſt, vt è cælo
» Deus ad mortales demiſſus videretur.
» Ludos deſeri, Athletarum ſpectacula re-
» linqui, Pugiles ſolos omitti cerneres, &
» quod admirabilius eſt, qui tam longis
» terrarum, mariſque tractibus, paſcendo-
» rum oculorum, animorumque, & alio-
» rum gratia ad Olympia venerant, omnis
» voluptatis obliti, Platonem adibant,
» Platonem intuebantur, in Platone perin-
» de, atque amæniſſimo diuerſorio con-
» quieſcebant: Et cùm Tragędiam quis re-
» ferret, nec quiſpiam præter Platonem
» adeſſet, obiectantibus quibuſdam, dede-
» cori eſſe illi, quòd nemo præter vnum
» adeſſet; reſpondit ille: Et hic vnus plus
eſt, quàm athenienſis populus. Quæ me-
ritò quidem patrata videntur; minimum
ne, ſcilicet, obſequij adimeret in patria,
qui apud truces, immaneſque, à quibus
aliquandò diſcedens Tyrannos, plurimum
humanitatis iam inuenerat.

Veniens itaque, iam ab hinc anteà, à
16 Dionyſio Plato in Siciliam vocatus, pri-
mo aduentu ab eodem Tyranno, eximio
honore exceptus fuit: vittatam enim illi
obuiam miſit nauem, & egredientem de
littore quadrigis recepit albis: in propriũ
impoſuit currum, cuique etiam aurigam
egit. *Plutarchus in Dione, & Plin. lib. 7.
cap. 30.* Obtulit adhuc illi Tyrannus per-
grandem dono pecuniam, quam cùm ac-
cipere renuiſſet, Ariſtippus dixiſſe fertur:
Tutò liberalis eſt, & munificus Diony-
ſius: pluribus indigenti pauca tribuit:
Platoni, qui nihil accipit multa exhibet.
Sabell. lib. 3. en. 4. Quarè Tyrannus, tan-
quam magno bono, ſuum eſſet auctum
imperium, ſacrificauit. Pudor ſanè in
conuiuijs, aula compoſita, atque ipſius
Dionyſij in omnibus reſponſis, iudicijſ-
que lenitas, ſpem conuerſionis, ciuibus
præbebat miram. Ardor erat ad diſcipli-
nas, & Philoſophiam omnium. Tyran-
nidis ſedem, vt fama eſt, occupabat pul-
uis ob numerum eorum, qui Geometriæ
incumbebant. *Plutarchus in Dione.* Ex
quibus profectò tantam modico tempo-
ris ſpatio apud ipſum Dionyſium adeptus
eſt familiaritatem, quòd eſto in omnes re-
liquos ſuſpicioſus exiſteret, ita tamen re-
uerenter habuit Platonem, vt eum ſolùm
ſine inquiſitione ad ſe admitteret, licet
alias planè ſciret Dionis intimum fuiſſe
amicum. *Ælian. variar. hiſt. lib. 4.* Quinimò
tantæ fuit authoritatis, quòd cùm ab ipſo
Ty-

Tyranno, cui ſemper familiariſſimus fue-
rat, vocatus eſſet ad cænam, & inter alia,
quæ fabulabantur cænantes, Dionyſius in-
terrogaret, num etiam apud Athenien-
ſes, Philoſophorum conuentu Dionyſij
mentionem facerent? Plato ſubridens re-
ſpondit: Nunquam Philoſophos, qui
Athenis viuunt, ita vacare, aut de tam
vili materia inter eos tractari poſſe, vt lo-
qui de Dionyſio valeant. Liberè, & apertè
vitam, vt dignus erat, reprehendens. *Plu-
tarchus in Platone*.

Nec minoris prætereà apud cęteros exi-
17 ſtimationis extitit; dum ipſum ab Ægine-
tis inhumaniter captum, & inter manci-
pia venalem expoſitum, ne quid patere-
tur indignum, Anniceris Cyrenæus mi-
nis aliquot mercatus fuit. *Laertius in Pla-
tone*. Quinimò remiſſam ſibi à Platone
pecuniam repudiauit, inquiens; Pecca-
tum à me profectò in hoc eſt, quod ma-
iore ſumma in Platonem liberalis non
fuerim, quam reddere non poſſet. *Pon-
tanus de liberalitate cap.* 24. Sectatores perin-
dè quamplures habuit: Speuſippum, ſci-
licet, Athenienſem, Xenocratem Calce-
donium, Ariſtotelem Stagiritem, Philip-
pum Opuntium, Hæſtiæum Perinthium,
Dionem Syracuſanum, Amyclem Hera-
cleniem, Eraſtum, & Coriſcum Sceptios,
Timolaum Cyzicenum, Hebionem, Lam-
pſacenum, Pithonem, & Heraclidem
Ponticum, atque alios: ſed cum his etiam
mulieres duas, Laſtheniam Mantineam,
& Axiotheam Phyaſiam, quæ virili vte-
bantur veſte. *Ficinus in eius vita*. Arcadas
ferunt inſuper, & Thebanos, condita Ci-
uitate honeſtæ magnitudinis, rogaſſe il-
lum, vt eam inſtitueret rempublicam.
Veruntamen illum cùm intellexiſſet, eos
æqualitatem ſectari nolle, profectum non
eſſe. Syracuſanis verò, expulſo tyranno,
leges dedit; & Cretenſibus, Magneſia nu-
per condita, ſiuè inſtaurata Ciuitate,
ſcripſit leges, duodecim in libros dige-
ſtas. Miſit inſuper ex familiaribus ſuis
Ariſtonymum ad Arcadas, legibus inſti-
tuendos; ad Ilios, Phormionem; ad Py-
reos, Meledimum. *Ficinus ibidem*. Quarè
demum vita functo, Mitridates Ponti
Rex, eius gloria permotus, Statuam dica-
uit, egregium Sylonis opus, quam ita in-
ſcripſit: *Mitridates Rhodoata filius, hanc
Platonis Imaginem Muſis dicatam erexit. Plu-
tarchus in Platone*. Et ſi quæ in codicibus
habentur veritati parent, diuini, veluti
numini, aliquando, & ipſi exhibiti ſunt
honores. *Alex. lib.6.cap.4.*

Cæterùm, temporis inſpecta ſerie, aliàs
18 quamplurimis omiſſis Prophetarum claſ-
ſibus, Symbolicæ Theologiæ, omnium
tanquam anteſignanus, Orpheum exindè
Sapientiſſimus ſequebatur Salomon. *Ex
Bellarmini Croni. p.*1. Veruntamen, ne in
eandem cum Ethnicis, Sacrum Docto-
rem imponerem lancem; iis inter ſe iam
aptè diſpoſitis, hunc vt faſtigium ad mo-
lem, ſummamque manum ad opus, ad
huiuſcemodi capitis calcem, extra ordi-
nem conſultò ſeruaui. Scriſperat enim
Salomon omni hæſitatione remota (quic-
quid 8. *antiquit. cap.* 2. referat Ioſephus)
vocabulorum ſuorum iuxta numerum,
quæ ſunt Pacificus, Concionator, & Idi-
dia, hoc eſt amabilis Domino, tres tan-
tum libros: Prouerbia, ſcilicet, tanquam
Pacificus: Eccleſiaſten, vt Concionator;
& Canticorum Cantica, vt Domino dile-
ctus. Prouerbia, ethicam; phyſicam Ec-
cleſiaſtes; theologiam Cantica Cantico-
rum explicant. *D. Aug.* 17. *de Ciuit. cap.*20.
*D. Hieronym. epiſt. ad Paulin. ſeu prologo cly-
peato. cap.* 7. *& alibi apud Vinald. in opere re-
gali tract. de excell. Salomon. par.* 1. *cap.* 26.
atque alij. Vnde verſibus *tom.*16. *Bibliot. P.P.*
Theodulphus Aurelianenſis, ita luſe-
rat;

Protinus idiotæ reſident tres ordine libri,
Cui nomen Salomon, ſiue Cohelet ineſt.
Alloquitur primus ſub prolis nomine cun-
ctos,
Corrigit & mores, Ethica lege tua.
Omnia vana canit rutilo ſub ſole ſecundus
Cui res eſt phyſicas enumerare labor.
Tertius Eccleſiæ thalamum Chriſtique per-
ornat,
Rebus, & in logicis vertitur eius opus.

Nam Liber ille, cui titulus eſt Sapientia,
vel Philoni Iudæo ſeniori aſcribitur, vt
in præfatione Prouerbiorum, idem teſtatur
Hieronymus: vel ſi eſt Salomonis, vt tra-
dunt Euſebius. *lib.* 4. *hiſt. cap.* 22. *Tertull.
de præſcrip. Cyprian. de mortalit. Hilar. in
Pſalm.* 127. *Ambroſ. ſerm* 8. *in Pſalm.* 118.
*Baſil. lib.*5. *in Eunomium. Epiphan. hæreſi Ano-
mæorum. & Aug. in Pſalm.* 63. quoad ſen-
tentiarum, authoritatumque materiam ad
ſũmũm admittẽdus eſt; minimè verò quo-
ad collectionem ipſam, & ordinem græcis
verbis expreſſa, quæ vtique prætaio tri-
buenda ſunt Philoni, vt ſcitè de *Scriptoribus
Eccleſiaſ.* notat Bellarminus. Sed hoc parum
19 ad fides: Vnum quidem eſt, quod ſiue
prouerbia ethicam doceant, Eccleſiaſtes
naturalem philoſophiam, & Cantica
theologicam tradant diſciplinam; ſym-
bolis tamen, parabolis, parœmijſque vn-
dique ſunt referta. De libro idcircò Pro-
uerbiorum, ſiuè Parabolarum, *in princ.* 5.
lib. explication. ſuper parab. apud Ludoui-
cum Viuald. *loc. cit. cap.* 27. ita teſtatur
„ D. Hieronymus, dicens: Notandum ſa-
nè

Digitized by Google

„ nè quia in his parabolis multò [ſunt plu-
„ ra, quam in cæteris per allegoriam dicta,
„ ex collatione videlicet rerum, quæ figuris
„ aptæ eſſe videntur. De Eccleſiaſte autem
in eius argumento. idem notat Cornelius à
Lapide, dum ait: Hnc facit, quod liber
„ hic refertus ſit elegantibus parabolis, ſimi-
„ litudinibus, ænigmatibus, quæ quid va-
„ tidicum, & diuinum reſonant, ac plus ſi-
„ gnificant, quàm prima fronte oſtentant.
„ Et de Canticis tandem *lib. de paſtoribus cap.*
„ 15. inquit Sanctus Auguſtinus. Etenim il-
„ la Cantica Canticorum ænigmata ſunt,
„ paucis intelligentibus nota ſunt, paucis
„ pulſantibus aperiuntur. Cuius rei fortaſ-
sè cauſa *tom. 1. Bibliot. PP.* Solonius Vien-
nenſis Galliarum Epiſcopus, in ſua *pro-
uerbiorum explicat myſtica*, valdè appoſitè
„ hæc inſuper addit: Salomon ſignificat Do-
„ minum Ieſum Chriſtum, qui per parabo-
„ las locuturus erat turbis Iudæorum; nam
„ & ipſo nomine ſuo, eundem Dominum
„ noſtrum Ieſum Chriſtum ſignificat: Sa-
„ lomon enim interpretatur pacificus, ſiue
„ amabilis, quæ nomina Chriſtus, ex ſacris
„ literis maximè conueniunt.

Quamobrem, eximiæ apud omnes ſem-
per extitiſſe legitur venerationist, & ob-
20 ſeruantiæ. Nam à regali penitus excluſo
ſolio, ſecuudo poſt Abſalon natu Ado-
nia: Dauidem adhuc viuentem, *3. reg. 1.*
habetur, Salomonis cognita Sapientia,
Sadoch Sacerdoti, & Natham imperaſſe
Prophetæ, vt ſuper Iſrael, & Iudam ipſum
„ vngerent in Regem. Quo ſtatim audito:
„ Sadoch Sacerdos, & Natham Propheta,
„ & Banaias filius Ioiadæ, & Cerethi, &
„ Pheleti impoſuerunt Salomnem ſuper
„ mulam Regis Dauid, & adduxerunt eum
„ in Gihon. Sumpſitque Sadoch Sacerdos
„ cornu olei de tabernaculo, & vnxit Salo-
„ monem, & cecinerunt buccina, & dixit
„ omnis populus: Viuat Rex Salomon. Et
„ aſcendit vniuerſa multitudo poſt eum, &
„ populus canentium tibijs, & lætantium
„ gaudio magno, & inſonuit terra à clamo-
„ re eorum. Et adorauit Rex Dauid in le-
„ ctulo ſuo: inſuper, & hæc locutus eſt: Be-
„ nedictus Dominus Deus Iſrael, qui dedit
„ hodie ſedentem in ſolio meo, videntibus
oculis meis. Idipſum porrò obſequium,
& cultum, poſt inauguratum, & aſſum-
ptum Regnum, officioſis, blandiſque epi-
ſtolis, exhibiti ſunt ei certatim plurimi
Reges: Vaphres, nimirum Ægypti; Suro
Tyti, Sydonis, atque Phæniciæ, quarum
exemplaria ex Eupolemo, *lib. 9. præparat.
euangel. cap. vltimo*. fideliter recenſuit Eu-
ſebius, dum titulo *Magni Regis* (maximæ
honorificentiæ ſigno, *vt lib. 5. de reb. Sa-
lom. cap. 2.* latè probat Pineda) ipſum ſunt
„ venerati: Obtinebat enim, quemadmo-
„ dum *3. Reg. 4.* ſcribitur, omnem regionem,
„ quæ erat trans flumen, quaſi à Thaphſa
„ vſque ad Gazan, & cunctos Reges illarum
„ regionum, & habebat pacem ex omni par-
„ te in circuitu. Et veniebant de cunctis po-
„ pulis ad audiendam ſapientiam Salomo-
„ nis, & ab vniuerſis Regibus terræ, qui au-
„ diebant ſapientiam eius. Quin amplius
Æthiopia tranſmarina, Arabes, Sabæi,
Tarſici, aut Tarſeſſiaci Hiſpani (ibidem in-
quit Pineda) Salomoni parebant, mune-
ra copioſè ferebant, ſicut *pſal. 71.* prophe-
tauerat Pſaltes eius parens, dicens: Co-
„ ram illo procident Æthiopes, & inimici
„ eius terram lingent. Reges tharſis, & in-
„ ſulæ munera offerent, Reges Arabum, &
„ Saba dona adducent. Et adorabunt eum
omnes Reges terræ; omnes gentes ſer-
21 uient ei. Hinc Saba Ægypti, & Æthio-
piæ Regina, omnes facilè munificentia
ſuperauit, quæ præter gemmas, & aroma-
ta, auri centum viginti talenta *3. Reg. 10.* ei
dono dedit. Sed & auri magnam copiam,
mercium non dum mutua negotiatione.
3. reg. 10. quàm ænigmatum ſolerti ſolu-
tione ab Hira Tyri Rege ex induſtria re-
cepit; & adhuc ampliùs recepturus foret,
niſi callidus aliquandò obſtitiſſet dolus.
Dion nanque hiſtoriographus apud Fre-
culpium Epiſcopum *Chronic. tom. 1. lib. 3.*
„ *cap. 4.* hoc ità teſtatur, dicens: Regem
„ Hieroſolymorum Salomonem miſiſſe ad
„ Hiram Tyri regem figuras quaſdam, &
„ petijſſe ab eo ſolutionem, ita vt ſi non
„ poſſet diſcernere, ſoluenti pecunias daret.
„ Cumque fateretur Hiram non poſſe ſe il-
„ la ſoluere multaque foret pecuniarum de-
„ trimenta paſſurus, per Abdimum quen-
„ dam Tyrium, quæ propoſita fuerant ſunt
„ ſoluta.

Quia verò cunctis mortalibus adeò in-
natum, inſitumque à natura eſt, funeris,
22 ac ſepulturæ decus, *vt lib. de teſtimon. ani-
mæ cap. 4.* protulerit Tertullianus: Quis
„ non hodie memoriæ poſt mortem fre-
„ quentandæ ita ſtudet, vt vel literaturæ
„ operibus, vel ſimplici laude morum, vel
„ ipſorum ſepulchrorum ambitione, no-
„ men ſuum ſeruet? magnifico niſi Salo-
„ mon adhuc decoratus fuiſſet monumen-
to; ſupremo vtique, ac nouiſſimo quo-
que caruiſſet honore. Quare cęleſti factum
eſt conſilio, vt mortalitatis depoſita exu-
„ uie, in paterno item conderetur ſepul-
„ chro. Legitur enim *4. reg. 11.* Dormiuit-
„ que Salomon cum patribus ſuis, & ſe-
pultus eſt in Ciuitate Dauid. Quando-
quidem intra Vrbem, Regum tantum
ſuorum, Hebræos habuiſſe ſepulchra,
omninò certum eſt, vbi & Patri ſuo Da-
uidi

uidi ipſe Salomon, magnificentiſſimum, extruxit Mauſoleum, vt *lib. 7. antiquit. cap. vlt.* manifeſte tradit Ioſephus, de quo tamen iuuat potius dixiſſe nihil, quam parùm veritati congrua. Fidem certè ſuperant, & pro fictis habentur à pleriſque, vt *cap. 5. ſua libitina* eruditè notat Franciſcus Pomey, quæ *loc. cit.* Ioſephus, de illo tradit, præſertim, quæ de auri, argentique immenſa vi cum Regum illorum cadaueribus recondita, narrat. Hoc tamen *in Adriano*. Dion Caſſius, dum Iudæorum cladem, & quæ illam pronuntiauerant prodigia commemorat, addit, dicens: Nam Salomonis ſepulchrum, quod illi in ſupremo cultu, & reuerentia habebant, ſpontè, & nullo impellente diſcuſſum corruit. Et Bachiarius *delapſis ad Ianuarium Epiſtola*, quæ habetur *tom. 3. Biblioth. PP.* vt eiuſdem tranſitorium non modò, verùm etiam pænitentiæ beneficio, permanentem oſtendat adeptum honorem, huiuſcemodi quidem breui, ſed ſatis valido vtitur argumento. Veniam
„ autem (inquit) ex hoc conſecutum eſſe
„ cognoſcimus; quia cùm ſolutus fuiſſet à
„ corpore, ſepultum illum inter Regum
„ Iſraelitarum corpora ſcriptura comme-
„ morat; quod tamen alibi peccatoribus
„ Regibus abnegatum eſſe cognoſcimus,
„ qui vſque in finem vitæ ſuæ in propoſiti
„ peruerſitate manſerunt: Et ideò quia
„ inter Reges iuſtos meruit ſepeliri, non
„ fuit alienus à venia: veniam autem
„ ipſam, ſine pænitentia non potuit prome-
reri. Quod ſanè humanitatis exhibitum
23 officium, in patrio, ſcilicet, humari ſepulchro, apud alias quoque nationes maximi honoris, ac reuerentiæ fuit. Vndè illa Phocionis clariſſimi Athenienſium Ducis, procul dubio, minimè vana extitit gloriatio. Hunc enim, cùm Leoſthenes quidam in iurgio maledictis inceſſeret, percunctatuſque eſſet per contemptum, quid tot annorum imperio (quinquies enim, & quadragies, Prætor, & Imperator electus fuerat à ſuis ſemper abſens) Patriæ contuliſſet ſuæ? Non parum verò (reſpondit Phocion) me quippe duce, ac rectore Ciues omnes Athenienſes, in patris monumentis ſepulti ſunt. Plutarchus *in eius vita.* Quaſi huic vni rei, cæteris omnes præclariſſimè à ſe geſtas poſthaberet. Et tandem Tullius *Philipp. 9. ſect. 223. n. 14.* longè honorificentiùs locum cenſuit ſepulturæ honoris virtutiſque cauſa à Senatu adipiſci, quam ſtatua publica donari.

CAPVT VI.

Myſticæ Theologiæ non modò, verùm etiam naturalis, & philoſophicæ contemplationis veri ſectatores, religioſo cultu (eſto inæquali) adhuc viuentes manſerunt honorati: illi quidem ſacro, & Duliæ; iſti verò ſuperſtitioſo, atque Idololatriæ.

SVMMARIVM.

1 *Myſtici Theologi, religione non tantùm, ac pietate, ſicut & cæteri qui ſcholaſticam, vel moralem, aut canonicam profitentur Theologiam, verùm etiam innocentia vitæ, & ſanctitate ampliùs præſtare debent: Nam ſicut cæcus non poteſt aſpicere in ſplendorem luminis, ſic non poteſt intelligere homo malignus myſteria pietatis, & eò magis ipſum ſuperſubſtantiale occultum Dei.*

2 *Cùm autem contemplatio ſit diuinæ veritatis ſimplex intuitus, maiorem ſanctitatem ſupponere habet in homine, quàm diuinæ veritatis ſpeculatio, quæ eſt ſimplex via ad ipſam. Quare ſicut contemplatio incipit in via, & in patria perficitur; ita ſanctitas, quæ ad ipſam requiritur, & conſummatur in patria, incipere debet in via: atque ità contemplatiui in hac vita, reuelationes myſteriorum Dei vberrimè acceperunt, vt non paucis oſtenditur exemplis.*

3 *Debetur idcircò veris, & ſanctis contemplatoribus, qui myſticam religioſè ſectantur Theologiam, etiam viuentibus cultus, & adoratio Duliæ, quæ medius eſt honor inter latriam, & hyperduliam: Nam cùm nulli magis debeatur honor, quàm virtuti; nulli etiam magis talis erit exhibendus cultus, quam ſanctitati, quæ virtutibus omnibus adhuc maior eſt.*

4 *Plures enarrantur ſancti viri in contemplationibus ſacris exercitati, quibus adhuc viuentibus Duliæ cultus exhibitus fuit. Cauendum tamen eſt, ne talis cultus etiam poſt mortem ſit publicus, neque ſacris in templis, neque in publicis precationibus, niſi poſt Summi Pontificis canonicam approbationem.*

5 *Multi etiam recenſentur, qui myſticos Theologos, dum viuerent ciuili, & politico proſecuti ſunt honore, vt Sanctus Anno erga Italos Monachos, quos in Sigerbergenſe Cænobio adduxerat: Sancta Helena Magni Conſtantini Mater erga hieroſolymitanas Virgines; & ipſemet Conſtantinus erga Diuum Antonium.*

6 *Item Arcadius Theodoſij Imperatoris Filius,*

lius; erga Diuum Arſenium, licet ipſum anteà quæreret ad necẽ: Florus Theodeberti Galliarum Regis familiaris, & ipſe Rex erga Diuum Maurum Sancti Benedicti diſcipulum, qui tanta obſequia ridem impenderunt, vt omnium eſſent in admirationem.

7 *Tanti fecerunt eremiticam, & contemplatiuam vitam quamplurimi, vt pontificiam ob eius amorem, vel paruipenderent dignitatem, vt Diuus Philippus Benitius: vel ægrè ſuſciperent, vt Diuus Gregorius, Nicolaus Primus, & Clemens III. vel adeptam vltrò relinquerent, vt Cæleſtinus Quintus.*

8 *Nec defuerunt alij, qui adeò myſticam coluerunt Theologiam, vt ipſa fruendi cauſa, vel cardinalitia renuntiarent eminentia, quemadmodum Sanctus Petrus Damianus, vel inuitè retinerent, vt Iacobus Sadoletus, vel ne acciperent retrò abirent, vt Andreas Minorita Alexãdri IV. nepos.*

9 *Eandem ob cauſam Imperio ſe abdicarunt Theodoſius Tertius Adramyttenus, Lotharius, & Vgo. Regalia inſignia proiecerunt Sanctocopius Moraniæ, Ioſaphat Indiarũ, & Elesbaas Æthiopum Reges: commoda verò, & ingentes diuitias, Velpo iunior, Vinigiſus Dux Spoletanus, Imbertus Viennenſis Delphinus, Alexander Scotiæ Regis Filius, atque alij ferè innumeri.*

10 *Vita contemplatiua, ſeu Theologia myſtica in actu, poteſt dupliciter conſiderari, vel ſcilicet ſecundùm ſe, vel ex parte contemplantis: primo modo conſtituitur principaliter in Dei contemplatione: ſecundo verò modo, in illorum contemplatione, quibus contemplandis, homo ſtudium ſuum principaliter adhibet; & hoc modo, etiam ad Philoſophos gentiles ſpectare poteſt.*

11 *Non minus Chriſtiani ſuos venerati ſunt contemplatiuos Theologos, quàm Ethnici ſuos contemplatiuos Philoſophos, vt oſtenditur de Ganymede, qui cum cæleſtes contemplaret naturas, raptum Iouis ab aliquid propter egregiam finxerunt formam.*

12 *Promethei explicatur fabella, qua oſtenditur, virum fuiſſe contemplatiuum; quare non tantum templo, & ara; verùm etiam Lampadiferorum curſu, ab antiquis fuit honoratus. Quare non ob furti ſcelus Caucaſo fuit alligatus; ſed quia mentis applicatione contemplatiui maximè detinentur.*

13 *Non Luna Endymionis amore capta fuit, vt fabulantur Poetæ; ſed quia Endymion, cæleſtium corporum intentus ſpeculatar, & contemplator extitit, cui rei fabulæ locum dedit Luna ob tam varias luminis formas, & mutationes, cum de illa cognoſcenda præcipuè eſſet ſollicitus; quare per diem dormiebat, & noctù vigilabat.*

14 *Quæſtio illa pulchrè reſoluitur; ſcilicet, meditatus ne ſit, an perpetuo ſomno paſſus iacuerit Epimenides Gnoſius, qui ſeptem, & quinquaginta annos latuit: Nam cum nemo dormiendo fiat doctus; certè vigilando, & per totum illud tempus meditando, & contemplando, famam ſuæ promeruit doctrinæ.*

15 *Ex poetarum figmentis, magis quam ex hiſtorijs, celebres præfati adducti ſunt Philoſophi contemplatiui; quia Poetæ, nobiles hominum nationes ingenia, motus, & ſtudia, pictis rebus, perſoniſque imitando, locuuulenta nobis virtutum omnium, vitiorumque exempla ſtatuerunt.*

MYſticã profitentes Theologiam, quippè
qui triplici illa via, nempè purgatiua,
1 illuminatiua, & vnitiua, Dei, quantum fas
eſt in hac vita, aſſecutionem obtinent: re-
ligione quidem, & pietate non modo, ve-
rùm etiam innocentia, ſanctitateque vi-
tæ, præ cæteris decet eſſe ornatos. Si nan-
que ſcholaſticæ, & rationali Theologiæ
operam nauantibus (quæ ex ſymbolis, &
obſcuris Sacrarum Scripturarum oraculis,
Dei notitiæ tantùm ſumit exordia) omni
malitia conuenit eſſe nudatos *Henric. p. p.
art. 7. q. 4. n. 4. & art. 12. q. 9. n. 4.* quantò ma-
gis myſticæ incumbentes Sapientiæ (quæ
vt *lib. 2. cap. 3. n. 2.* oſtenſum eſt ſupra, ad
ipſum ſuperſubſtantiale occultum, & Dei
caliginem, ſine ſymbolis, creata omnia
negatione tranſcendendo peruadit) iuſti-
tia, & ſanctitate oportet eſſe indutos? Si
„ quod enim minus videtur ineſſe, ineſt:
„ etiam quod magis videtur ineſſe inerit. *2.
„ top. cap. 2.* vbi communiter Dialectici.
Hinc *homil. 39. ſuper cap. 21. Matth. in fin.*
de iniuſtis aiebat Chryſoſtomus ſicut cæ-
cus non poteſt aſpicere in ſplendorem lu-
minis: ſic non poteſt intelligere ho-
„ mo malignus myſtéria pietatis. Nam,
„ vt ipſe immediatè anteà ibidem protule-
„ rat: Cæcitas ſpiritualis eſt malitia cordis.
„ Vndè Sap. 2. habetur: Excæcauit eos ma-
„ litia eorum; & neſcierunt ſacramenta
2 Dei. Prætereà: cùm ad ipſum ſuperſub-
ſtantiale occultum Dei, ſine ſymbolis per-
uadere; Deum in ſe ipſo ſit contempla-
ri (eſt quidem contemplatio Diuinæ ve-
ritatis ſimplex intuitus. *D. Thomas 2. 2.
q. 180. art. 1. & 3.*) maiorem ſupponere ha-
bet innocentiam, & ſanctitatem, quam de
Deo ſpeculatio, quæ ſane non eſt Dei
ſimplex intuitus, ſed ad ſummum tranſi-
tus, & via ad ipſum. *D. Tho. loc. cit. art. 3.
& in corpore* reduciturq; ad Meditationem,
vt patet *ibidem ad 2.* Quia verò ſimplex
Diuinæ veritatis intuitus, ſiuè contem-
platio adhuc manet in patria (inquit enim

Gregorius *homil.14. ſuper Ezechielem*. Con-
templatio hic incipit, vt in cæleſti patria
perficiatur: iuxta illud Lucæ 10. Opti-
mam partem elegit Maria, quæ non au-
feretur ab ea in æternum) eandem ferè
ſanctitatem myſtici in via procurare te-
nentur Theologi, qua exinde præſtare de-
bent in patria: In quam, vt *apocalyp.* 21.
legitur: Non intrabit aliquod coinquina-
tum, aut abominationem faciens, & men-
dacium. Quandoquidem, qui malè facit
non vidit Deum. 3. *Ioan.* Neque in mali-
tia poſitus viſurus vnquam inuenitur:
quoniam tantum Mundo corde ipſi Deũ
videbunt *Matth.* 5. Hinc ſane eſt, quod
talibus adhuc in hoc caliginoſo commo-
rantibus ſeculo, facie ad faciem Deus non
ſemel ſit locutus, atque ita, reuelationes
Myſteriorum ipſius vberrimè acceperunt:
vt Abraham. *geneſ.* 17. Iſaac. *geneſ.* 26. Ia-
cob. *geneſ.* 28. Moyſes. *exod.* 33. Dauid
pſal. 50. vbi dicitur: Incerta, & occulta
ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi. Eſaias,
Ieremias, Ezechiel, cæterique Prophetę,
Apoſtolus Petrus. *act.* 10 Apoſtolus Pau-
lus, ob id, vſque ad tertium cælum rap-
tus. 2. *corinth.* 11. Apoſtolus Ioannes. *apo-
cal.* 1. atque alij, qui de Deo ſemper piè, ac
religioſè meditãtes, digni habiti ſunt cum
ipſo miſcere ſermones.

Quamobrem, & ſi eorum ſanctitas ſu-
3 prema illa ſtatim non muneretur gloria,
cui ſunt honores, in quos nihil flammis,
nihil ſenectuti, nihil ſucceſſoribus licet;
vbi non arcus, & ſtatuas, aras etiam, tem-
plaque demolitur, & obſcurat obliuio, ne-
gligit, rapitque poſteritas; ſed ineffabile
illud ſupereminet decus, de quo 1. *corinth.*
2. ſcriptum eſt, quod oculus non vidit,
nec auris audiuit, nec in cor hominis
aſcendit, quæ præparauit Deus, iis qui
diligunt illum: Duliæ tamen, qui inter
Latriam, & Hyperduliam medius, Sanctis
ſolet exhiberi cultus; non eſt cur ipſis
adhuc viuentibus, ritè ſit denegandus. Li-
cet enim Diuus Auguſtinus *lib.* 20 *contra
Fauſtum cap.* 21. Aliquando dixerit: ſed
illos tantò deuotiùs, quantò ſecuriùs poſt
incerta omnia ſuperata; quanto etiam
fidentiore laude prædicamus, iam in vita
fæliciore victores, quam in iſta adhuc vſ-
que pugnantes. Non vtique ſequitur
proinde (vt fortè de leui quis putare poſ-
ſit) quod ſatis deuotè, & pluſquam ciui-
li cultu, gratiæ duntaxat ob excellentiam.
Deique amicitiam, Sanctos dum viuunt
prohibeamur colere. Hoc enim apertè
ibidem docuit idem Sanctus Auguſtinus;
dicens: Colimus ergo Martyres eo cultu
dilectionis, & ſocietatis, quo & in hac
vita coluntur ſancti homines Dei, quo-
rum cor ad talem pro euangelica veritate
paſſionem paratum eſſe ſentimus. Item
Sanctus Athanaſius *lib. de virginibus circa
fin.* vt refert Suarez *diſp.* 52. *ſect.* 3. *§. reſ-
pondetur*, Vaſquez *diſp.* 97. *cap.* 3. *n.* 27. &
Bonac. *in* 1. *precep. decal. diſp.* 3. *q.* 1. *punc.* 2.
n. 1. Cuius poteſt eſſe ratio; quia nulli al-
teri magis debetur honor, quàm virtuti.
1. *ethic. cap.* 5. *&* 4. *cap.* 3. Virtutum autem
nulla ſanctitate maior. Seruator idcircò
Dominus Ieſus *Io.* 12. omnibus ſibi ſan-
ctè miniſtrantibus, cæleſtem Patrem ipſos
fore honorificaturum promiſit. Et 1. *reg.* 2.
Quicunque glorificauerit me (aiebat
Deus) glorificabo eum. Dauid autem
pſalm. 138. amicos Dei commendans, ca-
nebat: Mihi autem nimis honorati ſunt
amici tui Deus. Et tandem *ad Romanos* 2.
ſcribit Apoſtolus: Quod honor, & glo-
ria eſt omni operanti bonum. Quatenus
ſcilicet iuſtitia, & bonitate ſua, præmij
ccù pars, emolumentum, & honos, vt
computentur Iuſtis, vbique operatur
Deus,

Propterea ſacris in literis, plurimi enar-
4 rantur Sancti, qui pluſquam ciuili, & po-
litico cultu, dum terram incolerent hu-
militer fuerunt adorati. Quemadmodum
Elias 3. *reg.* 18. ab Abdia viro probo, &
regni principe, eò quòd eſſet homo ille
Propheta Dei. Eliſeus item 4. *reg.* 2. à Pro-
phetarum filijs, cùm ſuper eum ſpiritus
requieuiſſet Eliæ. Et Daniel, eſto mancı-
pium à Nabuchodonoſor Rege, quia ſan-
ctus, & Deo plenus, vt dicitur *Danielis* 2.
inuentus eſt. Poſtremo, vt innumeros
cæteros mittam: Paula ſancta fæmina, *in
eius vita* D. Hieronymo teſte; cùm inuiſe-
ret ſanctos Eremitas, ſingulis ad pedes
prouoluta, ita eos venerabatur, ac ſi in
ſingulis Chriſtum adoraret. Vbi certè, ſi-
cut & in adductis, de ciuili non agitur
cultu, qui in humana quadam obſeruan-
tia conſiſtit, diuiditurque in multas ſpe-
cies, ſecundum diuerſitates obiectorum
venerabilium, videlicet, Parentum, Ma-
giſtrorum, Amicorum &c. vt habetur 9.
ethic. cap. 2. Etenim ſummi Principes. &
Fæmina illa nobiliſſima, viros illos ſubie-
ctos, tanta ſignificatione humilitatis, vti-
que ciuiliter non honoraſſet. Verum
enim verò, hoc ita diſcretè quæſo acci-
piatur, vt publicè illis, neque viuentibus,
neque iam vita functis, vllus totius Ec-
cleſiæ nomine ſacer exhibeatur cultus,
nempe ſolemnibus in precationibus eos
inuocando, altaria, templa, feſtoſque dies,
ipſis conſecrando, ſacris in locis cum lau-
reolis, ac ſplendoribus, eorum reliquias,
& imagines collocando, idque genus ſi-
milia, vt *controu. tom.* 1. *de Eccleſ. triumphan.
lib.* 1.

lib. 1. *cap.* 10. perdoctè notat Bellarminus.
Id enim omninò poſteà cautum fuit au-
thoritate Vrbani VIII. anno ſalutis 1634.
ſub die 5. Iulij.

Cæterum, vt à ſacro Duliæ ad politi-
cum, & humanum tranſeamus cultum,
in myſticos non defuerunt quoque Theo-
5 logos, qui licet prophanos, ſummos ta-
men, & excellentes non inerti ſtudiò ſcru-
tati ſint honores. Diuus nanque Anno
Colonienſis Antiſtes, quos ex Italia in
Sigebergenſe Cænobium adduxerat, adeò
patente proſequebatur obſequio, vt tan-
quam Parentum ſpiritualis vitę Domino-
rum, Magiſtrorumque, ſtatim eorum
iuſſa, & imperata faceſſeret. Nullius rei
inopia laborare vnquam permiſit, epulas
cum adeſſe liceret; ipſe miniſtrabat, po-
tumque propinabat; eorum oſculabatur
manus, intentuſque Lectori poſtquam
omne peregiſſet miniſterium, in aſcenſu
graduum, ſatis humili contentus ſede,
quieſcebat. *Surius lib.* 5. *cap.* 23. Nec He-
lenæ Magni Conſtantini Matris in ſacras
Virgines, huius myſticæ facultatis non
ignaras, ſed ſanè perfectè magiſtras, Ruf-
finus *lib.* 1. *hiſtor. Eccleſiaſt. cap.* 8. minora
recenſuit obſequia: dum anno ſalutis tre-
centeſimo ſexto ſuprà vigeſimum, domi-
nicæ Crucis recuperandæ gratia Hieroſo-
lymam peteret: Nam menſam ipſis pa-
rare voluit, & velut indignum crederet,
ſi famularum vterentur officijs, ſuis ipſa
manibus, ancillæ habitu ſuccincta, cibum
apponere voluit, poculum porrigere,
aquam manibus effundere: & Regina
Orbis, ac Mater imperij, famularum
Chriſti, ſe famulam deputare. Indè porrò
factum eſt, vt eam Filius non perfuncto-
riè, ſed induſtria ſedulitate imitaretur Cõ-
ſtantinus, quippè, qui Magni Antonij,
aſceticæ vitę facilè principis, & anteſigna-
ni fama aliquando perculſus: ipſe, eiuſque
Filij Conſtans, atque Conſtantius crebrò
tanquam ad patrem, ad eundem miſſis
literis obſecrabant, vt reciprocis ſe ſcri-
„ ptis exhilararet. Itaque: Hoc in Antonio
„ admirabile fuit (*in eius vita* inquit Am-
„ broſius) vt hominem in extremo mun-
„ di limite conditum, & Principum fauor,
„ & omnis celebraret Aula regalis.

De Arcadio autem Theodoſij Impera-
6 toris filio, *lib.* 2. *de bono ſtatu relig. cap.* 37.
ſcribit Hieronymus Platus, quod licet Ar-
ſenio, qui cum in adoleſcentia inſtituen-
dum ſuſceperat necem pararet: ad Impe-
rium tamen iam prouectus, cum diutur-
nas poſt latebras, vbi in Dei latebat famu-
latu, ſuum tandem comperijſſet præce-
ptorem: reuerentia, & pietate commo-
tus, adeò ipſum honorare cæpit, vt literas
vltrò ſcriberet penè ſupplices, quibus &
ſe, & imperium ſuum illi commendaret:
At longè illuſtrius, quod idem Author ex
D. Antonini 2. *p. hiſt. tit.* 15. *cap.* 14. ſum-
mi in aſceticos honoris recitat, fuit argu-
„ mentum: Cum Maurus (inquit) Mona-
„ chus Caſſinenſis, à Sancto Benedicto in
„ Galliam eſſet deſtinatus; non ſolùm Flo-
„ rus Theodeberto, Regi ita charus, vt ab
„ ipſo vno ſecundus haberetur; & filium, &
„ opes, quæ maximæ erant, & inſuper ſe ip-
„ ſum, tota mirante Gallia, eius Monaſte-
„ rio addixit: ſed Rex ipſe Theodebertus
„ illam nouellam Chriſti Domini cohor-
„ tem viſitandam aliquot dierum itinere
„ adijt: quo cum veniſſet, poſt preces in
„ Templo piè peractas, in fratrum conuen-
„ tum pergens, ſe ſe quam humillimè in
„ pauimento proſtrauit: regiam purpuram,
„ ſummamque poteſtatem ſub pannoſorũ,
„ & pauperum hominum pedibus depri-
„ mens: prætereà etiam deprecans, vt ſe
„ in ſuam (ſic enim locutus eſt) ſocietatem
„ recipere ne grauarentur, ſuumque nomẽ
„ inter eorum nomina aſcribere. Ad ex-
„ tremum etiam donis plurimis ex auro,
„ atque argento ad Eccleſiæ ornatum pro-
„ latis, ità diſceſſit, vt magnum ſe à Do-
„ mino beneficium accepiſſe reputaret,
„ quod illos Dei famulos videre, & alloqui
„ potuiſſet.

Tanti proindè, hanc contemplatiuam,
7 aſceticamque quamplurimi fecerunt vi-
tam; vt ſublimes honores, opeſque ſu-
perbas, vel ob ipſam vltro ſpreuerint, vel
cum ipſa ſapientia commutarint. Refe-
runt quandoquidem Sabellic. *lib.* 5. *enn.* 8.
Platina *in vitis Pontif.* & Sigonius *lib.* 1. *de
Regno Italiæ*, Gregorium Magnum, ne in
Pontificem ſe eligi permitteret, occultè
ad Mauritium Imperatorem Conſtanti-
nopolitanum (cuius filium ex ſacro fon-
te ſuſceperat) dediſſe literas, quibus im-
penſius ab eo precibus petebat, ne quid
Populo Romano, & Clero de ſe gratifi-
carerut. Adeo ille ex cæleſtibus pendens,
terrena paruifacere, repudiareque id de-
cus putabat, cuius cauſa tam ambitioſè
cæteri contenderent. Item, Benedicto Ni-
colaus Primus in Pontificatu ſuccedens,
cùm ſe electum intelligeret, ob ſtudium
contemplationis, clam ab Vrbe profugus,
magnoque labore à Romanis inuentus,
maiore vi, collatum accipere Pontifica-
tum vt vellet, cogi vix potuit. Fulg. &
Egnatius *lib.* 4. *cap.* 1. Quem fermè Cle-
mens III. deindè prorſus fuit imitatus,
dum Pontifex electus, mendicantis Reli-
gioſi habitum indutus, Peruſium inco-
gnitus peruenit. Eò deinceps profecti
Cardinales, quem abſentem in Pontificem

elegerant, ipſum, Viterbium honorificè perduxerunt. *Platina in eius vita.* Nec ſanè vnquam prætereunda videntur, quæ de Philippo Benitio Ordinis Seruorum Beatiſſimæ Virginis Sanctiſſimo propagatore, in ſui feſtus approbatis diffusè leguntur lectionibus, nimirùm quod Fuga eripuit „ ſe Archiepiſcopatui Florentino, ac dein„ de oblato Summo Pontificatui, quem à „ nullo tam conſtanter, & fæliciterſicut à „ Philippo recuſatū fuiſſe cōſtat: in ſolitu„ dinem fugit: Vbi, baculo vt olim Moſes à rupe fontem eduxit; & ſummum Pontificatum Cardinali Otthobono deferendum prædixit. Veruntamen hoc ſemper erga ſolitudinem, contemplationemque vehementiſſimi amoris maximi præ cæteris iudicium fuit: Quòd Nicolao IV. è viuis ſublato cum iam biennio interregnum continuaſſet ſacer Senatus; demum Petrum Moronium, alias Cæleſtinum V. omnium ſuffragijs elegit. Cum autem diù laboratum eſſet, vt is delatum acciperet honorem, ſpreta omni pompa, quantum fieri poterat ſeruare eremiticæ vitæ, cui antea deditus fuerat, formam nitebatur. Tandem Pontificias curas abhorrens nulla neceſſitate compulſus, quin potius, multis contrà nitentibus, atque ne id ageret obteſtantibus, poſt quintum menſem Pontificatum in Cardinalium manu depoſuit, eremitamque vitam reſumpſit. *Fulg. lib. 4. cap. 1.*

§ Cardinalitiam quoque dignitatem, Ieſu Chriſti amore, quem contemplandi cauſa, præſertim ſolitudinis fruebantur aſpectu, non minus neglexerunt, vel inuitè ſuſceptam abdicarunt alij, quibus Melotæ magis, quam Purpuræ arriſit indumentum; Quoniam Iacobus Sadoletus, Paulo III. coccineum Galerum ob id fortè remiſſurus fuerat, niſi amicorum precibus, & minis prohibitus fuiſſet. *Hier. Carimbet. lib. 2. de vitiis Pont.* Andreas item Minorita, Seraphica ſuæ inſtitutionis occupatione detentus, ingenti animo ſacram purpuram abnuit, quam ei Patruus Alexander IV. ſpontè offerebat. *Fulg lib. 4. cap. 1.* ſed longè illuſtrius ſuæ conuerſationis Petrus Damianus reliquit exemplum, qui honore Cardinalatus inſignis, Hoſtienſis Epiſcopatus titulum gerebat, Pontifice Gregorio VII. tantæ dignitati, atque eius pompæ, longè maiori animo, quam plerique eam parare nitantur, renuntiauit, atque in Eremum ſe tranſtulit: ſapienter intuitus, quot labores, malaque Purpura tegat: contraque quantum quietis, bonęque ſpei polliceatur Eremus. *Fulg. ibidem.* Mille ſe offerrent præterea (quorum geſtibus ſatis abundant codices) qui vt contemplationi liberè vacarent; Eccleſiaſticarum abnegatione ſpontanea dignitatū, myſticæ cultum auxerunt, non parum Theologiæ: ſed quia ſecularium, mundanarumque neglectu atque deſpectu, non minus idem roboratur argumentum, nonnullos præſertim adducam, qui poteſtate, & imperio ſummoperè pollentes, hanc adhuc tamen, vltrò amplexati ſunt vitam.

9 Hi quidem præ cæteris apud Authores paſſim habentur, nimirum: Theodoſius III. Adramyttenus Imperator, cùm Imperio renuntiaſſet poſt duos annos, in cęnobio, reliquo vitæ tempore vixit. *Volat. lib. 23. anthrop.* Lotharius Imperator, diſtributa filijs hæreditate, Monachum profeſſus eſt, Prumienſe Monaſterium, quod ipſe fundauerat petens, in Lothoringia Ordinis Sancti Benedicti, quod aliàs Prulliacum dicitur, illicque obijt, anno MCCCLV. *Cuſpinianus, & Sigebertus* Vgo, qui ſimul Prouinciæ Rex, idemque Imperator, multis rebus, bello præclarè geſtis, multis cumulatus victorijs, ampliſſimo denique cœnobio ædificato, ipſe quoque in eo Chriſti humilitatē complexus, imperatorias opes, ac purpuram cum vili tunica, & ſolitaria cella libentiſſimè commutauit. *Hieronym. Plat. lib. 2. de boneſt. ſtat. relig. cap. 26.* Imperatoribus tandem addam, & illud; inter quos inſigne certè fuit exemplum Sanctocopij Morauię Regis, anno ſalutis ferè DCCCC. qui prælio victus ab Arnulpho Imperatore, regijs inſignibus abiectis in remoram ſolitudinem profugit; vbi in monte, qui Sambrius dicebatur, quibuſdam Monachis, qui illic degebant, repertis, cum iis ſe coniunxit, & Monaſtica accepta veſte, aliquot annis eandem vitam in ieiunijs, ac vigilijs, cæteraque corporis auſteritate, incognitus egit. Denique ſua imminente morte, ſocios aduocans, aperuit quis eſſet, luculentum adiciens religioſæ vitæ teſtimonium ſe, qui & hanc, & regiam expertus eſſet, hanc ſine vlla „ comparatione, illi anteferre. Hic enim „ (inquit) ſecurè, ac ſine vllo metu ſom„ num cæpi: Hic mihi herbarum radices, „ & aquæ potus multo iucundior, & ſua„ uior fuit, quàm olim regiæ omnes epulę, „ quæ videlicet multo felle curarum, & „ periculorum aſſiduè aſpergebantur. Ita„ que hoc quicquid fuit temporis, quod „ vobis cum duxi longè mihi fælicius viſum eſt, quam cùm olim regnans, omni„ bus voluptatibus affluebam: ex quo, vel „ meo ipſo vſu didici, vitam illam huic „ comparatam, mortem potius eſſe dicen„ dam. Hæc ille moriens. *Hieron. Plat. lib. 2.*

lib. 2. de bon. ſtat. relig. cap. 16. Item Ioſa-
phat Indiarum Rex. *Marul. lib.* 1. *cap.* 1.
Velpo iunior Henrici Leonis Ducis Ba-
uariæ Frater. *Cranzius lib.* 5. *ſaxoniæ cap.* 35.
Elesbaas Æthiopum Rex. *Nicephorus hiſt.*
lib. 17. *cap.* 6. Anſelmus Dux Foroiulien-
ſis, & Corolomannus Pipini Frater. *Si-*
gon. lib. 3. *de regn. Ital* Vinigiſus Dux Spo-
letanus. *idem ibidem lib.* 4. Veremundus,
primus Hiſpaniarum Rex. *Fulg. lib.* 1. *cap.* 1.
Imbertus Viennenſis Delphinus. *Idem*
lib. 4. *cap.* 1. Alexander Scotiæ Regis Filius.
Idem ibidem cap. 4. Henricus Rex Cypri;
Ioannes Rex Armeniæ: Petrus Aragoniæ
Regis filius. *Hieronym. Plat. vt ſupra cap.* 26.
Atque Alij ferè innumeri, qui idipſum
ſtrenuè ſunt operati.

Quia verò contemplatiua Vita (quæ
10 ex ſuperius dictis *lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 3. idem
ac myſtica ipſa eſt Theologia in ratione
actus conſiderata) poteſt ex Caietano.
2. 2. *quæſt.* 180. *art.* 4. dupliciter determi-
nari: vel ſcilicet ſecundùm ſe; vel ex par-
te contemplantis: Sicut autem primo
modo conſtituitur principaliter in Dei
" contemplatione; quia: In contemplatio-
" tione, Principium, quod eſt Deus, quæ-
ritur. *Greg.* 6. *moral. cap.* 28. Ità ſecundo
modo, in illorum contemplatione conſi-
ſtere habet, quibus contemplandis, ho-
mo ſtudium ſuum principaliter adhibet.
Quarè hoc pacto, non tantùm Theologi
" ipſam quoque ſectari valebunt. Et ideò
" Philoſophi (*loco cit.* inquit Caiet.) qui
" aſtrorum, vel naturalium contemplatio-
" ni, omiſſis omnibus ſtudebant, contem-
" platiuæ vitæ participes erant, etiam ſi ni-
" hil de Deo contemplatione curaſſent: ad
" quam tamen multi eorum principaliter
" tendere videbantur; illi ſcilicet, qui ad
" rerum cauſas inueſtigandas incumbebant.
Qua de cauſa, Catholici non modò my-
ſticos enixè venerati ſunt Theologos:
verùm etiam Gentiles, contemplatiuos
Philoſophos præcipuis honoribus proſe-
11 cuti ſunt. Hinc ſanè troianum ferunt
Ganymedem, paſſim à Poetis, qui fabu-
larum inuolucris philoſophicam tegere
ſolent diſciplinam, inhoneſto nomine
Catamiti notatum: ob altiſſimæ cæleſtium
contemplationis ſtudium, ſummum apud
antiquos ſemper extitiſſe in honorem.
Ideoque Iouis ab aquila raptum finge-
bant. Aquila enim teſte Valeriano *Hie-*
roglyph. lib. 29. profundæ cogitationis, ac
perſpicacis obtutus ſymbolum eſt: Hinc
Theologi noſtri (inquit) Diuum Ioan-
" nem Euangelij ſcriptorem per Aquilæ
" hieroglyphicum à diuinis Vatibus prægno-
" tatum deprehendunt: cùm volatu ſubli-
" mi in ipſa Dei omnipotentis aulam elatus
" ſit, & oculorum aciem viſu præpollens
" in admirandæ Diuinitatis faciem infixe-
" rit, doctrinam nullo antea mortalium in-
" genio conceptam ab alto detulit; cuius
" initium: In principio erat Verbum.
Quamobrem nil aliud Ganymedis per fa-
bulam oſtendebant Sapientes, quàm pru-
dentem Virum à Deo amari, & illum ſo-
lùm proximè accedere ad Diuinam natu-
ram. Eſt enim Ganymedes anima homi-
num, quam ob eximiam prudentiam, &
virtutem, Deus ad ſe per contemplatio-
nem rapit: Illa verò Anima pulcherrima
eſt, quæ minimum ſit humanis ſordibus,
aut flagitijs corporis contaminata, quam
Deus vtique ſummè diligit. Sic igitur
cùm dicerent Poetæ: Viros bonos, virtu-
te præditos, & integerrimos, à Diuina
Bonitate per contemplationem rapi; fa-
bulam de Ganymede ob nimiam pulchri-
tudinem per aquilam à Ioue rapto, argu-
tè finxerunt. Vnde Tullius, vt hanc fir-
maret ſententiam, 1. *tuſcul. quæſt. ſect.* 161.
" *num.* 65. hæc ſcripta reliquit. Non enim
" ambroſia Deos, aut nectare, aut iuuentu-
" te procula miniſtrante, lætari arbitror:
" Nec Homerum audio, qui Ganymedem
" à Dijs raptum ait, propter formam, vt
" Ioui pocula miniſtraret: non iuſta cauſa
" cur Laomedonti tanta fieret iniuria. Fin-
" gebat hæc Homerus, & humana ad Deos
" transferebat.

Prometheum quoque Iapeti filium, eò
12 quòd ignem ad homines è cælo detuliſ-
ſet (hoc eſt rerum diuinarum, & Philo-
ſophiæ cognitionem primus omnium
mortalium, hominibus oſtendiſſet; pri-
muſque oculos illorum ad illa cæleſtia,
& ſempiterna corpora ſpeculanda, & con-
templanda erexerit, vt *in quibuſdam com-*
mentarijs, apud Natalem Comitem, *My-*
thol. lib. 4. *cap.* 6. *in fin.* explicat Theophra-
ſtus, quammaximè coluerunt Antiqui.
Nam, vt *in atticis*, ſcribit Pauſanias, non
ſolum Ara in Academia, illi fuit erecta,
verùm etiam Lampadiferorum curſus
certamen indè incæpit, qui in Vrbem ac-
cenſas faces deferentes decurrebant: in
quo ſtudebant certamine, vt accenſæ faces
ſeruarentur: Nam cuius fax extincta fuiſ-
ſet, is victoriam ſuccedenti concedebat,
atque hic eodem modo, ſequenti, ſi ſua
extingueretur, & reliqui eodem ordine.
Quòd ſi nemo accenſam facem tuliſſet,
palma in medio relinquebatur. Propte-
rea deinceps, alia per multa de ipſo hono-
ris ergo fabulati ſunt: Homines, nimi-
rum, primum è luto, vel ſaxo finxiſſe,
& vniuerſi generis hominum fuiſſe artifi-
cem: ita *in metamorph.* canente Naſone:

Siuè recens tellus, ſeductaque nuper ab alto
Æthe-

Æthere cognati retinebat ſemina cæli.
Quam ſatus Iapeto miſtam fluuialibus vndis
Fixit in effigiem moderantum cuncta Deorum.

Deinde, à Mercurio Iouis iuſſu, ad Caucaſum montem adductum, & in ſpeluncam, quæ erat apud Paropamiſſidas vinctum, vbi aquilam, quæ iecur ipſius, noctù aſſiduè renaſcens, interdiù deglutiret, ac laniaret, ne tantum ignis furtum, ſeù Palladis nimius amor (vt Duris Samius apud Natalem Comitem *loc. cit.* ſcriptum reliquit) videretur impunis, additam fuiſſe; & id genus ſimilia commentati ſunt. De quibus Heſiodus latè in Theog. dicens:

Implicat indomitis, nectitque Promethea vinclis:
Aſtrictumque columna tenet medium. Fera ſemper
Paſcitur immortale iecur, Iouis ales: at illud
Deficit haud nunquam: nam quantum luce volucris
Carpſerit, huic miſero, tantùm nox vda reponit.

Quorum tamen affabulatio, ex ipſo Natale Comite, hæc ita colligitur: Prometheus, ſiue ratio, ignem, cæleſtium ſcilicet, naturam per contemplationem rapit, & ad rudes homines transfert, quos idcirco ex luto, & ſaxis finxiſſe dixerunt. Ligatur tamen ad lapidem in ſpecu; quia corpori alligata eſt anima prudentiæ ſedes, & domicilium, quod ipſum per ſe eſt tanquam ſaxeum, cùm nullam habeat cognitionem. At iecur, nimirum rationis motus, ab aquila Iouis aſſiduè laceratur, quia prudentioribus hominibus mens ſemper ad varias cogitationes diſtrahitur. Per diem tandem, non verò per noctem, ex eo quòd natura, alterna tempora, quieti, & animi curis, cogitationibuſque determinauit. Hoc itaque etiam eſt, Palladem, ſapientiam, ſcilicet, nimio amore, affectuque proſequi. Quare Tullius de Prometheo, cæteriſque cæleſtium rerum inſpectoribus. 5. *tuſcul. ſect.* 229. *n.* 8. optimè dixerat: „ Nec verò Atlas ſuſtinere cælum, nec Prometheus affixus caucaſo; nec ſtellatus Cepheus cum vxore, genero, filia traderetur, niſi cæleſtium diuina cognitio nomen eorum ad errorem fabulæ traduxiſſet.

13 Cùm autem multa ad illuſtrium virorum perpetuam memoriam confinxerint Poetæ, quæ poſtea fabuloſis ornamentis veſtita, ad humanæ vitæ vtilitatem, & eruditionem fuerunt informata; hæc denique Endymionis, eiuſque perpetuæ contemplationis in memoriam haud temerè adinuenta ſunt. Ferunt enim nonnulli apud Natalem Comitem *Mithol. lib.* 4. *cap.* 8. Endymionem fuiſſe Elidis Regem, qui ob iuſtitiam, vt moris erat ethnicarum gentium, in Deorum numerum relatus, à Ioue impetrauit, vt perpetuò dormiret: vnde Theocritus, fælicem illum putauit; cùm perpetuò ſomno nullas ſentiret moleſtias, ita ſcribens *in 3. egloga*:

Inuideo dulci ſomno, ſemperque grauato
Endymioni—————————

Quod in Larmo Cariæ monte, in cuius ſpecu diù diuerſabatur, vbi & Luna venire ſolita, ipſum proinde fortiter adamauit, contigiſſe ſunt arbitrati. Fabuloſa quidem ſunt iſta, ſed ad gloriam, decuſque contemplationis maximè conducentia. Nam re vera ſublimium rerum Endymion contemplator, & ſpeculator extitit: cui rei fabulæ locum dedit Luna ob tam varias luminis formas, & mutationes, cùm de illa præcipuè cognoſcenda eſſet ſollicitus; qui cùm noctù his conſiderationibus eſſet intentus, ſomno non fruebatur, & dormiebat per diem. Hic prior, vt placet Luciano *in aſtrologia*, Lunæ rationem iugi contemplatione, mortalibus oſtendit, ſicuti Phaethon curſum deprehendit Solis; quæ cauſa extitit, cur Luna illum amaſſe dicta ſit, vt teſtatur

14 Plinius *lib.* 2. Hæc itaque Natalis Comes *loc. cit.* Quibus profectò, omni hæſitatione poſthabita, illius quæſtionis apud Sabell. *lib.* 2. *cap.* 6. ex Plutarcho excitatæ: Meditatus ne ſit, nimirum, an perpetuo ſomno preſſus iacuerit Epimenides Gnoſius, ſiue Phæſtius, qui ſeptem, & quinquaginta annos latuit, prorſus habetur ſolutio: Nam cùm dormiendo (vt ibi dicitur) nemo ſapientior ſit factus; & Epimenides (quòd nemo inficiatur) diuinarum fuerit, humanarumque rerum ſcientiſſimus, quippè qui Solonem iuuit leges ſuis ſcribentem ciuibus: non vtique dormiendo, ſed diù contemplando, tot annorum ademit tempus; præſertim cùm dormire non ſit mentè, vt cunque quieſcere ex Endymionis fabella, ſed mente cæleſtia perpetuo inueſtigare.

15 Plures, ac plures tandem contemplatione famoſos ex fabulis non modò, ſed ex hiſtorijs inſuper, magno in honore habitos, fas mihi adhuc eſſet adducere: Placuit tamen ex Poetarum figmentis inſigniores tantum depromere; quia Poetę, nobiles hominum actiones ingenia motus,] & ſtudia pictis rebus, perſoniſque imitando, luculenta nobis virtutum omnium vitiorumque exempla ſtatuerunt.

Siui-

Siquidem præfatos, alioſque, alijs tanquam in viuis, ſpirantibuſque ita talibus exhibuerunt, vt eorum non ſolùm expreſſos vultus, geſtus, opera, ſed intimos etiam videre ſenſus, intelligere conſilia, voces audire liceat. Quarè haud perperam quidam apud Authores Palatij eloquentiæ *exercitat. 3. panctu* 8. dixere, Poetas ſimiles eſſe celebratis illis Alcybiadis icunculis, quæ clauſæ quidem turpem, ac monſtruoſam faciem præferebant; apertæ verò diuinæ frontis decus, auguſtamque maieſtatem referebant: Sic enim illi fabulas quaſdam, aſpectu primo ridiculas ità concinnant, vt deſipere videantur: verùm ſi quis diligentiùs introſpexerit: diuina quædam in illis arcanæ ſapientiæ myſteria latere deprehendet.

CAPVT VII.

Diuini Verbi Præcones, vtpotè Superni Regis euangelici Nuntij, cæterorum non modò Legatorum gratijs ſunt plerumque gauiſi, verùm nobilioribus præmijs adhuc oſtenduntur affecti.

SVMMARIVM.

1 *Præconum officium, ex eo abiectum, vileque Quidam aſtruunt, quià in Decurionibus eſſe, lege vetabantur; in venditionibus pretia nuntiabant; in concionibus, ad audientiam populum vocabant; in legibus ferendis, ſubijciente Scriba, verba recitabant; in iudicijs, reos, & teſtes citabant; nec præter libertatem, quicquam nobilitatis in ſe præcontinebant.*

2 *Hac proinde nota diſcriminabantur à ſeruis, quòd iſti, birris, aut cucullis permittebantur vti: illi verò penulis, aut diſcoloribus pallijs pectus contegentibus, fortè colore publico eius Ciuitatis inſigni, in qua tale quid fiebat.*

3 *Alij verò, Præconum officium nabile eſſe autumant ex eo quòd Homerus prudentes, conſiliarios, ſcientes, fortes, Iouis, hominumque Nuntios, ipſos vocat, quæ nomina plurimas concernunt virtutes, quarum ornatu vera nobilitas comparatur.*

4 *Archia præconi propterea Statua dicata fuit. Præconum ius, cum iure gladij deindè coniunctum habebant; & cum Proconſule tribunal aſcendebant. Quarè meri imperium, ſiue ius diſtringendi ferrum in reos, eoſque capitis ſupplicio afficiendi, poſſidebant.*

5 *Duplices eſſe Ceryces, ſiue Caduceatores, atque Præcones ex Vlpiano oſtenditur: nam quidam populares erant, qui abiecta præſtabant munia: quidam verò Legati Facialeſque ad conueniendum de pace cum perduellibus miſſi, qui Rerumpublicarum, Principumque negotia ferebant. Quarè antedicta ſententia, non oppoſita, ſed inter vnum, & alterum munus diſtinguentes ſunt.*

6 *Hoc autem ſecundi generis nobiliſſimum officium extitit, & extat; quarè præclariores Ciues inter cæteros, à Principibus vt plurimum mittuntur; quemadmodum exemplificatur de Moabitarum proceribus ad Balaam, de Lazis inſignioribus ad Iuſtinianum Imperatorem, atque alijs non paucis. Quare in legationibus, nobiliores cæteris alijs præferendi ſunt.*

7 *Cùm igitur Diuini Verbi Præcones, ſecundi huius generis munus poſſideant, non infirmum ex ijs, quæ dicta ſunt, de illorum excellentia non modò, verùm etiam de exhibendo cultu erga tantos viros deſumitur argumentum, debita tamen analogia ſeruata.*

8 *Excipiebantur itaque Principum Legati honorificè in templis; quibus pro regia vtebatur antiquitas. Dabatur etiam illis Publici curſus facultas, hoc eſt commoditates omnes, atque expenſa ad itinerandum; nec non ab ipſis Principibus, honorarijs codicillis, ſeù teſtimonialibus epiſtolis honeſtabantur.*

9 *Quià verò tanto magis honorandi ſunt Miniſtri ſpirituales, quantò ſpiritualia temporalibus præferuntur; cunctis mandatur Fidelibus legitimè non impeditis, ſub lege ſaltem charitatis erga ſe ipſos, vt ſtatis diebus Templa vbi concionantur adeant, præſertim qui maxima laborant ignorantia, ne lethalem inſuper committant negligentiam. Olim autem, prædicatione non abſoluta, diſcedentes, excommunicationis pæna etiam mulctabantur. Quarè nec hæreticis, neque interdictis, ingreſſus dùm concionantur probibendus eſt Eccleſia.*

10 *Vt magis, ac magis erga ſacros Concionatores augeatur cultus, ac reuerentia, plurimi Romanorum Pontificum, quorundam Religioſorum ſermones, prædicationeſque auſcultantibus ſpiritualia ſtipendia ſunt elargiti; quæ, & ſi Bulla Pauli V. videantur ſublata, non tamen pro ſecularibus Religioſorum Eccleſias dum prædicant adeuntibus eſt intelligendum. Quibus fauoribus, Diua Catharina Senenſis fortè permota, eorum humi impreſſa, religioſo obſequio oſculabatur veſtigia.*

11 *Nec publici curſus, ſacris Præconibus denegatur facultas, cùm Tridentina Synodus ſtrictè mandet, honorificè alimenta, illis eſſe ſuppeditanda. Nec debent ab aliquo turbari; cùm etiam ſatores ſpirituales ſint agri-*

agricultores enim, tempore ſerendi, agroſque colendi, lege prohibentur ab aliquo vexari.

12 *Quæ quidem obſequia, adeò illis debita ſunt, vt ab hominibus, vel forte ſi quandò negata, è cælo protinus noſcantur reſtituta. Quod ſanè erga Diuum Bernardinum Senenſem, Hinonem, Eadmundum Cantuarienſem, alioſque impenſum fuit.*

13 *Honorarijs etiam Codicillis ab Eccleſia decorati videntur, dum à Quadrageſimali eximuntur ieiunio; à ſeruitio diſpenſantur chori, ex obligatione cui inſeruire debent; canonicarum à recitatione excæptuantur horarum, ſi tamen cum tali onere munus nequeant præſtare ſuum; atque ad Epiſcopalem dignitatem, cum maximè intereſt concionari, planè habilitantur.*

14 *Vt ad altiora, ſuos ſancta promoueret Eccleſia Concionatores infulis, & purpura quamplurimos decorauit, de quarum numero hic recenſentur nonnulli, vt Oliuerius Saxo, Guillelmus Subalpinas, Thomas de Firignano; Ioannes Dominici; Raphael Rangonus, Ægidius Viterbienſis; & Dionyſius Laurerius.*

15 *Summorum etiam Pontificum quidam enarrantur, qui prædicationis merito ad tantam aſcenderunt Dignitatem, quemadmodùm extiterunt Hadrianus IV. Clemens VI. Alexander V. atque alij non pauci præſertim ex Regularibus, de quibus tantum agitur remiſſiuè.*

PRæconum munus nobile, ignobileue num ſemper extiterit adhuc certant
1 non pauci: etenim eius, qui adhærent ignobilitati, Tullium *epiſt. famil. lib. 6. ad Leptam epiſt. 18.* (quam Ampij Balbi Iuriſconſulti authoritate ſcribit) allegant, dicentem: Eos, qui Præconem facerent, lege vetari eſſe in Decurionibus. Et quod Venuſinus, *ſermon. 1. ſatyr. 6.* clarum, & ingenuum ideo ſe non eſſe fatetur, quia patrem præconem, coactoremque iam ſorte obtinuerat, de quo ſcribit.

Nec timuit, ſibi ne vitio quis verteret, olim
Si præco paruas, aut, vt fuit ipſe, coactor
Mercedes ſequerer ——————

Quandoquidem, vt, *roman. antiq. lib. 7. cap. 8.* inquit Roſinus: Præconum in ciuitate vſus fuit varius, ac multiplex: in auctionibus, vt ad haſtam ſtarent, & pretia oblata nuntiarent: in concionibus, vt audientiam facerent: in comitijs Magiſtratuum, vt tribus ad ſuffragia ineunda citarent, & eos, qui deſignati erant, renuntiarent: in legibus ferendis, vt ſubijciente ſcriba, leges populo recitarent: in iudicijs, & quæſtionibus, vt iudices, reos, & accuſatores, & teſtes citarent, quod vnicuique planum eſſe poteſt, qui non curſim, ſed attentè antiquorum ſcripta perlegerit. Ex quibus profectò ducunt, tale munus inter humilia, & abiecta penitus eſſe ponendum; nec præter libertatem in ſe aliquid præcontinere nobilitatis: de Næuo præcone, *pro Quintil. ſect. 2. n. 11.* ita dicente Tullio: Cùm ei natura nihil melius, quàm vo-
2 cem dediſſet, pater nihil præter libertatem reliquiſſet. Hac proinde nota *l. 1. C. theodoſ. lib. 14. tit. 10.* diſcriminabantur à ſeruis, quòd iſti byrris, aut cucullis permittebantur vti; illi vero penulis, aut diſcoloribus pallijs pectus contegentibus, conditionis ſuæ neceſſitatem huiuſcemodi agnitiōne teſtantes. Quod genus indumenti, non quidem Nobilium, ingenuorumque, ſed minorum officialium, publicorumque Senatus miniſtrorum in vſum fuit, vt *in Satyrico*, adamuſſim refert Petronius Arbiter, dicens: Nec longe à Præcone Aſcyltos ſtabat amictus diſcoloria veſte, atque in lance argentea, indicium, & fidem præferebat. Vbi Georgius Erhardus annotans, ſubdit: Forte colore publico eius ciuitatis Inſigni, in qua tale quid fiebat: qui mos hodieque in Germania, & maximè omnium Heluetia obſeruatur, vt viatores, & præcones in actibus publicis diſcoloria vtantur veſte. Ita quoque ex Iuriſtis de eorum Ignobilitate ſentiunt Alciat. præſertim, *in l. mercis la. 2. in fin ff. de verbor. ſignif. & Tiraquell. de nobilit. cap 34. n. 48.*

Qui verò è contra Preconum muneris
3 nobilitati fauent; Homerum, *Odiſſea lib. 2. haud poſt principium multò* Piſenoris Præconis valdè honorificè recordantem adhibent in teſtem, dum cecinit:

——Sceptrum autem illi iniecit manu
Præco Piſenor prudentia conſilia ſciens.

Prudentia nanque (ad Aphalum ſcribit Iamblicus) virtutum princeps eſt, reliquiſque omnibus vtitur, atque ipſarum ordinem, modum, & occaſionem, in præſentia tanquam oculus quidam mentis vndequaque luciſſimus, oſtendit. Nec reuerentia item minori, *iliados* 1. de Thaltybio, & Euribate Agamennonis Præconibus, eundem loquentem adducunt, dum inquit.

Sed hic Thaltibiumque, & Eurybatem affatus eſt:
Hi ipſi erant præcones, & fortes miniſtri.

Eſt enim Fortitudo virtus (vt placet Macrobio *in ſomn. ſcipion.*) quæ animum ſuper periculi metum agit, nihilque niſi turpia timet, tolerat fortiter vel aduerſa, vel proſpera. Præſtar autem Fortitudo magnaminitatem, fiduciam, ſecuritatem, magnificentiam, conſtantiam, toleran-

tiam,

Digitized by Google

„ tiam ; firmitatem. Quamobrem , poſt
pauca *ibidem* idem Homerus, Iouis , & vi-
rorum nuntios eos vocat, dicens :

Saluete Præcones Iouis Nuntij , atque viro-
rum .

4 Archiam Præconem idcircò (addunt)
poſt trium olympiadum victoriam, voca-
litate ſua , ſtatuam aliquando meruiſſe
Laurent. Beierl. theat. vit. Hum. lit. P. & præfa-
tum Thaltybium poſt fata diuinos acce-
piſſe honores, Spartæque Templum poſ-
ſediſſe Herod. *lib.* 8. Quinimo, maieſta-
tem eorum adeo accreuerunt , vt ius præ-
conis cum iure gladij coniungerent ex
„ Apuleio *in Floridis*, ita dictante : Nec vos
„ pauca quædam , & parua ſimilitudo fal-
„ ſos animi habeat , quoniam quædam (vt
„ ſæpè dixi) palliata mendicabula , obam-
„ bulant ; Præco cum Proconſule , & ipſe
„ tribunal aſcendit, & ipſe rogatus illic vi-
„ detur, & quidem perdius ſtat , aut ambu-
„ lat; aut plerumque contentiſſime clamitat.
Ius quippe gladij eſt merum imperium ,
ſiue ius diſtringendi ferrum in reos , eoſ-
que capitis ſupplicio afficiendi , quod id-
circò ſymbolo gladij denotabatur *l. 5. ff. de
iuriſdict.* apud Gothofredum , *comment in l.
1. C. theod. lib. 9. tit.* 41. etiam pro ſe Statium
lib. 5 ad Criſpinum , allegantem , qui dixe-
rat :

Fælix qui magno iam nunc ſub Præſide iu-
rat :

Cuique ſacer primum tradit Germanicus
Enſem .

„ Vbi (inquit ipſe Gothofredus) Statij hæc
„ ſententia eſt, iturum in Prouintiam Præ-
„ ſidem, ſub Cæſare iuraſſe, eique gladium
„ traditum . Vt proinde merum imperium
„ nihil aliud ſit , quàm gladij poteſtas :
„ & verò rectè à Iuriſconſultis definitur ,
„ quicquid alij contra ſentiant. Ex quibus
ſanè Præconum maieſtatem , authorita-
temque colligere iuuat .

Verum enim verò, ſi ea, quæ apud Io-
5 ſephum Laurentium *polymathiæ lib.* 1. *diſ-
ſert.* 32. dixerat Vlpianus haud perfunctoriè
penſitentur: non vtique repugnantes , ſed
inter mercenarios buccinatores ex vna ,
caduceatoreſque tanquam fæciales , &
ſequeſtres Reipublicæ nomine , ex alia
legationes obeuntes parte , relatæ ſenten-
„ tiæ, duntaxat diſtinguentes erunt : Dupli-
„ ces eſſe Cerycas (inquit) alterum popula-
„ rem, alterum belli communem deducto-
„ rem legatorum, fæcialemue ad conue-
„ niendum de pace cum perduellibus , ma-
„ nu geſtantem pro ſymbola Caduceum
„ græcè Cerycium dictum. Quare primi
generis Præconum abiectum, vileque quo
munus fuerat, eo ſecundi præclarum, no-
bileque ſemper apud omnes extiterat.

Hinc, inſigniores, nec non excellentiores
6 præ cæteris paſſim à Principibus mitte-
bantur: Prophetæ nanque Balaam , *nume-
ri* 22. Moabitarum proceres, Rex Balach,
qui populum Dei ad maledicendum ip-
ſum inuitauerat ritè delegauit. Et apud
Agathium *lib. 3. peregrin. hiſtor.* Lazi , ad Iu-
ſtinianum Imperatorem ex gente ſua pri-
mores quoſdam , & nobiliores , legatos
miſerunt. Quibus affabrè concinunt illud
Cæſaris *comment. lib.* 1. vbi de eius aduentu
Heluetij certiores facti ſunt , legatos ad
eum mittunt nobiliores Ciuitatis. Illud-
que Liuij 1. *dec. lib.* 2. Cùm , ſcilicet , re-
ſponſum eſſet, miſſurum ad Regem Se-
natum legatos ; miſſi confeſtim honora-
tiſſimus quiſque ex patribus. Illud inſu-
per *Iuſtini lib.* 13. Legatos ad mitigandum
eorum animos, duos ex proceribus mit-
tunt . Sicut denique, & illud Honorij Im-
peratoris apud Claudianum *lib. de nuptijs
eiuſdem Honorij, & matre* .

Oratum miſi proceres , quia proxima no-
bis ,

Iura tenent.———————

Ea propter Temiſtocles apud Lacedæmo-
nios, aiebat: Æquum eſſe illos bonos vi-
ros , nobileſque legatos mittere , quibus
fides adhiberetur , qui rem de qua age-
bant tractarent. *Probus Æmilius in eius vita.*
Vnde in legationibus obeundis , Nobiles
cæteris eſſe præferendos latè docuit *Luc.
pen. in l. mulieres col. 5. verſ. 6. circa legationes.
C. de digni. lib.* 12. *& in rub. C. de legat. lib.* 10.
col. 5. verſic. 11. *eligendus eſt. atque alibi* , *apud*
Tiraquell. *de nobil. cap. 2. n.* 43.

Cæterum , ſi Diuini Verbi Præcones ,
7 non vt viles , ac mercenarij buccinatores,
ſed (vt cum Gregorio 11. *regiſt. epiſt.* 31. lo-
quar) Chriſti vice in Eccleſia fungentes ,
veluti ſacri caduceatores , ſpiritualeſque
Miniſtri , cum perduellibus , ac peruerſis
hominibus ad conueniendum de pace ,
& Euangelizandum bona *Iſaiæ* 52. à Do-
mino miſſi ſunt: Nequaquam infirmum,
quæ hucuſque cordatè præmiſimus , ſed
ſatis validum, de illorum excellentia non
modo ; verum etiam exhibendo cultu ,
nobis ſuppeditabunt argumentum : his
adhuc penitus minimè ignoratis. Quòd
innumeris, ſcilicet, Rerumpublicarum, &
Principum Legatos ferè omnes honori-
bus, immunitatibus , & gratijs paſſim ve-
8 neratæ ſunt Nationes. Nam in Deorum
templis , quibus pro regia vtebatur anti-
quitas, honorificè excipiebantur *Æneid.* 7.

Tali intus templo Diuum , patriaque La-
tinus

Sede ſedens , Teucros ad ſeſe in tecta vo-
cauit .

Et *in* 1. *eiuſdem* habetur , quod eoſdem in

Digitized by Google

templo admiſit Dido: Ibidem Iaſonem Medea pariter (Valerio Flacco, *argon.* 4. teſte) allocuta eſt. Sic apud Silium *lib.* 1. *non procul à fine.* Legati Saguntini à Romano Conſule audiuntur in templo. Perindeque Capuani apud Brodæum *lib.* 4. *miſcell. cap.* 17. qui etiam locum affert Demoſthenis *de falſa legatio.* vt crimen obijcientis Æſchini, quod huic mori non paruiſſet. His quoque Curſus publici dabatur facultas, & pabula, annonæque præbebantur. *l.* 2. *&* 57. *C. theod. de curſ. publico, & l.* 9. *de re milit.* Erat autem Curſus publici facultas; in legationibus equis, vehiculiſque, quæ publico in itinere, locis opportunis, in oppidis nimirum, ciuitatibus & vicis ad hunc vſum diſpoſita, ære Fiſci tenebantur, abſque vlla euectione, ſine Principis licentia gratis poſſe vti abſoluta Poteſtas. Quod omnibus, vel paucis quidem exceptis, quacunque etiam dignitate præditis, fuerat denegatum. *l.* 8. 22. 27. 57. 59. *C theod. de curſ. publ. & l.* 11. *de legat.* Quibus, & hoc inſuper additum eſt, vt ſumptus è publico darentur, indictione poſſeſſionibus facta *l.* 15. *&* 18. *eiuſdem C. de extraord.* Eoſdem præterea legatione fungentes, vel functos ſæpè Principes ornarunt Honorarijs Codicillis: quorum inde peculiaris ratio habita, & potior, quam cæterorum, qui honorarios codicillos impetrarant quoad munerum immunitatem qua poſt fruebantur *l.* 1. *C. theodoſ. de honor. codicill. l.* 25. *&* 36. *eiuſd C. de decurio & l.* 23. *de curſ. pub.* Erant autem honorarii Codicilli, Epiſtolæ quædam honorificæ, ſiue teſtimoniales *d. l.* 23. *de curſ. pub.* rerum benè geſtarum, laborumque, in Palatio, vel Curia ritè probatorum *l. vlt. eiuſdem C. theod. de comit. vacantibus.* Quibus habilitabatur quiſque ad vlteriores honores iure conſequendos. *d. l.* 1. *de honor. codic.* licet à ciuilibus, & publicis officijs, præter legatos, atque eos, qui palatinis munijs emeritis, miſſione donati ſunt, neminem eximerent *d. l.* 23. *de curſ. pub.*

His tamen profanis, modoque recenſi-
9 tis, è regione ſacri ſi opponantur honoribus; longè nobiliores ſanè, hac vel data analogia, Diuini Verbi vbique ſe recepiſſe Præcones latè, facileque diſcernent: Cùm tantò magis honorandi ſint Miniſtri ſpirituales, quantò Spiritualia, temporalibus præferuntur *l. ſancimus C. de ſacroſanct. Eccleſ.* In Eccleſijs proinde, Templiſque Deo dicatis (ne ab incepto recedamus ordine) vbi ſacrum ad annuntiandum miſſi ſunt Euangelium, à cunctis ità Fidelibus, religioſo recipi, & audiri debent obſequio, vt quiſque ſtatis temporibus (ſi commodè tamen id fieri queat) ſub lege ſaltem charitatis erga ſe ipſum; ſicut *tom.* 1. *de relig. lib.* 2. *de dieb. feſt. cap.* 16. *n.* 10. eruditè docet Suarez, eorum adeſſe teneatur concionibus, *cap. in ſacris* 16. *q.* 1. *& Concil. Trid. ſeſ.* 24. *de reform.* Quod ſi quis negligat; & ampliùs diuinorū, Eccleſiaſticorumque ignorantia laboret mandatorū á lethali eum non excuſari culpa, haud temerè putat Bernardinus de Buſtis *p. p. Roſarij ſerm.* 3. *p.* 2. *lit. K.* Quin etiam, Verbi Dei, ſacra tantæ molis olim fuerat prædicatio; vt in Carthaginenſi Synodo apud ſacros Canones. *cap. Sacerdote de conſecratione diſt.* 1. ſancitum legatur: Quod Sacerdote, verbum in Eccleſia faciente, qui ex nulla cōuenienti cauſa, de auditorio egredi auſus eſſet, Excommunicationis ſuſtineret ſententiam. Nullus propterea hæreticus licet, aut infidelis, dum ſacri concionantur Præcones, ingredi prohibendus eſt Eccleſiam *cap. Epiſcopus nullum, de conſecrat. diſt.* 1. Quod de his quoque, quibus talis ingreſſus iure interdictus eſt, per text, *in cap. reſponſo de ſent. excomm.* capi poſſe videtur: dum etiam tempore interdicti, verbum audire Dei nulli ſit denegandum *d. cap. reſponſo. Henriq. in ſumm. lib.* 13. *cap* 44. §. 2. *verſ.* 5. *Vgol. de cenſur. tab.* 5. *cap.* 8. *in princ. n.* 5. *Sayr. eodem tract. lib* 5. *n.* 43. *apud. Barboſ. lib.* 1. *iuris Eccleſ. vniuer. cap.* 13. *n.* 40. *&* 41.

Hac fortaſſe de cauſa, vt ſacros ſcilicet
10 erga Caduceatores, Audientium nunquā minuatur, ſed magis, magiſque augeatur cultus, libentiuſque ab adſtantibus ſuſtineantur: Romani Pontifices, ſpiritualia ſtipendia, ſupernaque dona quamplurima, vberrimè ſunt elargiti: Prædicationes nanque Minoritarum auſcultantes, aliorumque cum ipſis in priuilegijs participantium, quindecim annorum ex Gregorio IX. Centum dierum ex Alexandro IV. Centum triginta, & octo annorum, & ducentorum, & duorum dierum pro ferijs 2. 4 & 6. Quadrageſimæ, ex eodem Alexandro IV. Nicolao III. Innocentio IV. Nicolao IV. & Benedicto XI. aliaſque quamplurimas lucrantur indulgentias, *Lezzana quæſt. regul. p.* 3. *verbo Concionator regularis n.* 14. Quę, & ſi Bulla Pauli V. edita anno 1606. quæ incipit *Romanus Pontifex &c.* videantur penitus deletæ, non tamen pro ſecularibus, eorum prædicationis tempore adeuntibus Eccleſias, vt ex Peyrino rectè notat idem Lezzana *tom.* 1. *quæſt. regul. cap.* 3. *n.* 19. Quibus profectò Beata Virgo Catharina Senenſis aliquando permota, in templis non modò dum è ſuggeſtu Summi Regis proderent arcana, verum etiam in ſemitis dum iter peragerent, faſtu quidem vacua, ſed omni deuotione plena, Euangelicis, & Eccleſiaſtics

Nun-

Nuntijs præſtabat obſequia. Cùm ſæpè
ſæpiùs, eorum humi impreſſa veſtigia,
religiosè ſit exoſculata *Ludou.granat. in ſyl-
ua locor.com.claſ.3.*

Nec item publici curſus cenſetur illis
11 fore deneganda facultas, cum ſcriptum
ſit *Lucæ* 10. Nolite tranſire de domo in
domum. & in quancunque ciuitatem in-
traueritis, & ſuſceperint vos, manducate
quæ apponuntur vobis. Quare Sacro-
ſancta Tridentina Synodus *ſeſſ.24. de refor.
cap.4.* ſtrictè mandat, vt impenſis eorum,
qui eleemoſynas præſtare vel tenentur, vel
ſolent, ſedulo, honeſteque alantur; vt latè
explicatum eſt ſupra *lib.2.cap. 4. n.* 10. Ita-
que (vt aliquid addamus) ſicut Magiſtra-
tus, qui Publici curſus curam gerebat, ne
à Curioſis, hoc eſt exactoribus quibus in-
ſpiciendarum euectionum munus tan-
tummodo erat *l.2.C.theod. lib. 6. de curioſis.*
Principum Legari, cæterique publici cur-
ſus priuilegio fruentes, iniuſtè turbaren-
tur lege canit vt punitionem paulò cu-
rantes, tandem ſubmouerentur. *l. 11.
eiuſdem C. & tituli*: ita Epiſcopi, quo-
rum eſt ſacros deputare Præcones ex
delibatis per Barboſam *in cap.inter cætera
de officio Ordin.* diligenter curare debent,
ne quis eorum vel ex falſis informationi-
bus, vel aliàs calumniosè vexetur, iuſtã-
que habeat conquerendi cauſam. *Trident.
ſeſ.5.de reform.cap.11.* Verbi Dei etiam Sa-
tores ſunt ſpirituales: Sator autem dum
ſerit, terramque colit, nulla moleſtia eſt
afficiendus. *extra de treg.& pa.cap.innouamus
& C.de agric.l.nunquam.*

Hinc ſanè eſt, quod huiuſcemodi Pu-
12 blici curſus obſequia, adeò debita illis
cenſenda videntur, vt ab hominibus, vel
forte, ſi quandò negata, è Cælo protinus
noſcamus reſtitura. Exierat quandoque
Maniuæ concionandi cauſa Vir Sanctus
Bernardinus Senenſis, cui tranſmittenda,
vt eo pertingeret cum eſſet ingens aquas
conſtanter renuit Nauta, ſolito ſine nau-
lo, ipſum tranſmeare. Quod patienter
Vir Dei, & humiliter ferens non habens
vndè ſolueret; ne prædefinitum concio-
nandi elaberetur tempus, ſpei plenus, to-
tum orationi ſe dedit, & ſuper aquas ex-
panſo palliolo, vna cum ſocio, tanquam
vehiculo vtens, non ſine ſpectantium
ſtupore, in alteram aquarum partem, in-
columis citò peruenit. *Surius in eius vita
tom. 2.cap.34.20.Maij.* Item Hinoni ad præ-
dicandum eunti, fluuius, non modico in-
cremento ponti ſuperefluſus intercluſe-
rat viam; mox in ſeſe collectus, ac ſubſi-
dens, veluti tam ſalubrem operam remo-
ueri vetitus tranſitum præbuit, rurſum-
que pontem operuit aquis. *Marulus lib. 3.
cap. 4.* Qui de Eadmundo Cantuarienſi
Archiepiſcopo in Gallia concionante in-
ſuper addit, ipſum, Populus circunſtans
ab imbre vehementiſſimo ne madeſceret,
diuinitus tegumentum aliquando impe-
traſſe. Sexcenta ferè alia cæleſtis in
concionatores obſequij vtique extarent
exempla, niſi pro eis adducta ſufficerent,
& vltionis diuinæ in tanti muneris con-
temptores, adducendis prohiberent acceſ-
ſum: Publici enim curſus (vt dictum eſt)
non tantum petit obſequia, verùm etiam
nullam ſecum patitur iniuriam conceſſa
facultas. Quamobrem, cùm duo in vna
domo Walaricum Columbani Abbatis di-
ſcipulum de pænitentia concionantē irri-
ſiſſent, Dei iuſto iudicio, alter oculis captus
alter genitalibus putreſcentibus mortuus
eſt. *Vincen. Beluac. lib. 2. cap. 23.* Et Galli,
conciones Hoſpitij Monachi, ſimiliter
contemnentes, à Longobardis ſexto Ti-
berij anno grauiter afflicti ſunt. *Paulus Dia-
conus lib.3.de longobar cap.1.*

Honorariorum denique Codicillorum
immunitas, ſacris etiam Legatis non eſt
13 inhibenda; dum tot animarum lucra ab
ipſis conſecuta, veluti teſtimoniales lite-
ræ, ab Eccleſiaſticis quibuſdam obliga-
tionibus eoſdem eximere, & ad vlteriora
dona prouehere oppidò valeant. Excu-
ſantur ideircò à quadrageſimali ieiunio,
eſto non ex officio, vel ex obedientia, ſed
ex mera deuotione verbum Dei procla-
marent, dummodò adſit populorum vti-
litas. *Syluester in ſumm.qu.9.Caiet.2.2.q.147.
art.7.& in ſum.verb.ieiunium Nauarrus in ma-
nuali.cap.21.num.16.Tolet.in ſum. lib.6. cap.4.
num.6.Diana par.1. tract.9.* Item à ſeruitio
Chori (data etiam obligatione) dum actu
prædicant, queunt diſpenſari, ex Decre-
tis Clementis VIII. atque Vrbani. *tom. 4.
Bullarij num.26.* Quinimo ab horarum re-
citatione canonicarum, ſi conuenienter
cum tali onere, munus nequirent præſta-
re ſuum adhuc etiam exceptari valent.
*Syluester.verb.Horę.§.18. cum quo Lezana par.
1.cap.12.num.25. atque alij.* Quare ad Epiſ-
copale culmen (cui maximè proprium
eſt concionari. *Trident.ſeſſ.24. cap.2. de re-
form.*) quamplurimi non modò enarran-
tur apud Ciaconium, & Vghellum aſſum-
pti; verùm etiam ad vlteriores altioreſque
dignitates inueniuntur euecti. Quando-
quidem non tantùm Epiſcopi, & Archie-
piſcopi, ſed & Primates, omneſque alij
Eccleſiarum Prælati per ſe ipſos tenentur
ſi legitimè impediti non fuerint, ad præ-
dicandum Sanctum Ieſu Chriſti Euange-
lium. *Trid.ſeſſ.5.cap.2 de reform.* Quin etiã
ipſe Romanus Pontifex, vt patet in epi-
ſtolis Petri, cæterorumque Summorum

Pontificum, omnibus vbique terrarum
fidelibus paſſim per literas, & legatos aſ-
ſiduè prædicat. *cap.fin.§.fin.de offic.deleg.*
Ideóque, hac vna præſertim ratione, vt
ſacros ſcilicet, ad altiora promoueret
14 Præcones, Sancta Mater Eccleſia, Diui-
no afflata Spiritu, infulis quamplurimos,
& purpura decorauit, quorum quibuſdam
ob nimietatem omiſſis, quoſdam alios ex
celebrioribus ad roborandum aſſumptum
duntaxat exhibebo. Fuerat enim aliquan-
do Oliuerius quidam Saxo Vir ſanctitate
celebris, totiuſque Germaniæ Crucis in-
ſignis, & indefeſſus concionator, qui pro-
inde Padebornenſis anno ſalutis 1221.
Epiſcopus creatus; poſt biennium autem
Epiſcopus Cardinalis Sabinenſis ab Ho-
norio III. ex Catalogo Padebornenſium
Epiſcoporum anno 1223. electus habetur
Ciacon.par.p.anno 1221. Guillelmum dein-
de Suhalpinatem anno Pontificatus IX.
miſerat idem Honorius in Liuoniam, &
Pruſſiam Apoſtolicum legatum, vt Ver-
bum Dei, gentibus barbaris, & infideli-
bus prædicaret; eique propterea faculta-
tem conceſſerat, ibidem Epiſcopos con-
ſtituendi, atque Epiſcopales ſedes erigen-
di; Hoc elogio, omnibus Prælatis ipſum
commendans, nimirum: *Vir honeſta vitæ,
conuerſationis, & religionis eruditione, & ſcien-
tia præditus.* Vnde Gregorius IX. per to-
tum ferè ſeptentrionem ad idem munus
aſſumpſerat. Quarè poſt tot legationes,
ad Curiam ſub Innocentio IV. fæliciter
rediens, Cardinalis meritò creatus fuit.
Ciacon.anno 1244. Floruerat præterea ex
Franciſcana familia reparationis anno 1360
Frater Thomas de Firignano nobilis Mu-
tinenſis Theologus, & Concionator il-
luſtris, qui anno 1367. virtutis ergo vige-
ſimus tertius ſui Ordinis Generalis electus
inde à Gregorio XI. Patriarchatu Graden-
ſi exornatus: tandem ab Vrbano VI. ob
egregias dotes, anno 1379. inter purpura-
tos numeratus fuit. *Idem Ciacon. eodem an-
no.* Ioannis item Dominici ex almo Præ-
dicatorum inſtituto, in orando facundiæ
vndique erumpente fama; Gregorius XII.
eum primò Archiepiſcopum Racuſinum,
deinde anno 1408. Cardinalis titulo Sancti
Xiſti ipſum decorauit, non tamen id quæ-
rentem (vt cum Diuo Antonino Archie-
„ piſcopo Florentino *3.p.hiſt.tit.23.cap.12.* lo-
„ quar, qui talia refert) ſed reſpuentem,
„ licet præualuerit Pontificis voluntas, ne
„ Diuinæ voluntati videretur obſiſtere. Item
Beati Ioannis Capiſtranij Diſcipulus, &
imitator Frater Raphael Rangonus Muti-
nenſis Minorita feruentis animi non igno-
bilis Concionator; Albæ, ac deinde, Agriæ
Epiſcopus poſteàque Cardinalis, Mathia
Hungarorum Rege cui maximè gratus
fuerat, flagitante, à Sixto IV. creatus fuit
Ciacon.p.2 anno 1478. Sed cùm eloquentiæ
veluti torrentem, Ægidium Viterbienſem
Eremitarum Diui Auguſtini Generalem
totus miraretur Orbis; Leo X. tantæ vir-
tutis in præmium, ipſum purpura exor-
nauit. *Ciacon.p.2.anno* 1517. Prætereundus
tandem minimè videtur egregius Vir, &
Concionator nemini ſecundus, Dionyſius
Laurerius Beneuentanus, Seruitarum Or-
dinis vigeſimus octauus Prior Generalis;
qui Dei verbum poſtquam diſertè, venu-
ſtèque Italiæ primarijs in Eccleſijs pro-
clamauerat, quantam in dicendo apud
Cardinales, & Pontificem, gratiam ſit aſ-
ſecutus exitus ipſe probauit. Nam ad Ia-
cobum Scotiæ Regem, legatione peracta
exindè à Paulo III. cui in minoribus (dum
otiandi ſupererat tempus) mathematica
ſuppeditauerat ſtudia 14 Kalendas Ianua-
rij 1539. rubeum Galerum, Archiepiſco-
palemque Vrbini infulam, vltrò recepit.
*Giauius cent. 4. annal. frat.ſeru.lib.1. cap.6. &
10.& Ciacon.anno præfat.*
Me tamen ad rem, nihil adhuc dixiſſe
putarem, niſi alijs, cateruatim, qui dignè,
15 meritòque ſe ſe offerebant, centenis
omiſſis, nonnullos ex eis, Petri cathe-
dram vlteriùs adeptos, tantummodò re-
cenſerem. E viuis itaque ſublato Anaſta-
ſio IV. Sacer Cardinalium Senatus, ſum-
mò concurſu, atque lætitia, omniumque
ſuffragijs, Nicolaum Haſtifragum An-
glum, Summum conſtituit Pontificem,
eum ſanè, qui tanquam de puluere eleua-
tus, vt in medio ſederet Principum, Apo-
ſtolicæque gloriæ ſolium aliquandò tene-
ret, primò fuerat Eccleſiæ Sancti Iacobi de
Melgorio, Magalonenſis Diæceſis in Gal-
lijs, Clericus, mox Canonicus Regularis,
& Abbas Sancti Rufi Valentiæ iterum in
Gallijs ab Eugenio III. ob iniuſtas ſoda-
lium ſuorum ſimultates inde ereptus, ad
Albanenſem Epiſcopatum, purpura ad-
iuncta, promotus fuit. Præterea ad popu-
los immanitate barbaros, & diſiunctiſſimas
Danorum, & Noruegiorum Nationes Le-
gatus, & Concionator miſſus, ſumma ani-
marum lucra fæliciter reportauit. Vnde
Romam rediens ab Anaſtaſio Pontifice,
qui Eugenio ſucceſſerat, ac Cardinalibus,
cunctoque populo Romano comiter re-
ceptus; ob patratos concionandi, & oran-
di labores, Anaſtaſij tandem Sedem, ſub
Hadriani IV. nomine, meruit obtinere.
Ciacon. anno 1154. Nondum exceſſerat
Petrus Rogerius pubertatis annos cum
apud Caſam Dei, in præaltis, ac vicinis
Auernorum iugis Monachus fieri percu-
pijſſet; vbi qui præerat, cognito eius per-
ſpi-

ſpicaci ingenio, illum in ſocietate monaſtica Diui Benedicti receptum, Lutetiam ſtudiorum cauſa miſit; in quibus tantum profecit, vt Theologus, & Concionator inſignis breui, omnium ſtupore enaſcerit. Quarè iteratis literis Cardinalis Pictauienſis titulo Sancti Stephani in Cælio monte, ad Curiam vocatus; Ioanni doctiſſimo Pontifici innotuit, moxque ab eo donatus eſt Prioratu Baſilij apud Nemanſum Vrbē, idque initium proſperitatis habuit: cumque cæterorum Cardinalium gratiam iniſſet, in Abbatem Fiſcanenſem in Normandia, deinde in Arelatenſem Epiſcopum promotus fuit. Exinde Regij ſcrinij Sigilli ſcilicet, munere inſignitus, Senonenſem, Rothomagenſemque Archiepiſcopatum obtinuit. Præterea idem Ioannes tentauit adhuc, Cardinalem ipſum creare, Rege Francorum inuito, qui Rogerij conſilijs carere nolebat. At Ioanne breui mortuo, à Benedicto ſucceſſore, Cardinalis ampliſſimum ſuſcepit honorem. Hoc tandem etiam defuncto, nonis Maij 1342. Maximi Pontificatus ad culmen lætus aſcendit, Clemens VI. nuncupatus, *Ciacon. anno 1337. & 1342.* Alterius Petri, nunc etiam mihi ſuppetunt Hiſtoriæ notandam memoriam, nempe Philargi Minoritæ qui omnibus excellens in artibus, in Euangelicis præſertim declamationibus, Ioanni Galeatio Vicecomiti maximè innotuit, qui eum ad ſe accitum, ſummo in honore habuit, eiuſque cauſa, multis inſignitus eſt Eccleſiaſticis dignitatibus, atque ab Innocentio VII. Cardinalis exinde creatur. Demum Piſis, in eo Concilio, quod alij reſpuunt, alij probant, Gregorio XII. & Benedicto XIII. à Pontificatu ibidem remotis, in eorum ſuffectus eſt locum, atque Alexander V. nominatus, *apud Ciaconium. anno* 1409. Pleroſque alios, ex Regularibus præſertim, vtique recolere poſſem inſtitutis, qui Verba Dei, publicando, Cælo gaudium, ſibique Pontificalem gloriam, diuina fauente gratia plurimum ſunt conſecuti.

Quia verò, hoc permiſſo, præſentis capitis nimis excreſceret magnitudo: vt ergo debita cum cæteris ſeruetur proportio; plura cupientes habere, ad Alphonſum Ciaconium ea enarrantem alioſque probatos hiſtoricos itaque remitto.

CAPVT VIII.

Scholaſtici Theologi cum Militantis Eccleſiæ validi defenſores, & fortia propugnacula ſint armatæ militiæ, omnes prærogatiuas, & gratias, ſpiritualiter ſaltem habent obtinere.

SVMMARIVM.

1 *Nomine Ciuitatis Ieruſalem, caſtrorum inſtar diſpoſita, Militantis Eccleſia forma deſignatur: cum Chriſto Cæleſti Sponſo pulchra ſit, & decora, Spiritibus vero nequam eorumque miniſtris ſaua, atque terribilis.*

2 *Sicut in caſtris, ſub vexillis Cohortes ordinantur, & acies, rectèque præſertim in ordine eorum robur, & fortitudo conſiſtit; ita in Eccleſia, tota Chriſtianorum vis in ordine, & vnione Charitatis fundatur.*

3 *Hanc Eccleſiæ vnitatem, & ordinem Satan plurimum expaueſcens, vt aliquando de Chriſto triumphet, diſſoluere peruerſa nititur calliditate; & in Idololatriæ vice, qua olim Synagogam impiè vexauerat, hæreſim Eccleſiæ militanti crudeliter ſubſtituit: Cuius diabolici aſtus patrata plurima recenſentur damna.*

4 *Scholaſtici Theologi, qui ſanctitate vitæ nedum, verùm etiam eruditis ſcripturis, publicis, priuatiſque congreſſibus, in fidei diſcrimine acriter arguendo, hæreſeſque aduerſus inſurgendo fortiter dimicare ſolent, tanquam propugnacula, à Deo in Eccleſia poſiti ſunt. Quarè valdè ſunt honorandi.*

5 *Quia exprobrata militia creditur, quæ irremunerata tranſitur: armatæ ad inſtar militiæ ſcholaſticorum togatum Theologorum agmen, paribus honoribus debet decorari: Vnde quamplurima de re militari, præſertim apud Romanos, vſitata traduntur; vt Militaria munera; Cohortis prætoriæ communio; Stipendium; Præda, & Imperatoria Dona.*

6 *Quid apud Romanos Militaria munera, ſeu munia: Quid Cohortis prætoriæ communio: Quid ſtipendium: Quid Præda: & quid Dona imperatoria fuerint, latè explicatur. Vbi etiam de Coronis Ciuicis, Muralibus, Obſidionalibus, Caſtrenſibus, Aureis, & Roſtratis agitur.*

7 *Sacra Theologorum Militia, etiam ſua munera, & officia tribuuntur: Nam qui in Eccleſiis Cathedralibus Scholaſtriam exercent, ad hoc vt eorum electio ſit valida, regulariter debent eſſe Theologi: ſicut ij, qui Canonicatus poſſident theologales. Item Archidiaconi, præſertim qui animarum,*

rum, vel curam gerunt, aut iuriſdictione aliqua pollent, debent in Sacra Theologia eſſe licentiati, aut ſaltem in Sacris Canonibus.

8 *Canonicus Pœnitentiarius Eccleſiæ Cathedralis in Sacra Theologia, aut ſaltem Canonibus debet eſſe Magiſter, aut Licentiatus. Et ſi de Decano, nihil Sacra Tridentina Synodus ſtatuat, an neceſſario debeat eſſe Theologus: monet tamen, vt inſignibus in Eccleſiis ad munera, & dignitates, Doctores præferantur Theologi: Vnde loci conſuetudo maximè attendenda eſt.*

9 *In aſſecutione Epiſcopatus Theologi, & Canoniſtæ regulariter ſunt præferendi. Imò, cæteris paribus, Theologis præſertim præfata Dignitas conferri debet: cum Epiſcopi munus ſit Diuini Verbi, populum alere ſuæ curæ commiſſum, annuntiatione, cui rei maximè fauet ſcientia Theologica.*

10 *Cum Summus Pontifex, quatenus Chriſti Vicarius, ceu Prætor, & Conſul in hac mundi conſtituatur prouintia, maximè Scholaſticorum Theologorum, qui Clypei, & Propugnacula Militantis dicuntur Eccleſiæ indiget ſatellitio. Quare Prætoriæ Cohortis Communio, illis non eſt deneganda.*

11 *Ea nanque hæreſeos malitia, & peruerſitas eſt: vt ea graſſante grauiſſima mala in Eccleſiam inuehantur, magniſque incommodis Reſpublica implicetur: ac niſi naſcenti malo tempeſtiuè à Summis Principibus per Scholaſticos occurratur Theologos, difficillima profectò curatio ſit.*

12 *Stipendia quoque Eccleſiaſticis Militibus (vt ſeruetur æqualitas) eroganda ſunt: Sacrum propterea Tridentinum Concilium Theologales præbendas conſtituit, quæ Theologis Scholaſticis videntur non eſſe denegandæ; præſertim cum arbitrio relinquatur Epiſcopi, quo tempore, & hora, & ſupra qua materia Lector Theologus lecturus ſit. Habent enim cum militaribus ſtipendijs Eccleſiaſticæ huiuſcemodi præbendæ maximam affinitatem.*

13 *Prædictæ præbendæ debent eſſe integræ, non autem diminutæ, ideoque penſione onerari nequeunt; & ſi non habeant actualem deputationem, prouiſus non poteſt compelli ad munus lecturæ: Quibus inſuper, cum cæteris perſonalibus diſtributionibus, quotidianiſque emolumentis, licet abſens, & choro non interueniens, omninò gaudere habet.*

14 *Præda militaris Sacros inter Theologos diſtribuenda, ſi communiter accipiatur, eſt Regnum Cælorum, quod Prædæ ad inſtar vim patitur, & violenti rapiunt illud; ſi autem propriè, & ad rem noſtram, ea erit Sacrarum literarum pretioſa ſuppellex, cuius ornatu bracteati hæretici, Eccleſiaſtica caſtra grauiter infeſtant. Idcircò Dei Verbum, ſpolia, Aurum, Argentum, Arma, & quicquid de genere prædæ pretioſum eſt paſſim appellatur.*

15 *Hæretici, ex Sacris literis aſſumunt ſibi teſtimonia, non vt ex charitate, quę Dei ſunt quærant, ſed vt, quæ ſua ſunt, proprio ex amore compleant. Vnde Onagris comparantur. Et ſemper intenti, ac vigilantes ad hanc prædam, præparant panem liberis ſuis; hoc eſt ſuis Sectatoribus, vt cibum erroris parent.*

16 *Hac tamen præda diù non gaudent hæretici, dum ijſdem, quas allegant turpiter vincantur authoritatibus: Nam bello iniuſto, ex Sacris codicibus, ſibi vſurparunt. Quinimò Catholici, talibus teſtimonijs, eo fortiùs ſe armant, quo facilius ipſos proſternunt.*

17 *Pro coronis, & præmijs, Sancta Mater Eccleſia, ſuis Militibus ſummas præparat, diſponitque Dignitates: Nam Stephanus IX. Gregorius X. Innocentius V. Nicolaus IV. Benedictus XI. Vrbanus V. Gregorius XII. atque alij, ex ſummis Theologis, ſummi quoque euaſerunt Pontifices.*

18 *Cuiuslibet cum non ſit adire Corinthum, nec omnes currentes accipiant brauium; Purpuratorum ſcholaſticorum Theologorum, & ſi quamplures, Pontificiæ dignitatis non attigerint culmen, nonnullorum tamen eorum nomina, patriaſque recolere hic non erit ſuperfluum: Nam de proximo accingendus, plerumque pro accincto ſolet haberi.*

FIdelium catholicam militantem Eccle-
ſiam illius myſticæ explicari nomine
1 Ciuitatis Ieruſalem, quæ *Cantic.* 6. Terri-
bilis vt caſtrorum acies dicitur ordinata;
affatim Sacri apud Cornelium a Lapide
docuerunt Interpretes. Quandoquidem
Chriſto cæleſti ſponſo pulchra eſt, & deco-
ra; Spiritibus verò nequam, eorumque
Miniſtris ſæua, atque terribilis: Eodem
dicente Sponſo *cap.* 1. Equitatui meo in
curribus Pharaonis aſſimilaui te amica
mea. Quorum paraphraſim ibidem Cor-
nelius ex Aponio, Beda, & Diuo Bernar-
,, do aſſumens, verbum ità mirificè vertit.
,, O Eccleſiâ mea, à me aſſimilaberis equi-
,, tatui meo, quem appoſui equitatui, &
,, curribus Pharaonis, cum pro Moſe, &
,, Hebræis pugnans, eos profligaui, & in
,, mare demerſi. Simili enim modo per te
,, omnes tuos hoſtes infideles profligabo:
,, Sed ità vt ex infidelibus faciam fideles, ex
,, hoſtibus amicos, ex rebellibus ſubditos,
,, ex feris homines, ex mortuis viuos, ex
,, Dæmonibus Angelos. Sunt idcircò in
Eccleſia validi Martyrum cunei, Confeſ-
ſorum,

ſorum, ac Virginum agmina fortia, quorum Crucis ſub vexillo militantium, ab vno Chriſto, omnis in hoſtes manat fortitudo. Sanctus idcircò Anſelmus apud eundem Cornelium *cap.* 6. Terribilis es (inquit) quia in te multo, & tu militas in ſeruitio meo, ſicut in caſtris militatur, & es ordinata per inſtitutionem. In caſtris
2 autem ſub vexillis ordinantur cohortes, & acies, tectoque præſertim in ordine eorum robur, & fortitudo ferè tota conſiſtit. Ex quo profectò pauci Milites, multos palantes, & inordinatos benè diſpoſiti, rectèque ordinati facilè profligant, & proſternunt, vt *homil.* 8. *in Ezech.* obiter notat Sanctus Gregorius. Quare Militantis Eccleſiæ vis, & robur, quo Dæmonibus, & impijs terribilis efficitur, Charitatis præterea in ordine, & vnione haud parum conſiſtere habet. Benè ergò dicitur (*loco cit.* ſubdit Gregorius) terribilis vt caſtrorum acies ordinata, quia electorum multitudinem eò maligni ſpiritus pertimeſcunt, quo eos per Charitatis concordiam munitos contra ſe, & conglobatos aſpiciunt. Hinc fortè eſt quod ipſe Dominus exercituum Deus *Iſaia* 54. myſticæ huic dum pollicetur talem futuram in hoſtes Ciuitati conſtantiam; ordinationis, diſpoſitioniſque lapidum metaphora concinnè vſus eſt, dicens: Ecce ego ſternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in ſapphiris, & ponam Iaſpidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides ſculptos, & omnes terminos tuos in lapides deſiderabiles: vniuerſos filios tuos doctos à Domino, & multitudinem pacis filijs tuis.

Hanc itaque vnitatem, militaremque Eccleſiæ ordinem Satanas plurimum ex-
3 pauefcens, peruerſa calliditate, tantæ militiæ (vt aliquando de Chriſto triumphet) glutinamentum reſoluere nititur, ac in Idololatriæ vicem, qua dudum Synagogã impiè vexauerat, Hæreſim Eccleſiæ crudeliter ſubſtituit. Hæc profectò (vt ab ipſo incipiam lare) Terrarum Orbis peſtis eſt illa, quam ex omnium errorum, ſordiumque colluuione conflatam excitauit ambitio, concepit impietas, rebellio generauit, bellorum educauit confuſio, ſcelerum auxit libertas, impunitatis ſpes confirmauit, crudelitas pauit, ac perfidia, & in legum contemptum, religioniſque violationem florere fecit dominandi cupido. Et quis proindè (ea graſſante) Deum piè, religioſeque colentibus, tutus in vrbibus amplius locus fuit? Non vtique forum, plenum ſicarijs, non Templa ferro, flammiſque violata, neque priuatæ domus inſidijs expoſitæ, dominorumque redundantes cruore. Quis ſine lachrymis (ea furente) truncatas per ludibrium Sanctorum imagines, inflammatas arces, diruta mœnia, expilatas domos, ac funditus erutas; mulieres, ac pueros in ſeruitutem abductos; liberos partim è gremiò parentum per vim abreptos, partim in ipſo ſinu contrucidatos, partim ante pedes, & oculos virgines violatas ſpectare vnquam potuit, & planè non fateri ad communem miſeriam, Chriſtianorum in caſtra Diaboli aſtu fuiſſe introductam? Quas ſatanicas demum inſidias, *tom.* 9. *tract. de vtil. ieiun.* ex perpendiculo aduertens Auguſtinus, rem ad ſtuporem, his verbis expreſſit: Concordes (inquit) nos ſcit, quod poſſidere non poſſit, vnum Deum nobis diuidere non poteſt, falſos Deos nobis ſupponere non poteſt, ſentit eſſe vitam noſtram charitatem, mortem noſtram diſſenſionem; lites immiſit inter Chriſtianos, quia multos Deos non potuit fabricare Chriſtianis, ſectas multiplicauit, errores ſeminauit, hæreſes inſtituit, ſed quicquid fecit, de palea dominica fecit: Ecce ſecuritas nobis eſt, licèt illo ſæuiente, licèt illo inſidiante, & diſſenſiones varias inter Chriſtianos ſeminante, ſi Deum noſtrum agnoſcamus, ſi concorditer teneamus, ſi fidem ſeruemus, ſecuri ſimus fratres.

Cuius rei certè de cauſa, tanquam propugnacula Iaſpidis, fundamenta ſapphiri-
4 ca, lapideſque ſculpti, ac per ordinem diſpoſiti ex Iſaiæ *loco citato* Deo miſerante, Eccleſiæ in arce hi Doctores collocati ſunt, qui (vt *moral.* 18. *cap.* 19. explicat Gregorius) cæleſtia appetentes, ſemperque internis deſiderijs virentes, contra Aduerſarios ſuis doctrinis pro defenſione inuigilare iubentur. Quare præ cæteris, haud inglorij, vmbraticique Milites, Scholaſtici erunt Theologi, qui ſanctitate vitæ ne dum, verum etiam eruditis ſcripturis, publiciſque congreſſibus in fidei diſcrimine, acriter arguendo, hæreſeſque aduerſus inuehendo, fortiter dimicare ſolent. Quinimò eo impenſius cenſendi ſunt operoſi, quo latentium ſibi paratas callidiores hoſtium vicerunt argutias. Propterea, quod in eximios Pontifices, ac orbis terrarum Doctores, Baſilium Magnum, Gregorium Theologum, & Ioannem Chryſoſtomum, Philotes Conſtantinopolitanus *tom.* 12. *Bibliot. PP.* olim panxit elogium: modò in iſtos minimè erit ſuperfluum recantare, dum inquit: Verum enim verò, primorum diſcipulorum, & Apoſtolorum robur, in ſignis, ac portentis, in linguis, reuelationibus, vaticinijs conſiſtebat, per quæ vniuerſum ſub ſole Mundum viuiſica-

ca-

carunt, & ad ea verbis non multis opus, habuerunt. At iſtis principibus Apoſtolorum ſucceſſoribus, & Theologis, ne hic quidem vlla ratione pauperibus, in ſermone, & circa ſermonem, atque doctrinam omne certamen, ac robur fuit. Quoniam non aduerſus Idola, manifeſtumque creaturarum cultum; ſed contra ſubdolam quandam, & occultam in Deum impietatem, & nouam erga creaturas ſeruitutem conflictus à Gubernatoribus iſtis nauis Eccleſiæ totius mundi ſuſcipiebatur. Sic nanque Sanctus Athanaſius priſtino fidei, virtutumque nitori, Alexandrinam reſtituit Eccleſiam. Lucifer Calaritanus, Sardinienſem. Euſebius Vercellenſis, Italicam. Hilarius, Gallicanam. Dionyſius, & mox Sanctus Ambroſius, Mediolanenſem ab Auxentio Arriano Epiſcopo paulò antè deformatam. Sanctus Paulinus, Treuirenſem; ſic alijs ſeculis, prolapſos particularium Eccleſiarum mores, gladio ſermonis, acutiſque rationum iaculis, Chriſti tanquam in caſtris ſtrenuiſſimi milites, ab hoſtibus viriliter vindicarunt, ſicut in eorum paſſim enarratur geſtis.

Quia verò: Exprobrata militia creditur (*2. variar.* 28. inquit Caſſiodorus) quæ ir-
5 remunerata tranſitur: Ne igitur tantorum Eccleſiæ Militum tot glorioſa ſpreta cenſeantur certamina, ab ipſis condigna meritò conſecuta præmia, nobileſque adeptæ coronæ, nequaquam modo prætereunda erunt. At ſanè, vt res aliquandò rectè reuocetur ad calculos, atque ita penſum commodius perſoluamus noſtrum; armatæ Romanorum militiæ nonnulla præſcire oportet, quæ Scholaſticorum Theologorum cum togata, haud parum videntur poſſe conuenire. Dabãtur itaque ſtrenuis, & impigrè operam ſuam Reipublicæ commodantibus Militibus, munera, ſeu munia præſertim militariá; Cohortis prætoriæ communio; Stipendium; Præda; & Dona imperatoria. *Roſin. antiq. Roman. lib. 10. cap.* 26. Militaria munera, nil aliud fuerant, quam Centurionatus;
6 Præfecturæ, Decurionatus, Optionatus, & id genus gradus, & militaria officia, de quibus latè idem Róſinus *ibidem cap. 7. &* 8. Communio verò prætoriæ cohortis, Satellitium dicebatur illud, & Magiſtratus familia, qui ibat in prouintiam: vnde Cohors prætoris, quæ Conſuli, aut Prætori in Prouincia præſto ſemper erat, quaſi, quæ latus eius cingebat, ex Tullio pluribus in locis, præſertim *epiſ. lib. 1. epiſt. 1. ad Quinct. fratrem ſect.* 291. ita ſcribente: Quos verò, aut ex domeſticis coniunctionibus, aut ex neceſſarijs appatitionibus tecum eſſe voluiſti, qui quaſi ex cohorte prætorij appellari ſolent; horum non modo facta, ſed etiam dicta omnia præſtanda nobis ſunt; vt *lib. 7. antiquit. Roman. cap. 42. propè medium*, rectè notat Roſinus. Ex qua prætoria cohorte (*lib. 10. cap. 26. cit.* idem addit Roſinus) qui fuiſſet, in beneficijs ab Imperatore ad ærarium deferebatur. Stipendium præterea, quod pro meritis erogabatur militibus pecuniæ quantitas ab initio fuerat trium quotidianarum aſſium: poſteà C. Iulio Cæſare regnante, ſex, vel ſeptem aſſium. Auguſto imperante, decem aſſium, quo tempore menſtruũ fuit aureus Romanus: tum aurei duo; poſteà tres; demum quatuor Romani ſcilicet, quorum vnus noſtræ monetæ duos valebat aureos, vt ex Lipſio idem notat Roſinus *lib. 10. cap. 4. propè fin.* Præda deinde ex hoſtibus capta, ſpolia illa communiter dicebantur, quæ partim ab Imperatore in publicum referebantur, partim militibus donabantur. *Roſin. lib. 10. cap. 26. cit.* Imperatoria denique dona, ea *ibidem* fuiſſe idem narrat Roſinus, quæ militibus ſingulis, virtutis ergo, ab Imperatore triũphaturo dabantur; vt Coronæ, quarum multa erant genera, Ciuicę videlicet, Murales, Obſidionales, Caſtrenſes, Aureæ, Roſtratæ; & Torques, Armillæ, Haſtæ puræ, Phaleræ, Cornicula, & id genus alia. Quare, *cap. 27. ſequen.* ſingillatim coronas deſcribens: Ciuicam eam extitiſſe, inquit, quæ ex fronde querna, vel ex ilice compacta, Ciuis, Ciui à quo ſeruatus fuerat in prælio præbebatur. Muralem, qua donabatur ab Imperatore, qui primus in bello ſubijerat murum, idcircò quaſi muri pinnis decorata fuerat. Obſidionalem, quam ij, qui obſidione liberati fuerant largiebantur liberatori, quæque ex gramine ipſo fuerat contexta, quod ibi germinauerat, vbi obſidebantur. Caſtrenſem, quacum donabat Imperator, qui primus hoſtium caſtra pugnans introierat, inſigneque Valli habebat, vnde & Vallaris dicebatur. Auream verò, ſiue triumphalem, vt potè antiquitùs è lauro, poſteà ex auro confectam, quæ Imperatoribus ob honorem mittebatur triumphi. Roſtratam denique, ſeu nauium roſtris inſignitam, quæ maritimo prælio ei conferebatur, qui primus in hoſtium nauem vi armatus tranſiliuerat.

Quibus hactenus ſatis expreſſis, ne Viburna videar voluiſſe comparare Cupreſſis: Militantis Eccleſiæ propugnatores
7 Theologos, ſuis quoque, eſto ſacris, gaudere muneribus, modo ex æquo oſtendere teneor. Sunt etenim in Eccleſia pro Centurionatu, Præfectura, Decurionatu,

Optio-

Digitized by Google

Optionatu, aliiſque gradibus, ac dignitatibus; quædam officia, quæ cum theologali laurea ita nectuntur, vt niſi neceſſariam, congruentem ſaltem colligationem habeant. Quare ſicut armatæ militiæ illa ſunt propria; ita togatæ, iſta paucis cum alijs vix queant eſſe communia. Primò quidem loco, Dignitas illa nobis ſe offert, quę Cathedralibus in Eccleſijs Scholaſtria dicitur, cui ſcilicet eſt lectionis, vel doctrinæ munus annexum: quandoquidem ne ad ipſam electio fiat nulla, Doctoribus, vel Magiſtris, aut in ſacra pagina Licentiatis tantummodò regulariter eſt conferenda. *Barboſ. de iur. Eccleſ. lib. 1. cap. 29. num. 3. & de poteſt. Epiſc. par. 3. alleg. 60. num. 61. cum Bennio de priuil. iuriſconſult. priuil. 28. num. 6. & Molfeſio in ſumm. theol. moral. tract. 6. cap. 7. num. 61. ex Trident. ſeſſ. 23. de reform. cap. 18.* vbi id expreſsè decernit. Item Canonicatus illi, qui Doctorales, & Magiſtrales, in quibuſdam Eccleſiis nuncupari ſolent, iiſdem ſanè Doctoribus, aut Magiſtris, ſiuè Licentiatis omninò conferri debent. *Barboſ. de poteſt Epiſc. par. 3. alleg. 56. à num. 1. vſque 15. & alleg. 57. num. 178.* Archidiaconi prętereà, qui oculi dicuntur Epiſcopi. *cap. ad hæc de offic. Archid.* debent eſſe in omnibus Eccleſijs, vbi fieri poteſt, Magiſtri, ſeù Doctores, aut Licentiati in Theologia, vel iure canonico, vt habetur in Concilio Trident. *ſeſſ. 24. de reform. cap. 12. verſ. Archidiaconi etiam*, quem tamen locum, Ampliſſima DD. Cardinalium Concilij Congregatio, interpretata eſt procedere in iis tantùm Archidiaconis, qui animarum, vel curam gerunt, aut iuriſdictione aliqua pollent, prout habetur in *tit. de offic. Archid.* non autem de iis, qui nomine duntaxat Archidiaconi gaudent; cuius declarationis idonei ſunt nobis teſtes Anaſt. Germon. *in tract. de indultis Cardin. §. quibusvis. num. 4. Campan. in diuerſ. iuris canon. rub. 7. cap. 6. num. 41. Aloyſ. Ricci in praxi aurea deciſ. 473. & Maſſobo. in praxi habendi concurſum. requiſ. 10. dub. 6.* Pęnitentiarius

8 tiarius etiam Eccleſiæ Cathedralis Canonicus, debet eſſe Magiſter, vel Doctor, aut Licentiatus in Theologia, vel iure canonico. *Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reform. cap. 4.* Decanus quidem, nullo Concilij Tridentini decreto iubetur, vt neceſſariò ſit Magiſter, ſiue Doctor, aut Licentiatus in Theologia, vel Iure Canonico, vt definitiuè reſpondit Sacra Cardinal. Congregatio; teſtibus *Nicol. Garc. benef. par. 7. cap. 7. num. 43. & Aloyſ. Ric. in praxi aurea reſol. 238. in fin. & in deciſ. Curiæ Archiepiſc. Neapol. deciſ. 248. num. 3. par. 4.* Ideoque loci conſuetudinem in hoc neceſſariò eſſe ſeruandam monet Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſc. par. 3. alleg. 60. cit. num. 61.* Veruntamen ſemper præ oculis quantum fas eſt, monitum illud Sacri Conc. Tridentini. *ſeſſ. 24. de reform. cap. 12.* habendum eſt; Dum Dignitates omnes, & ſaltem dimidiam partem Canonicatuum in Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſijs inſignibus, non niſi præfatis Doctoribus conferendas

9 hortatur. Denique in aſſecutione Epiſcopatus, Theologi, & Canoniſtæ regulariter tantum ſunt præſentandi. *Concil. Trid. ſeſſ. 22. cap. 3.* Quinimò, ſi amplius quæratur: quis eorum ad Epiſcopatum ſit præferendus: licèt aliqui, Canoniſtam, vt *Barboſ. de poteſt. Epiſcopi. par. 2. alleg. 1. num. 30.* qui alios citat: aliqui verò Theologum, vbi præſertim hæreſes pullulant, vt Hoſtienſis, & Panormitanus, *cap. in cauſis de elect. & cap. ſuper ſpecula de magis.* Sententia tamen Caietani *2. 2. quæſt. 18. art. 3. Maioris in 4. quæſt. 24. q. 10. Soti lib. 4. de iuſt. & iur. quæſt. 6. art. 2. & Azzorij par. 2. lib. 3. cap. 28. quæſt. 10.* abſolutè docentium, Theologos cæteris paribus, omninò eſſe præferendos; Leandro de Sanctiſſimo Sacramento *qq. moral. Theolog. par. 3. & in ordine 8. tract. 6. diſp. 1. quæſt. 18.* magis arridet: Nam cùm Epiſcopi munus ſit Diuini Verbi annuntiatione populum alere ſuæ curæ commiſſum, vt ex Apoſtolo definit Tridentinum *ſeſſ. 5. cap. 11. & ſeſſ. 24. cap. 4.*; & in eodem Concilio pręfata *ſeſſ. 22. cap. 3.* priori loco ſacra nominetur Theologia: profectò Theologus, ſi cætera ſint paria, ſimpliciter videtur prę ferendus.

Cùm autem Platone *2. de repub.* Theo-

10 logorum, vtpotè, qui pietatis ac religionis antiſtites ſunt, & defenſores, præcipua in qualibet Republica ſit adhibenda cura, adeò vt illorum regna, qui eam ſunt aſpernati, atque imperia, magna clade tranſlata, & deuaſtata legantur. *Deut. 28.* dubio procul Eccleſiaſticæ prætoriæ cohortis, cuius Summus Pontifex in hac mundi prouintia quatenus Chriſti Vicarius, ceu Prætor, & Conſul eſt, Communione, ac Societate, omninò præ cæteris, qui Scholaſticam ſectantur Theologiam, maximè condecorari habent. Sunt etenim validum illud armorum, clypeorumque, ex dauidica pendentium Turri munimen, quæ *Cantic. 4.* ædificata eſt cum propugnaculis. cui per Caſſiodorum, Gregorium, Nyſſenum, Philonem, Pſellum, Bedam, Aponium, Anſelmum, & Richardum de Sancto Victore apud Cornelium à Lapide *Cantic. loc. cit.* aſſimilatum eſt Eccleſiæ militantis collum, robur ſcilicet inuictum, fortitudo, & conſtantia, qua &

Tyrannis, & hæreticis, & perſecutoribus omnibus fortiſſimè reſtitit, imò omnes ſuperauit, & ſubiugauit. *Titelman. apud eundem Cornelium loc. cit.* Vnde Chaldeus vertit: Et princeps ſcholæ, qui erat magiſter tuus fortis in iuſtitia, & magiſter operum bonorum, ſicut Dauid Rex Iſrael, & per verbum oris eius ædificatum eſt ſeculum, & in doctrina legis, in qua laborabat, confidebat populus domus Iſrael, & vincebat in bello, quaſi eſſent tenentes in manibus ſuis omnia genera armo-
11 rum. Quarè niſi eorum inexpugnabili ſatellitio, Summus Pontifex, cæterique Chriſtianæ Reipublicæ Principes, & Anteſignani vndique ſtipentur, ipſorumque latus fortiter cingatur, totum Eccleſiæ regnum facilè peſſum ibit. Ea nanque hæreſeos malitia, & peruerſitas eſt, vt dum vigore pollet, Grauiſſima mala (inquit Mariana *præfat. in Luc. Todens. par. 2. tom. 4. Bibliot. P.P.*) in Eccleſiam inuehantur, magniſque incommodis Reſpublica implicetur: ac niſi naſcenti malo tempeſtiuè occurratur, multò profectò difficillima curatio ſit. Quod adeò inconfeſſo eſt apud omnes, vt ipſe noſtræ tempeſtatis hæreticorum facilè Princeps, Martinus Lutherus, velit nolit, tantam ruinam negare non ſit auſus cùm *in proœm. 1. ad Corinth.* licèt ſimulato zelo, ità planè fateatur. Inducta hæreſi, hinc etiam ſcandala, corrupti mores, luxus, auaritia, ſcortatio, contentio, ebrietas, & id genus vitia cum ſummo Chriſtiani nominis dedecore, paſſim graſſantur, modernorumque Doctorum ambitio, & audientium leuitas, profaniſſimam vitam, contemptum omnis ordinis, & epicuream profanitatem inducit. Vtinam pro ſe, ſuiſque fructuoſè ſumeret, quod in Catholicos temerè iactare tentabat.

Caſtrenſibus proinde, & ipſi ſcholaſtici
12 Theologi imbui debent ſtipendijs, cùm Ratione æqualitatis ſeruandæ fiat etiam extenſio de vno ad alium. *§. illud inſtit. de societ. l. fin. C. de fruct. & lit. expenſ. Aym. conſ. 133. n. 8. verſ. quinimò. Honded. conſ. 29. num. 98. & conſ. 59. num. 64. lib. 1.* Hinc ſanè eſt, quod Sacroſanctum Tridentinum Concilium, *ſeſſ. 5. de reform. cap. 1.* ſtatuit vt in Eccleſijs Metropolitanis, vel Cathedralibus, ſi Ciuitas inſignis, vel populoſa, ac etiam in Collegiatis exiſtentibus in aliquo inſigni Oppido etiam nullius Diœceſis, ſi ibi Clerus numeroſus fuerit, vbi nulla præbenda, aut præſtimonium, ſeù ſtipendium pro Lectoribus Sacræ Theologiæ, deputatum reperitur; Præbenda quomodocunque, prӕter quam ex cauſa reſignationis primò vacatura, cui aliud onus incompatibile iniunctum non ſit, ad eum vſum ipſo facto perpetuò conſtituta, & deputata intelligatur. Nam licet Præbenda ſit ſpirituale ius reſpiciendi certos prouentus in Eccleſia cui Præbendatus deſeruit, competens ex officio diuino, tanquam vni de Collegio. *Card. in clement. fin. quæſt. 10. de præbendis. Anton. Fabric. in praxi benef. tit. 5. de præben. num. 3. lib. 2. Hoied. de incompat. benef. par. 1. cap. 12. num. 1. verſ. at verò præbendas. Hoſtien. in summ. tit. de præbend. n. 28. Graff. deciſ. par. 1. lib. 2. cap. 97. num. 9. & alij.* Nomen tamen *Præbenda*, apud bonos Authores, reperitur etiam in genere neutro pro ſtipendijs, quӕ præſtabantur militibus in prædium deſtinatis. *l. inuiti 2. ff. de teſtib. Prate. in lexic. iuris, verbo Præbenda. Duaren. de Sacris Eccleſ. miniſt. lib. 2. cap. 8. Briſon. de verb. ſignif. verbo Præbere, & Alciat. lib. 2. parerg. cap. 43.* Nec illis duntaxat huiuſcemodi prӕbendӕ concedendæ ſunt Theologis, qui poſitiuam, ſiue ſcripturalem, vel canonicam in prӕfatis Eccleſijs explicant Theologiam de quibus præſertim primo videtur intuitu loqui Concilium: Nam cum arbitrio relinquatur Epiſcopi, quo tempore, & hora, & ſuper qua materia, Lector Theologus lecturus ſit. *Nicol. Garc. de benef. par. 5. cap. 4. num. 157.* vtique menti non contrariatur Concilij, ſi ſcholaſticam tradenti Theologiam, talia quoque concedantur ſtipendia. *Galet. in margarita caſ. conſc. verbo legere 2.* vt refert Barboſa *par. 3. de poteſt. Epiſc. alleg. 56. num. 7. & in collect. DD. in Concil. Trid. ſeſſ. 5. de reform. cap. 1. num. 3.*
13 Quӕ prӕtereà debent eſſe omninò integra, vndè quælibet portio Theologalis præbendӕ non ſufficit; vt refert deciſum idem Nicolaus Garc. *dicta par. 5. tom. 4. n. 128.* atque ideò penſione onerari non poteſt. *Duaren. de Sac. Eccleſ. miniſ. lib. 2. cap. 8. & Camill. Portell. in deciſ. tom. 1. tit. 29. num. 46. apud Barboſ. tract. de canonic. & dignit. cap. 27. num. 6.* Quinimò requiritur ampliùs actualis deputatio, vt Præbenda primò vacatura, Theologalis ſit, & in Theologalem erecta cenſeatur; in tantum, vt ſi in prouiſione prӕbendæ non fuerit facta actualis deputatio, non poterit prouiſus compelli obire munus lecturæ, ſicut refert deciſum idem Garc. *dicta par. 5. cap. 4. num. 155.* quem refert idem Barboſ. *ibidem num. 4. & par. 3. de poteſt. Epiſc. alleg. 56. num. 3.* Et tandem circa Diſtributiones lucrandas à Theologo in abſentia pro tempore quà legerit, quamuis ex diſpoſitione iuris communis illæ in hoc euentu, ei non debeantur. *adnotat per Gloſſ. vlt. in cap. non nulli de magiſt.* tamen, vt diligentius huic muneri præſtantiſſimo, Theologalem

obti-

Digitized by Google

obtinens vacare queat, ſanctæ dignæque
memoriæ Gregorius XIII. ex gratia, illas
ei deberi voluit non modò pro illis horis,
vt ſi mane, pro horis matutinis, & Miſſa
ſolemni, ſed etiam pro tota die, ita refe-
runt deciſum plures Doctores, apud Bar-
boſam *de canonic. & dignit. cap. 27. num.33.*
Neque ſolùm tribuendæ ſunt illi diſtribu-
tiones quotidianæ omnium horarum il-
lius diei, qua legerit, ſed etiam emolu-
menta quæcunque perſonaliter intereſ-
ſentibus dari ſolita etiamſi choro non in-
ſeruiat, ex identitate rationis vt fuit reſo-
lutum à Sacra Congregatione Concilij
12. Aug. 1628. apud Barboſam *loc. cit. n.35.*
qui etiam plura alia ſtipendia tradit tantæ
ſcientiæ profeſſoribus paſſim eſſe collata.

Sed militarem iam pergamus ad Præ-
14 dam, quæ legitimè certantibus diſtribue-
batur in bello, parta victoria. Hæc ſiqui-
dem Scholaſticorum aduerſus hæreticas
phalanges, ſtrenuos ſi perpendamus con-
flictus, nil aliud erit, quam fælicitas illa
ſuperna, omnibus diuitijs affluens, & ple-
na gaudijs. Ioanni, *Apocalyp. 21.* oſtenſa
,, de qua ſcriptum eſt: Qui vicerit poſſide-
,, bit hæc, & ero illi Deus, & ille erit mihi
,, filius. Nam cum Præda ſecundùm Ber-
chorium *par. 3. reduct. moral. eod. verbo*,
illud ſit, quod ab aliquo violenter rapi-
,, tur: Regnum Cælorum, quod vim pati-
,, tur, & violenti rapiunt illud. *Matth. 11.*
à conditione prędæ minimè erit alienum.
Si verò (vt ad viuum id reſecemus, atque
rem preſſius, accuratiuſque tractemus)
Victorum commodum, ad capiendos,
vinciendoſque hoſtes, quod vt plurimum
ex ſpoliorum copia in bellis oriri ſolet.
Polyb. 10. hiſt. 17. expendere velimus:
huiuſcemodi erit profectò Theologorum
ſcholaſticorum præda, Sacratum Litera-
rum ea pretioſa ſupellex, cuius ornatu,
nitoreque peruerſi illi Satanę miniſtri tan-
tummodò bracteati, Catholicorum caſtra,
inani licèt conatu grauiter infeſtant. Elo-
,, quium nanque Domini (*18. moral. 11.*
,, inquit Gregorius) quod hic argentum,
,, vel veſtimenta; hoc alibi ſpolia nomina-
tur. Quandoquidem; ſicut ab hoſtibus
ſublatæ prædæ, aurum, argentum, arma,
& id genus quodlibet promiſcuo gaudent
nomine: ita Dei verba, de quibus *Pſalm.*
,, 118. habetur: Lætabor ego ſuper eloquia
,, tua, ſicut qui inuenit ſpolia multa: Quan-
,, doque præ auro, argentoque æſtimantur;
,, vt Bonum mihi lex oris tui, ſuper millia
,, auri, & argenti. *ibidem*: Quandoque gla-
,, dijs validiora dicuntur; vt, Viuus eſt enim
,, ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior om-
,, ni gladio ancipiti: & pertingens vſque ad
,, diuiſionem animæ, ac ſpiritus, compa-
,, gum quoque, ac medullarum, & diſcre-
,, tor cogitationum, & intentionum cordis;
,, *ad Hebræos 4.* Quandoque verò (vt vno
,, tandem verbo complectar) inter pretioſas,
,, reconditaſque opes ſemper habita, & ex-
,, preſſa, vt *1. Reg. 3.* habetur. Et ſermo Do-
,, mini erat pretioſus in diebus illis. A ſu-
15 munt itaque ſibi veſana libertate arentes
ſpiritu, omniumque virtutum fructu ca-
rentes, hæc Hæretici diuina teſtimonia;
non vt quidem, quæ Dei ſunt ex charita-
te quærant; ſed quæ ſua ſunt, proprio ex
amore compleant: Vnde *Iob. 24.* habe-
,, tur: Quaſi Onagri in deſerto egrediuntur
,, ad opus ſuum; vigilantes ad prædam,
,, præparant panem liberis. Vbi Gregorius
,, *16. moral. 22.* pulchrè ſubdit: Recto hoc in
,, loco Onagris comparantur hæretici, quia
,, in ſuis voluntatibus dimiſſi, à vinculis
,, ſunt fidei, & rationis alieni. Vnde ſcri-
,, ptum eſt. *Hieremiæ 2.* Onager aſſuetus in
,, ſolitudine, in deſiderio animæ ſuæ attra-
,, xit ventum amoris ſui. Onager quippe in
,, ſolitudine aſſuetus eſt, quia dum terram
,, cordis ſui diſciplinæ virtute non excolit,
,, ibi habitat, vbi fructus non eſt. Qui in
,, deſiderio animæ ſuæ ventum amoris ſui
,, attrahit: quia ea, quæ ex deſiderio in
,, mente concipit, inflare præualent, & non
,, ædificare: contra quod dicitur *1. Corinth. 8.*
,, Scientia inflat, charitas verò ædificat. Vn-
,, dè hic quoque congruè infertur: Egre-
,, diuntur ad opus ſuum. Non enim Dei,
,, ſed ſuum opus peragunt, dum non recta
,, dogmata, ſed propria deſideria ſequun-
,, tur: Scriptum quippè eſt *Pſalm. 100.* Am-
,, bulans in via immaculata hic mihi mini-
,, ſtrabat. Qui ergo non in via immaculata
,, ambulat, ſibi magis quam Domino mi-
,, niſtrat. Sequitur; *Vigilantes ad prædam præ-*
,, *parant panem liberis*. Ad prædam vigilant,
,, qui verba iuſtorum ad ſenſum proprium
,, ſemper rapere conantur, vt per hæc per-
,, uerſis filijs panem erroris parent. Hæc ta-
16 men diuinorum præda, vtpotè iniuſto
bello ex ſacris codicibus arrepta, diù non
gaudent Catholicorum hoſtes cùm Naſo-
nis carmine concinnè dicatur:

Non habet euentus ſordida præda bonos.

Amor. 1. eleg. 10.

Quinimò deponunt illicò, dum iiſdem
quas allegant, turpiter vincantur autho-
ritatibus; ea propter. *28. Iob.* amplius
,, adijcitur: Si comportauerit quaſi terram
,, argentum, & ſicut lutum præparauerit
,, veſtimenta: præparabit quidem, ſed iuſtus
,, veſtietur illis; & argentum Innocens di-
,, uidet. Quæ Diuus Gregorius *18. moral. 11.*
,, omni fune animaduertens remiſſo, ſic in-
,, terpretatur: Vndè, & horum argentum,
,, ideſt hæreticorum eloquium terræ com-

„ paratur; quia de ſcriptura ſacra vt aliquid
„ ſciant, ex appetitu terrenæ laudis elabo-
„ rant. Qui etiam ſicut lutum præparant
„ veſtimenta: quià fluxè, & inquinabiliter
„ ea quibus ſe tueri volunt, ſcripturæ ſacræ
„ contexunt teſtimonia. Præparabit quidem,
„ ſed Iuſtus veſtietur illis: quia vir recta fide
„ plenus, quæ Sanctis ſolet ad iuſtitiam de-
„ putari, ea ipſa Scripturæ Sacræ, quæ hæ-
„ reticus affert, teſtimonia colligit, & erro-
„ ris eius pertinaciam inde conuincit. Con-
„ tra nos nanque, dum ſacræ legis teſtimo-
„ nia apportant, ſecum nobis afferunt vnde
„ vincantur. Et tandem addit: Quia vir
„ Catholicus, quæ ab eis rectè, vel quæ
„ prauè ſentiuntur intelligit; argentum in-
„ nocens diuidit: ideſt, quæ ab eis ſalubri-
„ ter, vel quæ peſtiferè fuerint dicta diſcer-
„ nit.

Vt autem ad coronidem vſque, tem-
17 aliquando protrahamus noſtram: Impe-
ratoria quoque dona, ſacris militibus nun-
quam eſſe denegata facilè comperiemus, ſi Eccleſiaſticas, & ſummas dignitates, illis paſſim fuiſſe, & eſſe collatas penitus non ignorauerimus. Etenim ſemper fuit militantis Eccleſiæ innata, ſed rationabilis valdè propenſio, vt ſuos propugnatores Theologos, in muneribus, & honoribus, cæteris anteferret, nulliſque poſthaberet, ac conſtitueret ſecundos, ita expreſsè *Caſſaneus in catal. glor. mundi par.* 10. *conſid.* 10. Innuitur à Sancto Thoma 1. *par. quæſt.* 1. *artic.* 7. *Richardo quæſt.* 6. *Raymundo Lull. introduc. artis general. Sancto Anton. in ſumma par.* 4. *tit.* 11. §. 7. *Vinaldo in opere regal. tract. de perfec. Eccleſ. perfec.* 10. *& alijs.* Quarè (antiquioribus omiſſis) de Friderico Gozzelonis Lotharingiæ Ducis filio tradunt, quod Græcorũ confutatis erroribus, ex Diacono Cardinali titulo S. Gryſogoni, per vim dùm moraretur Romæ, ex hoſpitio eductus, atque ad Baſilicam Sancti Petri confeſtim tractus; ibidem loco Victoris II. quarto non. Auguſti 1057. in Pontificem ſuffectus fuerit, ac Stephani IX. conſuetis cæremonijs nomine nuncupatus. *Ciac. anno* 1057. Poſtquam autem Pariſijs Thealdus Vicecomes diuinis ſtudijs ſedulo operam nauaſſet, eaque publicè ſumma cum laude, è ſacro magiſtrali vmbone diù eſſet profeſſus; è Syria aliquando reuerſus, vbi in obſequium Chriſti apud Ptolemaidam vna cum Eduardo Regis Anglorum primogenito fuerat diuerſatus, Viterbium petijt, ibique extemplo Pontifex à Cardinalibus iam abſens deſignatus, nomineque Gregorij X. conſalutatus legitur 1272. *Ptolomæus Lucenſis* 1. *Martinus Polonus, atque alij ex eius regeſtis.* Fauſto quidem omine iam ediderat Tarantaſia Galliæ non humile Municipium, ſcholaſticum inſignem Theologum Fratrem Petrum Burgundũ, qui ex Prouinciali Sacri Prædicatorum Ordinis Archiepiſcopus Lugdunenſis, poſtea Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, & Veliternus creatus: demum Aretij XIII. Kalend. Feb. 1276. Innocentius V. appellatus, claues Petri vtendas ſuſcepit. *Ciacon.* 1276. Hieronymi Aſculani, Franciſcani inſtituti Miniſtri Generalis prudentiam, ſacræque Theologiæ ſummam peritiam, iam benè nouerat Nicolaus III. dum inter purpuratos Presbyterum, Sanctæ Pudentianæ, titulo Paſtoris ipſum conſtituit. Quod deinde Martinus II. dictus IV. ſecum perpendens, animoque ſæpè recogitans, Epiſcopum Prænestinum etiam creauit. Vnde VIII. Kalend. Martij 1288. omnium ſuffragijs, Pontificias infulas ſub nomine Nicolai IV. canonicè recepit. *Ciacon.* 1288. Senſerat item Nicolai Bocaſini Ordinis Prædicatorum Generalis Magiſtri Bonifacius VIII. Sacrarum Literarum doctrinam, vitæque ſanctitatem; quarè purpura ſub titulo Sanctæ Sabinæ, ipſum honorificè, decorauit; atque in Poloniam, Dalmatiam, Croatiam, Daniam, Seruiam, & Vngariam, ob ſummam in agendis dexteritatem legatum miſit; qui tandem Romam rediens, poſt Epiſcopatus Oſtienſis, & Veliternenſis meritam conſecutionem, Bonifacio è viuis ſublato, die 6. Kalend. Nouembris 1303. Chriſti Gregem temporali viduatum Paſtore, Benedicti XI. nomine ſibi impoſito, gubernandum aſſumpſit *Ciacon.* 1303. Poſtquam autem Guillelmus Griſatus, in Gymnaſio Montis Peſſulani, Toloſano, Auenionenſi, & Pariſienſe, Sacræ Theologiæ lauream receperat, humilemque monaſticum, ſolitudinis ex amore detulerat habitum; ſuperno ductu Romam veniens, ab Innocentio VI. Abbas Altiſidiorenſis primùm, deindè Maſſilienſis electus, & conſtitutus fuit. Multis exindè, magniſque legationibus ſæpè ornatus, & præſertim nouiſſima italica ad Vicecomites, in qua abſens, & Cardinalium extra Collegium poſitus, vix 53. annum agens, nomine Vrbani V. 1362. Pontifex renunciatus fuit. *Ciacon.* 1362. Hanc inter cæteros à Ciacono paſſim relatos, Pontificatus tandem ſupremam dignitatem, non immeritò, licèt ad tempus obtinuit Angelus Corarius ex gente patritia Venetijs ortus. Qui ab ineunte adoleſcentia, pietatis deditus ſtudijs, eximius ſacræ Theologiæ Magiſter euaſerat; Nam Bonifacius IX. ipſum ex Epiſcopo Caſtellano, Patriarcham Conſtan-

tino-

Digitized by Google

tinopolitanum titulo tenus, cum Chalcidenſis Sacerdotij in Græcia commendatione creauit. Ab Innocentio autem VII. cuius ante Pontificatum familiariſſimus fuerat, abſens, & in Picena adhuc occupatus legatione, Presbyter Cardinalis titulo S. Marci deſignatus fuit. Romam indè veniens, ita vitæ integritate, doctrina, & morum emicuit maieſtate, vt Innocentio defuncto, octuagenario maior, ex omnium Cardinalium Collegio potiſſimum extiterit delectus, qui teterrimo ſchiſmate ſublato, pacem Eccleſiæ reſtitueret; Pontificatus, quem ad id ſuſceperat, in eoque Gregorius XII. appellabatur, ſpontanea abdicatione. *Ciacon.* 1406. apud quem paſſim alij enarrantur quamplurimi, qui theologicæ ſcholaſtica doctrinę ſcala, Petri cathedram aſcenderunt.

Verum enim verò, cum non ſit cuiuſlibet Corinthum appellere, neque bra-
18 uium omnes currentes accipiant, purpuratorum Theologorum ſcholaſticorum ex numero, & ſi quamplures Pontificiæ Dignitatis non attigerint culmen, nonnullorum tamen nomina, patriaſque hic accuratim recenſere, vltra ſepta haud erit tranſilire: Nam accingendus de proximo pro accincto habetur *lex eo tempore ff. de teſtam. milit. Felin. in cap. cum te num. 16. verſ. erat iſte electus de reſcript. Iaſon. in auth. ſi qua mulier num. 23. & ſequent. C. de Sacroſanct. Eccleſ. & in l. admonendi in 1. lect. n. 53. verſ. iſta tamen regula ff. ſi certum pet. Tuſchus practic. concl. tom. 1. litt. A. concl. 83. atque alij* Hi verò profectò apud Ciaconium præ alijs numerantur præſertim: Humbertus Tullenſis, & Albericus Campanus ex oppido ſeptem fratrum Ordinis Sancti Benedicti. Gherardus Germanus Monacus Cluniacenſis, & Ratisbonenſis Scholaſticus. Hugo de Sancto Victore Saxo Germanus Canonicus Regularis D. Auguſtini. Herebertus de Bosham Saxo Anglus. Stephanus Langthonus Anglus Monachus Cantuarienſis. Robertus de Curſon Anglus. Petrus de Capua Campanus. Ioannes Franciogia de Villa Abbatis Burgundus Monachus Ciſtercienſis. Hugo de Sancto Caro Viennenſis Diœceſis Burgundus Gallus Ordinis S. Dominici. Guillermus de Brayo Senonenſis Diœceſis Gallus, Ciuis, & Archidiaconus Rhemenſis. Hannibaldus Hannibaldenſis de Molaria Romanus Ordinis Prædicatorum. S. Bonauentura Fidanza Balneoregienſis Etruſcus, Ordinis Minorum. Latinus Malabranca Romanus, & Robertus Kiluuarbius cognomento Biliberi Anglus Ordinis Prædicatorum. Matthæus de Aquaſparta Tudertinæ Diœceſis Vmber; & Gentilis de Monte Floris Picenus; nec non Ioannes Minius de Murro Vallium, Firmanæ Diœceſis Picenus, Ordinis Minorum. Robertus Gallus, Monacus Ciſtercienſis. Ægidius Columna Romanus Inſtituti S. Auguſtini. Nicolaus Martini Pratenſis Tuſcus; Guillelmus Marleſfeldius Cantuarienſis Anglus: Gualterus Vvinkterburnus Sareſbinenſis Anglus, & Guillelmus Petri de Godiuo Baionenſis Toloſanę Diœceſis, Ordinis Prædicatorum. Vitalis de Furno Vaſatenſis Vaſco Gallus; & Bertrandus Agerius de Turre, de Cambolico, Caturcenſis Diœceſis Vaſco Gallus Ordinis Minorum. Iacobus Fornerius de Seuardino Diœceſis Appamiarum, ex Prouintia Toloſana Gallus, Monachus Ciſtercienſis. Matthæus Franciſci Neapoleonis Vrſini, & Gerardus Domarus, Lemouicenſis ex Prouintia Toloſana Gallus Ordinis Prædicatorum. Paſtor de Albernaco Gallus. Helias de Sancto Heredio Gallus. Guillelmus Farinerij ex Monaſterio Gordomicuſto, Diœceſis Caturcenſis Aquitanus Gallus, & Fortanerius ex Cambria Angliæ Prouintia, Ordinis Minorum. Androinus de Rocca Burgundus, Gallus, Monachus Cluniacenſis. Ioannes de Buxeris. Petrus ab Alliaco Archiepiſcopus Cameracenſis. Nicolaus de Cuſa Germanus, Epiſcopus Brixinenſis. Et vt propius noſtris adhæreamus temporibus, cæteris innumeris ferè poſthabitis: Thomas de Vio Caietanus. Gargias Loayſa Hiſpanus: & Nicolaus à Sconberg Germanus, Ordinis Prædicatorum. Franciſcus Quignones Hiſpanus Minorita. Ioannes Baluen Epiſcopus Andegauenſis Ordinis Seruorum. Carolus Borbonius de Vendome Gallus. Ioannes Poggius Bononienſis. Scipio Rebiba Siculus. Hieronymus Seripandus Neapolitanus Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini. Hieronymus Socherus Campanus, Monachus Ciſtercienſis. Stephanus Bonuccius Aretinus Ordinis Seruorum. Marianus Perbenedictus Camers. Gregorius Petrochius de Montelparo Picenus Auguſtinianus. Robertus Bellarminus Politianus ex Societate Ieſu, atque alij, quorum ob maximam copiam, hic reticentur nominatim non ex inſtituto, ſed obiter, ac perfunctoriè, eorum præſertim hiſtoriam tantum ſuſceperim enarrandam.

CA-

Digitized by Google

CAPVT IX.

Morales Theologi, Chriſti Fidelium, ſpirituali pabulo reficientes animas, eadem cum Paſtoribus ouium onera, proportione habita ſuſcipiunt; non tamen eadem ſortiuntur præmia; ſed eò ampliora, quo ouibus rationales animæ nobilitate præſtant.

SVMMARIVM.

1 *Paſtores apud Ægyptios veluti ignominioſi, & profani habebantur; ars tamen eorum omnium ſimpliciſſima, atque vtiliſſima putabatur, cum ab omni fuco, & pompa ſit aliena, & victum, & indumenta, materiamque oblationum omnibus ſuppeditet. Quare ſimplicitatem illam viuendi, certatim Scriptores, laudibus ſummis vſque ad Cœlum ferunt.*

2 *Apud Etruſcos per ouem portendebatur fælicitas, adeò vt, ex ijs opes duntaxat fieri exiſtimarent: Iuriſtæ proindè pecuniam, & peculium inde dicta, tradunt. Refert præterea paſtoritia ars imaginem quandam regalis adminiſtrationis, & Reges antiquitus, Paſtoris appellabantur nomine; Repræſentat quoque Diuinam Prouidentiam, præſertim erga electos, vt ex ſacris literis maniſeſtè oſtenditur.*

3 *Quare Paſtores plurimi ex caulis ad Regias in Sacris Hiſtorijs inueniuntur tranſlati; vt patet de Iacobo, qui ex paſcuis Labani, cũ ſuis poſteris ad imperandum populis accitus fuit. De Moyſe, qui ante quam conſtitueretur Dux Iſraelitarum, Deuſque Pharaonis, paſcebat oues Iethro ſoceri ſui, atque Dauide Rege, qui de gregibus ouium ad Regnum aſſumptus eſt.*

4 *Multi quoque alij, apud profanos Poetas, & Hiſtoricos aſſignantur Paſtores, qui ex pedis peruenerunt ad ſceptra, vt Apollo, Gyges, Euphorbus, Viriatus, Tullius Hoſtilius, Galerius Maximianus, Tamberlanes: & Carinthiæ populi ſuum Archiducẽ, paſtorali indutum habitu duntaxat, conſecrabant.*

5 *Morales Theologi, cum ſuas, cæterorumque conſcientias religioſè inſtituant; Chriſti ouium, fidelium ſcilicet, animarum Paſtores, & Rectores vtique ſunt. Quare eo impenſius ab ipſis cura exhibenda eſt, quò intellectuales oues, dignitate præſtant ſenſitiuis: Anima enim cunctis pretioſior eſt rebus.*

6 *Non minus ac Ægyptij ſuos; ita peruerſi homines hos ſacros execrati ſunt Paſtores; cum ex otio, & opulentia, ad delicias, & illecebras in quas effuſiſſimo feruntur curſu, vt plurimum præcipitanter prolabantur, vt de Caino, qui Paſtorem Abelem fratrem ſuum occidit, exemplificari poteſt.*

7 *Probi autem, & perfecti viri, Spirituales animarum Paſtores maximè colunt, & venerantur: vndè à Deo his præcipuis præmijs eos etiam fatentur, animarum pro cura extare affectos; nimirum peccatorum remiſsione; Diuinæ gratiæ conciliatione, virtutum, meritorum, & gloriæ mirifico incremento.*

8 *Honoribus humanis nimium indulgens, animarum ſaluti parum eſt aptus: ideoque ob præmia temporalia nullus ſpiritualis Paſtor, animarum curam ſuſcipere debet: nam omnis ſaculi honor diaboli negotium eſt: & ad obſequẽdum ſubditi plerumque ſunt neſcij, cui ſuæ opinionis amor nimius inhæſit.*

9 *Quando autem conſcientiæ Rectoribus, Conſiliarijſque temporales offeruntur honores, in ſe aliquando tenentur admittere. Vnde Summi Pontifices, Imperatores, Reges, cæterique Dynaſtæ, benè ſentientes, omne bonum, omneque verum gaudium ex bona conſcientia, honeſtiſque oriri conſilijs, ſuæ conſcientiæ Rectores, ac Conſiliarios maximè coluerunt.*

10 *Honeſti conſilij Vir ille tantummodò reputandus eſt, cui rationis ſerenum nulla vitiorum queunt nubila interpellare: proindeque ſuos morales Thologos, à priuata conſcientiæ cura, ad Epiſcopalem, ſeù Chriſti ouium communem cuſtodiam, Summi Pontifices, tanquam bonos conſiliarios, ac directores euexerunt.*

11 *Inter purpuratos Patres, ea de cauſa etiam numerati ſunt Bentiuenga de Bentiuengis Aquaſpartanus Minorita à Nicolao III. Archangelus Blancus Dominicanus à Pio V. Franciſcus Quignones Minorita, & Garcias Loyaſa Ordinis S. Dominici, à Clemente VII.*

12 *Caroli VI. Regis Galliæ ſupplici rogatu, Ægidius de Campis à Ioanne XXII. alias XXIII. Delphini, Caroli VII. primogeniti, Ioannes Raolinus à Nicolao V. Franciſci I. Regis Galliæ, Chriſtophorus Numalius Minorita à Leone X. Eduardi II. Anglorum Regis, Thomas Ioyce Ordinis Prædicatorum à Clemente V. & Vladiſlai Iagellonis Poloniæ Regis, Stephanus Biturgienſis Seruita à Martino V. Sacra Purpura induti ſunt.*

13 *Illuſtrium tandem, ac Nobilium Fæminarum etiam habito reſpectu, Margaritæ ſcilicet Henrici VII. Anglorum Regis Matris, Ioannes Fiſcherius à Paulo III. Mariæ Angliæ Reginæ, Peytus Minorita à Paulo IV. Mathildis Comitiſſæ, Diuus Anſel-*

Anſelmus Mantuanus ab Alexandro II. Cæterarumque quamplurimi alij morales Theologi, Sanctæ Matris Eccleſiæ Cardinales, meritò creati ſunt.

ET ſi minimè ſim neſcius, Paſtores ouiũ
apud Ægyprios, ignominiæ cuiuſdam
1 nota, & penè profanos habitos, quo no-
mine Appion (vt apud Ioſephum eſt *lib.*
1. contra ipſum paulo poſt init.) Iſraeliticos
populos appellitabat; neque ipſi, hoc in
Hiſtoria Sacra *Geneſ.*46. vnquam diſſimu-
lant: Simplicitatem tamen illam viuen-
di, quæ tàm ex noſtra, quàm ex antiqua
gentium penè omnium colligitur me-
moria; cuncti certatim Scriptores, laudi-
bus ſummis vſque ad Cælum ferunt. Mi-
rabundus idcircò *Maro in culice* concinnè
luſerat.

O bona Paſtoris: ſi quis non pauperis vſum
Mente prius docta faſtidiat, & probet illis
Omnia luxuriæ pretijs incognita curis,
Quæ lacerant auidas inimico pectore men-
tes &c.

Eſt enim paſtoralis ars omnium ſim-
pliciſsima, minimeque operoſa, vel arti-
ficioſa, nec ita animum hominis occu-
patum tenet, vt non ei ad meditationem
rerum naturalium, diuinarumque con-
templationem, otium relinquat: neque
certis indiget domicilijs, aut ſtabiles, fi-
xaſque exigit ſedes; ſed à peregrinanti-
bus etiam tractari, & exerceri poteſt,
eiuſque multiplex vtilitas eſt ad humanæ
vitæ, & Diuini cultus vſum: Suppeditat
quidem victum, & indumenta, materiam
item oblationum, & ſacrificiorum, quæ
Deo fieri oportet ex Strabone *lib.*1. *de re*
2 *ruſtica*. Adeò, vt *Hieroglyph. lib.* 10. de
ouibus, in quibus alendis apprimè Paſto-
,, res ſe occupant, dixerit Pierius; In etru-
,, ſca diſciplina obſeruatum inuenio fælici-
,, tatem ex oue portendi. Et paulò ſupe-
,, rius: ſanè veteres in tanto oues honore
,, habuere, vt ex ijs tantum opes fieri exi-
,, ſtimarent; & pecuniam, & peculium inde
dicta Iuriſconſulti tradunt. Refert præ-
tereà huiuſcemodi ars imaginem quan-
dam regalis adminiſtrationis, gubernatio-
niſque: talem quippe decet eſſe Regem
erga ſibi ſubditos, qualiter Paſtor gregẽ
ſuum regit: Quapropter apud priſcos il-
los, non aliter boni Reges, quàm popu-
lorum vocabantur Paſtores. *Pier. Valer.*
ibidem. Repræſentat quinimò hæc Paſto-
rum ars, & exercitatio, erga homines Dei
prouidentiam, præſertim autem erga ele-
ctos: quamobrem Deus, & Chriſtus Do-
minus Paſtoris appellatione ſummopere
gaudent, eoque nomine ſacris in literis,
frequenter nominantur. *Ezechiel.* præci-
,, puè 34. Et educam oues meas de populis,
,, & congregabo eas de terris, & inducã eas
,, in terram ſuam, & paſcam eas in mõtibus
,, Iſrael. *Io.*10. Ego ſum Paſtor bonus, & co-
,, gnoſco oues meas, *& alibi*, quã ſępiſſimè.

Hinc antiquitus apud omnes ferè na-
tiones, tanti facti ſunt Paſtores; vt ex cau-
3 lis ad regias, ex pedis ad ſceptra, cum ſa-
cris, tum profanis in hiſtorijs, non ſemel
reperiantur euecti. Iacob nanque, cui
,, *Geneſ.*35. Dominus dixerat: Creſcere, &
,, multiplicare: gentes, & populi nationum
,, ex te erunt; Reges de lumbis tuis egre-
,, dientur: terramque, quam dedi Abrahã,
,, & Iſaac dabo tibi, & ſemini tuo poſt te:
ex paſcuis Laban in Haram *Geneſ.*30. ad
tale futuri culmen imperij cum ſuis po-
ſteris aſſumptus fuit. Moyſes autem *Exo-*
,, *di 3.* paſcebat oues Iethro ſoceri ſui Sacer-
dotis Madiam; quando Dominus Ducem
Populi, & Pharaonis Deum, *Exodi 7.* ipſũ
conſtituit. Item de filio Iſai, *Pſal.*77. di-
,, citur: Et elegit Dauid ſeruum ſuum, &
,, ſuſtulit eum de gregibus ouium de poſt-
,, fætantes accepit eum, paſcere Iacob ſe-
,, ruum ſuum, & Iſrael hęreditatem ſuam.
4 Et ad profanos, vt aliquando accedamus
Scriptores: cum Pindarus *in Pythicis*, oues
benè pauiſſe, his carminibus tradat:

Et clarum Apollinem
Viris lætitiam amicis
Propinquum cuſtodem ouium:

hac vna de cauſa (*lib.*4. *mytholog. cap.*10.
addit Natales Comes) habitus eſt Deus
Paſtorum ſimul cum Pale; Poeta *eglog.* 5.
canente

Ipſa Pales agros, atque ipſe reliquit Apollo
& 3. georgic.
Te quoque magna Pales, & te memorande
canemus
Paſtor ab Amphryſo

Quidam inſuper Gyges inducitur à Pla-
tone *dialog.*2. *de repub. in princ.* qui cum
terra deceſſiſſet magnis quibuſdam im-
bribus, in illum hiatum deſcendit, æneũ-
que equum animaduertit, cuius in lateri-
bus fores eſſent. quibus apertis hominis
mortui vidit corpus magnitudine inuſita-
ta, annulumque aureum in digito: quem
vt detraxit, ipſe induit (erat autem regius
Paſtor) tum in concilium Paſtorum ſe re-
cepit, ibi cum gemmam eius annuli ad
palmam conuerterat à nullo videbatur,
ipſe autem omnia videbat: idem rurſus
videbatur cum in lucem annulum inuer-
terat. Itaque hac opportunitate annuli
vſus, Reginę ſtuprum intulit, eaque adiu-
trice, Regem dominum interemit, ſuſtu-
litque quos obſtare arbitrabatur: neque
in his cum quiſquam facinoribus potuit
videre: ſic repente, annuli beneficio Rex
exor-

exortus eſt Lydiæ. Sed his adhibeatur fi-
des, quantum par eſt adhibenda: Res ta-
men palam, & ante oculos omnium eſt
ab Euphorbo Paſtore, nouo ſacrificij ge-
nere, ſterilitatem amouente ſacerdotiũ,
& imperium Azancæ in Phrigia, aliquan-
do fuiſſe conſecutum. *Eraſm. in prouerb.*
Viriattum Luſitanorum ſtrenuiſſimum,
& fortiſsimum Ducem paſtoritiam à te-
neris exercuiſſe artem *Diodor. ſicul. in frag-
men. lib. 33.* Tullium demum Hoſtilium
Romanorum Regem ex *Liuio lib. 1.* Ga-
lerium Maximianum eorundem Impera-
torem ex *Io. Bap. Egnat. rom. princ. lib. 1.* Tã-
berlanem Scytham Aſiæ Regem ex *Fulg.
lib. 3. cap. 4.* atque alios non paucos, olim
etiam humiles extitiſſe Paſtores. Quarè
iure ab omnibus valdè probata, commẽ-
dataque fuit ea, quam Carinthij Ducem
(ſiue vt ipſi vocant) Archiducem ſibi
creaturi, ſanè memoratu digna, diù ſer-
uarunt cæremonia; dum in Principem
aſſumendum, principatus quidem præ-
cedebant ſigna, omneſque egregie culti:
verum is agreſti habitu pileo tectus, cal-
ceos, & paſtoralem baculum gerens, Pa-
ſtoris figuram cuius munere in ſubditos
probè functurus erat expreſsè portende-
bat. *Sabell. lib. 3. en. 10.*

Quibus proindè ſedulo perpenſis, ſum-
miſque labijs non quidem duntaxat, ſed
5 pleno inſuper ore benè deguſtatis: Mora-
les quoque Theologi cum ſuas, cætero-
rumque ex ſuperius aſſertis *lib. 2. cap. 6. n. 4.*
religioſè inſtituant conſcientias; Chriſti
ouium, Fidelium ſcilicet animarum, vti-
que Paſtores, & Curatores erunt *Barboſ.
de offic. & poteſt. Paroc. 1. p. cap. 3. num. 1.* Siqui-
dem, ſicut ouium munus Paſtoris eſt, in-
firmas conſolidare, ęgrotas ſanare, fractas
colligare, abiectas reducere, perditas re-
quirere, atque in illas ſuauiter dominari:
ita animarum conſcientiarumque Recto-
ribus, hæc adeò eadem præſcribuntur in-
ſtituta, vt vecordibus, & negligentibus,
totidem verbis *Ezechiel. 34.* acriter Domi-
„ nus ſit comminatus: Lac ſcilicet, come-
„ debatis, & lanis operiebamini. & quod
„ craſſum erat occidebatis; gregem autem
„ meum non paſcebatis. Quod infirmum
„ fuit non conſolidaſtis, & quod ægrotum
„ non ſanaſtis, quod confractum eſt non
„ alligaſtis, & quod abiectum eſt non redu-
„ xiſtis, & quod perierat non quæſiſtis, ſed
„ cum auſteritate imperabatis eis, & cum
„ potentia, & diſperſæ ſunt oues meæ, eo
„ quod non eſſet Paſtor, & factæ ſunt in
„ deuorationem omnium beſtiarum agri.
Quinimo eo impenſius ab ipſis cura exhi-
benda eſt, quo intellectuales oues digni-
tate præſtant ſenſitiuis: Anima enim, cun-
ctis pretioſior eſt rebus *cap. præcipimus 2.
q. 1 1. l. ſancimus C. de Sacroſ. Eccleſ. Abbas conſ.
63. videtur primo num. 3. verſ. item quis debet
magis diligere lib. 1. Menoch. de præſumpt. lib. 4.
præſumpt. 112. num. 4. & præſ. 152. num. 4. Ti-
raquell. de priuil. piæ cauſ. in præfat. num. 9. Ber-
taz. in repet. l. ſi quis maior. C. de tranſact. nu. 12.
Tuſch. pract. concl. tom. 1. litt. A. concl. 333. atq;
„ alij.* Quibus maximè fauet Saluatoris di-
„ ctum *Matth. 16.* Quid prodeſt homini, ſi
„ vniuerſum mundum lucretur, & animæ
„ ſuæ detrimentum patiatur? Quare ſtu-
6 pendum mirandumque cenſeatur ne-
quaquam, ſi poſteriores etiam Ægyptij ij
nimirum qui corporis incitationibus,
eiuſque voluptatibus indulgere ſibi per-
mittunt (vt *lib. 6. in lib. reg. cap. 1. propè fin.*
explicat eruditè Gregorius) hos ſpiritua-
les, qui recta monent, Paſtores, ſeù (vt
lib. 2. de Abraham cap. 6. interpretatur Am-
broſius) diſceptatores rationis, Docto-
reſque virtutis, quadam veluti execratio-
ne declinent. Nam mox ex otio, & opu-
lentia ad delitias, & illecebras in quas ef-
fuſiſſimo feruntur curſu præcipitanter
prolapſi: illud Venuſini ad Celſum Albi-
nouum *epiſt. lib. 1.* vt plurimum recantare
ſolent.

Nil audire velim: nil diſcere, quod le-
uet ægrum:
Fidis offendar Medicis: iraſcar amicis:
Cur me funeſto properent arcere ve-
terno:
Quæ nocuere ſequar: fugiam, quæ pro-
fore credam.

Sic & Cainus, Paſtorem fratrem, homi-
nem quippe pietati addictum, ferre non
potuit, cùm ipſe terrenis tantùm affecti-
bus emancipatus eſſet. Sic paſſim etiam
nunc probi, modeſtique viri, à potentio-
ribus ignominioſè accipiuntur: ſceleſti,
impoſtores, paraſiti, & ambubaiarum col-
legia in honore ſunt: & quæcunque ap-
petierint commoda conſecuntur: atque
ita demum, eodem *ad Lollium epiſt. 2.* Va-
te ibidem canente:

Potores, Bibuli, media de nocte Fa-
lerni
Oderunt porrecta negantem pocula,
quamuis
Nocturnos iures te formidare vapores.

Cæterum, etſi apud infidos, veritatiſque
inimicos, rationalium ouium Paſtores,
7 contumelijs, & probris, gratis inueniantur
affecti; ſectatores tamen apud iuſtitiæ,
virtutiſque amatores, non ſecus ac ij, cor-
porales qui cibos, & paſcua diſperſis pau-
perculis parant; ſed eò vel magis honori-
bus, præmijſque habent decorari. Vt
„ anima (*homil. 3. in Geneſ. circa med.* inquit
„ Chryſoſtomus) corpore melior eſt: ita
his,

,, his, qui indigentibus pecunias,& faculta-
,, tes ſuppeditant, maioribus præmijs digni
,, ſunt hi, qui admonendo, & continuò
,, docendo, in viam rectam ſupinos, & deſi-
,, des inducunt, monſtrando eis diuinarum
,, virtutum fragrantiam, & vitiorum ma-
,, leolentiam. Hæc autem præmia ex ſa-
cris literis, eis comperiuntur pollicita:
,, Peccatorum, ſcilicet benigna remiſſio:
,, Qui enim conuerti fecerit peccatorem
,, ab errore viæ ſuæ, ſaluabit animam eius
,, à morte, & operit multitudinem pecca-
,, torum, *Iacobi* 5. Diuinæ gratiæ fælix con-
,, ciliatio: quoniam; Habemus gratiam per
,, quam ſeruiamus placentes Deo. *Hebræ.*
12. & virtutum denique meritorum, &
gloriæ mirificum incrementum, dicente
Domino Seruo, talentorum prouido ne-
,, gotiatori *Matth.* 25. Euge ſerue bone, &
,, fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſu-
,, pra multa te conſtituam, intra in gau-
,, dium Domini tui. At miſſis iſtis, de
8 quorum veritate Catholico nequaquam
hæſitare licet: vt ab æternis deinceps ad
temporalia; à ſpiritualibus ad ſenſibilia;
ab indubijs ad contingentia, tranſitum
aliquando faciamus, præmia: id minimè
prætereundum, ſed potiùs neceſſariò præ-
mittendum putatur: Honoribus ſcilicet,
humanis nimium indulgentem, anima-
rum ſaluti parum aptum eſſe miniſtrum:
,, Omnis nanque ſeculi honor, Diaboli ne-
,, gotium eſt; vt ſcribit Hilarius *can. 3. in
Matth.* Et quidem vmbratilis, ac volati-
cus honor multos à vitijs retinet, & à vir-
tutibus arcet. Etenim ille laborioſam di-
uitis opinionem ſtudioſiùs exambiens,
veram paupertatis gloriam contemnit:
alius iuſtitiæ iniuria, quibus ſplendeat
honores emit: alius vt opinioni ſatisfa-
ciat, vltionem opinionis detrimento ſuſ-
pirat: alter ſupra humanitatis faſtigium
elatus, pompaticam honoris gloriam ſi-
tienter anhelat. Quare falſa honoris exi-
ſtimatio, verum virtutis venenum eſt:
nulluſque ſuæ, nec proximorum ſaluti
ſolerter incumbet, qui non obſcurum
mundialis gloriæ ſplendorem generosè
,, contemnit. Propterea 22. *moral. cap.* 9.
,, aiebat Gregorius: Sancti Viri non iam
,, de opinione ſua, ſed de proximorum
,, gaudent vtilitate. Hinc quoque plerum-
que fit; vt ad obſequendum flecti neſcius
ſit ſubditus, cui ſuæ opinionis amor ni-
miùs inhæſit.

Vir tamen bonus, & perfectus hono-
res, & dignitates, in ſe aliquandò tenetur
9 admittere, ſed accitus, ſed rogatus, imò
,, compulſus; quoniam; nullum decet
,, grauatè ſuſcipere iuſſiones (4. *variar.* 5.
,, ſcribit Caſſiodorus) quæ magis vtilitates
,, noſcuntur extollere deuotorum. Hoc e-
nim non eſt ambire, ſed mereri, cùm ſo-
lis bonis honos debeatur *4. ethic. cap.* 3.
,, Quare de Catone *lib. 5. de Ciuit. cap.* 12.
,, aiebat Auguſtinus. Honores, quos expe-
,, tunt multi, Cato petere non debuit, ſed
,, eos Ciuitas ob eius virtutem non petenti
,, date. Hinc Summi Pontifices, Impera-
tores, Reges, cæterique Dynaſtæ, pluri-
ma ſalutis ſpiritualibus à Directoribus
impenſa ſibi; recolentes emolumenta,
amplis, & excelſis eos auxerunt honori-
bus. Senſerant enim fortaſsè cum Sene-
ca *epiſt.* 23. Omne bonum, omneque ve-
rum gaudium, ex bona conſcientia, ho-
neſtiſque oriri conſilijs; atque ita mode-
ratores ſuos, quibus alienæ ſalutis præter
negotium, nullius cupiditas, nullius ad-
hæſit ambitio, maximè coluerunt. Nam
vtique honeſti conſilij, vir ille tantum-
10 modò reputandus videtur, cui rationis
ſerenum, nulla vitiorum queunt nubila
,, interpellare: 22. *offic.* 17. dictante Ambro-
,, ſio: Talis nempè debet eſſe conſiliarius,
,, qui nihil nebuloſum habeat, nihil fallax,
,, nihil fabuloſum, nihil ſimulatum, quod
,, vitam eius, ac mores refellat: nihil im-
,, probum, ac maleuolum, quod auertat
,, conſulentes. Quamobrem, haud pauci à
domeſtica Summorum Pontificum con-
ſcientiæ cura, ad Epiſcopalem, ſeù ouium
Chriſti communem cuſtodiam, diuino
zelo, paſſim *in Sacra ſua Italia* apud Vghel-
lium, meritò leguntur euecti. Quando-
quidem nihil abs re, ſi Chriſtianum ad
alendum, & moderandum gregem reper-
ti fuerint experti, dum prudentia, atque
conſilio ſupremorum Paſtorum animos
tam fœliciter, fideliterque direxerint. Poſ-
ſem idcircò ſexcenta, & ampliùs exempla
materiæ aptare præſenti, ni Regum, &
Principum quoque addita impetratione,
ampliores in dignitates moralibus Theo-
logis ab Eccleſia benignè collatas, ali-
quandò diſtraheretur animus. Vnde mi-
noribus illis vltrò relictis, quaſdam inter
alias præcipuas, ſtatim expendendas ag-
grediar.

Sed, vt Summorum Pontificum in re-
bus ſalutis, item ſacris exordiar à conſi-
11 liarijs: olim (vt ferunt) Ioannis Cardi-
nalis Vrſini conſcientiæ præfuerat qui-
dam Bentiuenga de Bentinengis Aquaſ-
partanus Tudertinæ Diœceſis Minorita,
quem Ioannes XXI. tanti Principis, cui
diù ſacra miniſtrauerat, rogatu permotus,
Epiſcopum Tudertinum, in locum Petri
ad Eccleſiam Anagninam nuper transla-
ti, libenter ſuffecit: ſed mox ad Pontifi-
calem idem Vrſinus dignitatem aſſump-
tus, & Nicolai III. nomine inſignitus;

ſpiritualis non immemor beneficij; erga Directorem ſuum, innatæ munificentiæ maiora oſtendit indicia, dum Confeſſarij adhuc retento munere, Cardinalem Albanum, Maioremque Pœnitentiarium, ac Papæ Capellanum, vltrò eundem creauerit. *Ciacon. anno Domini* 1278. Nondum autem Michael Ghiſilerius ex familia Diui Dominici, titulo Sanctæ Mariæ ſuper Mineruam Presbyter Cardinalis, ſummum Sancti Petri aſcenderat thronum, nec Pij V. ſortitus fuerat nomen, cum Archangelus Blanchus, eiuſdem inſtituti alumnus, qui ſecretæ illius conſcientiæ, diù ſuſceperat expiationes, poſt adeptum Pontificatum, ſtatim in mentem venit, à quo Romam accitus, benignèque acceptus, primùm Theanenſis Epiſcopus creatur; deinde in Cardinalium Senatum, titulo Presbyteri Sancti Cæſarei in Palatio adlectus fuit. *Ciacon.* 1570. Præterea, Franciſcus Quignones, aliàs de Angelis Ordinis Minorum Hiſpanus, adeò ſanctitatis, & virtutum excelluit præſtantia, vt à Carolo V. Imperatore, vir veluti à Deo datus coleretur, obſeruaretur, & in patrem à ſacris ſuis confeſſionibus delectus fuerit. Ea de re plures ad diuerſos Principes legationes, præſertim in Hiſpaniam ad ipſum Cæſarem, & ad Clementem VII. in Italiam difficillimis illis temporibus, dum Summus Pontifex in Hadriana mole, ab Imperatoris militibus obſidebatur, obiuit. Tandem labore maximo, ac Franciſci diligentia, articulis aliquibus interpoſitis, ab obſidione Pontifex expeditus, liberatorem ſuum, à proprio latere nunquam ſuſtinuit auelli. Et vt liberiùs Apoſtolicæ Sedi inſeruire valeret, totius ſuæ Religionis Magiſtratus ſæpiùs, vt ab ipſo abſolueretur, tentati renuntiationem admiſit; pauciſque interpoſitis menſibus, eum in Cardinalium Collegium cooptauit. Laudauit Cæſar Quignonij promotionem, ac Caurienſi in Hiſpania Epiſcopatu illum cohoneſtauit. *Vghell. apud Ciacon. in addit.* 1527. Eiuſdem item Cæſaris, ſpiritualibus præerat negotijs Garcias Loyaſa Hiſpanus Ordinis Prædicatorum Generalis Magiſter, cui tanta in conſilijs fuerat pruden tia, necnon in agendis dexteritas, vt ipſemet Imperator, Conſiliarium, Indiarum Præſidem, Cruciatæ Cõmiſſarium, Hæreticæ prauitatis Generalem Inquiſitorem, tota in Hiſpania, conſtituerit. Quod ſui collegæ grauatè ferentes, maximè veriti ne tot tantiſque muneribus oppreſſus, maximo totius Ordinis damno facilè ſuccumberet; parùm abfuit (ipſis cogentibus) ne à Generalatu ſe penitùs abdicaret: ſed adhuc in diem Caroli erga ipſum magis, magiſque creſcente beneuolentia, ſacro murice ab eodem Clemente VII. poſtremò decoratus eſt. Cuius in rei memoria, Mantuæ Carpetanorum, vbi è viuis deceſſit, teſte Vghellio apud *Ciaconum* 1530. huiuſcemodi quoque legitur Epitaphium:

Illuſtriſſimus hic iacet Garcias à Loyaſa Hiſpalenſis Cardinalis. Supremi Inquiſitionis Senatus, necnon Regij Indiarum Conſilij Præſidens, Generaliſque Hiſpaniæ Commiſſarius. Obijt anno Domini MDXLVI.

Nec minoris obſequij, ac reuerentiæ ſigno, Summi quoque Reges, & Principes,
12 in rebus ſalutis ſuos proſecuti ſunt Præceptores; dum Regis Francorum Caroli VI. Moralis Theologus, Ægidius ſcilicet Campis Gallus, à Ioanne XXII. aliàs XXIII., Regijs precibus annuente, cocineo galero honorificè eſt inſignitus *Ciacon.* 1411. Ioannes item Raolinus Burgundiæ Cancellarij filius, Confeſſor Delphini primogeniti Regis Francorum (fortè Caroli VII.) ex Epiſcopo Cabilonenſi, à Nicolao V. vt Regi faueret, Presbyter Cardinalis Eduenſis tit. S. Stephani in Cælio Monte, non vulgari Gallorum plauſu, creatus fuit. *Ciac.* 1449. Cùm autem ad eximiam doctrinam, vitæ ſanctitatem, & in rebus gerendis prudentiam cumulaſſet Chriſtophorus Numalius Foroliuienſis, Fratrum Minorum de Obſeruantia Generalis Miniſter, Franciſco I. Gallorum Regi valdè charus, atque Reginæ à ſacris confeſſionibus aliquandò fuit; quem Leo X. ob peculiarem vitæ ſanctitatem, & morum grauitatem, obſeruantiam, virtutumque omnium ingenitam ſapientiam, atque celebritatem, ad Cardinalem titulum Sancti Bartholomæi in Inſula, ne quid tale opinantem euexit: qui cum tantum ei munus eſſet oblatum, humilitatis tamen neglexit delectu; quod mox idem Leo, Pontificio adhuc præcepit iuſſu, & Iſernienſem, ac Alatrinenſem Epiſcopum conſtituit. Is ſub eodem Leone, & Clemente VII. ſanctiſſimè vixit, vſque ad Vrbis depopulationem; vbi podagra impeditus, tutiorem locum adire non potuit; vnde irruentibus Barbaris, ab eis captus fuit, à quibus opprobrijs multis, innumeriſque laceſſitus iniurijs, pro Chriſto, omnia conſtantiſſimè tulit. Parùm deinceps ſuperuiuens Anconæ 1528. x. Kalen. April. vitam cum morte commutauit. *Vghell. apud Ciacon.* 1517. Propriæ ſalutis occulta Eduardus II. Anglorum Rex, Thomæ Ioyce Anglo Ordinis Prædicatorum, pandebat conſilia, eius ſapientiæ optimè callens excellentiam; ſuper qui-

Quibus Clemens V. adhuc certior factus, ex Prouinciali Anglicano, Cardinalem titulo Sanctæ Sabinæ illicò conſtituit. Ferunt enim publico bono, ſuæ tanquam eruditionis monumenta, hos edidiſſe codices: nimirum in quatuor libros ſententiarum. Poſtillam in Pſalterium. Sermones per annum. De Doctrina Scholarium. De Conceptione Beatæ Virginis. In Geneſim. Super Boetium de Conſolatione. Contra Ioannem Scotum. Quæſtiones Theologicas. De Concordantia librorum Sancti Thomæ Aquinatis. Poſtillam in Prouerbia Salomonis. In Canticum Canticorum. In libros Sancti Auguſtini de Ciuitate Dei. Quodlibeta. De ſtatu animarum poſt mortem. Aduerſus Iconoclaſtas,& alia quædam. *Ciacon.* 1305. Stephano Biturgienſi Vmbro Ordinis Seruorum decimoſeptimo Priori Generali, ad Vuadiſlaum Iagellonem Poloniæ Regem demandata legatione: quanta inibi cùm permanſiſſet, vi eloquentiæ, quanta venuſtate, & dicendi grauitate Regis gratiam ſibi conciliaſſet; quanta poſteà in ſpiritualibus, ac familiaribus colloquijs charitate, & arduis in rebus pertractandis prudentia, eiuſdem beneuolentiam iniſſet; Vvadiſlai reſponſum ad Martinum V. qui Stephanum Legatum miſerat, apertè indicauit: Nam inter cætera, Pontificem Maximum ſæpè compellauit, & tandem iure iurando adegit, vt Stephanum Poloniæ Nuntium inter purpuratos fratres, prima Cardinalium promotione dignaretur referre. Quod ſumma animi lætitia Martinus, excipiens: Regi per literas, & viuæ vocis oraculo citò retulit; Stephanum Generalem Seruorum Sanctę Romanæ Eccleſiæ titulo Sanctæ Praxedis Cardinalem Polonum in gratiam Regis eſſe deſignatum; & ſi antequam eiuſmodi ampliſſimę Dignitatis Nuntium recepiſſet, Cracouiæ ſummo omnium dolore, & non ſine Regis perturbatione, morte fuiſſet peremptus. *Poccian. in croni. Gianius centur. 2. annal. Ord. Seru. lib. 5. cap. 6. & Ciac.* 1431.

Hæc eadem præterea illuſtrium quoque, Nobilium que Fœminarum inſpecta
13 ratione; Moralibus earundem Theologis, ac conſcientiæ Rectoribus, à Summis Pontificibus ſuprema ſunt præſtita, & exhibita munia: Nam (vt ferunt Hiſtoriæ) Henricus VII. Anglorum Rex, veræ pietatis, ac fidei laude inſignis; Ioannis Fiſcherij, dum Sacerdotio initiatus, Margaritæ Regis matris, ſancti animi fœminæ confeſſiones exciperet, cognita doctrina, & charitate; ad Roffenſis Eccleſiæ apicem qua licuit ratione, ipſum laudabiliter euexit; quem etiam Henricus VIII. aliquandò ſummo honore proſecutus omnium Europæ Theologorum eruditiſſimum dicebat; eoq; Magiſtro, Lutherum ſummæ perfidiæ caput; erudito calamo confodit: ſed temporis non longo interiecto interuallo, Annæ Bolenæ, à multis eius filiæ creditæ, furenti libidine, idem Rex oppreſſus, inceſtuoſis illius nuptijs, inuicta animi fortitudine, Ioannes enixè reſtitit. Quarè indignum in carcerem coniectus, capitali ſententia pro Chriſti religione, pro Eccleſiæ libertate, pro Romani Pontificis primatu, pro veritate, pro ampliſſimis Patribus, pro tota Eccleſia, quam impium Regis offenderat edictum, damnatus eſt; cui tamen Paulus III. his tantis permotus virtutibus, iam purpuratæ dignitatis Inſignia miſerat; licet ijs in carcere acceptis non ſit vſus. Vnde ipſe Pontifex in conſtitutione, qua Henricum damnauit VIII. fatetur Roffenſem, à ſe ob fidei conſtantiam, charitatem, vitæque ſanctimoniam Cardinalatu eſſe decoratum: & in literis ad Ferdinandum Romanorum Regem datis, in quibus Henrici multa ſcelera refert, Sanctum eum appellat, aſſeritque pro cauſa veritatis, & iuſtitiæ, Henrici VIII. iuſſu necatum. *Victorellus apud Ciacon.* 1535. Mariæ verò Angliæ Reginæ religioſiſſimæ, Guillelmus Peytus (quem alij Petum vocant) Ordinis Minorum de obſeruantia, vir morum, & doctrinæ laude celebris, confeſſiones auſcultabat in Anglia 1532. vbi chriſtiani Oratoris munere, eo animi robore functus eſt, vt palam aſſeruerit Catharinam Aragoniam, veram eiuſdem Henrici eſſe vxorem. Hinc in exilium pulſus, Italiam petijt, illucque ſe contulit. Cuius virtutes diù admiratus Paulus IV. Epiſcopum Ariſburienſem, Cardinalem, & Legatum de latere in Anglia iam conſtituerat. *Victorellus apud Ciac.* 1557. Demùm (vt rei aliquando terminum imponamus inceptæ) Anſelmum Mantuanum ob vitæ ſanctitatem, Confeſſarium ſibi adſciuerat Comitiſſa Mathildis; cuius etiam ſuaſu, ampliſſimum Diui Benedicti Monaſterium, Mantuæ, in quo ipſe aliquando Monaſticam vitam profeſſus fuerat, ſuis condidit impenſis, & dotauit. Is vt tradit *Ciacon.* 1073. Presbyter Cardinalis ab Alexandro II. creatus, Epiſcopatu Lucenſi etiam ornatus fuit. Deinde onus renuens Epiſcopale in Monaſterium ſe abdidit; è quo à Gregorio VII. ad eundem reuocatus Epiſcopatum; Mathildi tanquam Pater, & Magiſter ab eodem conceditur.

Vnde *Domnizo apud Baronium tom. 2. anno* 1074. & ſi muſa parum compta, fideli tamen carmine, talia cecinit:

Inter quos fulſit Reuerendus Epiſcopus Vrbis
Lucenſis, lucens Anſelmus maximè prudens,
Lege Dei doctus, Monachus benè religioſus.
Gregorius Pręſul Romanus, vt egit Ieſus
In Cruce, qui moriens dat Diſcipulo Genitricem,
Commiſit Dominam, ſic Anſelmo Comitiſſam:
Quam docuit dictis, regit exemplisque benignis;
Peruerſæ ſectæ monuit reſiſtere ſemper,
Conſilij magni, cui hic Angelus his fuit annis
Conſilium cuius ſequitur Comitiſſa venuſtum:
Nam quos ipſa valet prauos conuertere mater,
Quantiſcunque modis quit, agit in omnibus horis:
Multos cum feudo, multos munus tribuendo,
Pugnando plures &c.

Tanti autem viri corpus prodigijs, miraculiſque illuſtre Mantuæ tumulatum, cunctis à fidelibus adoratur, & colitur. *Sigibertus in cronic. Abbas Vſpergenſis, atque alij apud Ciac. loc. nuper cit.* Et hæc ſatis ad præſens, dum vlteriùs cupientibus progredi, Authores adeundi non præcludatur via.

CAPVT X.

Iuſtitiæ, & Gratitudinis lege, Canoniſtis Theologis ferè ab omnibus non vulgaria præſtita ſunt obſequia.

SVMMARIVM.

1 *Gratitudo, omnium virtutum non ſolum maxima, ſed parens & mater eſt; cùm nec Pietas, nec Sanctitas, nec Religio, nec Amicitia, nec quæuis alia ſine ea extare poſſit: Quarè ſicut ipſa nihil humanius, ita ingratitudine nihil ferocius.*

2 *Ex animo mouentur omnes ad beneficia eis impendenda apud quos ſenſerint gratiam optimè eſſe locatam; in quo genere maximè excelluerunt Ægyptij: Sed non ſunt duntaxat in eos, quos nobis ſperamus profuturos beneficia conferenda ſunt: ſed vt accipientis ſolam ſpectemus vtilitatem, cùm non recipiat ſordidum virtus amatorem.*

3 *Quamplurimum tamen in diligentis commodum gratum emanat beneficium, vtroſque partitur cum accipiente; nam Gratitudo quoddam genus fœnoris eſt vltrò ad nos redituri feliciori accipientis tempore; quod ratio non modò, verùm etiam ipſa natura ſuis incluſit legibus.*

4 *Nonnulla brutorum afferuntur exempla, quæ benefactoribus ſuis, totidem beneficijs perſoluerunt gratias, vt Æliani extiterunt Ciconia, & Elephantus; Plinij Canis, atque alia, quæ hominibus imitandæ virtutis præclarum praebuerunt argumentum.*

5 *Cùm beneficium non in eo, quod fit, aut datur; ſed in ipſo dantis, aut facientis animo conſiſtat, eo arctior accipientis fiet obligatio, quo intenſior largientis fuerit affectus. Quarè erga Canoniſtas Theologos maxima omnium erit obligatio, qui æternam fœlicitatem officioſa voluntate, ingentique animo ſuis ſectatoribus exhibent.*

6 *Hæc autem gratitudo, non in ſolo verborum apparatu conſiſtere habet, ſed in beneficentiæ vicißitudinibus; cùm Grates non temerè manibus implexis, conſertiſque pingantur, ſed quatenus ordo beneficij ad dantem reuerti ſolet.*

7 *Gratitudo etiam qua ratione virtus præcipua eſt, reponitur inter partes potentiales Iuſtitiæ commutatiuæ qua, ſcilicet, inter datum, & acceptum conſtituitur æqualitas: non quidem vt ipſa Gratitudo recompenſandi rigoroſum quoddam inducat debitum; ſed quatenus decentiæ, & honeſtatis ponit obligationem.*

8 *Sapientes viri, quorum tantùm eſt gratias ſcire referre ne hoc decentiæ, & honeſtatis nimis premerentur debito; varia in beneficos Canoniſtas medentes ſunt obſequia: Tancredus proindè à Corneto Laurentij Cremenſis Diſcipulus, tantæ apud Honorium III. authoritatis fuit, vt Conſtitutiones, quas ipſe Pontifex compilauerat, ei recognoſcendas, & interpretandas mandarit; nomenque Magiſtri, Gloſſatoriſque dederit.*

9 *Ioannes Andreæ, ità in Iure Pontificio benemeritus euaſit, vt Tuba, Canonumque Pater communiter diceretur. Quare dum legatione apud Summum fungeretur Pontificem, comiter exceptus non tantùm, ſed lumen mundi ab eodem appellatus fuit.*

10 *Quia Fridericus Petruccius Senenſis inter coætaneos primum locum primamque cathedram obtinuerat, plurimum gloriæ, ſcriptis & reſponſis ſibi adſciuit, adeò vt in patria, ad memoriæ perennitatem, marmo-*

morɩum ſepulchrum, pluribus ſignis exornatum, & mira elegantia elaboratum etiam meruerit.

11 *Ioannes Lignanus Mediolanenſis, ob egregias animi dotes Vrbano V. valdè charus extitit, cuius iuſſu præclarum illum librum de pluralitate beneficiorum, publicæ dedit vtilitati. Vrbano verò VI. quem ſcriptis acriter defenderat, ità placuit, vt honores ſummos, niſi conſtanter renuiſſet, facilè eſſet adeptus.*

12 *Petrus de Ancharano, mira ſua eruditione tantùm nomen accepit, vt pro Reipublica Veneta Conſiliario aliquando eligeretur, veruſque Iuris interpres, & lumen, antonomaſticè appellaretur: atque à Principibus viris de ambiguis quæſtionibus plerumque conſuleretur.*

13 *Talis, ac tanta apud omnes authoritatis fuit Antonius à Budrio, vt clariſſimi viri eius opinionem, velut integerrimi Iuriſconſulti amplecti malint vbicunque hæſitarent. Vndè à Benedicto XII. ad Regem Galliæ ſchiſmatis tollendi cauſa, meritò delegatus fuit.*

14 *Laurentij Rodulphij Florentini, atque Dominici à Sancto Geminiano, ea fama innotuit, vt ille viuam effigiem cum alijs nobilibus viris Carmelitarum in Templo graphicè meruerit delineatam; iſte verò Papæ Capellanus, ſiue Auditor Cameræ, Romæ magno plauſu extiterit.*

15 *Mariani Socini ſenioris, Antonij Roſelli Aretini, & Guidonis Papæ, famoſæ, honorificaque enarrantur legationes, ingentia munera, atque in ipſos obſequia, quibus apud Pontifices, Reges, ac Principes, peneſque omnes, eorum doctrinæ conſecuti ſunt præmia.*

16 *Iacobus Aluarotus Iunior maximæ apud Eſtenſes exiſtimationis fuit, ita vt in Patria, Mediolani, & alibi, maioribus perfunctus ſit muneribus. Et Rochus Curtius Ticinenſis pariter Mediolani inter Senatores fuit cooptatus, cùm iam priùs Gulielmo Marchioni Montisferrati, à conſilijs ſumma cum laude extiterit.*

17 *Martini Nauarræ, ac Hieronymi Pariſeti Regienſis ſummatim enarrantur geſta, atque eruditæ lucubrationes, quibus munera, ſtipendia, Principum amicitias, inſigneſque ſibi meruerunt honores.*

18 *Gratianus Cluſinus, Bartholomæus Brixienſis, Hugo Vercellenſis, & Richardus quidam, præter cæteros inferiores honores, ſacras Infulas ſunt conſecuti, adeò vt Gratianus Cluſinæ, Bartholomæus, & Hugo Ferrarienſi, Richardus autem Ciſtercienſi meritò præfuerint Eccleſijs.*

19 *Ob eandem Sacrorum Canonum ſummam peritiam; Gulielmus Durandi, Minatenſis; Ægidius Bellamera, Auenionenſis; Nicolaus Tudiſcus, Panormitanæ ad regimen aſſumpti ſunt Eccleſiarum. Quibus inſuper etiam remiſſiuè adduntur; Nicolaus Piccolomineus, Ludouicus Comeſius, Didacus Couarruuias, alijque quamplurimi.*

20 *Ad purpuratorum dignitatem etiam alij aſcenderunt quamplurimi, vt Henricus Hoſtienſis, Ioannes Monachus Ciſtercienſis, Franciſcus Zabarella, Petrus Mauroceuus, Ioannes à Turre cremata; Ioannes Antonius à Sancto Gregorio, cæterique ab Authoribus paſſim relati; ex quibus pariter Petri cathedram aſcenderunt non pauci; de quibus tamen remiſſiuè.*

LAudatiſſima virtutum omnium Gratitudo, res cælo, & hominibus grata,
1 gratique nominis ſemper quidem apud
omnes extitit, & habita eſt. Hæc eſt enim
vna virtus (*orat. 31. pro Planc. ſect. 275. num. 80. & 81.* inquit Tullius) non ſolùm maxima,
ſed etiam mater virtutum omnium reliquarum. Quid eſt pietas, niſi voluntas grata in parentes? qui ſunt boni ciues? qui belli, qui domi, de patria benè merentes, niſi qui patriæ beneficia meminerunt? Qui ſancti, qui religionum cultores, niſi qui meritam Dijs immortalibus gratiam iuſtis honoribus memori mente perſoluunt? Quæ poteſt eſſe iucunditas vitæ ſublatis amicitijs? quæ porrò amicitia poteſt eſſe inter ingratos? Quis eſt noſtrum liberaliter educatus, cui non educatores, non magiſtri ſui, atque doctores, cui non locus ille mutus, vbi ipſe alius, aut doctus eſt, cum grata recordatione in mente verſetur? Cuius opes tantæ eſſe poſſunt, aut vnquam fuerunt, quæ ſine multorum amicorum officijs ſtare poſſint? quæ certè ſublata memoria, & gratia nullæ extare poſſunt. Equidem nil tam proprium hominis exiſtimo, quàm non modò beneficio, ſed etiam beneuolentiæ ſignificatione alligari: nihil porrò tam inhumanum, tam immane, tam ferum, quam committere, vt beneficio non dicam indignus, ſed victus eſſe videare.
In quo genere, vt vetuſtiſſimum, ita præ
2 cæteris mirandum Ægyptij ediderunt exẽplum, qui exiſtimantes magnum vitæ ſubſidium eſſe gratiæ retributionem: non Dijs tantùm, non hominibus, ſed brutis quoque animalibus, gratitudinem pro beneficijs acceptis oſtendere voluerunt. Quãdoquidem ex animo mouentur omnes ad beneficia eis impendenda apud quos ſenſerint gratiam optimè locatam eſſe. *Diodor. ſicul. rer. antiqu. lib. 1. cap. 4. in fin.* Non ſanè vt in eos, quos nobis ſperamus profutu-

futuros, beneficia duntaxat conferamus. (Omnis nanque virtus, & in primis grati animi *4. de benefic. 24.* inquit Seneca, multum quidem præſtat, ſed non vult ob hoc diligi; cùm non recipiat ſordidum virtus amatorem) ſed vt accipientis ſolam ſpectemus vtilitatem. Vndè *ibidem cap. 14.* iam dixerat: Ad beneficium dandum non adducit cogitatio auara, nec ſordida, ſed humana, liberalis cupiens dare etiam cùm dederit, & augere nouis, ac recentibus vetera, vnum habens propoſitum, quanto ei cui præſtat bono futura ſit.

Nihilominus tamen in dilargientis cõmodum plerumque gratum emanat bene-
3 ficium, vices partitur cum accipiente, niſi quòd potior pars obtigit ſemper benefactori: Vitam dedit ille periclitanti, ſed eo ipſo à ſe periculum prouidenter auertit: Alieno diſcrimini conſuluit, ſed beneficentia ſua conſtantiorem ſibi ſecuritatem elaborauit. Imbecillioris calamitas eſt benefacienti, proſperitatis cenſus, nam quod ſubleuandis miſerijs impenditur, incrementis proprijs applicatur. Egregiè Philo *lib. de Charit.* Donemus gratis indigentibus, cogitantes gratiam eſſe genus fænoris vltrò ad nos redituri fæliciori accipientis tempore. Quod adeò honeſtum, decorumque cenſendum eſt, vt Ratio non modò, verùm & ipſa Natura, dum præter homines, bruta quoque narrentur, Benefactoribus ſuis, totidem beneficijs aliquandò perſoluiſſe gratias, ſuis incluſerit
4 legibus. Hùc aptè quidem ſpectat Ciconia illa, cuius ita meminit Ælianus *Hiſtor. animal. lib. 8. cap. 21.* dicens: Tarentina mulier, nomine Heracleis probatiſſima viro, & eodem defuncto, vidua inſignis caſtitatis, fideique fuit. Ciconiarum pullum contigit coram ea cecidiſſe de alto, cruſque confregiſſe; illa miſerata eius pullum educauit, cruſque alligauit, adeò vt conualuerit, & educatus, ad ætatem volandi dimiſſus eſt. Poſt annum, redeuntibus Ciconijs, cùm ipſa ad ſolem vernum ſiſteret, Ciconia quædam, leniter ad eam demiſſa eſt, quæ in ſinum eius lapidem euomuit, ac euolauit. Noctù igitur cùm à ſomno excitaretur Heracleis, fulgere lapidem vidit, & radiantem domum, tanquam immiſſis facibus ex eo ſplendere: didicit indè, illam fuiſſe Ciconiam, quæ ſuſcepti beneficij gratiam rependerat. Benefica ad antidora ſe debere, gratitudine, que detineri ob acceptam gratiam Elephantem agnoſcere, ea ex re planum fit, quandò Elephas ductoris ſui, & altoris curam geſſit, quod idem Ælianus habet *lib. 3. cap. 44.* Nam Indorum Rex, ab Indo quodam ſibi munere mitti Elephantem popoſcerat: is cùm eum miro amore diligeret, negauit ſe daturum, ac vna perfugit cum Elephante in deſertiſſimam regionem. Rex ægrè iſtud ferens, ad eum miſit inſequendum, qui beſtiam auferrent: Aggreſſi igitur, qui miſſi fuerant vt comprehenderent, homo quidem lapidibus eos appetebat. Elephantus verò, vti inſigni iniuria accepta, illorum repellebat impetum. Occumbente tandem ictibus altore, & ductore ſuo, Elephantus more hominum armis ſe acerrimè tuentium, pro ſuo nutritio pugnauit. Quare ex inuadentibus partem occidit, partem in fugam dedit, atque nutritium promuſcide circumplexus ad ſtabula portauit; benefactoremque ſuum, ſignis quæ poterat parentauit. Subijcit tandem Plinius *lib. 8. cap. 40.* rem planè memoratu dignam de Canis fide, & gratitudine, vt qui à Domino alitus, Domini quem putaret fame affligi, allatum panem ori obtulerit. Vnde: Noſtro (inquit) æuo, actis populi Romani teſtatum, Appio Iunio, & Publio Sileo Coſſ. cùm animaduerteretur ex cauſa Neronis Germanici filij in Titum Sabinum, & ſeruitia eius, vnius ex his canem, nec à carcere abigi potuiſſe, nec à corpore receſſiſſe abiecto in gradibus Gemonijs mæſtos edentem vlulatus, magna Populi Romani corona circumſtante: ex qua cùm quidam, ei cibum obieciſſet, ad os defuncti tuliſſe. Innatauit in Tiberim cadauere abiecto ſuſtentare conatus, effuſa multitudine ad ſpectandum animalis fidem. Hæc quidem, & alia brutorum in beneficos apud Authores, quam plurima extant documenta, quorum ſiue vera, ſiue falſa enarratio ſit, homini apprimè diſciplina eſt, & imitandæ virtutis præclarum argumentum.

Quia verò Beneficium, quod ſecundum Angelicum Doctorem *2. 2. quæſt. 106.*
5 *artic. 1.* præſertim reſpicit gratitudo: Non in eo quod fit, aut datur conſiſtit, ſed in ipſo dantis, aut facientis animo (vt *1. de benefic. cap. 6.* tradit Seneca) quo profectò intenſior largientis fuerit affectus, eò arctior accipientis fiet obligatio. Vnde *cap. 7.* ſubindè addit: Si enim beneficia in rebus, non ipſa benefaciendi voluntate conſiſterent, eò maiora eſſent, quò maiora ſunt, quæ accepimus: id autem falſum eſt; vt latè diffuſèque probat *in ſequentibus.* Cùm igitur nullus candidior animus, nullaque ſit propenſior voluntas, quàm eius, qui charitate, & amore ſuffultus, non quæ delectant, ſed quæ vtilia ſunt proximo tantùm parat, eodem dicente Philoſopho *2. de benefic. 14.* Æſtimabimus itaque vtilitatem potiùs, quàm volunta-

tem

tem petentis: Canoniſtarum præ cæteris plurimùm tenetur beneficentiæ chriſtiana religio, qui non diuitias, dignitates, imperia, cæteraſque intérituras fælicitates, quæ maximè mundanos delectant; ſed æternam beatitudinem, omnium vtilitatum ſupremam, officioſa voluntate, ingentique animo, illius ſectatoribus exhibent, ac pollicentur. Eſt enim Ius Canonicum, quod ciuium actiones,ad finem æternæ Beatitudinis dirigit. *Inſtitut.canon. lib.1.tit.1.*

Nullus proindè orationis fuco, verbo-
6 rumque dumtaxat phaleris, tantis condignas benefactoribus ſe valiturum putet aliquando perſoluere vices, niſi Mercurium Gratijs (quod Senecæ 1. *de benef. 3.* minimè arridet) copulare velimus. Quia beneficia, inquit, non oratio commendat, ſed quia Pictori ita viſum eſt. Quare certamen illud vnuſquiſque ſibi potiùs magnum proponere debet: Num eos, quibus obligatus cenſetur re, animoque non tantùm æquare, verùm etiam vincere (ſi ſuppetant vires) iure teneatur? Nam verum quidem eſt: Gratum quempiam eſſe poſſe ſola voluntate, voluntati nimirum voluntate ſatisfaciendo; iubetur tamen aliquid ſimile ei,quod accepit reddere quod *lib.3.cap.35.* idè exponens Seneca, ita teſtatus eſt: Sic dicimus eum, qui beneficia bono animo accepit, gratiam retuliſſe: nihilominus illum in ære alieno relinquimus, gratiam relaturum, etiam cùm retulerit: Exhortatio eſt illa,non inficientia beneficij. Non enim temerè,manibus implexis, conſertiſque pinguntur Charites: ſed ob id (1. *de benef. 3. iam citato*, ſcitè addiderat) Quia ordo beneficij per manus tranſeuntis, nihilominus ad dantem reuertitur, & totius ſpeciem perdit, ſi vſquam interruptus eſt: pulcherrimus ſi cohæſit, & vices ſeruauit. Gra-
7 titudinem propterea, qua ratione virtus etiam præcipua eſt, potentiales inter commutatiuæ partes iuſtitiæ *2.de inuent.sect.70. n.66.* meritò Tullius enumerauit. Eſt enim Iuſtitia commutatiua, vt ex Philoſopho *5. ethic. 2.* colligunt Doctores, Virtus, qua inter datum, & acceptum conſtituitur æqualitas. *Leſſius lib. 2. de iuſt. & iur. cap. 1. dub. 4.n.2. & communiter omnes.* Non adeò quidem, vt recompenſandi beneficium, Gratitudo rigoroſum, & ſtrictum quoddam inducat debitum, vt *2.2.q.106. art. 1.* notauit Angelicus: ſed quatenus decentiæ, & honeſtatis ponit duntaxat obligationem. Publius inde Mimus *in poet. fragm.* concinnè luſit.

Beneficium ſæpè dare, docere eſt reddere.

Ne hoc igitur decenti honeſtoque ali-

8 quando Sapientes (quorum ex eodem Seneca 81. *ad Lucill.* tantùm eſt gratias ſcire referre) alieno obruerentur ære: in beneficos Canoniſtas plurima, magnaque ſunt haud nunquam excogitati obſequia; Nam, vt *lib. 3. de claris leg. interp.* paſſim collegit Panzirolus: Tancredus quidam à Corneto (id enim Caſtrum nouum ingrauiſconis erat) Laurentij Cremenſis diſcipulus, & Azonis, aut certè eius ſuppar, apud Honorium III. tantæ authoritatis fuit, vt ei cauſas decidendas quandoque commiſerit, Conſtitutioneſque Pontificias, quas ipſe Pontifex compilauerat, recognoſcendas, interpretandaſque demandarit. Vnde Magiſtri, & Gloſſatoris, antonomaſticè appellationem ſuſcepit. Is Bononiæ, Pariſijs, iterumque Bononiæ, vbi Decretum tandem interpretando deceſſit, honorificè docuit. Opuſculum compendioſo titulo inſcriptum, vbi de ordine iudiciorum tractat, in quatuor diſtinctos libros elaboratè compoſuit. Id poſteà à Bartholomęo Brixienſi, non paucis, vt ſcripta erant, relictis, in aliam formam verſum fuit; Baldo tamen illud adſcribitur. Libellorum etiam, quibus in iudicio expetimur, formulas, ſeu de ordine iudiciario in lucem emiſit, quæ alijs à recentioribus inuentis ampliatæ fuerunt. Prouinciale quoque condidiſſe fertur, in quo omnes prouinciarum Epiſcopatus recenſet, & ſummam titulorum, cuius ipſe *lib. 1. de ord. iud. tit. 6. in fin.* clarè meminit: Ac metris delectatus, quandoque latè expoſita, carminibus breuiter reſtrin-
9 xit. Super omnes autem, qui eo priores Ius Pontificium interpretati ſunt, Ioannes Andreæ facilè excelluit, qui apud Mucallum apricam Florentini agri ortus regionem, cùm non dum decimum compleſſet annum, Ioanni Caldetino, erudiendus à Genitore traditus fuit. Adultus exindè factus, dum vt moris eſt, æſtate vacarent, ante docendi tempus, illud mirificè explicuit caput nimirum. *Cùm apud &c. de ſponſalibus*, qui primus, quem didicerat fuit Canon. Eius proindè cognita indole, ingenioque probato, annum circiter 1330. Patauij docuit, ac etiam Piſis profeſſus eſt. Bononiam vnde vocatus, non vulgarem famam, Pontificum in interpretandis decretis, conſecutus eſt. Totus in ſtudendo, ſcribendoque fuit: nam in ſextum decretalium à Bonifacio VIII. compilatum, poſt Archidiaconum præceptorem gloſſemata edidit, quæ iterum pluribus interiectis, interpolauit. Alia denique in Clementinas ſcripſit, quæ contextui annexa, pro Gloſſis leguntur. Poſtremò in Decretales commentarium compoſuit, quod

quod Nouellas, in matris, & filiæ, quæ
ità vocabautur, memoriam, nominauit;
quod opus mirificè à Baldo *in prælud. feud.*
extollitur; atque alia. Ius itaque Ponti-
ficium ita accuratè ſcripſit, expoſuitque,
vt per centum annos, nemo doctiùs ipſo
locutus fuiſſe dicatur. Vnde in iudican-
do, & conſulendo, non parum eius valet
authoritas, quippè qui grauiſſimus, &
exacti judicij habitus, Tuba, & Iuris Ca-
nonici Pater vocabatur. Quarè dum le-
gatione apud ſummum fungeretur Ponti-
ficem comiter exceptus non tantùm, ſed
& lumen mundi ab ipſo appellatus fuit.
Cùm ob ſæuiẽtes factiones anno 1303.
à Napoleone Vrſino Clementis V. Pon-
tificis legato, Bononienſes, cenſura Ec-
10 cleſiaſtica notati eſſent, eorum deſtituta
eſt Academia, quod inferorum pænis
tenerentur, qui cõſtudiorum cauſa pro-
fecti fuiſſent. Itaque primo Florentiæ, de-
inde Senis, anno ſalutis 1320. Gymna-
ſium erectum fuit, vbi magna, ſtudioſis
diſciplinarum immunitas eſt data. Qua
de cauſa, Friderici Petruccij Senenſis cla-
ra tunc erumpente ſama, primum inter
Iuris Pontificij Interpretes ibidem locum
obtinuit: cuius etiam inſignia extant reſ-
ponſa, & de permutatione beneficiorum
liber, quem pluribus additis Lappus Flo-
rentinus illuſtrauit. Verùm enim verò, &
ſi tantæ gloriæ inuidente morte; plurima
alia, quæ fortè meditarat, edere nequiue-
rit; in ſui tamen memoriam, marmoreum
ſepulchrum, pluribus ſignis exornatum,
& mira elegantia elaboratum, erigi ſibi
11 meruit. Ioannis Lignani Mediolanenſis
vtique Vrbanus V. benè nouerat inge-
nium, cuius juſſu, annum circiter ſalutis
1365. librum de pluralitate beneficiorum,
publicæ vtilitati iam ipſe mandauerat, cui
alios, de Hotis, ſcilicet, Canonicis, Cen-
ſura Eccleſiaſtica, Duello, Hæreſibus, &
Amicitia etiam adiecit. Eiuſque prætereà
ferunt, in omnes Decretales Commen-
taria, Patauij in maioris Templi Biblio-
theca, manuſcripta conſeruari. Quam-
obrem, niſi conſtanter renuiſſet, ab Vrba-
no VI. quem ſcriptis defenderat, maiores
vtique recepiſſet honores. Demum Bono-
niæ decedens, hoc Epitaphio in Diui ſa-
cello Dominici decoratus inſpicitur.

Frigida mirifici tenet hic lapis oſſa Ioannis,
  Iuit in aſtriferas mens generoſa domos.
Gloria Lignani titulo decoratus vtroque,
  Legibus, & ſacro canone diues erat.
Alter Ariſtoteles Hipocrat erat, & Ptolo-
  meus,
  Signiferum, & æqui nouerat aſtra poli.
Abſtulit hunc nobis inopinæ ſyncopa mor-
  tis,
  Heu dolor, hic mũdi portus, & aura iacet.

12 In Decretales, Sextum, & Clementinas,
Petrus Ancharanus, ab Alberto II. Atte-
ſtino antequam Ferrariæ ius canonicum
profitendi cauſa conduceretur, egregias
interpretationes ſcriptas reliquerat: qui-
bus proindè tantùm nomen accepit, vt
pro Reipublicæ Venetæ conſiliario ſub
Antonio Venerio Principe; certo illi
conſtituto honorario, haud eligeretur in-
dignè, Veruſque Interpres, & Iuris appel-
laretur lumen; atque à principibus Viris,
de ambiguis quæſtionibus iudicaturis,
quas non minùs doctè, quam prudenter
reſoluit conſuleretur plerumque. Obijt
Bononiæ, vbi ius canonicum diù expli-
cauerat, valde ſenex, cui mærentes amici,
ad famæ perennitatem, in eodem Diui
Dominici Templo, hoc item monumen-
tum poſuere.

Canonis hic ſpeculum, ciuilis, & anchora ſa-
  lutis
  (heu) iacet, æternas mens tenet alma do-
  mos.
Nomen erat Petrus, genuit Farneſia proles:
  Nunc Ancharanum dat ſibi laudis opes.
Quis ſuperabat eum virtute micante? Quis
  iſto
  Conſilijs hominum clarior ante fuit?
Pro meritis nunc aſtra dedit ſibi Iuppiter al-
  mus,
  Et voluit gelido membra iacere ſolo.

Nullus ex Iurium profeſſoribus, aut
vitæ ſanctitate (ijs tamen exceptis, qui in
13 Sanctorum albo, authoritate Eccleſiaſti-
ca inueniuntur deſcripti) aut morum
grauitate, Antonium à Butrio ſuperaſſe
creditus eſt, qui cum ex temporali ſtudio
parum meditatè ſemel contra Iuris præ-
cepta reſpondiſſet, cognito errore, velut
aliquid reſponſo additurus, conſulentem
reuocauit; ac reſtituto honorario, homi-
nem ad tranſigendum cohortatus, mira-
bundum dimiſit. Tantæ denique autho-
ritatis fuit, vt clariſſimi Viri eius opinio-
nem, veluti integerrimi Iuriſconſulti am-
plecti malint, vbicunque hæſitarent.
Præclara reſponſa, & in Ius Pontificium,
quod Bononiæ, ac Ferrariæ publicè dicta-
uerat commentaria edidit. Duos quoque
Indices, alterum in Iure ciuili, alterum in
Pontificio compoſuit. A Benedicto XII.
in Gallia ad Regem, ad tollendum ſchiſ-
ma, iam multis annis ortum legatus miſ-
ſus, morte præuentus, optatum finem vi-
dere nequiuit. In patriam indè relatus ex-
trà Vrbem in periſtylio Diui Michaelis à
nemore, hoc carmine conditus fuit.

Qui legum ante alios interpres vixit acutus
  Scæuola pro Iuris cognitione nouus.
Et canonum Princeps, nulli pietate ſecundus
Traia-

Traiano, & compar integritate fuit.
Conſilio æquauit, magnum, & grauitate
Catonem.
Antonius Butrius quanta ſepulchra colit.
1408. 13. Octobris.

14 Dum verò Florentiæ noua erigebatur
Academia, celebris eſſe cæpit Laurentij
Rodulphij, omnium Ciuium clariſſimi
exiſtimatio. Quamobrem ibidem ius ca-
nonicum, ſumma cum laude eſt interpre-
tatus, ac nobilem illum de Vſuris tracta-
tum promulgauit, nec non in Decretum,
luculentum edididit commentarium.
Sed Venetias inde miſſus, vt contra Phi-
lippum Vicecomitem eos Senatores, ad
percutiendum cum Florentinis fædus im-
pelleret: re bene geſta, maiorem proinde
gloriam eſt aſſecutus, adcò vt viuam eius
effigiem Florentiæ, Carmelitarum in
Templo ante porticum, qua in Periſty-
lium exitur, cum alijs nobilibus viris,
opere Maſaccij egregij pictoris, anno
1440. graphicè poſuerint. Antonij item
à Butrio, clariores inter Auditores in
ſacris canonibus plurimum ſe exercuerat
Dominicus à Sancto Geminiano: primo-
que ob id Mutinæ ſub anno 1407. hono-
ris ergo, Epiſcopi Vicarium egit, vbi etiã
nonnullas Homilias in Sacerdotum Sy-
nodo recitauit, quę poſteà eius conſilio
impreſſæ reperiuntur. Deindè Bononiæ
profeſſus, eruditis interpretationibus, non
parum ſextum, & alios Decretalium li-
bros illuſtraſſe creditur; quædam etiam
non inutilia reſponſa reliquit. Poſtremò
tanti Viri ne ſub modio, ſed ſuper can-
delabrum eruditionis poneretur lucerna,
Romæ Cameræ Apoſtolicæ Auditor ius
dixit.

Marianum Socinum ſeniorem, ſui ve-
15 nerati ſunt apprimè Senenſes conciues,
cùm adhuc viuens, omnibus in patria ſit
perfunctus honoribus, & à Pio II. cui le-
gatus extiterat benignè exceptus, aduoca-
tuſque conciſtorialis declaratus fuerit:
morte deinde abſumptus, Auguſtinus
Datus, vir ea ætate celebris, coram popu-
lo, ob claros Defuncti natales, ac doctri-
nam, funebrem orationem habuerit: Ve-
xilla ex publico, eius ſupra tumulum
ſuſpenſa prodierint; atque ex ęre ſtatua,
viuam illius exprimens imaginem, quæ
pro monumento ponenda erat, in poſte-
rorũ ędibus cunctis expoſita hactenus per-
maneat. Scripſerat etenim in ius canoni-
cum præclara reſponſa, quæ in omnium
ſtudioſorum manibus partim verſantur.
Famoſo illo de Legitimatione, Antonius
Roſellus Arretinus edito volumine, ad
eam nominis peruenit famam, vt licet
Adoleſcens, Iuris vocaretur Monarcha:
quare clarior iam factus; à Martino V.
Romã accitus eſt, apud quem, Sigiſmun-
di Cæſaris in graui cauſa, quam cum La-
dislao Polonorum habebat Rege, patro-
nuni egit. Regis quoque Apuliæ, in alia
nobili lite, à Summo Pontifice diffinien-
da aduocatus extitit, ac Collegij Cardina-
lium, Pauperumque patronus. Inter ea
defuncto Martino, Eugenius IV. ſucceſſit,
cuius cum Sigiſmundo Cæſare ſimultates,
ad eum miſſus Antonius ſedauit. Ruſus
ad eundem, à Pontifice, cum Comitis
Palatini titulo eſt obligatus; qua dignita-
te, natalibus reſtituendorum ſpuriorum,
tabulariorum, equitumque creandorum,
& mancipandorum liberorum authorita-
tem obtinuit. Præter has, tertiam quoque
apud Albertum Cæſarem legationem fę-
liciter peregit. Nec multò poſt Gallijs
tumultuantibus, ac Pontificiæ Dignitati,
Baſilienſis Concilij authoritate detrahen-
tibus, ad Carolum VII. Regem mittitur,
qui eum Patritium factum, etiam eque-
ſtri dignitate honeſtauit: Vnde Renatus
Darenſius Dux Lotharingiæ, pedibus cal-
caria appoſuit, enſemque pro more ac-
cinxit. Ludouico pariter Caroli VII. pri-
mogenito Delphinatium Principi, Gui
donius Papæ præclaræ lucubrationes iam
in notitiam venerant, dum ad Nicolaum
V. Pontificem Maximum, deinde ad Re-
gem Carolum IV. legatus deſtinatus fue-
rat: qua in re, ea fide, & probitate, ita ſe
geſſit, vt ſuo Principi, qui poſteà Ludo-
uicus XI. euaſit, admodum charus extite-
rit, ab eoque in Curiæ Delphinatus Sena-
tum ſit allectus.

Quanto verò in honore apud Eſtenſes
manſerit Iacobus Aluarotus iunior, eo
16 ſepulchrali elogio, Diui Pauli, Carmeli-
tarum in æde, his literis Ferrarię exarato,
abundè comperiri poteſt

„ Iacobo Aluaroto Iuriſconſulto, &
„ & Equiti clariſſimo, qui cum per
„ triennium ad præturam, magiſtra-
„ tuumque conſilij iuſtitiæ euocatus
„ Florentiæ reſediſſet; ab Alphonſo
„ Duce Ferrariæ II. inuictiſſimo, in
„ eius conſiliarium Iuſtitiæ conductus,
„ cum eiuſdem integritatem, ac in
„ rebus peragendis dexteritatem exper-
„ tus eſſet; poſt varias legationes ad
„ omnia eius ſecreta conſilia admittit;
„ recuperataque Mutinæ Ciuitate, ad
„ eius regimen ipſum proponit, quam
„ cùm per quinquennium, cum om-
„ nium illius ciuitatis maxima ſatisfa-
„ ctione gubernaſſet, ab Hercule Duce
„ Ferrariæ Illuſtriſſimo in ſuum colla-
„ teralis conſilium introducitur, qui
„ opera eius ad ſupremum vſque vitæ

„ tempus vtitur ; ac demum cum ni-
„ hil aliud præclari, quod in terris agẽ-
„ dum eſſet, haberet, ad cæleſtem pro-
„ uintiam aduolauit.
De Rocho Curtio Ticinenſi inſuper ha-
betur, quod Iure Pontificio in patria eru-
ditè explicato, eoque ſcriptis ſapienter il-
luſtrato, Mediolani tandem Senator fuerit
creatus; cùm prius, anno ſcilicet 1470.
Gulielmo Marchionis Montisferrati, à
17 conſilijs extiterit. De Martino Nauarro,
hęc item amplius ſcribunt, quod ob inſi-
gnem eruditionem primo Toloſæ, mox
Salmanticæ, Conimbriæ deinde; demum
Cathurci in Gallijs Ius pontificium, clara
nominis fama tandiù docuerit, donec ex
illarum Academiarum decretis, iure do-
natus à profitendi munere ceſſarit; cum
longe antea, inſigne beneficium, titulo, vt
vocant, Commendæ à Villari propè Vil-
lagram Legionenſis Diœceſis, cum me-
ro, & miſto imperio obtinuerit. Obſe-
quia quoque fortunæ in ſe nequaquam
minora Hieronymus Pariſetus Regienſis
tandem expertus eſt, dum Archipræſuli
Spidaurenſi, qui poſtea Pius IV. extitit,
Piceni, indè Bononiæ Pręlegato aſſedit;
nec non in Vrbe, Ioannis Moroni Cardi-
nalis ampliſſimi 1550. fuit Aſſiſtens Con-
ſultor. In eo itaque Gymnaſio publicas
lectiones exorſus, primò Ius Ciuile, Pon-
tificium deindè, magna Auditorum fre-
quentia, interpretatus eſt. Cùm autem,
per potentum quorūdam inuidiam, Pau-
lo IV Pontifice Maximo regnante, Car-
dinalis pręfatus, hæreſis inſimulatus, ac in
cuſtodiam traditus, extremum penes in
diſcrimen adductus eſſet, in huius cauſam
Hieronymus omnibus neruis incubuit;
non defuit periculo, neque florentis for-
tunę amicus, afflictam, vt fit à pleriſque,
deſtituit. Hunc tandem à Pio IV. calum-
nia illa abſolutum, Legatumque de late-
re, Tridentum ad Concilium miſſum ſe-
cutus, mirùm in eo munere obeundo, vt
iuuerit, vt chriſtianæ pietatis ſpecimen
dederit, præclaræque eruditionis, atque
doctrinæ, eidem alijs legationibus, diuerſis
temporibus, ad conuentum Auguſtę, ad
Imperatorem, ad Genuenſes varia, & ar-
dua ob negotia functo, ad ea, ex ſen-
tentia conficienda, plurimum contulit.
In Romana Academia, annos ampliùs
triginta, ſummis cum laudibus profeſſus
eſt, eique primæ inter Canoniſtas perpe-
tuo delatæ ſunt, cuius Sapientiæ tantum
tribuit Gregorius XIII. vt ad Decreti, De-
cretaliumque emendationem, eum præ
cæteris adhibuerit. Demum, anno 1586.
ſenectute iam provecto, Sixtus V. à pu-
blicis lectionibus vacationem dari, idem-
que ſtipendium, quo à Gymnaſiarchis
conductus fuerat, quotannis emeritorum
nomine elargiri iuſſit. Principibus Viris,
atque Romanis ipſis Pontificibus acce-
ptiſſimus, honores tamen nunquam pe-
tijt; imò verò, Epiſcopatum Sancti Mar-
ci, & Archiepiſcopatum Spidaurienſem,
vltro ſibi recuſauit oblatos; Priuata enim
vita honeſtoque otio, negabat quicquam
eſſe dulcius, magiſque expetendum.
Miſſis itaque cum ex antiquioribus, tum
ex recentioribus id genus quampluriniis
18 (de quibus idem Panzirolus *loc. ſuperius
cit.*) vtique narrationem, ſilentij termino
ſiſterem incęptam, niſi me longiùs impe-
tus eueheret prouocante materia, cum
longe maiores ibidem apud eundem, ple-
rique alij honores inueniantur adepti.
Quare ad propoſita nunc reuertendo, eos
præter obſoletos, qui ne dum Canonum
peritia, verum etiam vitæ ſanctimonia,
ſacras ſibi meruerunt Inſulas; ij dubio
procul quoque videntur addendi. Quan-
doquidem, Decretorum librum, Eugenio
III. oblatum, adeò gratum extitiſſe ferunt,
vt ab eo comprobato, Gratianus author,
Cluſinæ Eccleſiæ, vnde ortus fuerat præ-
fectus ſit. Bartholomæum item Brixien-
ſem Caſtellionei diſcipulum, quod anno
ſalutis 1256. Alexandro IV. ſedente, quæ-
dam Ioannis Teutonici gloſſis adiecerat.
quibus non modò illius errata notauit,
ſed vel omiſſa suppleuit, vel quæ poſteà
immutata ſunt appoſuit, ab eodem non
contemnenda retuliſſe munera, nonnulli
ſcribunt. Venetiarum nanque Patriarchæ,
ſeu Gradenſi aliquando aſſeuit, ac Ferra-
rienſem rexit Eccleſiam. In Gratiani
opus, multi ediderunt gloſſas, inter quos
Hugutio, vel vt alijs placet, Hugo Ver-
cellenſis meritò connumeratur, qui po-
ſteà Ferrariæ Epiſcopus fuit conſecratus.
Verùm enim verò, & ſi Richardus, adeò
extrema laboraret inopia, vt tres in eodem
cubiculo degentes, vnum tantum capi-
tium poſſiderent, vnde duobus domi ma-
nentibus, tertius per vices eo tectus, dum
Bononiæ iuri operam dabant, ad audien-
das exiret lectiones: eam tamen ad celſi-
tudinem Pontificij iuris beneficio perue-
nit, vt Epiſcopus Ciſtercienſis in Anglia
ſalutaretur. Ottobono Cardinali Sancti
19 Hadriani, qui poſtea Hadrianus V. Sum-
mus Pontifex dictus fuit, Gulielmus Du-
randi egregium opus, tribus voluminibus
partitum, quod prænotauit Speculum iu-
ris, Rationale diuinorum, Repertorium
iuris, ac quædam alia, ſumma gloria ſa-
crauerat, eo quidem tempore, quo Cle-
mens V. Viennam Synnodum indixerat,
cui & ipſe quatenus Epiſcopus Minaten-
ſis,

ſis, ſiue Minatenſis ob ſingularem erudi-tionem creatus interfuit. Gregorio verò XI. ſedente, Ægidius Bellamera inter Rotæ Auditores præcipuus maximè claruit, cum plura in Ius Pontificium commentaria, deciſiones, & reſponſa edidiſſet. Vnde Aueniomenſis Epiſcopus declaratus ad ſuam ſedem ſe conferens, anno ſalutis 1392. diem ibidem clauſit extremum. Anno deinde 1425. a Martino V. Monteenſe Cœnobium Meſſanenſis Diœceſis Nicolao Tudiſco Catanenſi, ob Sacrorum Canonum diſciplinam, fuerat commiſſum, vndè Abbatis recentioris, ad Antiquioris diſcrimen, cognomentum tulit. Præterea Referendarius, ac Cameræ Apoſtolicæ generalis auditor declaratus; demum Panormi Archipræſul, vulgò Panormitanus eſt appellatus. Has item Pontificales quamplurimi alij ex inſignioribus Canoniſtæ conſecuti ſunt dignitates, vt Nicolaus Piccolomineus, Ludouicus Comeſius, Didacus Couaruuias, cæterique non pauci mediæ ætatis, quos ſedulò recenſent Ciaconus, Panzirolus, & Vghellus: cum noſtrum tantum ſit inſtitutum, obſoletos dimittere, & nuperrimos reticere, quorum omnes præſertim adhuc nulla latet memoria.

Nec tandem purpuræ nitore, tripliciſque ſupremo nonnulli prætereà diadema-
20 tis etiam caruerunt honore: Nam Henricus Secuſius, cum omnes, qui ante ſe floruere ſuperaſſet, iuris vtriuſque Monarcha, & Subalpinæ regionis ſplendor à Franciſco Balbo, non immeritò dicebatur: qua de re Innocentio IV. gratus Ebredunenſis Archipræſul fuerat creatus. Circiter demum 1250. ſalutis annum, ab Alexandro IV. cujus hortatu in Decretales ſcripſerat, ad Cardinalis dignitatem extitit promotus, Hoſtienſiſque Antiſtitis, vnde & nomen habuit, titulo meruit honorari. Poſtquam autem Bonifacius VIII. multorum Pontificum Decreta collegit in vnum, & ſextum Gregorij XI. voluminis librum edidit, in ipſum quatuor interpretes, Gloſſas compoſuerunt, quorum primus habitus eſt Ioannes Monachus Ciſtercienſis, genere Heduus, vel Picardus, vndè & Sacram Purpuram condignè adeptus eſt. Quamobrem Franciſcus Zabarella, Petrus Maurocenus, Ioannes à Turrecremata, Ioannes Antonius à Sancto Georgio, Placentinus aliique perplures, eandem conſecuti ſunt dignitatem. Ex quibus deindè non pauci Petri Cathedram, facilè, fœliciterque pariter aſcenderunt; quorum diſertè, abundeque meminit Ciaconus, quem (breuitati ſtudendo) quoque conſulendum, cenſeo.

CAPVT XI.

Metaphyſicæ, ſiue Naturalis Theologiæ magnifica recenſentur Encomia, in quorum gratiam eius Sectatores plurimum obſecuta, & venerata eſt Antiquitas.

SVMMARIVM.

1 *Plurimis à Sycophantis Metaphyſica inculcatur querelis, vtpote quod à ciuilibus auertat negotijs, ſuis ſectatoribus non attendat pollicita, inutilis cum ſit, incaſſum terat tempus; & licet ſapientes inſtituat, prudentes verò nullos conſtituat.*

2 *Tantum abeſſe tamen oſtenditur Metaphyſicam hoc impedire; vt abſque ea quomodo Reſpublica ſtare, humana acui ingenia, & ſpiritali mens queat refici pabulo, vix indagari, aut percipi poſſit.*

3 *Plures à Metaphyſica recipit humanum genus vtilitates: nam ſi vera, & perfecta vtilitas ex ſupremo fine æſtimanda eſt: cum hac nobilis facultas maximè ducat ad altiſſimarum rerum contemplationem, quæ humanæ naturæ, naturalis ſaltem eſt vltimus finis; non eſt cur manifeſta abſque iniuria, ſumma vtilitas ab ea adimi poſſit.*

4 *Succedit adhuc ab ea, & alia vtilitas, nimirum, quod cæteras omnes artes conſtituit, & communit, vel vnicuique proprium præſcribendo obiectum, vel earum probando, & ſtabiliendo principia, vel ſingulis præſidendo, quod apertè fatentur omnes Artifices, præſertim qui ſcholaſticam profitentur Theologiam.*

5 *Denique hoc vnum tantum ad illius vtilitatem comprobandam ſufficeret; quod ſcilicet, maximum eius capeſſendæ principium ſiuè potiùs appetitum, naturæ Author, hominibus innatum indiderit: non enim talem propenſionem illis communiter ſuppeditaret, niſi maximum ex ea aliquando bonum prodiret.*

6 *Veteres idcircò, eam tanto proſequebantur honore, vt inter acroamaticas, ſiuè auſcultatorias reponerent ſcientias, de quibus, vel nihil ſcribebant, ſed auditoribus voce tantummodò communicabant, vel ſi ſcribebant, id tamen valdè obſcurè faciebant, adeò, vt à ſolis familiaribus, & doctis poſſet intelligi, quorum propterea, ſedulò ingenia anteà explorabant.*

7. *Pythagoras proinde, Parmenides, Heraclitus, Plato, aliique Ariſtotele priores, tanquam ſacram, & diuinam maximè occultabant, ne in manus incideret profanorum homi-*

num; eiuſque Sectatores tanti faciebant, vt tanquam Deos eſſe colendos, non dubitanter dixerit Plato.

8 *Vt autem recto ordine praeclariores recenſeantur Metaphyſici, qui varijs ſunt affecti muneribus, & honoribus, eorum duntaxat hic nomina enarrare tenemur, quorum Ariſtoteles omnium Metaphyſicorum anteſignanus, & princeps, ſua paſſim meminit in Metaphyſica; niſi enim hanc profeſſi fuerint ſcientiam, eorum veluti exotica, & aliena ab ipſo adducta eſſent opiniones.*

9 *Hippaſius itaque Metapontinus, & ſi nullum ſuae eruditionis poſt ſe reliquerit monumentum, ex Sapientum albo ob egregias animi dotes, ab Ariſtotele non fuit ademptus, ſicut ademit Hipponem, nonnulloſque alios. Heraclitus autem Epheſius, inter ſuos conciues tanta authoritate floruit, vt ipſis leges imponeret, ſectatores plurimos haberet, Rexque Perſarum Darius, inter eius Auditores perciperet numerari. Anaxagora tandem Clazomenio, quotannis poſt eius obitum, puerorum ludi publicè celebrabantur.*

10 *Inter caeteros item, interminatis, ac varijs fulſit honoribus Thales Mileſius: nam praeter Reipublicae potiora, quae obtinuit munia, ex Apollinis oraculo, omnium doctiſſimus extitit declaratus. Parmenides deinde Eleates, ſuis conciuibus leges ſcripſit, vnde à Platone ſummè laudatur. Et Empedocles Agrigentinus, Regno, Statua, Diuinoque cultu n ar ſit illuſtratus.*

11 *Non minoris penſi apud Pythagoram, & alios, Democritus Abderites fuit reputatus, dum more Diuorum ſuperna ſuſcepit obſequia. Meliſſus autem, & Protagoras, legibus & praeceptis, ſuis imperarunt conciuibus. Et Zeno Citticus apud Athenienſes tanti ponderis fuit, vt Vrbis, & Menium claues penes illum deponerent; coronaque aurea, & aerea decoraretur imagine. Quinimò Antigonus Rex, eundem multum orauit, vt in Macedoniam aliquando honores ſuſcepturus, ſe conferret.*

12 *Item Anthiſtenes, & Speuſippus, non vulgares receperunt laudes, dum ille, ad aſtra extollitur à Theopompo; iſte verò à Symonide, & Ariſtotele mirificè commendatur; atque Apis qui in Aegypto religiosè colebatur, non ſine myſterio, eius viſus eſt lingere pallium.*

13 *Ariſtoteles autem, qui prae caeteris ad ſtuporem Metaphyſicam tradidit, à Rege Philippo in Macedoniam fuit euocatus, & pluribus rebus, honoribuſque auctus, vt Alexandrum ſapientèr erudiret filium. Praedia in Stagiri, plurimoſque poſſedit redditus; ac ſuos conciues, optimis communiuit legibus: Quare dies feſtos dum adhuc viueret, eius in honorem inſtituerunt.*

14 *Theophraſtus demum eius inſignis diſcipulus, qui in tradendis rebus metaphyſicis, pulchrè Magiſtrum eſt imitatus, Athenienſibus adeò acceptus fuit, vt in Agnonidem eius accuſatorem acriter inueherent. Ferè ad duo millia auditores habuit, qui vndique ad ipſum confluebant addiſcendi gratia. Suo Magiſtro valdè charus extitit, & obſequentes conciues, poſt eius obitum, pedibus vſque ad tumulum proſecuti, dignas tanto viro perſoluerunt exequias.*

EXcuſatione, qua, neſcio, ab inuida ſe Detractores eximere valeant mordaci-
1 tate, qui apud Fonſecam *in proam. ſuae metaph. cap. 7.* liuidò dente tanquam, & incommodam Metaphyſicam, ſiue naturalem lacerant Theologiam. Nam (vt ipſi aiunt) quod neceſſaria quadam mentis abſtractione, ſine qua talis facultas vix concipi, aut imaginari poteſt, à ciuilibus auocet actionibus, *Plato 7. de repub. propè init.* Magnarum, & ſublimium rerum, quam pollicetur cognitionem, ſuis ſectatoribus non attendat, cum non conſideret diuina, quorum promittit notitiam, niſi confuſè, & in vniuerſali, in quantum, ſcilicet, principia ſunt entis ſimpliciter, vt ex Philoſopho latè probat Henric. Gandau. *1. p. art. 3 q. 3. num. 4.* Breue aetatis ſpatium, quod in alijs ſcientijs humanae vitae apprimè neceſſarijs eſſet ponendum, propter rerum difficultatem haud parum imminuat, cum ipſa omnium minimè ſit neceſſaria, vt docet Ariſtoteles *1. met. cap. 1.* Quod demum Taletes, Anaxagoras, alijque Philoſophi, qui primis cauſis rerum inueſtigandis, contemplandiſque, ſe totos conſecrarunt Sapientes quidem *6. ethic. cap. 7.* ſed non Prudentes idcirco ſint appellandi, & quicquid aliud phantaſticè ij obiectant Sycophantae, calumniae potiùs ſunt arbitranda, quam iuſtae, & rectae vin-
2 diciae. Quandoquidem, à ciuilibus auocare ſtudijs tantum abeſt vt id inutile ſit humano generi, vt maximè putetur neceſſarium: Neceſſe enim eſt in republica rectè diſpoſita, vt alij rebus vacent diuinis; alij ab illis inſtructi, actiones ad earundem rerum cognitionem accommodent ciuiles: Si qui verò ſunt, qui vtrunque praeſtare valeant, ij excellentes viri, & verè regij haberi debeant; Dionis propinquis, & amicis *epiſt. 7.* eodem ſcribente Platone, vt *in argumen. eiuſdem epiſt.* tradit Ficinus: Hu-
„ manum genus non priùs deſinet in malis
„ verſari, quam; aut Philoſophi dominen-
„ tur, aut qui dominantur, Deo illuſtrante,
„ philoſophentur. Quod autem multi, quaſi ſe conquerantur deceptos, quatenus

poſt

poſt longum tempus, exiguam quandam
diuinarum rerum cognitionis particulam
ſint aſſecuti; vitio eorum aſcribendum
eſt, vel quia exiguum exiſtiment, quod
maximum habet momentum, vel quod
icaria (vt ita dicamus) temeritate, altius
ſperarint ſe poſſe conſcendere, quam hu-
mana conditio, mortali in hac vita ferat.
Id ſiquidem non pollicetur hæc facultas,
ſed malè coercita ſciendi cupiditas, quæ
tamen intra modum, vt cætera humana,
continenda eſt, *ad Roman.* 12. reclamante
„ Apoſtolo: Non plus ſapere, quam oportet
„ ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem. Ex
quibus profectò, intelligitur ſatis, quam
parum etiam habeat virium id, quod ad-
uerſus huius ſcientiæ vtilitatem extremo,
adducitur loco: Nam quod Philoſophus
inquit: Cæteras omnes diſciplinas magis
eſſe neceſſarias, de ea neceſſitate eſt intel-
ligendum, quæ ad victum cæteraque cor-
poris emolumenta ſolet, referri, vt ibidem
conſtat. Sed hæc diffuſiùs apud eundem
Fonſecam *loc. cit.*

Quapropter ſi quis æquo attendat ani-
mo, hanc diſciplinam, humano generi
3 valdè vtilem omninò eſſe, planè compe-
rietur. Vera nanque vtilitas rerum, ex
ſupremo fine æſtimanda eſt, adeò vt quæ
ad illum magis conferunt verè vtiliora
meritò cenſeri debeant, dicente Philoſo-
pho 2. *met. text.* 8. Qui tollunt finem, tol-
lunt rationem omnis boni; hoc eſt, ſiuè
honeſti, ſiue delectabilis, ſiue vtilis, vt
ibidem lect. 4. explicat D. Thomas. Quare
cum nulla humanæ facultatis ſcientia ma-
gis ducat hominem ad altiſſimarum re-
rum contemplationem, in qua præterrim
vltimus finis, & humana (naturalis ſaltem)
conſiſtit fælicitas 10. *ethic.* 7. quàm Meta-
phyſica, cuius principale munus, & offi-
cium eſt, vt talem exquirat cognitionem,
3. *met. tex.* 1. hinc eſt, quod manifeſta ab-
ſque iniuria, ab ea ſumma vtilitas adimi
4 non liceat. Sed adhuc mittenda minimè
eſt, & alia vtilitas, quæ eius ex illa manat
functione, qua cæteras omnes artes con-
ſtituit, aut communit, vel vnicuique pro-
prium præſcribendo obiectum, Auerroes
3. *de cælo comm.* 4. vel earum probando, &
ſtabiliendo principia, 1. *poſt. cap.* 7. 1. *topic.*
cap. 2. 1. *phyſ. cap.* 2. vel ſingulis præſidendo
1. *met. cap.* 2. & 1. *poſt. cap.* 7. *text.* 23. quod
apertè cognoſcunt cæteri Artifices, qui
initia ſuarum ſcientiarum conſiderant,
quique accuratiùs aliquid tractandum ſu-
ſcipiunt. Dicant itaque ij, an ſine primæ
Philoſophiæ præſidio, aliquid magni mo-
menti, ad prima vſque principia perſequi
poſſint. Iam Theologi, quid non defen-
dunt contra Ethnicos, & ſæpè quoque
aduerſus hæreticos, primæ Philoſophiæ,
ſiue Theologiæ naturalis principijs, & do-
ctrina muniti? Non enim tam ſubtiliter
diſceptarent de cognoſcibilitate Dei quo-
ad communes conceptus cum creaturis,
& proprios ex communibus; de diſtin-
ctione attributorum ab inuicem, & à Di-
uina Eſſentia, de conſtitutione Diuinarum
Perſonarum; de Relationibus originis;
de diſtinctione Spiritus Sancti à Filio ſi
non procederet ab eo; de natura Diuinæ
Incarnationis, vi cuius natura humana,
hypoſtaticè fuit vnita Diuino Suppoſito,
alijſque quamplurimis, niſi prius Meta-
phyſicæ cote, eorum fuiſſet acutum inge-
nium. Certè ſi adhuc alii Artifices, alie-
na à propriis, ſyncero diſtinxiſſent iudi-
cio, dubium non eſſet, quin magnam ſuæ
doctrinæ partem, primæ Philoſophiæ ac-
ceptam retuliſſent. Nunc autem cum
plus æquo, in eius irruperint terminos,
plerique ſunt, qui eius opes, quas velut
poſſident proprias, illi deberi non agnoſ-
5 cant. Denique, vel vnum illud ad eius
vtilitatem commendandam ſatis eſſet,
quod maximum eius capeſſendæ appeti-
tum, naturæ Author, hominibus indiderit,
à qua ſententia Ariſtoteles meritò ſuum
opus exorſus eſt, dicens: Omnis homo
natura ſcire deſiderat. Neque quidem
fruſtra, ſed maximi potius alicuius emo-
lumenti cauſa, ea propenſio humanæ na-
turæ ingenita eſt. Quamobrem, qui hanc
diſciplinam vtilem non eſſe contenderet,
inſignis ne ignorantiæ nomine, an impie-
tatis crimine notandus eſſet non facilè
quiuis iudicauerit.

Veteres itaque, hanc adeò diſciplinam
6 ſummo meriti ſunt pretio, vt teſte Gellio,
noct. attic. lib. 20. *cap.* 4. inter acroamati-
cas, ſiue auſcultatorias ſcientias, in qui-
bus Philoſophia remotior, ſubtiliorque
agitabatur, meritò, numerarent. Nam
de eiſdem, vel nihil ſcribebant, ſed audi-
toribus, voce tantùm communicabant;
vel ſi ſcriberent, id tam obſcurè faciebant,
vt ab ijs ſolis, qui non erant extranei, in-
telligeretur: quos non temerè admitte-
bant præterea, ſed eorum ingenium, &
eruditionis elementa, atque in dicendo
ſtudium, laboremque anteà ſedulo explo-
„ rabant. Quarè factum eſt, vt: Cum in
„ vulgus (inquit ibidem Gellius) ab Ari-
ſtotele ſuos acroamaticos libros editos
„ Rex Alexander cognouiſſet, atque ea
„ tempeſtate armis, exercitum omnem pro-
„ pè Aſiam teneret; Regemque ipſum Da-
„ rium prælijs, & victorijs vrgeret; in illis
tamen tantis negotijs literas ad Ariſtote-
„ lem miſit; Non eum rectè feciſſe, quòd
„ diſciplinas acroamaticas, quibus ab eo ip-
ſe

ſe eruditus foret, libris foras editis innulgaſſet. Nam qua (inquit) alia re præſtare cæteris poterimus, ſi ea, quæ ex te accepimus, omnium prorſus fiunt communia? Quippè ego doctrina anteire malim, quàm copijs atque opulentijs. Reſcripſit ei Ariſtoteles, ad hanc ſententiam: Acroamaticos libros, quos editos quereris, & non perinde, vt arcana abſconditos, neque editos ſcito eſſe, neque non editos, quoniam ijs ſolis, qui nos audiunt cognoſcibiles erunt. Perindeque Pythagoras apud Ludouic. Viuu. *lib. 2. de verit. fid.*
7 Parmenides, Heraclitus, Plato, Alijque Ariſtotele priores, ſi quid ſibi de Diuinis, vel abſtruſis in natura rebus viderentur aſſecuti, occultabant ſedulò: vel ſi edeſent paucis admodùm pariter communicabant, ijſque amiciſſimis, & admirariſſimis, non committebant monimentis literarum, aut ſi id facerent, obuelabant verbis raris, exquiſitis, obſcuris. Hinc Plato, Dionyſio ſcribens Syracuſano *epiſt. 2.* de quibuſdam Philoſophiæ myſteriolis, iubet vt epiſtolam è veſtigio concerpat; ne deueniat in manus indignorum. Caue (inquit) ne excidant hæc vnquam in aures hominum diſciplinæ eruditioniſque expertium. Nulla ſunt enim, vt mea fert opinio, quæ dicta ad populum magis ridicula videantur, neque quæ apud ingenuos prolata, magis mirabilia, & diuina. Exinde quoque Octauius Auguſtus, hac platonica fortaſſe diſciplina imbutus, cùm Romæ pro tribunali de priuilegio Sacerdotum Atticæ Cereris cognoſceret, & quædam ſecretiora proponerentur, dimiſſo Concilio, & corona circumſtantium, ſolus diſcrepantes audire voluit. *Sueton. in eius vita cap. 93.* Quòd ſi tantæ molis apud ipſos fuit, ne vnquam debito fraudaretur honore, diuinam ſic colere Philoſophiam: non vtique minoris curæ, eius erga ſectatores extitiſſe credendum eſt impenſum, dum eidem Dionyſio ipſe Plato ita ſcriberet ibidem: Si noſtra tibi placent, nos quoque maximè honorare debes. Quinimo, ea fuit eiuſdem Platonis, teſte Ficino *in argument. de pulchro*, conſtans, & firma ſententia: Metaphiſicum, ſcilicet; tanquam Deum eſſe colendum.

Vt autem ex ijs quoſdam, qui non vul-
8 garibus affecti ſunt obſequijs recenſeamus præcipuos, tanquam in hac arte Principem, & antoſignanum conſulendum omninò Ariſtotelem eſſe, rectè cenſeo, qui paſſim in Metaphyſicis, eorum recitat, perpenditque opiniones, quæ niſi Metaphyſicam ſaperent, vtique relinquerentur ab ipſo, velut exoticæ, & alienæ: nullus enim de rebus metaphyſicis, eò accuratiùs, apertiuſque vnquam egit. Quòd, & ſi Platonici, hac parte præferant magiſtrum ſuum, à quo Theologiam totam naturalem doceri, aiunt, in Parmenide, ſiuè de Ideis; de ea tamen pleriſque alijs potiùs logicè, quàm metaphyſicè diſputat, vt apud Voſſium *de philoſophia cap. 17. §. 5.* Galenus cenſet, & Marinus Procli ſucceſſor. Nec eiuſdem Procli de Platonis Theologia libri cum Ariſtotelica doctrina conferri merentur, cùm ſint myſtici, & ſymbolici, ac nimis omnia, ad ſuas reuocent Triadas. Occaſionem autem tot triadas congerendi cæpit Proclus ex Platonis *lib. 11. de repub.* vbi agit de tribus illis Dei typis bonitate, immutabili-
9 tate, & veritate. Meminit itaque Philoſophus *1. met. cap. 3.* cuiuſdam Hippaſi Metapontini, de quo Laertius *in eius vit. lib. 8. propè fin.* Fuerat enim pythagoricus, docueratque diffinitum eſſe tempus mundanæ mutationis, finitumque hoc totum eſſe, ac ſemper moueri, atque primum omnium rerum principium eſſe ignem. Qui licet nullum reliquiſſet opus, tanti nominis tamen apud antiquos extitiſſe poſſumus interpretari, vt ipſum Ariſtoteles ex albo Sapientum non ademerit, ſicut ob intellectus ſimplicitatem, Hipponem penitus ademit: Interpretatio enim, ſecundùm id, quod veriſimilius eſt fieri debet. *l. ſemper in ſtipulat. ff. de regul. iur.* Meminit pariter *eodem in loco* Heracliti Epheſij, qui & ipſe pro omnium rerum principio poſuerat ignem: tali autem inter conciues ſuos authoritate floruit, vt omnibus leges imponere rogaretur. Librum de natura mirabilem edidit tres adhuc in partes diuiſum, cùm in eo de Vniuerſo, Republica, & de Theologia diſſerat. Cuius rei cauſa, gloriæ tantum promeruit, vt Sectatores haberet, dicerenturque Heraclitæ; Perſarumque Rex Darius, ità ipſi ſubmiſsè ſcriberet: Librum de Natura ſcripſiſti obſcurum ad intelligendum, difficilemque ad exponendum; in pleriſque denique, ſi ad verbum exponatur, vim quamdam ſpeculationis continere videtur. Mundi quidem totius, & quæ in eo fiunt, omnium, quæ ſunt in diuino motu conſtituta, in quibus plurimi hæſerunt, aſſenſumque continere, adeò vt, & qui complura legerunt ambigant, cum recta abs te ratio conſcripta videatur. Rex igitur Darius Hyſtaſpis filius, auditor eſſe tuus cupit, particepſque græcæ eruditionis fieri. Venias itaque quamprimùm ad conſpectum meum, ac regiam domum. Græci enim, vt plurimum ſapientibus viris obſeruandis minus

de-

„ dediti aſpernantur, quæ ab his rectè fue-
„ rint oſtenſa ſtudioſè, & audienda, & di-
„ ſcenda. Apud me autem aderit tibi om-
„ nis honor, primatuſque omnis, quotidiè-
„ que ſollicita obſeruatio, & grata allocu-
„ tio, vitaque tuis monitis probabilis. Va-
le. *Laert. lib. 9. de vit. phil.* Præter Anaxi-
mandrum autem, & Anaximenem eius
auditorem, de quibus ibidem 1. *met. cap. 3.
& 4. eiuſdem text. 28.* Anaxagoram citat
Clazomenium Hegeſibuli filium ipſius
Anaximenis valdè ſtudioſum. Hic cum
Lampſacum aliquandò profectus, diem-
que ſuum ibidem obijret; rogantibus eum
Principibus ciuitatis: Num quid fieri
mandaret; iuſſiſſe ferunt, vt pueri quotan-
nis, quo menſe defeciſſet, ludere permit-
terentur; ſeruatque hactenus honoris
ergo hanc conſuetudinem. *Laert. ibidem
lib. 2.*

Cæterùm, ſicut præ alijs, ſeptem illi
10 Græciæ Sapientes Viri, fæcunda claruе-
runt fama; ità præ iſtis vnus Mileſius Tha-
les, quem loco ſæpius citato item addu-
cit Philoſophus, interminatis, ac varijs
fulſit honoribus: Nam præter potiora
Reipublicæ munia, illi non ſemel collata,
& ſumma obita prudentia; cùm ad mare
Coum, quidam Lebedij iuuenes, à mi-
leſijs piſcatoribus retis emiſſent iactum,
cum quo, ſorte, Vulcani tripus extractus
eſſet: ſæua orta indè contentio, cui nam
foret ex ſeptem ſapientibus tribuendus,
non anteà ſedata eſt, quàm ab Oraculo
eſſet reſponſum:

Huic tripodem addico, cui ſit ſapientia pri-
ma.

Ex quo, communi voto, tanquam om-
nium præſtantiſſimo, Thaleti tributus
eſt. Vel (vt Callimachus *in iambis* tradit)
relicta à Bathycle phiala vt ſapientiſſimo
daretur, Thaleti oblata fuit, quo recu-
ſante, ad ipſum tandem per orbem rediit,
quam ille poſteà Apollini Didymeo miſit.
Deceſſit autem tantus Vir infauſto ſidere;
æſtu ſcilicet, & ſiti, dum gymnicum ſpe-
ctaret certamen; eius proinde ſepulchrum,
hoc epigrammate decoratum mãſit apud
Laertium *lib. 1. de vit. philoſ.* Ambroſio Ca-
maldulenſi interprete.

Gymnicon aſpiceret cùm rurſus agona Tha-
letem
Traxiſti è ſtadiis Iuppiter Eelie.
Hunc laudo cælum propiùs, quàm duxeris
vltra,
Non poterat terris aſtra videre ſenex,
Nempe hic exiguus tumulus; ſed ſidera
ſcandit
Gloria; ſunt cuius hęc monumenta Thalę.

Proſequitur vlteriùs idemmet Philoſo-
phus, alios, & alios paſſim ex metaphy-
ſicis in medium adducens; quorum prio-
res fama, niſi me fallat opinio, extiterunt
Parmenides Eleates, qui ciuibus ſuis poſt-
quam ſcripſerat leges, à Platone ita pre-
tio habitus eſt, vt eius nomine Dialogum
inſcriberet, vocaretque Parmenidem, ſi-
ue de Ideis. *Laert. lib. 9.* Empedocles exin-
de Agrigentinus cui ob egregias ſapientiæ
dotes, Regnum, Statuam, Diuinoſque
quamplurimi obtulerunt honores: vndè
meritò à Pythagora, Vir inſignis doctrina
nuncupatus fuit. *idem Laert. lib. 8.*

Nec minoris penſi apud eundem Py-
11 thagoram Democritus manſit Abderites,
cuius ſapientiam non ſemel admiratus
eſt. Sed cùm prætereà ſuper quibuſdam
futuris contingentibus, ſecundus eidem
ſuccederet euentus; ſuis tantam fidem
prædictionibus fecit, vt diuinis etiam ob-
ſequijs à pleriſque iam dignus iudicaretur.
Idem Laert. lib. 9. Meliſſus item, ab eorum
choro ſanè non eſt abigendus, cuius *ibidem*
ita meminit idem Laertius, dicens: Fuit
„ autem & ciuilis in primis vir, ciuibuſque
„ maximè acceptus, & charus: vnde &
„ Præfectus claſſis electus magna virtutis
„ documenta dedit. Protagoræ quoque
hic non eſt ſilenda memoria, qui editis,
de Arte contentionis, de Lucta, de Di-
ſciplinis, de Republica, de Liberalitate,
de Virtutibus, de Priſco ſtatu, de His, quæ
ſunt apud inferos, de His, quæ non rectè
ab hominibus geruntur, de Præcepto,
Cauſa, de Mercede contradictionum,
atque alijs celebrioribus libris: Thurijs
leges impoſuit; in eumque Plato, Dialo-
gum elaboratè compoſuit. *Laert. lib. 9.*
Demum Zenonis Cittici inter ipſos plau-
ſibile, & valdè nomen fuit; ſummo enim
in honore apud Athenienſes aliquandò
extitit, adeò vt Vrbis, ac Mænium claues
penes illum deponerent, coronaque au-
rea, & ærea decoraretur imagine. Hoc
autem, & Ciues ipſius feciſſe, ferunt, ma-
gno ſibi ornamento fore viri imaginem
exiſtimantes. Amplectebantur illum, &
Sydonij Cittici. Suſcipiebat illum, & Rex
Antigonus; & ſi quando Athenas con-
tendiſſet, auditor eius erat, multumque
orabat vt ſe ad eum conferret, etſi id fa-
cere renueret: vt hac ipſius Antigoni epi-
ſtola, affatim poteſt oſtendi: Scribit nan-
que: Ego fortuna, me quidem, & gloria
„ vitam tuam anteire exiſtimo. Cæterum
„ diſciplinis, ſtudijſquè liberalibus, & per-
„ fecta fælicitate, quam tutè poſſides, lon-
„ gè abs te præcelli ſentio. Quò circa te
„ orare ſtatui, vti ad me proficiſcaris; id mi-
„ hi perſuadens te preces meas minimè irri-
„ tas fieri paſſurum. Tu igitur modis om-
„ nibus enitere, vt tuo contubernio frua-
mur:

„ mur: hoc pro certo habens, te non mei
„ tantùm, ſed omnium ſimul Macedonum
„ eruditorem fore. Nam qui Macedoniæ
„ Regem erudit, atque ad virtutem imbuit
„ eum, & ſubditos quoſque inſtruere ad for-
„ titudinem, & probitatem certum eſt:
„ Nam cuiusmodi fuerit Dux, tales vt plu-
„ rimum ſubditos fieri neceſſe eſt. *Laert. lib. 7.*

Veruntamen in eorum ſubſellio, haud
12 humilem Athenienſis Antiſthenes, lo-
„ cum, & gradum tenuit. Hunc enim ſo-
„ lum ex omnibus Socraticis apud Laertiũ
„ *lib.* 6. Theopompus laudat, dicens: Fuiſſe
„ acutiſſimum, & ex ſuauitate colloquij
„ quemlibet capere, ac traducere quo vel-
„ let. Liquet id autem ex libris ſuis, atque
„ ex illo Xenophontis ſymposio, videtur-
„ que, & virilis Sectæ Stoicæ Princeps fuiſ-
„ ſe. Quò circà, & Athenæus Poeta epi-
„ grammatum, ſic de illis ait: O ſtoicarum
„ rerum periti. O qui præclara dogmata
„ ſacris paginis impoſuiſtis: Virtutem vni-
„ cum animæ bonum. Hæc enim ſola vi-
„ rorum, & vitam liberauit, & Vrbes &c.
„ Hic & Diogeni tranquillitatis, & Crati
„ continentiæ, & Zenoni tolerantiæ Dux,
„ & Author fuit, ipſe qui Ciuitati funda-
„ menta ſubiecit. Quia verò Platoni in Gymnaſio ſucceſſerat Speuſippus ex illius ſorore prognatus, & ſi platonicos non fuerit aſſecutus mores, intra eius tamen dogmata perſtitit omninò. In Auunculi ergo obſequium, eiuſdemque, quam toto pectore hauſerat diſciplinæ, Symonides illi ſcripſit hiſtorias, in quibus Dionis, ac Bionis geſta ſignauerat. Et Ariſtotelem tribus talentis, hoc eſt mille octingentis coronatis eius emiſſe codices, Fauorinus *in 2. comm.* author eſt apud Laertium *lib.* 4. Cùm adhuc in Ægypto, naturalem Theologiam ſectandi cauſa, Eudoxus vna cum Ichenopho moraretur Heliopolitano; Apis qui religiosè colebatur ibidem, illius (vt ferunt) pallium lingere viſus eſt. Celebrem ideircò illum fore, nec longæuum ex eo oſtenſo Sacerdotes dixere; ſicut Fauorinus in ſuis commentarijs apud Laertium *lib.* 8. his adiunctis carminibus, Ambroſio Camalduleñſe interprete, expreſsè refert; nempe:

A Boue cornuto propriam prædiſcere ſortem
Eudoxum fama eſt quondam Memphitis in vrbe.
Ac quia ſermonem Vitulo natura negauit,
Nil dixit, ſtolam lingens obliquus apertè
Hic docuit moriere citò, non ocyus alter.
Illi igitur celeri venit mors horrida paſſu,
Annos intuito ter denos, triſque viginti.

Exceptus exinde in patria magno cum honore fuit, cuius rei indicium honorificum eſt de illo factum decretum. Apud Græcos quoque clariſſimus extitit: Ciuibuſque ſuis leges conſcripſit; vt Hermippus *in 4. de ſept. ſapient. lib.* apud eundem Laertium *ibidem*, tradit.

Inter antiquos tamen, præter Ariſtote-
13 lem, eiuſque auditorem Theophraſtum, nullos inuenies, Amice Lector, qui ſeorſum, & ex profeſſo, hanc naturalem tractarint Theologiam: Nam cæteri omnes, quin & ipſe Plato, metaphyſica cum phyſicis miſcuerunt; idcircò paſſim ab eodem reprehenduntur Ariſtotele, non tam propter res ipſas, quàm propter inde exortam confuſionem. Si enim rerum naturalium (vt ipſe aduertit) naturalia quoque ſunt principia, abſurdum erit metaphyſica, & ſupernaturalia (vt ita loqui liceat) principia ſtatuere, qualia Parmenides, Meliſſus, Empedocles, Pythagoras, & reliqui poſuerunt. Quamobrem, cæteris miſſis, horum duorum tantummodò, velut in hac facultate Principum, quidam præcipui recolendi ſunt honores. Ariſtoteles nanque, cuius ſapientiæ, clara iam eruperat fama, in Macedoniam à Philippo euocatur, multis rebus auctus, honeſtatuſque eſt, & Alexandro filio illi in diſciplinam tradito, maximam in Regno promeruit authoritatem, adeò vt plurimam eius prudentiam maximè admiraretur Rex, quaſi decus ingens Regni, ac ſuorum fælicitatem temporum æſtimaret. Id autem, in Philippi epiſtola, quam ad ipſum de Alexandro ſcripſerat, manifeſtè apparuit.
„ Dijs (inquit) gratias habeo, non tam
„ proindè quia natus eſt, quam pro eo quòd
„ naſci contigit temporibus vitæ tuæ. Spe-
„ ro enim fore, vt educatus, eruditusque à
„ te, dignus exiſtat & nobis, & iſtarum re-
„ rum ſuſceptione. Satis amplum propterea fuit illi quoque patrimonium, cùm ex hæreditate paterna (fuerat enim Nicomachus eius genitor apud Amynthain Macedoniæ Regem, Patrem Philippi, Medicus, & amicus, vndè non exiguas collegerat opes) tùm ex munifica Regis largitione. Prædia quippè in Stagiris habuit, plurimoſque redditus. Vndè, & ipſa Stagira dudum à Philippo euerſa, vt ab Alexandro adhuc reſtitueretur facilè obtinuit; legeſque, & formam Reipublicæ ipſe deſcripſit, qua poſtmodùm ea Vrbs vſa eſt. Ciues autem, hæc ob præclara merita, tanto in honore habere cæpere eundem, vt feſtos dies, & ludos quotannis, eo viuente adhuc faciendos publicè inſtituerent: Feſta, ipſa celebritas, ariſtotelia nuncupata. Et quidem Genus per multum illi debet humanum, quòd Diſci-

ſciplinas antè ſe variè diſperſas in vnum quaſi corpus redigere dignatus ſit. Itaque diſcere qui perecupierint, hunc ampleċtandantur oportet,cuius ita ſcripti ſunt libri, vt paruulos inſtituere, & mediocres alere, & robuſtos exercere, ac perficere voluiſſe appateat, omnis atque ætatis noſtræ curam cogitationemque ſuſcepiſſe. *Guarin. veron. in eius vita ex Laert. lib. 5.* Accedunt prętereà eius in obſequium Summorum virorum firma teſtimonia, Tullij, præſertim *lib. 3. de finib. ſect. 92. num. 10.* » vbi Brutum ſic alloquitur: Commentarios quoſdam ariſtotelicos, quos hic ſciebam eſſe, veni vt auferrem, quos legeram, dum eſſem otioſus, quod quidem nobis (vt ſcis) non ſæpè contingit. Diui Auguſtini *7. de Ciuit. cap. 12.* dicentis: Ariſtoteles Platonis diſcipulus, vir excellentis ingenij, & eloquio Platoni quidem impar, ſed multos facilè ſuperans. Qua de re Carolus Magnus in Academia Pariſienſi, ipſum tradi, & explicari iuſſit, quòd nemo inter græcos, latinoſque alius extaret, inquirendi veri abſolutior artifex. *Curio. lib. 2. chronic.* Et Fridericus II. Imperator, eius operum tranſlationes faciendas curauit, eaſque Bononiam, vt illi offerentur Academiæ, magnificentiſſimè miſit. *Collenutius lib. 4.*

Theophraſtus denique (vt cum pulni-
14 ſculo, aut ramento opus reddamus inceptum) Ariſtotele præceptore in Chalcidem profectò, eidem in ſcholæ regimine ſucceſſit, olimpiade CXIV. Fuerat enim, vt *lib. 5.* tradit Laertius, Vir ſummæ prudentiæ, ſtudijque ſingularis, atque (vt apud eundem ſcribit Pamphila 30. *comment. lib.*) Menandrum ipſum comicum inſtituit. Item beneficus in primis, & maximè affabilis extitit. Quarè eum Caſſander ſuſcepit, Ptolomæuſque ad illum miſit. Atheniensibus autem adeò acceptus fuit, vt cùm illum Agnonides impietatis accuſare auſus eſſet, parum abfuerit, quin ipſe ob eam rem, crimen ipſum in ſe retorqueret. Accurrebant ad eum audiendum Diſcipuli ad duo millia. Hic in *epiſt. ad Phaniam peripat.* inter cætera, de » iudicio quoque ità locutus eſt: Tantum abeſt (inquit) vt populi frequentiam conuocem, vt ne conſeſſum quidem eiuſmodi admittam, qualem abiectiſſimus quiſque. Cum tamen eſſet huiuſmodi, receſſit ad tempus & ipſe, vt Philoſophi reliqui. Quippè Sophocles, Amphiclidæ filius legem tulerat vti ne quis Philoſophorum præeſſet ſcholæ, niſi id Senatus, & Plebs decreuiſſet: qui ſecus faceret, capitale eſſet. Verum ſequenti anno, denuò reuerſi ſunt, cùm à Philone, Sophocli dies dictus eſſet. Quo tempore Athenienſes ea lege abrogata, Sophoclem talentis quinque mulctarunt, decreueruntque Philoſophis reditum, vt & Theophraſtus remaneret, ſcholamque regeret, vt anteà. Eum, cùm priùs Tyrtamo illi nomen eſſet, ob diuinam elocutionem, Ariſtoteles Theophraſtum appellauit. Fertur autem, Ariſtotelem de Theophraſto, & Calliſthene idem protuliſſe, quod de ſe, & Xenocrate Plato dixerat: nimirum, quòd hic pro excellenti acumine ingenij cuncta facillimè aſſequeretur, & exponeret; ille tardus, & obtuſus eſſet ingenio; Hunc fræno, illum egere calcaribus. Obijt autem valde ſenex ætatis anno 85. cum modicè à labore quieuiſſet. Vnde in eum, Henrico Stephano interprete, huiuſcemodi Epigramma manſit appoſitum:

Haud vanè quidam Studij ſi fortè relaxes
 Rumpi arcum dixit, quiſquis homo ille fuit:
Nam vegetus Theophraſtus erat firmuſque labore
 Laxauit poſtquam membra labore obijt.

Ipſum verò (vt fama eſt) Athenienſes, pedibus omnes proſecuti, publicè honorauerunt. Reliquit tamen, & ipſe ingenij ſui complura monumenta, digniſſima quidem vt Laertius, loco ſuptà citato, longa ſerie referret.

CAPVT XII.

Cùm Iuriſperiti ſatis appoſitè appellati ſint Sacerdotes, æquabiles cum illis, & fortè pares, cunctas apud Nationes obtinuerunt honores.

SVMMARIVM:

1 *Dignitas ſacerdotalis, adeò excellens apud omnes extitit, vt etſi plurimi veri, & Summi Dei caruerint notitia, occultò tamen afflatu, & lumine naturæ, eos qui Dei eſſent miniſtri, omni honore, omnique obſequio dignos eſſe putarunt.*

2 *Miſſis proinde legi obtemperantibus Diuinæ, cæterarum adhuc Nationum id oſtenditur exemplo. Æthiopum enim Sacerdotibus ius erat cunctos (eſto Reges) quolibet munere, & vita priuandi. Ægyptiorum autem, Perſarum, atque Gallorum purpuram, & aurum geſtandi, grauiſſimarumque rerum cauſas penitus decidendi.*

3 *Sacerdotes apud Germanos aduerſus ſontes, & nouiſſima meritos exempla, tantummodò procedebant. Tartari verò ipſos ita colebant, vt Regibus ſacras eorum manus, cæ-*

teris autem proceribus genua, aut veſtes ad ſummum oſculari liceret. Et ſoli Brachmana Indorum Sacerdotes, regno potiri valebant, multiſque alijs fruebantur exemptionibus, ac priuilegijs.

4 *Romanorum Sacerdotibus non minora pariter præſtabantur obſequia: Iuramento enim non conſtringebantur, omnibus gaudebant immunitatibus, & exemptionibus, nihilque foris geſtum ſine eorum aſſenſu poterat cuique probari.*

5 *Vt autem Iuriſperitis impares nunquam, ſed æquabiles cum Sacerdotibus, & fortè pares conferri poſſent honores; ab Ethnicis non tantùm, verum inſuper veri à Dei cultoribus, Sacerdotes (licet hoc munere nunquam fuerint inſigniti) paſſim ſunt appellati.*

6 *Quarè Sacerdotum ad inſtar ſapientes, & optimi, Principumque aſſeſſores, atque conſiliarij communiter dicebantur. Quinimò, Neminem bonum forè Pontificem, qui idem quoque optimus non eſſet Iuriſconſultus, Mutius Scæuola aſſerere conſueuerat.*

7 *Præfecti Prætorio plurimi idcircò, Iuriſprudentes creabantur, Scriniorum Magiſtri, Illuſtres, Imperijque Comites à Principibus demum, & Senatu conſtituebantur.*

8 *Immunes proindè erant ab omnibus perſonalibus oneribus: quarè Conſulatus, Maximique Pontificatus munere plerique ſunt inſigniti, vt Titus Coruncanus, Mutius Scæuola, atque alij, qui ob vetuſtatem, (vt locus tandem præbeatur recentioribus) remiſſiuè prætereuntur.*

9 *Inter eos præclarus fuit Martinus Goſius, qui apud Fridericum Ænobalbum plurimum valuit. Eiuſdem authoritatis ferè extitit, & Vbertus Bobius Parmenſis, dum conſultus circa tutelam Ludouici IX. Blancam Reginam mirificè defendit. Rolandinus autem Romaniceus, à ſtudijs ciuilibus Conſul ad regendam Bononienſium Rempublicam tandem creatus eſt.*

10 *Ipho, ſiuè Yuo Britannus, ob ſingularem legum doctrinam, inter Viduarum, ac Pupillorum patronos celeberrimus extitit. Ob vitæ autem ſanctimoniam, à Clemente VI. cæteris Sanctis adſcriptus fuit. Patres exindè inter purpuratos, ſumma cum laude Ricardus Petronus Senenſis numeratus, Vicecancellarij munere, Romana in Eccleſia legitur illuſtratus.*

11 *Ricardus Malumbra ob inſignem ſapientiam Pater legum vocatus Equeſtri, ac Palatina dignitate donatus fuit. Rainerius verò Arſendus, Sacri Palatij Romæ Auditor, & Caroli Cæſaris, Boemiæque Regis ſupremus Conſiliarius extitit.*

12 *Bartolus à Saxoferrato præſertim apud Hiſpanos magna extitit in exiſtimatione: quarè à Carolo IV. multa priuilegia, honoreſque eſt conſecutus. Demùm Toloſæ elogio, & ſtatua fuit decoratus. Equeſtri dignitate honeſtatus; Siciliæ Cancellarius, Iota Comes, ac plurimorum Principum Conſiliarius Nicolaus Spinellus declaratus legitur.*

13 *Plurimæ, variæque aliæ enarrantur dignitates, quibus à Summis Principibus præ cæteris honeſtati ſunt Baldus, Ioannes Franciſcus Capiliſtrius, Iacobus Iſolanus Bononienſis, Franciſcus Accoltus Aretinus, ac Iaſon Mainus Mediolanenſis.*

14 *Quidam alij, ad maiores, & ſupremas dignitates item recenſentur promoti, vt Petrus Paulus Pariſius Conſentinus, Franciſcus Sfondratus Cremonenſis, Franciſcus Alciatus, Fabius Acorumbonus, & Hieronymus Albanus Bergomenſis.*

15 *Vgonis Boncompagni, qui poſtea Gregorius XIII. dictus fuit breui ſtylo enarrantur geſta, quorum occaſione Ioannis Baptiſtæ Cicalæ Genuenſis præclari Iuriſconſulti ad Cardinalatus apicem etiam recolitur aſſumptio.*

16 *Aldobrandinorum familiæ, quædam afferuntur encomia, quibus Ioannis, & Petri primùm ad ſacram purpuram extollitur electio. Exinde Hyppoliti Cardinalis, Summi Pontificatus emerita exponitur conſecutio.*

RES adcò excellens cunctas apud nationes Dignitas ſemper extitit Sacerdotalis, vt
1 ipſa aliquandò initiatis, maximi, ſummique honores meritò ſint decreti. (Honor enim, quid relatiuum eſt ad excellentiam, cùm in ſignum ipſius exhibeatur præconceptæ. *D. Tho. 2. 2. quæſt. 103. artic. 1. ad 2.*) Quamuis enim, pleræque earum, veri Dei quamplurimùm agnitione non fruerentur, occulto tamen afflatu, & lumine naturæ, aliquam, etſi falſam, cùm agnoſcerent diuinitatem; eodem naturali inſtinctu, eos, qui Dei eſſent Miniſtri, & offerendis deputati ſacrificijs pollere debere omni authoritate, omnique probitatis exiſtimatione eſſe digniſſimos, iudicabant. *1. de ponto. eleg. 1. ad Brutum*; ſcribente Naſone:

Vaticinor, moneoque locum date ſacra ferenti:
Non mihi, ſed Magno poſcitur ille Deo.

2 Miſſis proindè Iudæis, nec non Chriſti fidem piè, ac religiosè ſectantibus, de quibus 4. *Eſdræ* 3. indifferenter dicitur: „ Nunquid alia gens cognouit te præter Iſrael? „ Strabo *lib. 7. Geog.* refert, in Æthiopiæ, ſiue Abyſſinorum Regno, ſumma Sacerdotes poteſtate, & imperio valuiſſe; adeò vt penes illos ius eſſet Regem regno exuendi,

&

& præficiendi, quem dignum ipſi exiſti-
maſſent. Vndè, non minori capax admi-
ratione eſſe videbitur, quod *lib.20. Hiero.*
cap. de noctua. recitat Pierius Valerianus.
Nimirum, in tanta apud eoſdem Deorum
Myſtas habitos æſtimatione, vt cuicunque
(licet & Regi) dixiſſet Sacerdos, eum Dijs
iratis, vitam trahere; ille miſer mortem
ſibi conſciret: ratus magis conducere vita
priuari; Sacerdotibus obediendo, quàm
ea frui contradicendo. Idem in more
Ægyptijs fuiſſe, *lib.14. variar. hiſtor. cap.34.*
tradit Ælianus, additque ſoli Regi, ac Sa-
cerdoti vſum purpuræ conceſſum. Euſe-
bius quoque *in chronic. apud Baron. ſub anno*
dom.57. num.34. Perſas id obſeruaſſe narrat,
ſoliſque Sacerdotibus de rebus difficilli-
mis creditum iudicium: Quod & de Drui-
dis apud Gallos Sacerdotibus *lib.6. de bello*
gallico. prodit Iulius Cæſar. Et Ioſephus
lib.14. ant. cap.18. in illo magno Areopagi-
tarum conſeſſu vbi grauiſſimæ decideban-
tur quæſtiones, eundem ritum affirmat
adamuſſim fuiſſe obſeruatum. Quarè &
3 in Germania (teſte Tacito *opuſc. de morib.*
German.) nulli ſecularium Iudicum, nec
Regi quidem fas erat quenquam morti
addicere; ſolis autem Sacerdotibus. Per-
ſuadebant quidem gentes barbaræ (& me-
ritò) tam arduum negotium, quale eſt vi-
tæ humanæ, ad nullum poſſe tribunal ſe-
curè agitari, quàm Sacerdorum: firmiter
credentes, quòd illi in se tam ſeria ſtatuiſ-
ſent, non ſine Dijs fore determinatum.
Apud Tartaros verò, tanta in authoritate,
& reuerentia ſummus habebatur Sacer-
dos, vt Reges ei aduenienti occurrerent,
ſtanteſque equo inſidenti manum porrige-
rent, capiteque inclinato ipſam oſcula-
rentur, idque ſolis Regibus permiſſum
fuerat. Duces autem, non manus ſed ge-
nua; Nobiles, pedes; Plebei, veſtes tan-
tum oſculabantur, aut equum manibus
attingebant. *Guagn. in deſcript. tart.* Malaba-
res Indi, maximè item ſuos venerantur
Sacerdotes, quos Brachmanas appellant:
Nam Reges nulli fiunt, qui prius eorum
non ſint diſciplina imbuti. Belli tempo-
re ſecurè poſſunt tales Brachmanæ vltrò
citròque commeare: & inexpiabile exi-
ſtimatur ſcelus, illos ſecus quam poſtulat
opinio ſanctitatis attingere. *Oſorius lib. 2. re-*
rum Emmanuel. Perindeque, eis illud Plauti
in ruden. act.3. ſcena 2. præſertim proferre li-
cuit.

——— Quis homo eſt tanta confidentia
Qui Sacerdotem audeat violare? ———

Nec demùm talia Populum Romanum
vnquam latuiſſe cenſenda ſunt obſequia,
4 cùm *in problem.41.* teſtatus ſit Plutarchus,
Romanos Sacerdotes ad iuſiurandum ne-
fas fuiſſe à Iudice compelli: Sed cùm in
re grauiſſima, eorum requirebant teſti-
monium, abſque Sacramento id fiebat;
quòd Sacerdotalis officij dignitas, tantam
nudis verbis, quantam cæterorum iura-
mentũ, fidem poſtularet. His prætereà, non
ad certum tempus, ſed in omnem vitam,
eum honorem Romulus, qui præfatos in-
ſtituit, vtique conceſſit, vt à militia, &
vrbanis negotijs manerent exempti. *Roſin.*
lib.3. Roman. antiquit. cap.7. Et quo ſtatu, lo-
coue ſub Valeriano Seniore fuerint, &
quidem eximio, ſatis apparet ex eius lege
75. in C. Theod. lib.12. tit.1. de decurion. quæ
,, ita iubet: Habeantur immunes, otio
,, fruituri, quòd continui laboris teſtimo-
,, nio promerentur: liberumque ſit corpus
,, eorum ab his iniurijs, quas Honoratos
,, non decet ſuſtinere: Honorem etiam eis
,, ex comitibus addi cenſemus, quem ij con-
,, ſequi ſolent, qui fidem, diligentiamque
,, ſuam in adminiſtrandis Rebuſpublicis
,, approbarint. De quibus late Iacobus Go-
thofredus *ibidem.* Quamobrem & Tul-
lius *2. de leg. ſect.176. num.31.* adhuc mirifi-
cè extollit in ſua Republica honorem Sa-
cerdotibus præſertim Auguribus ſolitum
præſtari, qui tantus eſt habitus, vt ſum-
mo iure, & authoritate ſummis præeſſent
imperijs, & poteſtatibus. Nam magiſtra-
tu ſe abdicarent Conſules, decernebant:
legem tollebant, ſi non iure rogata eſſet:
nihil denique domi; nihil foris geſtum,
ſine eorum aſſensu poterat cuiquam, pro-
bari. Idcircò factum eſt, vt Lacedæmo-
num more, primi Romanorum Reges,
deindè Imperatores plurimi, honoris er-
go, ſacerdotio ſe quoque inſignirent. *Iſi-*
dor. lib.7. etymol. cap.12. & refertur in cap. cle-
ros.21. diſtinct.

Verùm enim verò, ne penitùs propte-
reà, Iuris etiam ciuilis impares peritis vn-
5 quam conferrent honores, ſed æquabiles,
& fortè pares; ab Ethnicis non modò, ve-
rum inſuper, Summi à Dei cultoribus,
Sacerdotes (licet hoc munere nunquam ex
titerint inſigniti) meritò ſunt nuncupati.
Domitius nanque Vlpianus, Chriſtiani
nominis ex Bodino *metho. hiſtor. cap.4.* in-
fenſiſſimus hoſtis, Idolorũque fautor mi-
rabilis: *lib.1. inſtitut. apud ff. de iuſt. & iur. l.1.*
,, inquit: Meritò quis nos Sacerdotes ap-
,, pellet. Iuſtitiam nanque colimus, & bo-
,, ni, & æqui notitiam profitemur, æquum
,, ab iniquo ſeparantes; licitum ab illicito
,, diſcernentes; bonos, non ſolùm metu
,, pœnarum, verum etiam, præmiorum
,, quoque exhortatione efficere cupientes;
,, veram (niſi fallor) Philoſophiam, non ſi-
,, mulatam affectantes. Et Samuel 2. *Reg.20.*
Iram Iairitem Dauidis Sacerdotem vocat,

& tamen conſtat officiò non fuiſſe, cùm
ſic anteà nominentur Sacoch, & Abia-
thar Sacerdotes; ſed tantum ex eo, quòd
inter Regis amicos, conſiliarios, & iudi-
ces, primam occupabat ſedem. Quarè
6 Sacerdotum ad inſtar, tantam olim apud
omnes prudentiæ, atque integritatis opi-
nionem excitarunt, vt *Sapientes* à populo,
quemadmodùm Sempronius, & Atilius
l. 2. §. fuit poſt eos ff. de orig. iur. & à Senatu
Optimi, ſicut Scipio Naſica, cui etiam pu-
blicè Domus in ſacra via data eſt, vt faci-
liùs conſuli poſſet. *ibidem §. fuit poſt eos.* dicti
ſint. Quinimò Q. Mutius Scæuola, *eodem
loco* amplius dicere conſueuerat: Nemi-
nem bonum fore Pontificem, qui idem
quoque optimus non eſſet Iuriſconſultus.
Supremi idcircò Principes, atque Impe-
ratores, vt eorum conſilio non modò iu-
ra interpretarentur antiqua, verùm etiam
plerùmque conderent noua, ipſos apud ſe
retinebant. Vndè ſecundùm Procopium.
lib. 1. de bello perſico Aſſeſſores, ſiuè Quæ-
ſtores candidati dicebantur. Inquit enim:
„ Tribunianus Pamphilius Imperatoris erat
„ Paredrus, ideſt Aſſeſſor, quem Magiſtra-
„ tum, Romani Quæſtorem, Latini Iuriſ-
„ conſultum vocant.

Præfecti etiam Prætorio plurimùm Iu-
riſprudentes creabantur, cùm cauſas Præ-
7 ſidum, & Spectabilium appellatione ſu-
ſpenſas deciderent. *l. præcipimus C. de appel-
lat. §. illo. Nouell. 23. eodem tit.* Hi quidem pri-
mò Prætorianis militibus præfecti, non
adeò magnam authoritatem habuerunt.
Tacit. lib. 14. annal. Poſteà tantum excreue-
runt, vt omnia Imperij negotia tam ciui-
lia, tam militaria ad ſe traxerint. Prouin-
ciarum Præſides in officio delinquentes
remouebant, aut ad Principes puniendos
mittebant. *l. ſi quos eum ſeq. C. de offic. præfect.
prætor. orient. l. 1. C. theod. de offic. rect. prou.*
Edicta in prouincijs ſibi commiſſis pro-
mulgabant, quæ perpetuò obſeruabantur,
donec à Principe reuocata fuiſſent. *l. for-
mam. C. de offic. præfect. prætor. orient. & illir.*
Nec ab eorum ſententia poterat prouoca-
ri. *l. 1. C. de ſentent. præfect. prætor.* Ea propter
vt prudentius iudicarent, plerumque crea-
bantur præfecti, qui legum haberent peri-
tiam. *l. lecta. ff. ſi cert. pet.* Quatuor prætereà
Scrinijs Iuriſperiti præfici conſueuerant
Scriniorum Magiſtri dicti, ſcilicet, Me-
moriæ, Libellorum, Epiſtolarum, & Di-
ſpoſitionum, ita *in Alexandro Seuero*, ſcri-
„ bente Lampridio. Negotia, & cauſas
„ primas à ſcriniorum Principibus, & do-
„ ctiſſimis Iuriſperitis, & ſibi fidelibus, quo-
„ rum primus tunc Vlpianus fuit, tractari,
„ ordinatique, atque ita referri ad ſe præ-
„ cepit. Alijs permultis, ac varijs præte-
reà fruebantur honoribus, quibus deni-
queComitiis addita dignitate, illuſtres crea-
bantur, vt Theodoſij minoris, ac Valen-
tiniani A. A. *l. vnic. C de profeſſ. qui in Vrbe
Conſtantinopol. lib* 12. oſtendit conſtitutio.
„ Iuriſperitos (inquit) cùm ad viginti an-
„ nos docendi labore peruenerint, placuit
„ honorati, & ijs, qui ſunt ex vicaria digni-
„ tate connumerari. Vbi Panzirolus *lib. 1.
de clar. leg. interpret. cap. 87.* legendum putat:
Comitiua honorari (vt titulo reſpondeat):
De profeſſoribus, ſcilicet, qui in Vrbe Con-
ſtantinopolitana docentes ex lege merue-
runt comitiuam.

Quarè ab oneribus perſonalibus, quæ
pro rebus, id eſt, vt noſtri appellant, per
8 æs, & libram imponuntur, & vulgò vo-
cantur collectæ, immunes omnino erant.
*Bartol. in l. 1. num. 35. C. de mulier. & in l. me-
dicos C. de profeſſ. & medic. Thom. Parpal. in l.
placet. num. 66. C. de ſacroſ. eccleſ.* Titus proin-
dè Coruncanus, Tuſculano municipio
oriundus, vt Cicero *pro Gneio planeo ſeſſ. 263
num. 20. & alibi*, diffusè tradit, huiuſcemo-
di exemptionibus non tantùm inſignitus,
verùm etiam Liuio teſte *lib. 18.* primus ex
plebe Pontifex Maximus creatus fuit (erat
enim Pontifex Maximus apud Romanos
antiquitùs, maximarum rerum, quæ ad
ſacra pertinent, Iudex, & Vindex contu-
maciæ Priuatorum, & Magiſtratuum. *Ro-
ſin. lib. 3. antiquit. roman. cap. 22.*) Et Publ. Mu-
tius Scæuola, qui cum Mallio ius funda-
uerat Conſul, & Pontifex Maximus, item
conſalutatus legitur. Quam dignitatem,
poſtquam cum Licinio Craſſo, anno ab
Vrbe condita 658. Q. Mutius factus eſt
Conſul, anno 664. etiam adeptus eſt, at-
que alij late apud Panzirolum *lib. 1. de clar.
leg. interpret.* qui hanc, aut ferè ſimiles, me-
ritò aſſecuti ſunt dignitates. Veruntamen
vt noſtris magis faueamus temporibus,
atque recentibus diutiùs hæreamus exem-
plis, his veluti nimis antiquis, & iam
obſoletis penitus omiſſis; ex eodem Pan-
zirolo ibidem, qui *à lib. 2. cap. 13. vſque ad
lib. 3.* amplam ad rem, nobis præſertim
ſuggerit materiam, quidam quippè qui præ
cæteris præclariores, inſignioreſque ſuſce-
perunt honores, tantùm in præſenti recen-
ſendi videntur.

Primus itaque recolendum ſe offert
Martinus ex nobili Goſia familia ortus,
9 ac Irnerij Mediolanenſis auditor, qui vel
inuitis æmulis, tantam ſibi nominis fa-
mam comparauit, vt ei Fridericus Æno-
balbus Cæſar, velut periſſimo, iura Im-
perij declaranda committere non dubita-
uerit; vndè etiam nonnullas opiniones,
quarum ipſe author extiterat Imperatoris
ſententia comprobari obtinuit. Inter alias

Digitized by Google

ſlla celebris fuit, de qua ſemel aduerſus
Balgarum contendit. Inanes contractus
addito iuramento iure confirmari;de quo,
cùm vterque apud Cæſarem diſputaſſet,
ille Martini ſententiam lege data recepit.
Deceſſit autem anno vitę 78. ſepultus Bo-
noniæ, loco valde celebri, Minorum in
ædibus. Eiuſdem ferè authoritatis extitit,
& Vbertus Bobius Parmenſis, cùm Regis
Gallorum de tutela, præ cæteris conſul-
tus ſit: An, ſcilicet, Blanca Diui Ludo-
uici IX. Mater, & Tutrix, quæ nobiles
quidem, & diuites fideiuſſores, ſed pro
Regni adminiſtratione, idoneos dare non
poterat, tutela priuanda eſſet? quod ne-
gauit, atque ita fruſtrà factioſis reclaman-
tibus, eſt obſeruatum. Præter Rolandi-
num autem Paſſagerium, alter fuit Ro-
landinus ex Romanicea familia,& ipſe Bo-
nonienſis,eximiuſque cautarum patronus,
qui de ordine maleficiorum vtilem tracta-
tum compoſuit;quapropter à ciuibus Con-
10 ſul ad regendam Rempublicam creatus
eſt. Nunc referendus pariter Sanctus cen-
ſetur Ipho, quem Yuonem alij vocant,
genere Britannus inter Diuos à Clemen-
te VI. anno ſalutis 1347. die 19. Maij ca-
nonicè relatus. Is, Philippo Pulchro in
Gallijs regnante claruit. Lutetiæ deinde
Aureliæ Iuri ciuili, & Pontificio operam
dedit. Domum reuerſus, cùm & doctri-
na, & vitæ ſanctitate celebraretur, à quo-
dam Redonenſi Archidiacono, Eccleſia-
ſticis iudicandis cauſis, eſt præfectus. Mox
à Trecorenſi Antiſtite accerſitus, eius Vi-
carius eſt conſtitutus. In eo officio omni-
bus gratus, adeò piè, integreque ſe geſ-
ſit, vt omnes ſuperauerit virtute. Tan-
dem annum circiter ætatis quinquageſi-
mum ſextum, Kalend. Decembris, qui
eius dies eſt natalitius vita defunctus, mul-
tis miraculis claruiſſe dicitur. Cuius ima-
go Florentiæ à Maſuccio egregio Pictore
Viduis, Pupillis, & Pauperibus circun-
dantibus poſita fuit. Quia Ricardus Pe-
tronus Senenſis, Franciſci Accurſij ſecta-
tor, & fortè diſcipulus, ſumma cum lau-
de Neapoli iura ciuilia docuerat; fama
exindè clarus, Cardinalis tituli Sancti Eu-
ſtachij, & Vicecancellarius Romanæ Ec-
cleſiæ creatus eſt, quod dignitate, autho-
ritate, & vtilitate fermè primarium Ro-
manæ Curiæ officium vulgo habetur: id
enim verſatur in expediendis per Orbem
terrarum diplomatibus, quæ ad res eccle-
ſiaſticas pertinent, maximamque habet
ſub ſe Scribarum turbam.

Magna nominis celebritate, Ricardus
Malumbræ Cremonenſis, dudùm Patauij
11 docuerat: ob inſignem idcircò doctri-
nam, Pater legum vocatus, Equeſtri, &
Palatina dignitate donatus fuit. Demùm
Venetias ad Reipublicæ leges condendas
euocatus, ibi deceſſit anno ſalutis 1334.&
ante templum Diui Ioannis, & Pauli pro-
pè Ianuam, hac cum inſcriptione huma-
tus fuit.

Vas iuris, legumque iubar, ſine compa-
re doctor
Militis, & Comitis merita ratione ca-
thedræ
Dotatum titulis Ricardus prole Ma-
lumbra,
Malleus ens vmbræ, patriæ decus, atque
Cremonæ
Qui gratus Venetis iacet hic, ſed nuntia
laudis
Viuet fama viri, nullum peritura per
æuum.

Cùm autem Obertinus III. Carrarius,
Patauij Gymnaſium iam intermiſſum in-
ſtauraſſet; Rainerius Arſendus Forolivien-
ſis, ab eo, ſexcentorum aureorum ſtipen-
dio, quod tunc magnum habebatur, ad
docendum conductus fuit. Exindè verò
Sacri Palatij Romæ Auditor extitit, ac Ca-
roli Cæſaris Boemiæque Regis ſupremus
conſiliarius. Rauennæ inſuper diù habi-
taſſe,& multa ibi proindè prædia acquiſiſ-
ſe dicitur. Fertiliſſima eadem tempora,
12 Bartolum à Saxo Ferrato eximium iuriſ-
conſultum protulerunt, qui in ea, præſer-
tim apud Hiſpanos exiſtimatione perſti-
tit, vt in diuerſis Doctorum ſententijs, eam
partem præualere decreuerint, pro qua
ſtetiſſet; quod olim de Papiniano lege
cautum fuit. *lib. 1. de reſponſ. prudent. in C.
theodoſ.* Et Veronæ quoque ſtatutum eſt:
Neminem ibi Iuriſprudentium Collegium
poſſe ingredi, qui Bartoli Commentaria
non habuiſſet, quæ in decidendis cauſis,
maximè neceſſaria eſſe crediderunt. A
Perufinis, ad Cæſarem Carolum IV. Boe-
mum, Piſas legatus miſſus eſt, vt quædam
contra ipſos, ab anterioribus Principibus
decreta aboleret, & alia inſuper, eiſdem
Priuilegia concederet, quæ omnia priui-
legio, bulla aurea inſignito, aſſecutus fuit.
Quin etiam ab eodem, Gentilitijs purpu-
rei Leonis, duplici cauda ſalientis inſigni-
bus donatus fuit. Eique tandem, Peruſij
defuncto, Minoritarum in templo, vbi
humatus iacet, marmoreum Sarcopha-
gum cum hac inſcriptione: *Oſſa Bartoli*,
conſtitutum eſt. Atque ante hoſpitium
D. Iacobi, Toloſæ, gallico diſtico ſubſcri-
pto, Statua hodie appoſita manet. E Nea-
politano prætereà Regno eadem tempe-
ſtate prodijt Nicolaus Spinellus, qui exi-
mius Iuris interpres habitus Magni textua-
lis cognomentum promeruit. Aliquan-
diù in Ioannis Galeatij Vicecomitis con-
ſilio

ſilio fuit, pro quo magni ponderis cauſas egit. Equeſtri dignitate honeſtatus, Siciliæ cancellarius creatus eſt; ac demum Ioiæ Comes factus, apud Ioannam Regis Roberti filiam extitit à Conſilijs.

Ex Franciſco autem Vbaldo Peruſino Medicinæ, artiumque doctore, ac quo-
13 rundam caſtrorum Comite, præ cæteris liberis, Baldus clariſſimus Iuriſconſultus prodijt, qui tanti nominis, & famæ apud omnes manſit, vt in Iure nihil ignorauiſſe crederetur. Vndè pluribus eorum, qui legum tyrocinium deponebant, promotiones ambientibus, cùm Baldus dimitteretur, Ticini ſtatuto cautum eſt, Ne quis ſine eo auſpice lauream caperet. De Iure reſpondendo propterea immenſam pecuniam coegit: nam ex ſolis ſubſtitutionum ſpeciebus, plus quindecim millia aureorum lucratus fuiſſe traditur. Aliunde præterea ex innumeris aliarum ſucceſſionum, criminumque cauſis, & contractibus peramplas accumulauit opes. Ab Vrbano quoque VI. Feſtinam, quod eſt Eugubij Caſtrum ob inſignem doctrinam obtinuit; ſed cùm illud alij Pontifex tradidiſſet, etſi diù Romæ litigauerit, eius nunquam poſſeſſionem habere potuit. Iiſdem ferè temporibus Ioannes Franciſcus Capiliſtrius Patauinus præclarum ingenium nactus, vbi lauream adeptus eſt, tanta fælicitate in patria Ius ciuile profiteri cæpit, vt Iacobo Salioeto, & Raphaeli Fulgoſio, & Paulo Caſtrenſi concurrens adiungi promeruit. Anno verò 1431. ob Schiſma, Baſileam Concilio indicto, primò pro Venetis, mox pro Eugenio IV. qui Synodum deteſtabat, honorifica legatione functus eſt, vbi à Sigiſmundo Cæſare Equeſtri, & Comitis dignitate honeſtatus, ius creandorum Doctorum, aliaque perampla pro ſe, & poſteris obtinuit priuilegia. Eadem Equeſtri Iacobus Iſolanus Bononienſis primò dignitate donatus, mox ob inſignē Iuris doctrinam, à Ioanne XXIII qui ad componendas ſeditiones Bononiam venerat, inter Cardinales receptus fuit. Qua vtique dignitate, etiam facilè potiti eſſent Ludouicus Pontanus Spoletanus, & Franciſcus Accoltus Aretinus; niſi Pontano, immatura interueniente morte, eſſet impedita; & Accolto ſtudioſis erepto, magnam Orbi, Pontifex Xiſtus IV. (ſaltem vt ipſe reſpondit) iniuriam eſſet allaturus. Quia verò ob ſingularem Legum peritiam, primus ex Iuris interpretibus, Iaſon Mainus Mediolanenſis mille aureorum ſalarium obtinuerat, cùm anteà ducentis, aut ad ſummū trecentis docerent aureis, tantā nominis claritate fulſit, vt ad celebrem hominis famam, tria millia Auditorum Ticinum vbi profitebatur confluerent. Apud Pontificem autem, & Imperatorem plurimùm profecit; quare auro, argentoque donatus, & Equeſtri, ac Palatina dignitate honeſtatus, Cæſariſque Patritius factus, lætus in patriam redijt. Cùm vero Ludouicus XII. Gallorum Rex, Liguria, & Inſubribus ſubactis, Mediolano potitus eſſet, Iaſonem per multos proceres, ac Cardinales viros, vt ad Ius reuertetetur interpretandum fruſtrà ſollicitauit; tandem Rex ipſe, multis adhortationibus ad priſtinum ſuſcipiendum impulit munus, & cum Ticinum veniſſet, eum audire voluit. Die itaque dicta, Iaſon aurea veſte indutus, Regem ad Gymnaſium deduxit. At vbi eò ventum eſt, Rex ipſum velut Præceptorem, præire iuſſit, quòd eo in loco profitentibus Regiam poteſtatem inferiorem eſſe diceret. Comitati Ludouicum fuerant Cardinales quinque, centumque Proceres, qui cum alijs ſubſellia impleuere. Iaſon autem aduerſus aliorum ſententiam; *Equeſtrem dignitatem ob ſpectatam in prælio virtutem, à Principe collatam, ad liberos tranſire*, acriter ſubſtinuit. Deſcendentem idcircò è cathedra Rex amplexus, Propera Caſtello, regia liberalitate donatum, dimiſit. In domeſtico præterea colloquio, ab eodem interrogatus Iaſon, Cur nunquam vxorem duxiſſet? Vt tua (inquit) Ampliſſime Rex, opera, Iulius Pontifex me ad purpureum Galerum promouere poſſit. Hoc reſponſo, animi quidem ſecretum oſtendit, ſed nunquam voti compos factus eſt. Senio tandem confectus Eques, nec non Ducis Mediolani Conſiliarius creatus, à docendi munere vacauit.

Cæterùm, cùm à capite ad calcem recenſere omnes, qui ſæculares hos ſunt aſ-
14 ſecuti honores, nil aliud fermè ſit, quàm magno flumini canalem inducere, Syluæ addere ligna, Mari aquam, Solique lucernam; miſſis proinde reliquis, eorum quoſdam qui vel eccleſiaſticas, etiam ſupremas (quibus Iaſon Mainus fruſtratus, doluit) obtinuerunt dignitates, duntaxat ponendos, planè iudicaui. Quorum in numero præſertim computandi videntur Petrus Paulus Pariſius Conſentinus; & Franciſcus Sfondratus Cremonenſis: Nam cùm ille Romę aliquandò docuiſſet, anno 1521 Patauium conductus, hunc concurrentem habuit, qui primò Mediolani Senator à Carolo V. Cæſare creatus, & Senis Præfectus, ac demum Patriæ Epiſcopus, atque Romanę Eccleſiæ Cardinalis conſalutatus fuit. At ſanè Petrus Paulus, ex pinguibus pro Iure adeptis ſtipendijs, ingenti coacta pecunia, Cameræ Apoſtolicæ Audito-

ditoris emit officium docendique munere relicto, Romæ paucis annis commoratus, tandem à Paulo III. Cardinalitio Galero honeſtatus manſit. Itaque memorandi exempli res viſa, duos concurrentes ad eiuſdem honoris culmen perueniſſe. Eccleſiaſticas autem dignitates, à quibus Andreas Alciatus excellens Iuriſconſultus, docendi amore conſtanter abſtinuerat; Franciſcus Alciatus, quamquam longa cognatione remotus, magnæ tamen expectationis iuuenis, quem apud ſe aluerat, & ſubſtentauerat, merito in ſe recepit: nam in defuncti Benefactoris cathedra ſuccedens, breui celebris euaſit. Poſteà literis Borromei Cardinalis, quem diſcipulum habuerat Romam vocatus, à Pio IV. Epiſcopus, & Datarius, ac demùm purpura fuit decoratus. Niſi perindè Pauli IV. cum Carolo V. obſtitiſſent ſimultates, Fabius Acorumbonus Eugubinus Sacrum Cardinalium Collegium facilè obtinuiſſet: Nam à Paulo III. poſtquàm Patauij, Romæ, & iterum Patauij, ſumma docuiſſet cum laude, Romam vocatus, primùm Conciſtorialis Aduocatus conſtitutus eſt. Mox non dum biennio expleto, Romanæ Curiæ Auditor fuit. Exindè Paulus IV. vtriuſque Signaturæ Referendarium inſtituit, & in ſummis Chriſtianæ Reipublicę reformandis negotijs, in primis eius opera, veluti viri integerrimi vſus eſt. Demum in breui deſcripium Cardinalem deſignauit. Sed cùm Cæſaris, cui Pontifex diſſentiebat, amicum cognouiſſet, non creauit. Decem, & octo tamen annis, Romæ Auditor vixit, cuius annis decem Decanus manſit. Hanc tamen ſortem, qua Acorumbonus inopine caruit, planè adeptus eſt Hieronymus Albanus Bergomenſis: Cùm enim Pius V. ad Pontificatum euectus eſſet, inſignis beneficij non immemor, dum ſcilicet in minoribus conſtitutus, Præſulis ab fautorum Bergomenſis iniuria, Hieronymi tutela immunis euaſerat: ipſum primò Piceni Præſidem nominauit, deindè ad Cardinalem Dignitatem, ſpontè promouit.

Prætereà, vt incępti ſermonis circulus
abſoluatur; atque eorum, qui ad melio-
15 ra promoti, iuxta cubitum profecerunt,
in medium nonnullos adducam: Vgonem
Boncompagnum mihi præ cæteris modò
ſuggerit memoria, qui à Hieronymo En-
catario in humanioribus ſtudijs eruditus,
& in Iure ciuili Ludouicum Gozadinum,
& Carolum Ruinum Regienſem præce-
ptores habens, Iuris vtriuſque lauream
adeptus, in Collegium Doctorum (quod
paucis, & difficulter conceditur) coapta-
tus fuit. Quarè triennio Inſtitutiones Iu-
ſtiniani, poſteà manè lectiones ordinarias
profeſſus eſt. Interea bis inter duodecim
primores Patriæ Decuriones, quos Antia-
nos vocant electus, & ſemel Tribunorum
Plebis aſſeſſor, etiam inter Mercatores Ius
dixit. Ita nouennio exacto, fatis ad altio-
ra vocantibus, Romam profectus, ſtatim
Senatori Vrbis in Capitolio Collateralis
aſſedit. Mox officium, quod vocant Ab-
breuiatoris de Parco maiori adeptus,
vtriuſque Signaturæ Referendarius decla-
ratus, id munus diu tenuit. Celebrabatur
autem tunc Tridenti Synodus catholica,
ad quam miſſus Vgo, ingenij dexteritate,
& conſilio in multis, res Eccleſiæ iuuit.
Itaque Romam reuerſus, pro Ioanne Ba-
ptiſta Cicala Genuenſi, tum Cameræ Au-
ditore, cauſas ciuiles accuratè audiuit,
cùm criminalibus, Hieronymus Federi-
cus, poſteà Marturauæ Epiſcopus præeſ-
ſet. Eiuſdem etiam vices Legati tenuit in
Latio, quod Romæ Campaniam nuncu-
pant. Cùm verò Cicala ad Cardinalem
dignitatem promotus eſſet, vacante Au-
ditoris Officio, illud Vgo, titulo Regen-
tis integerrimè exercuit; & cùm magnæ
integritatis fama in dies creſceret, Secreta-
rius Apoſtolicus factus, Signaturam quo-
que Gratiæ, quam *Conceſſam* appellant,
obtinuit. Deindè anno 1558. Veſtę, quod
Apuliæ Dauniæ, ad Garganum Montem
Oppidum eſt, Epiſcopus renuntiatus, non
multo poſt, prima celebrauit Sacra. Mox
ad Tridentinum Concilium, quòd eſſet
Antiſtes, accitus; apud Patres doctrina,
& moribus claruit. Peracta Synodo, Ro-
mam reuerſus, aſſiſtendi in Sacello, quod
Capellam vocant, Summo Pontifici tan-
diù munus habuit, donec anno 1565. IV.
idus Martias, qui dies Diuo Gregorio di-
catus eſt, à Pio IV. Cardinali dignitate
ſub Sancti Xiſti titulo eſt honeſtatus. Mox
ad Philippum Regem Hiſpaniarum Lega-
tus à latere miſſus, ſuſceptam prouintiam
ex voto confecit. Inde egreſſus, Signatu-
ram (vt vulgo dicunt) Breuium apoſtoli-
corum, quæ Cardinalibus tantum defer-
tur, pro munere, incredibili iuſtitia, & di-
cendi libertate, vſque ad Pontificatum
exercuit. Anno itaque 1572. Pio V. de-
functo, poſtridie quàm Conclaue in-
greſſus eſt; III. idus Maij omnium con-
ſenſu Summus Pontifex eſt declaratus, &
Gregorius XIII. dictus, quòd die Diuo
Gregorio dicato, Cardinalis eſſet creatus,
ſuum purpureum galerum cum titulo ip-
ſo Sancti Xiſti, Philippo Fratris filio de-
dit.

Tandem (ne mercenarium forte videar canere præconium) præſenti ætate poſthabita:

bita:

Digitized by Google

16 bita: proximi præteriti illius tantummodò ſeculi quoſdam præcipuos adhuc in iure peritos, vno faſce complectar. Collocata itaque nuptum nobiliſſimo viro Syluestro Aldobrandino Florentino Eliſabetha Deta, ſeptem ex ea filios, fauſtiſſimò omine recepit; inter quos Ioannes Doctoris lauream aſſecutus, & Rotæ Romæ Auditor creatus, ad Cardinalis faſtigium eſt euectus. Petrus alter filius, & ipſe Iuriſconſultus, Petri Cardinalis ampliſſimi pater extitit. Poſtremus filiorum Hyppolitus, & ipſe maiorum veſtigia ſecutus Patauij, & Ferrariæ vbi Iuriſconſultorum inſulis eſt decoratus, iuribus incubuit. Mox Romæ, Rotæ Auditor, à Xiſto V. ad Cardinalatus dignitatem eſt promotus. Demum Summus Pontifex creatus, Clemens VIII. nuncupatus fuit. Cæterum, ſi quis maiora, & clariora in exemplum, atque vſum veræ, germanæque Iuriſprudentię Candidatorum elogia retexere percupiat: quaque ætate vixerint, quas res geſſerint, quibus honoribus inclaruerint, quos libros ediderint, etſi qua alia, breui hac ſcriptiuncula non comprehenſa ignorare abhorreat, Ciaconum, *de vit. Pont. ac Cardin.* & Panzirolum *de clar. leg. inter.* diligentiùs, diffuſiuſque conſulat.

CAPVT XIII.

Medicínam, Honorabilium de genere præclaram eſſe artem, eoſque, qui ipſa benè ſunt vſi, inſignes non ſemel recepiſſe honores, rationibus, & exemplis oſtenditur quamplurimis, & probatur.

SVMMARIVM.

1 *Medicinam, diù Romæ vt ingenuo homine indignam, neglectam, & ad ſeruos libertinoſque extitiſſe ablegatam, authoritatibus non modò, verum etiam plurimis oſtenditur exemplis.*

2 *Varijs dicterijs idcircò Medici à pluribus manſerunt affecti, vt à Diogene Cynico, Ageſilao, Stratonico, Catone, Hadriano Imperatore, Plinio, atque alijs.*

3 *Oſtenditur falſum eſſe, Romæ omnes Medicos ſeruos fuiſſe, præſertim temporibus Auguſti Imperatoris; cùm multi nobiles è Græcia Romam venerint quos ferè omnes Cæſar munificè ciuitate donauit. Quarè Medici illi, qui ſerui extiterant, de genere eorum erant, qui in codice Iuſtiniani nuncupati ſunt Parabolani, Noſocomijs ad inſeruiendum addicti.*

4 *Vel fortè de genere chirurgico erant, quibus Romani in ſecandis venis domeſticè vtebantur. Quòd ſi etiam de genere Clinicorum, ſiue Methodicorum ij Medici fuiſſent, nihil tamen Medicinæ detraherent, ſed potiùs ipſam extollerent, dum viles perſonas, & ſeruos, adhuc per eam oſtenderent poſſe nobilitari. Vndè dicteria illa in Medicos iniecta, non artis, ſed profeſſorum tantùm dilacerant defectus.*

5 *Clinica verò, ſiuè Methodica Medicina, adeò nobilis eſt, vt Deorum dicta ſit inuentum. Vnde Veteres promiſcuè in vulgus ipſam non exponebant. Quarè primò in illuſtri Aſclepiadum Familia diù manſit. Mox ad Reges, & Principes magnos fæliciter pertranſiuit in vſum.*

6 *Democedis, huius ob peritiam Artis pretioſa enarrantur ſtipendia, & Melampodi, ob curatas Præti filias, tertiam partem patrij Regni conſecuti recenſetur hiſtoria. Quantùm autem apud omnes Hyppocratis admiratio valuerit, ex quadam publici Decreti Athenienſium ſententia apertè colligitur.*

7 *Archagatus Græcus, omnium primus vſum medendi Romanos docuit, cui ius Quiritum in præmium datum fuit. Antonio exindè Muſæ, iuxta Signum Æſculapij, Statua Romæ manſit appoſita: & Euphorbio fratri plurimos detulerunt honores. Cæteris verò, qui è Græcia medendi cauſa Romam venerunt, exemptiones, ac innumera priuilegia, per diuerſa, & publica Senatus decreta ſunt conceſſa.*

8 *Claudius item Galenus, Marco Aurelio Antonino imperante, Romam veniens, plurimorum literatorum contraxit amicitiam, adeò vt eorum non tantùm, verùm etiam aliorum, illuſtria ſibi meruerit elogia. Vnde à quibuſdam prætereà pro* Deo *cultus eſt. Oribaſius autem Sardianus, Iuliani apoſtatæ, quò regnante, floruerat familiaritatem etiam obtinuit; à quo Conſtantinopoli Quæſtor tandem conſtitutus eſt.*

9 *Auicennæ apud Regem Perſarum, nonnulloſque alios: Thadæi antonomaſticè Florentini apud Bononienſes: Marci Antonij Turriani apud Patauinos, Ticinenſes, & Veronenſes: Ioannis Baptiſtæ Montani, apud Hyppolitum Medicem Cardinalem, Veronenſes, ac Venetos, plurimi recenſentur honores.*

10 *Vidus Vidius Florentinus, Franciſco Primo Galliæ Regi, ac Sereniſſimis Magnis Etruriæ Ducibus maximè charus fuit, à quibus honoribus, & gratijs haud parum extitit affectus. Victor item Trincauellus apud Venetos, & Maranenſes plurimùm valuit. Ioannes autem Fer-*

nelius

nelius Ambianus primos ſuggeſtus adeptus eſt.

11 *Andream Veſalium, & Ioannem Philippum Ingraſſiam Siculum, Hiſpanorum Reges maximè coluerunt. Bernardinum autem Paternum Saloenſem, Veronenſes Ciuitate donarunt; & ob Galeni tam accuratam interpretationem, Galeni Animam communiter appellarunt.*

12 *Hieronymus Mercurialis Foroliuienſis, à Maximiliano II. non modò magnis laudibus, verùm etiam multis muneribus, & titulis fuit illuſtratus. Hieronymus item Capiuacceus Patauinus, à Magno Etruriæ Duce Franciſco Mediceo; & Ioannes Garopius Becanus à Philippo II. Hiſpaniarum Rege, atque à Groesbechia Cardinale, & Eburonum Principe, honores, & munera quoque receperunt.*

13 *Aliorum Illuſtrium Medicorum, plurimi demum aceruatim referuntur honores, vt Amati Luſitani, Horatij eius filij, Alexandri Maſariæ, Thomæ Minadori, Ludouici Mercati, & Thomæ Fieni, quibus à Summis Principibus, alijſque Proceribus liberaliter oſtenduntur honeſtati.*

14 *Tandem ne etiam indignis, Medicorum honores promiſcuè conferantur; Platonis maximè inhærendum eſt præcepto, quo ſcilicet, inſcios, & inexpertos Ciuitate priuauerat in ſua Republica; cùm non valetudinem inibi, ſed necem potius, & interitum inducant.*

MEdicinam quidem diù Romæ, vt ingenuo homine indignam neglectam,
1 & ad ſeruos, libertinoſque ablegatam
fuiſſe, Andreas Tiraquellus *de nobil. cap. 31 & num. 408. vſque ad* 415. authoritatibus non
modò, verùm etiam plurimis oſtendit
exemplis. Etenim *in l. thais. §. lucius 2. ff. de fideicomm. liber.* ità dicitur. Lucius Titius ita
,, teſtamento cauit: Medicos tibi commen-
,, do illum, & illum in tuo iudicio erit, vt
,, habeas bonos libertos, & Medicos.
,, Quòd ſi eis libertatem dediſſem, veritus
,, ſum, quod ſorori meæ chariſſimæ effece-
,, runt Medici, ac ſerui eius manumiſſi ab
,, ea, qui ſalario expleto, reliquerunt eam.
Et apud Suetonium *in Caligula*, extat epiſtola Auguſti Imperatoris in hæc verba.
,, Mitto præterea cum eo ex ſeruis meis Me-
,, dicum, quem ſcripſi Germanico, ſi vel-
,, let, vt retineret. Cicero *pro deiotaro ſect.* 147. *num.* 17. memorat Philippum Medicum ſeruum ipſius Deiotari Regis Gallogræciæ. Seneca *lib. 3. de benef. cap.* 24. Te-
,, nebatur (inquit) incluſus Domitius,
,, imperauit Medico, eidemque ſeruo ſuo,
,, vt ſibi venenum daret. Et paulò poſt:
,, Vixit Domitius ſeruatus à Cæſare, prior
tamen ſeruus illum ſeruauerat. (quandoquidem pro veneno præbuerat ſomniferum, vt Plutarchus *in Cæſare.* ſcripſerat)
Neque id ſolum apud Romanos, ſed & apud Hebræos, & illos quidem antiquiſſimos, ſerui Medicinam diſcebant: Nam *Geneſis* 50. eodemque vltimo capite legitur, Ioſephum filium Iacob, præcepiſſe ſeruis ſuis Medicis, vt aromatibus condirent patrem. Et ſicut ſeruis ob vilitatem perſonæ cauſas fas non erat orare, ſeu litem in iudicio defendere *l. 1. lib. 4. C. theod. tit. 22. §. nec. ſi ſeruus*: vnde vulgatum illud Terenty carmen *in formiane act. 2. ſcena* 1.

Seruum hominem cauſam orare leges
non ſinunt:

ità Medicis ob ſordiditatem artis, poſtulare, ſiue in iudicio cauſas aduocare, lege
2 *Placet §. prætereà C. Iuſtin. de Epiſcop. & Cleri.*
inhibitum eſt. Quare grauia, & acria in eorum leguntur prolata contemptum.
Plinius nanque *lib. 29. cap. 1. & alibi.* ex Catonis ſententia, in ipſos ſic inuehitur, & declamat: Diſcunt (inquit) periculis noſtris, & experimenta per mortes agunt:
,, Medicoque tantùm hominem occidiſſe
,, impunitas ſumma eſt. Et mox: Quid
,, enim venenorum fertilius, aut vnde plu-
,, res teſtamentorum inſidiæ? Hæc, & plu-
,, ra ipſe Plinius; cui tamen ſententiæ etiam
aſtipulati ſunt multi veterum. Diogenes quidem Cynicus, teſte Plutarcho *in lacon.* Medicos vocabat communes carnifices. Argeſilaus apud Laertium *lib. 4. cap.* 61. Vbi multæ ſunt leges (aiebat) ibi plurimum vitiorum eſt: ſic plures ſunt Medici, vbi multi ſunt ægrotantes. Hadrianus Imperator moriens, illud Menandri cecinit vulgatum: Turba Medicorum Cæſarem perdidit. *Plinius vt ſupra*. Et Antonius *in Meliſſa p. 2. ſerm.* 76. citat Stratonicum dicentem cuidam Medico: Laudo tuam experientiam, quia non ſinis infirmos computreſcere, ſed illos ſtatim è vita liberas.

Verùm enim verò: vtinam hęc tantum liuoris abeſſent à ſpecie, quantum à labe
3 abſunt detractionis: cùm medicæ facultati, præſertim quam ad differentiam empiricæ, clinicam vocant, præclariora potiùs adijciant, quam adimant præconia.
Equidem falſum eſt in primis; omnes Medicos ſeruos fuiſſe Romæ, præcipuè Auguſti tempore: multi enim excellentes in ea arte è Græcia, illuc quæſtus ſui gratia partim ingenui, partim manu pridem emiſſi, Romam itabant; hi ſunt, quos *in Iulio Cæſare cap.* 42. narrat Suetonius Ciuitate donatos: nam in ſeruos id beneficium collatum non eſt veroſimile. Quarè libentius crederem præfatos ſeruos

eos fuiſſe Medicos, quos *d.l.placet. §.præterea C.de Epiſc.& Cler.* Parabolanos vocant
in iudicio poſtulare non valentes. Etenim
parabolani Medici non ita dicendi ſunt;
quod multas nugas parabolaſque profe-
rant, vt non ſatis cordatè ibidem forte
gloſſauit Accurſius: Sed meliùs: qui ſci-
licet, ſeruitio Noſocomiorum ſunt ad-
dicti, & quaſi aſcriptitij glebę; quibus à
Noſocomijs recedere non licet, vt his ab
agrorum cultura; ſicut conſultiùs *lib. 4.*
diſpunctionum cap.9. interpretatus eſt Al-
4 ciatus. Vel ſaltem de genere chirurgico
Medici ſolummodò erant, qui in ſecan-
dis venis, vulneribuſque medendis ob do-
minorum vtilitatem domeſticè occupa-
bantur, quem morem apertè indicat Tul-
lius *de haruſpic. reſponſ. ſect. 252. num. 35.*
dicens: Propter pecuniam, quam ab eo
extorquere non poterat in vincula con-
„ iecit, & medicum intromiſit ſuum, qui
„ legato, ſocio, amico, libero fœdiſſimè,
„ & crudeliſſimè venas incideret. Et *in l.*
„ *Piſonem ſect.97.num.83.* idipſum ità reperit:
„ Ei Medico, quem tecum eduxeras impe-
„ raſti, vt venas hominis incideret. Nec
ſequeretur proinde, quòd ſi ſerui, alijque
plebei homines, hanc clinicam Medicinæ
profiterentur artem (ſicut de facto inue-
niuntur quamplurimi apud Tiraquellum
de nobil.cap 31.num. 524. qui ipſam exercue-
runt) eam ſeruilem eſſe, atque illiberalem:
Nam liberales artes, ex eo quòd liberis
dignæ ſint, ſeruos à ſe non reijciunt, cùm
iuxta *text.in l.vlt.§ vlt.in fin.ff.de ædilit. edict.*
etiã ſerui liberalibus ſtudijs erudiri poſſint.
Quinimò ex hoc Medicinæ nobilitas ma-
ximè arguitur, dum viles, & ſordidos
homines ad honores, & dignitates adhuc
extollit. Quòd ſi aliàs dicteria permulta
imperitos in Medicos reperiuntur iniecta;
non defectus eſt artis, ſed profeſſorum
ineptijs cenſetur adſcribendum. *Valeſius*
ſacræ philoſ.cap.74.

Cæterum, Clinica, ſiue Methodica
diſciplina adeo nobilis celebriſque apud
5 omnes extitit, vt Hippocrates *in epiſt. ad*
Abderitas, Deorum ipſam dixerit inuen-
tum, & Vaticinio putauerit propinquam.
Propterea, eius ab incunabulis, promiſ-
cuè in vulgus veteres non extulerunt;
Sed velut in cenſu reponentes, ad liberos
tantum hęreditario iure tranſmiſerunt:
quaſi artis diuinæ vſum hominibus aliter
impertiri nefas eſſet. Hinc in nobiliſſima
Aſclepiadarum familia, vt Petrus Ca-
ſtellanus *de vitis illuſt. Medic. ſub initio*, tradit;
medendi ſcientia diutiſſimè permanſit;
eorumque propagata ſtudio, Græciam
quidem vniuerſam, ſed præcipuè Con,
Guidon, Crotona, & Cyrenas illuſtrauit.

Vnde eius inuentores, paſſim apud Au-
thores diuinos honores aſſecutos legimus
delubris excitatis, vt Chironem. *Plin. lib.*
7.cap.56. Machaona, & Podalirium *Ho-*
mer. Ilia. 5. alioſque non paucos. Quin, &
Principes magnos, & Reges Medicinam,
fuiſſe profeſſos, Saborem, & Gigen Me-
dorum Reges, Sabielem Arabum, Mithri-
datem Perſarum, Meſuem, Damaſceni
Regis Nepotem, apud eundem *Caſtella-*
num loc. cit. Itaque præfati non tantùm, ve-
rùm etiam omnes ferè eius ſectatores, ex-
cellentiores præſertim, non vulgaria exin-
de experti ſunt obſequia, adeò vt in inte-
riorem Principum cultum, & amicitiam,
quandoque admitterentur. Propterea *6.*
de benef.cap.16. appoſitè aiebat Seneca:
„ Medico, & Præceptori plus quiddam de-
„ beo, nec aduerſus illos mercede defun-
„ gor: quia ex Medico, & Præceptore in
„ amicum tranſeunt, & nos non arte, quam
„ vendunt, obligant; ſed benigna, & fami-
„ liari voluntate. Miſſis idcirco, qui non
„ tam celebri claruerunt fama, quoſdam
ad præſens ex veteribus, vt omnis noſtrò
conſuetò more, aſſentationis auertatur
ſuſpicio in exemplum dumtaxat addu-
cam.

De Democede igitur *lib.3.* abunde ſcri-
bit Herodotus, quòd Æginam profectus,
6 ibidem tanta nominis celebritate Medici-
nam exercuit, vt eum Æginetæ apud ſe
talento, ideſt ſex millibus aureorum tre-
centis, & ſeptuaginta quinque retinuerint.
Athenienſes deinde centum minas obtu-
lerunt: in ſingulas autem minas auri cen-
tum, & ſex, & quadrans numeratur.
Atque ad Polycratem Samiorum Tyran-
num ſe conferens, honorario duorum
talentorum, ideſt duodecim aureorum
millibus ſeptingentis, & quinquaginta
affectus eſt. Demùm aduersò casû in ſer-
uitutem adductus, inſigni adhuc tamen
documento fuit: in opes, ſcilicet, animi,
nihil licere caſuum humanorum varietati:
Nam ſcientiæ fama, libertatem non mo-
dò, ſed etiam honores apud Darium, in
cuius redactus fuerat poteſtatem, magni-
ficè eſt conſecutus. De Melampo *lib. 9.*
idem Herodotus tradit, quod ad curan-
dum Præti filias valetudinis vitiò furentes,
& melancolicas, è Pylo vocatus; id ſe
facturum recepit, ſi merces dimidium
regni daretur. Immanitate præmij deter-
rente, medicina dilata fuit, & malum per-
crebuit. Cogente demum neceſſitatè,
conditio placuit. Sed Melampodi iam
pretioſiùs curare viſum; ſupra mercedem
ſibi pactam, fratri quoque ſuo Bianti, ter-
tiam Regni partem petiit, & obtinuit.
Quantum autem apud omnes Hippocra-
tis

tis admiratio valuerit, ex quadam publici decreti ſententia, quòd apud Caſtellanum *in Hippocrate* temporum euaſit iniurias, æſtimare licebit. Nimirum: Athenienſes, Hippocratem Coum Medicum doctrinæ nomine, quòdque peſtilentiam à Græcis vrbibus auertiſſet, & miſſis hinc inde diſcipulis, remedia ciuitatibus communicaſſet: tum etiam Artaxerſis Regis Perſarum, ob id ſolùm quòd hoſtis Græcorum eſſet munera reſpuiſſet, magnis myſterijs cum filio Theſſalo, quemadmodum olim Herculem, initiarunt; & magnorum Panathenæorum feſto in certamine gymnico, ſpectantibus cunctis, aurea corona mille aureorum donarunt, ciuitatis ius conceſſerunt, & victum in Prytaneo perpetuum: Coorum quin etiã liberis eandem, quàm ſuis ephebis educationem Athenis ſunt largiti. Hos autẽ præter honores, Coi, Agriani menſis diem vigeſimam ſeptimam religioſè colebant, & in ea Hippocrati ſacra faciebant, quòd hic illius natalis fuerit, ſub Abriadæ monarchia, teſte Sorano Coò.

E Græcis ad Italos, Medicina aliquandò diù expetita peruenit, omniumque 7 primus vſum medendi Romanos, qui docuit Archagathus extitit, fauſtas cuius acclamationes, *lib.29.cap.1.* breui ſed vberi ſtylo Plinius recenſuit, dicens: Caſsius Hermina ex antiquis author eſt, primum è Medicis veniſſe Romam Peloponneſo Archagathum Lyſaniæ filium, L. Aemylio, & M. Liuio Coſſ. anno vrbis 535. eique ius Quiritum datum, & tabernam in Acilio emptam ob id publicè. Sed eadem ætas clariſsimos Medicos tulit, qui etiam ex Græcia, artem in Italiam tranſtuliſſe videntur. Ex his Antonius Muſa, & Euphorbus, nobile par fratrum; quorum alter Auguſti Cæſaris, alter Iubæ Regis Medicus fuit. De priore idem Plinius *eodem lib. cap.* 8. ſic ait. Diuus certè Auguſtus, lactuca conſeruatus in ægritudine fertur prudentia Muſæ Medici: quamobrem Populus Romanus ſtatuam illi poſuit iuxta ſignum Aeſculapij. Euphorbus etiam, inuenta herba ſuo nomine *Euphorbia* dicta, clariſsimus apud omnes euaſit. *Plin lib.5.cap.1.* Auguſti ad exemplum, reliqui proinde Cæſares, amplis fauoribus, gratijſque Medicos paſsim ſunt proſecuti: Nam neceſſariæ, & ſalutaris artis Profeſſores in primis, ab ipſis honorificò titulo ſunt appellati *l.14. C. theodoſ. de medic.& profeſſ.* Horum alij fiebant Archiatri Sacri Palatij, qui ſcilicet, intra penetralia regalis aulæ florebant *l.12.einſd. C.tit.eodem.* Alij verbo in Vrbe Roma, & Conſtantinopoli populo obſequebantur *l.8.eod.tit.* Archiatri Sacri Palatij Comitiuæ honore donabantur *l.12.hoc tit.* modò primi ordinis *l.16.17.18. & 19.* modò ſecundi. *ibidem* Aliquandò etiam, maioris gradum dignitatis adipiſcebantur. *d. l. 16. & 19.* Priuilegijs item ſingularibus fruebantur *l.14.* ab omni quippè functione, omni collatione, omnibus muneribus publicis immunes erant, Curialium, Senatorum, Comitum, Perfectiſsimorum, &c. *l.2.* Præturæ *l.12.* à metato *l.16. & 18.* á glebali collatione *l.15.16. & 19.* à curiali *d.l.16.* à ſordidis muneribus *d.l.12.* ſed, & filij, & coniuges eorum *d. l.16. & 17.* Archiatris, ſeù alijs Medicis, qui populo obſequebantur; annonæ, Præfecti vrbis diſpoſitione, miniſtrabantur. *d.l.8.& 9.* Hiſque quoque priuilegia varia tributa, immunitas, ſcilicet, omnium munerum publicorum, collationum tam ipſis, quàm filijs, & coniugibus eorum *l.1.3.4.& 10.* ab onere metati, & militiæ *d.l.3. & 10.*

Horum autem fama, Claudius Galenus, omnium in arte medica ſuæ celeberri- 8 mus tempeſtatis, fortè permotus; & quia in patria (ortà iam ſeditione) diù manere nequibat; Marco Aurelio Antonio imperante, Romam ſe contulit; vbi plurimorum amicitiam, & præſtantium quidem virorum ſtatim habuit. Verùm ex inde Medicorum Romæ æmulatione, ac inſidijs turbatus; vrbe relicta, in patriam redijt; vbi cum amicis, ei vix commorato, ex Aquileia literæ ab Imperatoribus miſſæ redduntur, quibus Romam reuocabant. Quanta verò eius gloria Romæ fuerit, apud ipſos etiam Principes, & Imperatores, qui copioſiùs noſſe volet, ab eodem petat Galeno ex eius præſertim *de præcognitione ad Epigenem libro*. Cæterùm Medici ferè omnes, Vrbem qui incolebant, & in vicinis Oppidis, familiaritatem eius, & ex doctrina fructum, vehementer expetebant; deque omnibus, quæ rarius, aut præter opinionem incidiſſent, cum eo communicare, eiuſque conſilium & iudicium quam libentiſſimè audire ſolebant. Sed & procul ab eo, totiſque regionibus remoti, eius per literas conſilia requirebant, tanta eius nominis celebritas erat. Quarè, ſicut à ſuæ ætatis hominibus, & qui cum eo vixerunt honeſtiſſima retulit ſuæ præſtantiæ teſtimonia, ita & à poſteris, qui medicinæ ſtudia propagarunt, quamuis barbaris exiſtimatis, pulcherrimis prædicatur elogijs. Nam Auerroes *quinto colliget cap.de punicis granis*, Galenum experientia, præcellentem prædicat, ac veridicum in primis, vt cui comparari non poſsit alius, Ne forſam is (inquit) qui clamat quidem, ſed quid clamat

„ non percepit ſatis; Auicennam (vt vide-
„ tur) notans. Alibi quoque Galenum
cum Hippocrate in arte facit. *Author. in
eius vita*. Cęterum Vir omni laudum ge-
nere digniſsimus, quas etiam ſecuti Scri-
prores certatim in eum pleno ore con-
geſſerunt. Quin etiam Euſebius *lib. 5. Ec-
cleſ. Hiſt. cap. vlt.* à quibuſdam pro Deo cul-
tum tradidit. Iuliani verò apoſtatæ, inter
ceteros familiaritatem, qui nacti ſunt,
cuinſdam Oribaſij Sardiani Suidas memi-
nit in ſuis ſcriptis: vnde Quæſtor ab co-
dem Conſtantinopoli conſtitutus, ſcripſit
ad illos, quibus non eſt copia Medicorum,
libros quatuor: Ad Iullianum Imperato-
rem duos, & ſeptuaginta. Epitomem eo-
rundem, libris nouem, ad Euſtatium fi-
lium. Scripſit etiam de Regno, & Affe-
ctionibus. *Libro* autem 1, *Anthologiæ*, hoc
eius ſcripta celebrantur elogio:

Diui Oribaſij: quem immortalem propter
artem,
Sæpè reuerita, vitas hominũ remittebat Parca

Circà annũ recuperatæ ſalutis 1149.
apud Regem Perſarum (cui à ſecretis ex-
9 tabat) Auicenna Vir grandis ingenij fæ-
liciter floruit. Quarè eius erumpente
fama diuerſos accitus ad medendos lan-
guores, plurimas perluſtrauit oras. Sed
Abdam profectus, eius loci Principem in-
uenit colicis doloribus miſerè vexatum,
& ſanauit. Quod ob meritum; ampliſsi-
ma illi munera Princeps detulit, Sena-
tuſque ſui primum effecit. Hinc Aſpheeã
ſe contulit ad Regem Iſphecam, qui
magnis cum conditionibus, apud ſe ſanè
retinuit. *Petrus Caſtellanus in vitis Illuſ. Me-
dic.* cuius pariter teſtimonio (alieno labo-
ri maximè inhærendo) quę deinceps ſe-
quentur fideliter tradere, quæſo mihi non
ſit denegatum. Bononiæ igitur, ampliſ-
ſimo honorario Medicinam docuerat
Thadæus antonomaſticè Florentinus di-
ctus, tantaque omnium opinione, vt ſe-
cundus Galenus illo tempore prædicare-
tur. Ad primos item (vt idem Petrus
narrat) ſuggeſtus honores ſumma cum
gloria Patauij, & Ticini peruenerat Mar-
cus Antonius Turrianus, quibus in locis
familiariter conuerſando, præferebat os
maximè venuſtum, ſerena quadam co-
mitatè occurrentium animos alliciens:
verùm docendo, & diſputando mirus,
prolatis Græcis Authoribus pudendos er-
rores, & vitæ quidem exitiales oſtende-
bat, in quos Medici ex herbariæ faculta-
tis, ac anatomes inſcitia cecidiſſent. Hoc
eximio Pręceptore in Gymnaſio Tici-
nenſi ſtudiorum vigilias pro concione
laudante de liberalibus diſciplinis, atque
arte medica lauream, & annulum com-
probatæ dignitatis ornamenta accepit
Paulus Iouuius, inde Epiſcopus Nuceri-
nus. Extinctus eſt febre peſtitera, iuuenis
triginta trium annorum, quem cunctæ
luxere Gymnaſia, & diuturnis quidem
lachrymis. Nemo enim eo in literis ab-
ſolutæ virtutis illuſtrius ſpecimen, nemo
certiorem conſummatæ gloriæ ſpem de-
derat. Ad meritos autem titulos Veronæ
nobili tumulo inſcriptos, Nicolaus Ar-
chius hoc lepidum carmen appoſuit.

Ante annos ſciuiſſe nocet; nã maxima virtus.
Perſuaſit morti, vt crederet eſſe ſenem.

Eâ ſanè præcellentis doctrinæ fama no-
miniſque celebritate pollebat Ioannes Ba-
ptiſta Montanus Veronenſis, vt primis artis
Veronæ, Brixiæ, & apud Hippolytum
Medicen purpurati ordinis *P*atrem pera-
ctis experimentis, à Sereniſsimo Reipu-
blicæ Venetæ Senatu ad actualis Medici-
næ profeſsionem, anno circiter 1540. ho-
norificè *P*atauium ſit euocatus.

Vidum autem Vidium Florentinum,
Franciſcus primus Rex Gallorum, ille fæ-
10 licium ingeniorum æſtimator æquiſsi-
mus, valetudini ſuę præfecit, & Lutetiæ
*P*ariſiorum primo loco docere Medici-
nam voluit, cùm neminem magis ido-
neum iudicaret, qui eum ſummis viris,
quos exciuerat vndique, Academiam
ſenio effætam, doctrinæ ſuæ fama, rurſum
ceù firmata ſtirpè reſtauraret. Verùm
anno 1547. cùm maximus ille omnis eru-
ditionis Patronus fato conceſſiſſet, à Se-
reniſsimo Magno Etturiæ Duce reuoca-
tus, in patriam rediit, ſed opulentus ad-
modùm, & opimis Sacerdotijs auctus, quæ
Regis liberalitate poſſidebat effuſa. Ergo
redux ampliſsimo honorario Piſis Medi-
cinam docuit, & per viginti annos illius
Gymnaſij decus, ſecundiſsimo totius Ita-
liæ rumore ſuſtinuit. Acceptis interea ſu-
premæ laureæ inſignibus Victor Trinca-
uellus, in locum Sebaſtiani Foſcareni Ve-
netijs docere Philoſophiam à Sereniſſimo
Senatu coactus, ita ſe gnauum exhibuit,
vt conceptam de ſe opinionem anteuene-
rit, & omniũ ante ſe Philoſophorũ nomen
obſcurauerit. Sub hæc Maranenſes magnis
cõditionibus ad ſe inuitarunt, à quibus ob
loci amænitatem ſe paſſus eſt ſuaderi. Sed
Veneti hoc ſuæ Reipublicæ decus ægrè
ferentes ereptum, reuocarunt denuò, &
& ingens præter ſtipendium exquiſitis
etiam affecerunt honoribus, & exemplo
perquam raro, in publicis Senatorium
ordinem adſignarunt. Defuncto Monta-
no Senatus ſucceſſorem deſtinauit, cùm
iàm ætatis quinquageſimum ageret an-
num nonum. Itaque Patauium conceſ-
ſit, relicto magnæ Vrbis quæſtu, quem
tria

tria aureorum millia excedere conſtabat, & Reipublicæ in obſequium, mille ducentis authorari voluit. Hoc quidem elogium, Fernelio è viuis ſublato tribuit
,, Thuanus *lib.21.hiſtor.* Scilicet Sexto poſt
,, die (poſt VIII. Kalendas Aprilis) apud
,, nos Ioannes Fernelius Ambianus, cum
,, LII. annos exegiſſet, Regis Archiatros
,, Lutetiæ ad Beati Iacobi in Macello ſepul-
,, tus: qui cùm plures annos in philoſophi-
,, cis, ac mathematicis ſtudijs, ſumma cum
,, laude exegiſſet, demum Medicinæ ſe to-
,, tum mancipauit, & vniuerſam doctiſsi-
,, mis, ac politiſſimis ſcriptis complexus
,, eſt. Qui, & ſi morte præuentus non edi-
,, dit omnia, vt nec propriarum obſerua-
,, tionum deſideratiſſimos libros; tantùm
,, tamen veræ gloriæ iis, quæ publicata ſunt,
,, Europa tota eſt adeptus, vt tanto Viro
,, diſciplinæ ſuo alumno, Schola Medicinæ
,, Pariſienſis æternum ſit iure gloriatura.

Sicut olim Aſclepiadum gens medendi ſcientiam diù ſola retinuit; ita Veſalia
11 Familia, tot Medicos perpetuà ſeriè tulit, vt Medicina, in ipſa ſola viſa ſit culta, & conſeruata. Andreas idcircò Veſalius, à Patre Louanij liberaliter in primis ſtudijs educatus, medicinæ rudimenta ſub diſciplina Iacobi Syluij Lutetiæ Pariſiorum egit; ibidemque ſecandi rationem penitus obſoletam, ſtupentibus ad rei nouitatem etiam magiſtris, ab interitu vindicauit. Mox etiam Louanium inſolentis rei ſpectaculo in ſe conuertit, & adminiſtratis aliquandiù ſectionibus, ipſos profeſſores ad exactiorem corporis humani contemplationem inflammauit. In Italiam bonarum artium altricem profectus Bononiæ, & Piſis in celeberrimo eruditorum virorum conſeſſu, artem hanc, tanta ſecandi, enarrandique pertractauit peritia, vt iam tum veterum gloriam obſcuraturus eſſe crederetur. Veneta ergo Reſpublica, quæ ſiquid vſpiam egregium eſt, ad ſe pertrahere ſolet, annum circiter 1537. liberalitate largè munifica, ad Patauinum Gymnaſium euocauit; vbi ſeptem annis expletis adeò enituit, vt Cæſar, & Cæſaris filius Philippus Regum Maximus, valetudini ſuæ ſponte præfecerint. Patriæ quidem ſub eiſdem temporibus amore percitus Ioannes Philippus Ingraſſias Siculus; Neapolim, vbi veram Medicinæ artem, atque Anatomen publicè enarrando reſtituerat, penitus deſeruit, ſumma tamen Populi triſtitia, maximeque Procerum, à quibus mirificè colebatur. Sed quia peſtem per totam Siciliam longè lateque graſſantem ad ſtuporem extinxerat; Siculus Hippocrates vulgò dicebatur. Quarè quod de Liuio legimus, illi accidit etiam, vt ex vltimis terrarum finibus, ad eum viſendum cuiuſcunque ordinis venirent; & quos ad contemplationem ſui regio non traxiſſet, vnius hominis fama perduceret. Hac igitur Viri Hiſpaniarum Rex Philippus II. celebritate motus, Archiatri illi inſignia, & iura contulit. In quo munere ſe adeò ſeuerum geſsit, vt neminem ad officia artis medicæ admitteret, niſi qui diligenter examinatus, ijs rectè fungi poſſe iudicabatur. Doctorum tamen virorum cuiuſcumque demum diſciplinæ ita ſtudioſus extitit, vt eius domus, eruditionis vocaretur emporium. Tria in celeberrima Gymnaſia, Ticinenſe, Piſanum, & Montis Regalis ad Medicinam theoricam ordinariam explanandam conductus legitur Bernardinus Paternus Saloenſis. Dumque Ticini doceret, Veronenſes illum ciuitate donarunt. Marinus autem Grimanus Cardinalis fama viri perculſus, ad ſe Romam euocauit, & quam potuit honorificientiſsimè tractauit. Anno verò 1561. ad Medicinam theoricam ordinariam in Patauino Gymnaſio explicandam, Baſsiano Lando ſucceſsit. In qua profeſsione tam accuratum egit Galeni interpretem, vt Galeni anima nuncuparetur. Multi eum Principes experiuere, & inter cæteros Stephanus Battoreus, ampliſsimo propoſito inuitauit præmio.

Summa Hieronymo Mercuriali Foroliuienſi fuit amicitiæ neceſſitudo cum
12 Alexandro Farneſio Cardinali ampliſſimo, apud quem Romæ ipſe diù vixit, & magno in honore fuit, quouſque Senatus Veneti decreto, anno 1569. munus ei delatum eſt, vt in Academia Patauina Principem, interpretandi Medicinæ practicæ locum obtineret. Anno autem 1583. Maximilianus II. Imperator, ancipiti morbo implicitus, ob famæ celebritatem ad ſe accerſiuit. Quod iter fæliciſſimè peregit, & Imperatori mirum in modum ſatisfecit, à quo magnis laudibus non modo, verùm etiam multis muneribus eſt exornatus, trecentis, ſcilicet ſcutatis, & torque totidem valente, duobus magni pretij equis, & ſumptu itineris præſtito; Comitis, atque Equitis dignitate honoratus. Anno deinde 1587. ex Patauino euocatus Gymnaſio, Bononiæ, honorario mille, & ducentorum ſcutorum, docere cœpit. Tandem Magnus Etruriæ Dux, mercede mille, & octingentorum ſcutatorum, Piſanæ Academiæ authorauit. Hieronymi Capiuaccei Patauini item, famæ ſtrepente ſonitu, item à Magno Etruriæ Duce Franciſco

Me-

Mediceo, anno 1587. ad Principem in Gymnaſio Piſano locum Medicinæ practicæ interpretandæ per literas fuit inuitatus, maximo propoſito præmio, mille, ſcilicet, & quingentorum ſcutatorum in ſingulos annos, quingentorumque pro impenſis itineris, atque tranſuectionis, & duorum millium mutuò dandorum, atque in ipſius poſteà honorario compenſandorum. Quibus tamen peramplis conditionibus ipſe prætulit commoditatem, amoremque Patauini Gymnaſij; Quarè maluit in vrbe patria, longè minore præmio docere, octingentorum videlicet florenorum, & triginta, quàm illuc ad tam amplum ſtipendium ſe conferre. Ingentes tamen diuitias eſt conſequutus, adeò vt cum magnificentiſſimas ædes extruxiſſet inſana ſubſtructione, montes quoque muris circumdederit. Suis intereà lucubrationibus, altiſſimarum diſciplinarum arcana plurima è tenebris in lucem ediderat, atque ad eadem accuratiùs cognoſcenda Doctorum ingenia mirificè exacuerat Ioannes Goropius Becanus; dum ætate grandior, cæteris ſe functionibus abdicans, in Bibliothecam cum Muſis ad otiandum ſe tranſtulit: quamquam à Philippo II. Hiſpaniarum Rege, ſuæ valetudinis ad curam, ingenti pollicitatione, ac regali aurei torquis munere acceſſeretur. Summa tamen in gratia Groesbechij Cardinalis, & Eburonum Principis extitit, multiſque ab eo donis honeſtatus. Louanio aliquando digreſſus Ioannes Guinterius Andernacus, cùm Lutetiam veniſſet, ingenij ſui ſtatim ſpecimen, quod ad id temporis vſque delituerat in vmbra, magna cum laude, ſplendoreque edere cœpit. Etenim græcæ linguæ profeſſionem auſpicatus, ſtipendium, idque ſplendidum, & magnificum paucis diebus meruit. Indè vbi aliquandiù rei medicæ non ſegnem operam nauaſſet, ad eius profeſſionis laurum peruenit. Mox in Republica Argentoratenſi, ſummum inter Senatores locum tenuit.

Dum Medicinam Ferrariæ Amatus Luſitanus ſummo plauſu profiteretur, à
33 Rhacuſino Senatu per Sebaſtianum Mēſeum illius Reipublicæ Legatum, magnis conditionibus fuit euocatus, quem etiam Poloniæ Rex ingenti inuitauit præmio eſto ire recuſauerit. Sed fæliciorem quippè fortunam aſſequutus eſt Ludouicus Augenius, qui annos ſeptuaginta, præcipuis in Flaminiæ, Piceni, Etruriæ Ciuitatibus, maxima cum famæ celebritate Medicinam exercuit. Is Clementi VII. Pontifici Maximo chariſſimus extitit, cui honeſtiſſimè operam nauauit. Medicus præterea intimus, ac familiariſſimus Alberti Pij, & Leonelli fratrum, Comitum Carpenſium, ſummèque dilectus à Rodulpho Pio Cardinali Leonelli filio: tantoque in honore apud Ducem Guiſium, & fratres, alioſque Principes Gallos, cùm in Italiam exercitum duxerunt Summo Pontifici Paulo Caraffæ eſt habitus, vt præter magnam vim nummorum honoris cauſa ei datorum, eiuſdem etiam patriam Montem Sanctum ab omnibus oneribus, quæcunque alia loca ob ipſius exercitus tranſitus ſuſtinebant, immunem fecerint. Is quatuor reliquit filios, omnes inſigniter honoratos, ſed præſertim Horatium, Philoſophum, Medicum, & Theologum præcellentiſſimum. Qui poſtquam in plurimis Italiæ Scholis ſuæ doctrinæ experimentum dederit: demùm Patauinū in Gymnaſium ad Medicinam theoricam ordinariam explanandam, propoſito quingentorum florenorum præmio, accitus, & perductus eſt. His tandem temporibus, vſque ad annum 1600. inſignes præ cæteris acceperunt honores Alexander Maſaris Vicentinus, Thomas Minadorus Rhodoginus, Ludouicus Mercatus, ac Thomas Fienus Antuerpianus. Quorum primus ita ab Excellentiſſimis Medicis manſit celebratus, vt ipſum Montanus, Patriæ lumen, atque ornamentum dixerit. Opes autem, quibus abundauit ſplendoris, ac liberalitatis habuit inſtrumenta; vndè cum Cimone Athenienſe non immeritò Riccobonus comparauit eundem. Alter verò duobus Syriæ Conſulibus Venetis, Theodoro Balbo, & Ioanni Michali, medicam nauauit operam. Deinde aliquot annos, apud Guillielmum Ducem Mantuæ, Medici officio functus eſt: Vrini, Montaniani, Rhodigii publicis, & quidem inſolitis medendi præmijs eſt honoratus: denique anno 1596. ad profitendum primo loco Medicinam, Patauij conſtitutus eſt. Ludouicus autem Mercatus primum in Academia Valleſoletana Medicinæ profeſſor, & mox Archiatros electus; Philippi II. Regis Hiſpaniarum valetudinem, viginti per annos fæliciſſimè rexit. Ob id omnium ordinum hominibus æquè charus extitit, quibus etiam artis ſuæ fidem exemplo comprobabat, cùm ſenſus integros, & perpetuam mentis conſtantiam in ſuprema conſeruauerit ſenectute. Thomas demùm Fienus, primariam in Gymnaſio Louanienſi profeſſionem adeptus eſt. Interim Sereniſſimus Dux Bauariæ Maximilianus, ad interioris officia Medici euocauit. Hinc tamen vix anno tranſacto, amor patriæ

ipſum

ipſum reuocauit. Poſteà Sereniſſimi Archiducis Alberti, Medicus nominatus eſt cubicularius. Sed eam quoque deſeruit conditionem diffiſus valetudini ſuæ, quæ tunc non proſpera ſatis vtebatur. Duobus ab hinc annis Bononienſes, propoſito mille aureorum honorario, ad Principem Medicinæ profeſſionem inuitarunt, veruntamen Sereniſſimus idem Archidux Albertus, eundem ſua in Academia, non deteriori retinuit conditione. Hæc & plura idem præfatus Caſtellanus. Siſtat igitur iam feſſus calamus, & quic-
14 quid ampliùs enarrandum ſupereſt, recens fama proſequatur. Ne tamen debiti Medicorum honores tribuantur indignis, Platonis monitum 3. *de Repub.* animo ſemper hæreat: vt, ſcilicet, non quoſuis eorum in Vrbe qui gubernant indifferenter admittant. Imperiti namq; & inſcij, non valetudinem, ſed morbos, & neces in Ciuitatibus inferunt; adeovt in ipſos mihi liceat impingere, quod in Hermocratem ſatyricè 6. *epig.* Martialis ſic impegit.

Lotus nobiſcum eſt, hilaris cœnauit, & idem
Inuentus manè eſt mortuus Andragoras:
Tam ſubitæ mortis cauſam Fauſtine requiris?
In ſomnis Medicũ viderat Hermocratem.

Tanta quippe miſer laborabat infœlicitate, vt etiam per ſomnium conſpectus interficere crederetur.

CAPVT XIV.

Naturales Philoſophi apud omnes, non ſecus præclara adepti ſunt obſequia, quàm omnium aquarum piſces, quibus illi myſticè denotantur, ſibi apud Ethnicos vnquam vſurpauerint cultus.

SVMMARIVM.

1 *Natura firmitas, atque inuariabilitas quarè comparetur cum aquis, quæ mobilitatis, & inconſtantia magis præbent argumentum: Et naturales Philoſophi cur aſſimilentur piſcibus, qui hominis à Muſis penitùs alieni potiùs Hieroglyphica ſunt? Cuius rei tamen optima, & accommodata adineſtur ratio.*

2 *Quia verò piſces præter victum, tegumentum, & arma alias etiam hominibus apud veteres ſuppeditabant vtilitates, vt vaticinia, oracula, atque inter epulas pretioſas delicias; ſummo ſtudio illis idcircò ſumptuoſas parabant piſcinas: adeò vt Cato pupilli ſui piſcinam duodecim millia philippicorum ſtatuto pretio vendiderit.*

3 *Summa præterea dignitatis, ac venerationis cauſa, etiam in ſacrificijs adhibebant ipſos, vt de Beotis legitur, atque Romanis. Quinimò portentoſa Numinum productrix Ægyptus, & ſi aliàs prophanum per piſces aliquid innueret; eorum tamen quoſdam vt Deos religiosè colebat.*

4 *Cùm autem naturales Philoſophi, longè maiora quàm piſces, Mundo afferant commoda, non pari cum ipſis, ſed potiori amplianâi ſunt honore. Phyſica enim, quam profitentur ſcientiam, humanæ vitæ lux eſt, veræ Religionis propugnaculum, clypeus veritatis, bonorumque omnium facundum promptuarium.*

5 *Quamobrem, vt ea potirentur quamplurimi longas ſubierunt peregrinationes ad Egyptios, ſcilicet, Chaldæos, Indos, atque alios, vt de Epicuro teſtatur Lucretius, & de Iccio ſcribit Horatius.*

6 *Ex veteribus non modò adducuntur nonnulli, qui tales animaduertentes labores, ſuæ tempeſtatis naturales Philoſophos maximè venerati ſunt, vt Colores, qui Epicuri ad pedes ſe deiecit, & Menedemo Eretrienſi ab Athenienſibus plurimæ inſuper poſitæ fuerunt ſtatuæ: verùm etiam ex primo Incarnati Verbi Diuini ſeculo recenſetur Flauius Veſpaſianus Auguſtus Romanorum Imperator, qui C. Plinio ſecundo, honores contulit, & diuitias plurimas.*

7 *Georgius Trapezuntius Romam veniens, propter inſignem eruditionem, Pontifici Summo valdè gratus extitit, vnde eius à ſecretis conſtitutus eſt Miniſter. Beſſario autem fœliciorem nactus fortunam, ſacram purpuram recepit.*

8 *Theodorus Gaza, & Marſilius Ficinus, ſuis non imparia meritis obtinuerunt præmia, dum ille multis honoribus, & beneficijs à Beſſarione cumulatus, eius commendatione in magna Græcia Sacerdotium tulit: iſte verò Laurentij, ac Coſmi Mediceæ gentis Principum munificentia, amplis commoditatibus, atque diuitijs manſit honeſtatus.*

9 *Rodulphi Agricolæ Phriſij nomen tam celebre fuit, vt ex Italia in Germaniam rediens, omnium plauſu, communique lætitia receptus ſit. Quarè inter Academias orto diſſidio, quæ nam earum ipſum obtineret: Heydelbergenſes tandem vicerunt Academici, qui ſtatim ad ſe, ampliſſimis Palatinorum Principum ſtipendijs, illum fœliciter attraxerunt.*

10 *Cùm Ioannes Picus Mirandulæ Dominus; vir omnibus corporis, animique dotibus*

exul-

excultiſſimi fuerit, antonomaſticè Phœnix cognominatus legitur: extabant enim in eo omnium ferè doctrinarum, diſciplinarumque perfecta cognitiones.

11 *In hiſtoria ſimplicium peregrinorum, tantam notitiam, & vſum ſibi acquiſiuit Carolus Cluſius, vt terrarum per orbem, eorum ſcriptor, vel grauior, vel diligentior tunc repertus non ſit. Quarè Maximilianus II. & Rodulphus II. nobilitate, alijſque innumeris gratijs ipſum cumularunt.*

12 *Alardi Amſtelredami, Petrique Belloi Toloſatis, breui elogio enarrantur geſta, quibus tantam ſibi auxerunt famam, vt memoria perpetuitatem apud omnes meruerint.*

13 *Octo annos magna cum laude, inſigniquc emolumento, Chiriacus Stroza Florentinus in explicando naturalis Philoſophia dogmata Bononia conſumpſerat, donec Coſmi Magni Etruria Ducis literis inuitatus, apud quem ſemper in honore fuit, Florentiam venit, vt publicè in Gymnaſio, Piſis itidem philoſophicam doctrinam profiteretur.*

NAturæ, de qua *Satyra* 13. ſatis appoſitè ſic luſerat Iuuenalis:

1 —— Fixa & mutari neſcia:

Philo Iudæus *lib. de cherub.* innatam, vt in agendo exprimeret firmitatem, non Cubo (vt par erat) aut Quadrato, ſolidis quibus figuris apud Valerianum *Hierog. lib.* 39. Sapientia, quæ cum natura mirificè conſentit, ingenioſè portenditur (quandoquidem, vt ſtatim *Satyra* 14. idem ſubinfert Poeta,

Nunquam aliud Natura, aliud Sapientia dicit)

Sed aquis, mariſque fluctibus (ſacris in literis 2. *Reg.* 14. alias inconſtantiæ ſymbolis) legentium non ſine ſtupore, ipſam le-
3 ,, pidè comparauit. Inquit enim, cauſam
,, exponens: Quemadmodum omnis aqua
,, ſuaptè natura quieta eſt, quoties ſecun-
,, dus ventus à puppi aſpirat, omni rudente
,, modò plenis velis naues in portum infe-
,, runtur: quoties autem repentè aduerſus
,, à prora incumbit, multam iactationem,
,, ac ſtrepitum excitat, interdum etiam ſub-
,, uertit nauigium: & tamen innoxio mari
,, crimen hoc ingeritur, cùm ſatis appareat
,, remiſſione, vehementiaque ventorum,
,, aut fluctus, aut tranquillitatem fieri: Ita
,, natura, quæ rationem auxiliatricem ha-
,, bet, quieta quidem eſt per ſe, eumque
,, fælicem meritò reddit, qui contra om-
,, nes impetus poteſt benè vti. Quamobrem & ſi piſces (naturæ cum aquis ne excidamus parilitate) nulla dent, ſicut animalia reliqua, cùm volatilia, tum terreſtria multa præbent ingenij, & docilitatis experimenta, adeò vt apud Egyptios, Hierogl. *lib.* 31. Valeriano teſte mos inolcuerit, Hominem à muſis, & gratijs alienum, piſcis cognomento nuncupare: Naturales tamen Philoſophos, eò quòd erratica curioſitate, ſecreta peruadant naturæ,
,, Caſſiodorus *in pſal.* 8. Piſces appellauit id-
,, circò. Nam ſicut illi, poſita fronte (ait)
,, itinera ſibi relecant, pelagi inundatione
,, confuſa: ita & iſti capite demiſſo, venas
,, rerum, ratione humana, aſſiduo labore
,, perquirunt. Sunt ij profectò, qui rerum principia, cauſaſque tractant, qui quo modo, quidque gignatur, quoquo modo intereat ediſſerunt: qui nimborum, tempeſtatumque cauſas: qui corporum cæleſtium magnitudines, interualla, curſus, progreſſiones: qui animæ naturam, qui rationem ſenſuum, qui animantium omnium ortus, victus, figuras, qui ſtirpium, qui omnium fermè rerum, quæ gignuntur è terra, naturas ita perſequuntur, nulla vt pars ab eis, cælo, mari terra prætermiſſa ſit.

Cæterùm, quia piſces, quorum hic Phyſici ſignificantur nomine, commoda
2 multa, vtilitateſque hominibus ſuppeditarunt abundè, magno quoque pretio, & exiſtimatione plurimas apud nationes, plerumque ſunt habiti. Præter enim victum, tegumentum, & arma, etiam ex piſcibus, non ſecus ac ex auibus, aut terreſtribus, animantibus, eorum paſſim auguria captabant. Auguſtus nanque, cùm propè Siciliam contra Pompeianos infæliciter pugnaſſet, ægrè eam ferebat ignominiam, nec anteà collegit animum, quàm piſcis vltrò è mari ſaliens ad pedes eius accidit, atque à Vatibus ob eam cauſam reſponſum eſt, Siciliam in eius poteſtate fore. *Xenophil. in Auguſto. Plin. lib.* 9. *cap.* 16. *Dion. Caſſ. lib.* 49. Sed fortè caſu hoc factum cauillabitur aliquis: non illud tamen, quod ab eodem Plinio *lib.* 31. *cap.* 1. proditur:
,, Fons (inquit) Limyræ tranſire ſolet in
,, loca vicina portendens aliquid; mirum-
,, que, quod cum piſcibus tranſit, reſponſa
,, ab his petunt incolæ cibo, quem rapiunt
,, animantes: ſi verò euentum negant, cau-
,, dis abigunt. Ipſos propterea cunctis pretioſis præferebant dapibus, dicente Plu-
,, tarco 4. *ſympoſ.* Quemadmodum enim ex
,, multis Poetis vnum, qui reliquis præſtat,
,, eximio nomine Poetæ afficimus: ita cum
,, multa obſonia ſunt, piſcis tamen obri-
,, nuit, vt vel ſolus, vel præcipuè obſonium
,, vocaretur, quia nobilitate reliquis om-
,, nibus multò antecellit. Quarè maximæ olim cænarum deliciæ Tripatinum erat. *Plin. lib.* 23. *cap.* 12. in quo vna erat Murænarum, altera Luporum, tertia Myxo-

nis

nis Piſcis. Vnde ſumma cura variæ Piſcinæ apud Veteres ſunt inſtitutæ, quo in ſtudio præcipui flagrarunt L. Luellus, Q. Hortenſius Conſulares, & L. Philippus, qui non ſemel à Cicerone 2. *ad Attic. epiſt.* 10. Piſcinarij vocantur, atque Tritones Piſcinarum. Quàm ſumptuoſæ verò hæ Piſcinæ fuerint, vel ex eo conſtare arbitror, quod Columella *lib. 8. cap. 16.* referat Catonem, qui Luculli liberorum tutor fuit, grandi ære, ſextertium millium, quadringentorum, quæ duodecim millia noſtrorum philippicorum efficiunt, pupilli ſui Piſcinas venditaſſe.

Plurimæ dignitatis præterea, ac reuerentiæ cauſa, etiam ſacrificijs piſces fuiſſe
3 adhibitos, ex Agathycide, *lib. 7. Dipnoſoph.*
„ narrat Athenæus, dicens; Bæotos ſolitos
„ eſſe Anguillas Copaidas raræ magnitudi-
„ nis, hoſtiarum modò coronare, aſperſaſ-
„ que mola ſalſa, cum precibus Dijs im-
„ molare. Et *lib. 8.* memorat Sarpedonem Demetrij Ducem, piſces ſacrificaſſe Neptuno auerſori, quòd hoſtem ſuum Tryphonem Apamæenſem à quo victus fuerat, cum omnibus copijs repentinis fluctibus obruiſſet, quibus plurimi permiſti erant piſces. Quòd ſi cui Græcorum fides ſuſpecta fuerit, Romæ etiam, piſcibus ſacrificatum fuiſſe, *6. faſt.* venuſtè oſtendit Naſo:

Tertia poſt nonas remouere Lycaona Phœbe
Fertur, & à tergo non habet Vrſa metū,
Tunc ego me memini ludos in gramine campi
Aſpicere, & dici lubricè Tybri tuos.
Feſta dies illis, qui lina madentia ducunt,
Quique tegunt paruis æra recurua cibis.

Quinimò portentoſa Numinum productrix, cultrixque Egyptus (& ſi prophanum, atque abominabile per piſces, alias ſignificari ſit proditum, *Valerian. Hieroglyph. lib. 31.*) eos tamen ſacros voluit, & inter Deos retulit, vt *ſatyra* 15. teſtatur Iuuenalis, dicens:

Illic cæruleos, hic piſcem fluminis, illic
Oppida tota canem venerantur, nulla Dianam.

Et Strabo *lib. 17.* Oxirynchum piſcem in ciuitate ſibi cognomine, peculiari templo coli, apertè narrat; atque idcircò graue bellum exortum, Plutarchus meminit *lib. de Iſide, & Oſiride*, quod Oynopolitæ eiuſmodi comediſſent piſcem.

Verùm enim verò, cùm naturales Philoſophi longè quàm piſces, mundo ma-
4 iora præſtiterint obſequia, non pari cum ipſis, ſed quidem potiori ab omnibus ampliandi ſunt honore. Eſt quippe Phyſica, qua renitente ſcientia, huius vitæ lux; veræ Religionis propugnaculum, eorumque, qui falſas impiorum hominum nituntur refutare calumnias fæcundum promptuarium. Bonos nanque contra malorum firmat, & armat audaciam, eius præſidijs chriſtiana fides ſępè communita, confertiſſimas inimicorum perrumpit acies, omnia coniecta contemnit tela, ac irriſorum ſibila pro nihilo ducit. Ipſa duce, fortiſſimi Chriſti Milites infinitas tum hæreticorum, tum externorum fuderunt copias, eorundem retuderunt furorem, ac de perfidia tandem glorioſiſſi-
5 mè triumpharunt. *Perpinianus orat. 4.* Quare non tantùm noſtrates arduos vt ea potirentur, quandoque ſubierunt labores; verùm & ex alienis quamplurimos (vt quæ de ipſa peregrè didiciſſent à Barbaris, domi pro ſuis venditarent) ad Egyptios, Chaldæos, Indorumque Brachmanas, peregrinationes, ne veriùs dicam exilia, ſuſcipere minimè piguit. Certè eorum ſtudium, & Epicuri præſertim, qui de natura multiſciùs credebatur, *1. de rerum natura* his metris affabrè declarat Lucretius:

Ergo viuida vis animi peruicit, & extra
Proceſſit longè flammantia mœnia mundi:
Atq; omne immenſum peragrauit mente, animoque:
Vnde refert nobis victor quid poſſit oriri,
Quid nequeat, finita poteſtas denique cuiq;
Quanam ſit ratione, atque altè terminus hærens.

Ac de Iccio ſubindè Agrippæ in Sicilia Procuratore, Phyſicæ ſummè dedito, *lib. 1. epiſt. 13.* ad ipſum ſic ſcribit Horatius:

Miramur ſi Democriti pecus edit agellos,
Cultaque, dum peregrè eſt animus ſine corpore velox:
Cùm tu inter ſcabiem tantam, & contagia lucri,
Nil paruum ſapias: & adhuc ſublimia cures?
Quæ mare compeſcant cauſæ: quid temperet annum:
Stellę ſpontè ſua, iuſſæ ne vagentur, & errēt:
Quid premat obſcurum Lunæ, quid profetat orbem:
Quid velit, & poſſit rerū concordia diſcors
Empedocles an Stertinij deliret acumen.

His exantlatis ergo, eorum bene perpenſis laboribus, arduiſque de natura in-
6 timius meditatis ſtudijs, ex bonarum non defuerunt quoque artium veris ſectatoribus, qui magnis afficerent honoribus, ſummaque reuerentia ipſos colerent. Colores idcircò differentem audiens de natura Epicurum properè genibus eius accidit: atque hæc glorians ipſe ſcribit Epi-
„ curus: Poſtquam venerantem te, ea quæ
„ tunc à nobis memorabantur, cæpit miri-
„ ficum deſiderium, vt amplecteteris nos,

„ genua noſtra attingens, & omnem ſoli-
„ tum guſtares in deferendis honoribus, &
„ ſupplicationibus ſtuperem. Efficiebas er-
„ go (inquit) vt nos quoque viciſſim, &
veneraremur. *Plutarchus contra Colotem,*
Hinc ex Fulgoſio *lib.3. cap.4.* etiam habe-
tur, quod Menedemo Eretrienſi Philoſo-
pho Athenis prætereà ob ingentis virtu-
tis, ac doctrinæ meritum, quod rarò alijs
contingit, poſitæ fuerunt Statuæ; atque
in eo maior virtutis, quàm natalium
habita ratio eſt: patre enim ortus fuerat,
qui mechanicum opus, conſuendis tento-
rijs, conficiebar. Sed hos nimis veluti
obſoletos interim mittamus; præſertim
de iis cum abundè ſcripſerint Laertius,
Eunapius, & Philoſtratus. Quare recen-
tioribus magis inhærendo; ex authoribus,
qui eorum inter ſcripta, vel alibi congeſ-
ſerunt geſta, quorundam duntaxat excel-
lentias, & prerogatiuas, quibus innume-
ros ſibi meruerunt honores, paſſim addu-
cam. Caius itaque Plinius Secundus (vt
ab antiquioribus in hac incepta ſerie ſu-
mamus exordium) ſex millia cum de na-
tura ſcitu digna, triginta ſex tantummo-
dò libris mirificè complexus fuiſſet, atq;
Veſpaſiano Principi, fauſtiſſimo omine,
inſigne tale opus conſecraſſet; tanti no-
minis proindè adeptus eſt gloriam, vt
præter opes, ac dignitates, quas tunc abun-
dè collegerat, nunquam ſibi perituram
famam, vſque ad ſtuporem meritò obti-
nuerit. Nam ad Mirandulanum de eo
ſcribens apud Iacobum Gaddium *lib.2. de
ſcriptoribus &c.* Hermolaus Barbarus, ita
præclarè teſtatus eſt. Opus naturalis Hi-
„ ſtoriæ nobiliſſimum, & ſine dubio cæle-
„ ſte, in quo vno Barbari, & Græci nobis
„ inuidere poſſint, Gellius dum malignè
„ laudat, in ordinem quoque redigit: Cen-
„ ſetur indoctus, qui Plinium non legit; in-
„ doctior, qui lectum contemnit; indoctiſ-
„ ſimus, cui non ſapit: debet ętati noſtræ
„ pluſquam ſuæ Plinius; ſed nos ei magis,
„ qui per illum maximè ſubſiſtimus.

Sed vt aliquando Equus ſeſſorem ra-
piat, & ſaltu pluſquam giganteo (omiſ-
7 ſis alijs) à prima, ad decimam quintam
poſt Chriſtum natum tranſeamus ætatē;
anno ſanè 1430. latè claruit ex Creta, Pe-
ripateticæ Philoſophiæ ſtudioſus, & ſecta-
tor acerrimus Georgius Trapezuntius,
qui primus omnium Græcorum, græcas
literas, ſumma cum laude, in Italia do-
cuit: Romam enim veniens, propter inſi-
gnem eruditionem, Pontifici gratus,
Apoſtolicus Secretarius conſtitutus eſt,
Ariſtotelem, quem mirificè coluit, longè
Platoni prætulit; cuius etiam vitam, &
doctrinam famoſis ſcriptis amarulenter
inſectatus eſt. Sed & prætereà Beſſario
Natione Græcus, patria itidem Trape-
zuntius, Patriarcha Conſtantinopolita-
nus, qui Eugenij IV. tempore in Italiam
venerat ad Concilium Florentinum,
Philoſophus, & orator, non vulgari do-
ctrina præditus, maiores equidem aſſe-
quutus eſt dignitates; Nam primus om-
nium ex Græcia fuit, qui communibus
Patrum ſuffragijs cum Iſidoro in Sena-
tum Cardinalium electus eſt. Vir certè
propter inſignem ſcientiam, & vitæ ſan-
ctimoniam non ſolum dignus, qui inter
Cardinales cenſeretur, ſed qui Pontifica-
tum ſummum teneret. Eo enim Rei-
publicæ gubernacula moderante ſperare
omnes poterant vitæ, ac morum emen-
dationem. Eius tanta fuit liberalitas er-
ga viros doctos, vt eius domus artium
liberalium officina diceretur, Venetijs
Bibliothecam libris græcis, & latinis in-
ſtructiſſimam erexit, quos ex Græcia in
Italiam multis impenſis emptos transfer-
ri curauit, Bibliothecæ verò præfecit Mar-
cum Antonium Sabellicum, Roma ma-
gno ſtipendio accerſitum. Scripſit & ipſe
plura volumina doctrina, & vtilitate ple-
na: vt contra Marcum Epiſcopum Ephe-
ſinum de Spiritu Sancto, malè cum Græ-
cis ſentientem in Concilio Florentino.
Platonem in primis colebat, prò cuius de-
fenſione, & laude ſcripſit contra Geor-
giū Trapezuntium libros quinque. Trā-
ſtulit ex Ariſtotele Metaphiſicorum li-
bros 14. atque alia compoſuit non pauca.
Defunctus eſt Rauennę ex Legatione
Gallica rediens, anno ætatis 77. Friderico
Imperatore, & Xiſto IV. Pontifice Ma-
ximo Anno Domini 1473. Corpus eius
Romam translatum, & in Apoſtolorum
Templo, magnifico conditum eſt monu-
mento, quod ipſe viuens, ſibi erigi cura-
uerat, hac inſcriptione exaratum. Beſſario
Epiſcopus Tuſculanus Sanctæ Romanæ
Eccleſiæ Cardinalis Nicenus. Patriarcha
Conſtantinopolitanus. Nobili Gręcia
ortus, oriunduſque ſibi viuens poſuit an-
no ſalutis 1476.

Beſſarioni autem Theodorus Gaza,
Patria Theſſalonicenſis vir nobilis græ-
8 cę, latinæque linguæ peritiſſimus dudum
familiaris fuerat, & amicus, à quo multis
honoribus, & beneficijs cumulatus extitit,
eiuſque commendatione Sacerdotium in
magna Græcia adeptus, ætatem illic ſtu-
dijs, bonorumque authorum lectionibus
ſedulò incumbens, fęliciter abſoluit. Om-
nium ſui temporis hominum doctiſſimus
idcircò habitus eſt. Literas latinas in
Italia didicit, in quarum cognitione tan-
tum profecit, vt ſumma fælicitate, &

omnium

omnium admiratione, Latina Græcè, & Græca latinè exactiſſimè verterit. Stylo vſus eſt non affectato, ſed puro, & facili, veteres latinos imitatus. Eius doctrinam mirificè extollit Hermolaus Barbatus. Plurima præ cæteris lucubrationibus naturalis Philoſophię reliquit monumenta latino demandata idiomati, vt Theophraſti hiſtoria de plantis: Ariſtoteles de animalium hiſtoria lib.9. De partibus animalium, earumque cauſis lib.4. de generatione animalium lib.5. Problematum ſectiones 38.& Alexandri Aphrodiſienſis problematum lib.2. Obijt Romæ anno 1478. Friderico III. Romanorum Imperatore, & Xiſto IV. Summum gerente Pontificatum. Claruit item iiſdem temporibus, Marſilius Ficinus, Patria Florentinus, Platonicæ doctrinæ ſummus admirator, & cultor, Græcæ latinæque linguæ peritiſſimus: homo ingenij acuti, & vigilantis, vnicè adamatus à Coſmo Florentinorum Principe propter exquiſitam ſcientiarum omnium, qua pollebat cognitionem: Fuerat enim Marſilius cum Angelo Politiano bonarum literarum ſtudijs excultus opera,& ſumptu Laurentij Medices, qui & ipſe doctus, eruditorū omnium Mæcenas vocatus eſt: tantaque authoritate, moderatione, & prudentia Florentinorum rexit Rempublicam, vt vere Pater poſſet nuncupari. Poſt cuius obitum, non minore apud Coſmum gratia valuit: & ab eo diuitijs, & honoribus ditatus, otio literario vacans, Principis benemeriti ſuaſu, Iamblicum, Syneſium, Pſellum Platonicos authores, ipſumque totum Platonem latio dedit. Scripſit, & alia inſignia opuſcula,quæ à doctis ſingulari delectatione, & fructu leguntur. E viuis tandem, in villa Coregiana quò ſeceſſerat, ætatis 71. Chriſti verò 1483. literatorum, amicorumque omnium, ſummo migrauit dolore: humatus eſt Florentiæ Maiori in Æde, hoc appoſito Epitaphio.

„ En hoſpes, hic eſt Marſilius Sophiæ
„ pater: Platonicum, qui dogma,
„ culpa temporum ſitu obrutum il-
„ luſtrans, & Atticum decus ſer-
„ uans Latio dedit, fores primus Sa-
„ cras, diuinæ aperiens mentis actus
„ numine. Vixit beatus ante Coſmi
„ munere Laurique Medicis: nunc
„ reuixit publico S. P. Q. Flor. anno
„ ſalutis 1521.

Siquidem in Pago non procul à Groninga parentibus honeſtis, ſed tenuioris
9 fortunę, fauſtiſſimo tamen ſidere natus eſt Rudolphus Agricola, natione Friſius. Is nanque à prima ætate, bonarum literarum ſtudio flagrans, Muſis ſe totum dedit: vtque poſſet maiores ſuarum lucubrationum fructus referre, Groninga, vbi prima ſtudiorum fundamenta fœliciter iecerat, diſcedens; in Brabantiam ad Louanienſem Academiam ſe contulit, vt auditione Doctiſsimorum, quibus ea Ciuitas celebris ſemper extitit, perfectiorem rerum cognitionem ſibi acquireret: Neque eum vtique ſpes fefellit: nam vt ingenio fuerat excitato, & indefeſſi laboris, tantum breui profecit, vt Lauream Philoſophicam adeptus ſit. Vtque poſſet in græcis literis promoueri; iam ætate prouectior, cum alijs ſuæ nationis ſtudioſis iuuenibus in Italiam profectus eſt, fama tot clarorum virorum illectus. Docebat enim tunc Ferrariæ ille vir ſingularis doctrinæ Theodorus Gaza, vt nuper retulimus, ſub cuius diſciplina, & inſtitutione Agricola eò vſque prouectus eſt eruditionis, vt iam nulli condiſcipulorum Græci idiomatis in cognitione cedere videretur. His ornatus dotibus, & ſcientijs locupletatus, in Germaniam redijt, vbi omnium applauſu, vbique exceptus eſt: certabatur enim paſſim, quis Agricolam apud ſe retineret. Vicerunt tandem Heydelbergenſes Academici, qui illum ad ſe attraxerunt, ampliſſimis Palatinorum Principum ſtipendijs. Vbi igitur diſputationum logicarum Moderator creatus, Ariſtotelicæ Philoſophiæ interpres accuratiſſimus iudicatus eſt. Profeſſor non ſolum diligens, ſed ſcriptor aſſiduus, vt eius teſtantur opera. Obijt tandem Heydelbergæ 1485. Sepultus eſt apud Minoritas, Sancti Franciſci habitu amictus. Eius Epitaphium hoc tantum continet:

„ Deponenti anathema; relinquenti bene-
„ dictio. Super Monumento autem ad parietem, affixa cernitur tabella, hac Hermolai Barbari venuſta delineata inſcriptione:

Inuida clauſerunt hoc marmore fata Rudolphum
Agricolam Friſij ſpemque decuſque ſoli.
Scilicet hoc viuo meruit Germania laudis,
Quicquid habet Latium, Græcia quicquid habet.

Si verò, Perſio teſte *ſatyra* 1.
10 ——pulchrum eſt digito monſtrari,& dicier hic eſt:
cuius rei cauſa 4. *carm. ode* 3. ſummè lætabatur Horatius, Melpomeni, ſcribens:
Totum muneris hoc tui eſt,
Quod monſtror digito prætereuntium
Romanæ fidicen lyræ:
Ioannes Picus Mirandulæ Dominus, & Concordiæ Comes præ cæteris Philoſo-

phis haud impares recepit honores, dum
ab Italis, quod præter ſuæ gentis illuſtria
ſtemmata, vir omnibus corporis, animi-
que dotibus excultiſſimus fuerit, antono-
maſticè, Phænix cognominatus legitur.
Extiterat enim admirandæ doctrinæ, elo-
quentiæ, facundiæque primariæ; in di-
ſputationibus præſertim ſubtili ingenio,
& perſpicaciſſimæ prudentiæ. Græcam,
Latinam, Hebræam, Chaldaicam, & Ara-
bicam exactè tenebat linguas. Vtque
erat excelſi ſpiritus ingenioque ad maxi-
ma quæque erecto, ardore iuuenili im-
pulſus Romam venit, vbi Concluſiones
nongentas in omni ſcientiarum genere
diſputandas propoſuit; quarum quingen-
tæ ſunt in Philoſophia veterum, Mathe-
matica, Cabala, & Magia: in quibus inui-
ctum ſe, & admirabilem omnibus præſti-
tit, cum omnibus tanto ingenij acumine,
tanta facundia, gratia tanta reſponderit, vt
de omnibus triumphum tulerit. Demum
Florentiæ deceſsit 1489. annos natus 33.
humatuſque eſt ibidem in Templo Diui
Marci: cuius tumulo adſcriptum eſt:

Ioannes iacet hic Mirandula: cætera no-
runt,
Et Tagus, & Ganges, forſan & Antipo-
des.

Plurima tanto ingenio digna ſcripta reli-
quit, quædam licet mutila, & imperfecta,
quæ tamen Ioannes Franciſcus nepos,
Galeoti Pici filius græcè, & latinè doctiſ-
ſimus, patrui inſtitutus exemplo, ſedulò
collegit, & præter ea, quæ per ſe, & ipſe
ediderat, abſoluta publicauit.

Iuris prudentia, cui paterno iuſſu Caro-
lus Cluſius Atrebas Hiſtoriæ ſimplicium
11 peregrinorum clariſsimus Scriptor ali-
quandiù licet inuitus operam dederat, pe-
nitus neglecta; philoſophicum ſtudium
ex animo amplexus eſt, cuius ob amorem
plurimas etiam Orbis perluſtrauit plagas.
Quibus in ſtudijs adeò profecit, vt à Ma-
ximiliano Cæſare huius nominis II. Vien-
nam Auſtriæ euocatus fuerit, & in Aulæ
Cæſareæ familiarium numerum benignè
receptus, quo etiam loco apud Cæſarem
Rudolphum II. Maximiliani Fratrem ho-
noratus manſit. Linguarum ſeptem, vt-
potè Latinæ, Græcæ, Italicæ, Gallicæ,
Hiſpanicæ, Luſitanicæ, & Belgicæ exa-
ctam habuit peritiam; Variarum etiam
rerum præſtantiſsimarum, præſertim in
hiſtoria ſimplicium peregrinorum, tan-
tam notitiam, & vſum ſibi acquiſiuit, vt
per tot regna Orbis terrarum, eorum
ſcriptor, vel grauior, vel diligentior, tunc
repertus non ſit. Quare ipſum ob tot ani-
mi, ingenijque virtutes, atque incompa-
rabiles dotes, idem Imperator Maximi-
lianus nobilitatis Priuilegijs optimò eius
meritò cohoneſtatum plurimum adama-
12 uit. Sed vbi interea Philoſophiæ rudi-
menta Alardus Amſtelredamus Philoſo-
phus in patria percepiſſet, ſe ſe Coloniam,
& Louanium contulit, atque humanio-
ribus ſtudijs fælici ſucceſſu operam dedit.
Itaque cum præclaram eruditionem ſibi
comparaſſet, inter publicos profeſſores
Louanii receptus fuit. Erat etiam Alar-
dus græcæ, & latinæ linguæ peritiſsimus,
atque artium dicendi ſingularis æſtima-
tor. Itaque omnia Rudolphi Agricolæ
opera emendauit, atque doctis ſcholijs
egregiè illuſtrauit. Præterea mirabilia
ſui ingenii documenta reliquit. Hinc fa-
ctum, vt Alardus omnibus doctis viris per
Germaniam doctior habitus ſit, & extite-
rit; atque ſibi vbique magnam authori-
tatem compararit. Tandem 1541. viam
vniuerſæ carnis ingreſſus, fælicem ſui me-
moriam, ob multiplicem eruditionem
reliquit. Non quidem procul ab his tem-
poribus, Petri Belloi Toloſatis Philoſo-
phi fama, totum fere per orbem item re-
ſonuit, dum non literis tantum, & præ-
clara eruditione nobilis, ſed & peregri-
nationibus in remotiſsimas Vniuerſi par-
tes ſuſceptis, rerum exoticarum indaga-
tor ſolertiſsimus eſt appellatus: quod iam
monumentis editis luculenter demon-
ſtrauit, tum æterna nominis ſui celebra-
tione comprobauit. Atque vt fidem di-
ctis faciamus, videbimus, quæ nam eius
lucubrationes doctorum manibus tritæ in
publico proſtent. Sunt autem hæc ferè
eius ſcripta. De Aquatilibus. De admi-
rabili operum antiquorum, & rerum ſu-
ſcipiendarum præſtantia. De medicato fu-
nere, ſeù cadauere condito, & lugubri de-
functorum eiulatione. De medicamen-
tis nonnullis ſeruandi cadaueris vim obti-
nentibus. De Arboribus coniferis, reſi-
niferis, alijs quoque ſempiterna fronde
virentibus. De melle cedrino, Cedria,
Agarico, Reſinis, & iis, quę ex Coniferis,
proficiſcuntur. De obſeruationibus ſin-
gularium rerum omnium in diuerſis re-
gionibus viſarum, nempe in Græcia, Aſia,
India, Aegypto, Arabia, & alibi. De Pi-
ſcibus Marinis peregrinis: deque Delphi-
no &c.

Duos illos demum veteris Græciæ ſũ-
mos viros, Platonem, ſcilicet, & Ariſto-
13 telem, Chiriacus Stroza Florentinus ſibi
præcipuè proponens, tàm magno eorum
libros habuit in pretio, vt cæteris omni-
bus poſthabitis, præter cæteros etiam ad-
miraretur, ediſceret, & coleret. Quare
inter eos quodammodo factus arbiter,
quandoque pronuntiarit cum vtrumque
idem

idem in Philoſophia propoſitum vrgeret, vt vna mente conſentire in vnam ſententiam facilè poſſent; ea ratione tamen, vt Plato, Ariſtoteles diſsipatus, Ariſtoteles autem, Plato benè ordinatus poſſet appellari. Cum ſe igitur, hiſce ſatis euoluendis Authoribus plurimum exornaſſet, ſummorum Virorum vocatù Bononiam ſe contulit, vt ibi grȩcas literas, & Philoſophiam ſuperiore è loco profiteretur. Octo ille annos huius oneris cauſa ibi manſit magna cum laude, ſuoque inſigni cum emolumento, donec Coſmi Magni Etruriæ Ducis literis inuitatus Florentiam venit, vt publico in Gymnaſio Piſis itidem doctrinam profiteretur. Id ipſum Vir doctiſſimus (vt cupiebat Princeps) ita præſtitit, vt cum cæteros homines ingenio anteiret, & publico Gymnaſio decus, & laudem ſibi maximam pepererit. Magno erat apud Coſmum in honore, multaſque cum eo horas de rebus grauibus conſumere ſolitus erat. Admirabatur in eo vir Princeps cuius ingenij magnitudinem, tum rerum pene omnium ſcientiam; Philoſophia tamen cunctis rebus inſignis apparebat. Præter cæteros autem, qui eum audire conſueuerant, præſertim tres nominantur purpurati, Columna, Vrſinus, & Alciatus. Ludouicus Antinorius Piſanorum Archiepiſcopus; Pyrrus Strozius; Petrus Oricellarius; Baccius Valorius; Franciſcus Bonamicus; Petrus Angelius, qui omnes meri doctrinæ Principes, viam perſequuti magiſtri, & ſibi ipſi mirandum in modum profuerunt, ac Preceptorem egregiè illuſtrarunt. Obijt Piſis, animo ad pietatem benè confirmato, anno tertio, & ſexageſimo ſuæ ętatis. Cuius ſapientiam atque doctrinam non defuerunt prætereà viri inſignes, qui miris, & excelſis extulerunt laudibus, vt Petrus Bembus, Benedictus Varchius Piccolomineus, & Claudius Ptolemæus Senenſes, Iacobus Sodaletus, Flaminius Nobilius, Annibal Carus, Petrus Fonſeca, Antonius Angelius, Petrus Victorius, Theodorus Zuuingerus, Petrus Poiſſoneus Regis Galliȩ Conſiliarius, Paulus Minius, atque alij. *Franciſcus Bochius lib. 2. elog. vir. florent.*

Cæterum cum natura paucis, minimiſque contenta dicatur. *Boet. lib. 2. de conſ.* (notanter ne præſens excreſcat opus) his vſque modo prænarratis honoribus, naturales ad ſufficientiam ſe quoque cõdecoratos cenſebunt Philoſophi; præ alijs innumeris, adhuc qui recenſeri poſſent.

CAPVT XV.

Matheſis certitudinem, veritatemque plurimum admirantes homines; fauoribus, honoribus, & gratijs, illius quoque ita venerati ſunt cultores, vt eorum nomen, famamque cæli vſque ad ſidera, quàm ſæpiſsimè tulerint.

SVMMARIVM.

1 *Mathematica, cum validioribus, potioribuſque vtatur demonſtrationibus, cæteris longè ſcientijs certitudine, & honorificentia præſtat. Hæ nanque propter multitudinem, ac varietatem opinionum, ità defatigant intellectum, vt in veritate indicanda, non ſemel ſuſpenſus hæreat, & incertus. Quod Mathematica occurrit nequaquam, vt eius ex theorematum immutabilitate conſtat.*

2 *Concluſiones idcircò huius facultatis non tantum dici ſolent veritates, ſed prætereà mirabiles veritates, vt latè oſtenditur ex diuerſis Euclidis propoſitionibus. Quare fit, vt ij ſoli in arduis quæſtionibus videantur poſſe verum à falſo diſcernere, qui Euclidem habent familiarem.*

3 *Nonnulla Arithmetica oſtenduntur admiratione digna, vt id, quod Algebram vocant; Numeros ſurdos, qui ſcilicet nullo modo exprimi poſſunt, dum addit, ſubtrahit, multiplicat, diuidit perindè ac ſi numeri communes eſſent; atque id genus alia.*

4 *Geometria pariter, quædam alia traduntur mirabilia, vt dum oſtendit triangulũ quoddam eſſe dato circulo æquale: dum parabolam ad quadratum redigit: dum planorum centra grauitatis rimatur: dum totius arenæ mundum vniuerſum complentis numerum ſubducit, & cætera alia.*

5 *Celebrium proinde locorum quamplurimi Principes, mathematicas coluerunt, & profeſſi ſunt diſciplinas, vt Hadrianus, & Septimius Auguſti, Carolus Magnus, Solymas Turcarum Imperator, Conſtantinus, Leonis Philoſophi filius, & Bardus Theophili Imperatoris Auunculus, atque alij.*

6 *Ægypti Sacerdotibus, qui Mathematicam ex inſtituto callebant exemptiones, & ſtipendia maxima collata ſunt, cæteroſque id genus ſemper deinceps veneraca eſt antiquitas; vt de Euphorbio, Thalete, Anaximandro, Anaximeno, Democrito, Parmenide, Theeteto, alijſque oſtenditur non paucis.*

7 *Ptolemęi Mathematicorum Principis plurima expenduntur geſta, quibus mathematicas diſciplinas græcis hominibus, quos non*

dum

dum ea cæleſtis ſcientiæ gloria attigerat, non ipſius ſcientiæ terminis, ſed ſui ingenij ſin bus abſolutiſsimè importauit: vnde & famam apud poſteros meruit immortalem.

8 *Quantum Ioanni à Sacro Boſco Anglo fuerit nomen, ex ſtyli antiquitate quo eius, multorumque epitaphia inſcripta ſunt apertè colligitur, nàm diuturnam famam, illius indicant memoriæ, præſertim cum in antiquis leuiores ſufficiant probationes.*

9 *Multa ediderat in Mathematicis eruditione plena Ioannes de Monte Regio, in quorum gratiam Mathias Rex Hungariæ ipſum multis auxit honoribus. Vnde à Summo Pontifice, vt Calendarium corrigeret, Romam etiam fuerat euocatus. Chriſtophori deinde Columbi heroica enarrantur geſta, quibus à Rege Catholico valdè meruit honorari.*

10 *Lucæ Gaurici, & Petri Apiani recenſentur honores, quibus ille à Paulo III. iſte à Carolo V. propter inſignem Mathematicarum rerum peritiam fuerunt inſigniti: Quibus Principibus, vt grati haberentur, ſuarum nonnullas ex inde dicarunt lucubrationes.*

11 *Petrus Ramus Veromanduus apud omnes Europæ Academias tanti nominis extitit, & famæ, vt certatim, luculento illi propoſito ſtipendio in eis ad proficendum, Summi Principes ipſum enixè vocarent: Cui tamen patriam omnibus exteris magis præferre libuit.*

12 *Iuliani Riſtorij Carmelitæ; Guidi Vbaldi Sanctæ Mariæ è Marchionibus Montis; & Philippi Ferrarij Scruitæ, illuſtria recoluntur elogia, quibus latè oſtenditur, quantum apud Magnos Principes, & eruditos viros in honore fuerint.*

13 *Ad Mathematicos Parœneſis: Quod ſcilicet, penitus omiſſa, aut neglecta illa vera, & ſyncera Philoſophia, quæ mores dirigit, motuſque animæ rebelles comprimit; mathematica ſtudia maximè labefactari.*

ILla planè ſi certior, ac venerabilior iudicanda cenſetur Scientia, quæ validiori-
1 bus, potioribuſque vtitur demonſtrationibus 1. *poſt cap. 23. tex. 42.* omni prorſus remoto dubio cæteris longè Matheſis, certitudine, & honorificentia vtique præſtabit. Demonſtrat enim omnia de quibus demonſtrare incumbit firmiſſimis, vrgentiſſimiſque rationibus, adeo vt verè, & propriè in auditorum animo ſcientiam gignat, omnemque penitus dubitationem abigat, id quod alijs tribuere ſcientijs vix excogitatur permiſſum, cum in eis ſæpè numero intellectus multitudine opinionum, ac ſententiarum varietate obrutus, concluſionum in veritate iudicanda ſuſpenſus hæreat, & incertus. Cuius rei fidem apertè ferunt tot Peripateticorum ſectæ (vt alij interim ſilentio inuoluantur Philoſophi) quæ ab Ariſtotele veluti rami ex vno trunco exortæ, adeò inter ſe ſe, & nonnunquam ab ipſo diffident Magiſtro, vt num de nominibus, an de rebus potius diſputationem inſtituerit penitus ignoretur. Hinc fit vt pars interpretes græcos, pars latinos, arabes alij, alij nominales, alij denique reales, quos vocant (qui omnes tamen peripateticos ſe eſſe gloriantur) tanquam doctores ſequuntur. Quam autem hoc à Mathematicis abſit demonſtrationibus neminem latere putatur. Theoremata nanque Euclidis, cæterorumque Mathematicorum, eandem hodie, quam ante tot annos retinent in Scholis veritatis puritatem, rerum certitudinem, demonſtrationum robur, ac firmitatem. Cum igitur Mathematicæ diſciplinæ, veritatem adeò experant adament, excolantque, vt non ſolum nihil quod ſit falſum, verum etiam nihil, quod probabile tantum exiſtat; nihil admittant denique, quod certiſsimis non confirment, roborentque demonſtrationibus, dubium ſanè eſſe non poteſt, quin primus inter alias ſcientias illis ſit cõcedendus locus. Eam quippè ſcientiam eſſe digniorem præſtantioremque, quæ magis ſinceritatis, veritatiſque eſt amans Plato *in Philebo, ſiue de ſummo bono* docuit.

Hinc iure optimo, non veritates dun-
2 taxat, ſed mirabiles huius facultatis concluſiones, dici ſolent veritates. Quarè cum Tullio 1. *de orat. ſect.* 85. *n.* 10. ſanè li-
,, ceat ſic admirari: Quis ignorat, ij, qui
,, Mathematici vocantur, quanta in obſcu-
,, ritate rerum, & quàm in recondita arte,
,, & multiplici, ſubtilique verſantur? Et
verò quis non admiratur (vt *de natura Mathematica cap. 4.* ſcitè notat Blancanus Bononienſis) cùm intelligit omne triangulum rectilineũ habere tres angulos æquales duobus rectis? & omnem figuram rectilineam habere angulos externos, etiam ſi mille ſint, æquales tantummodò quatuor rectis? Item duo parallelogramma ſuper eadem baſi, & in iiſdem parallelis conſtituta, æqualia eſſe etiam ſi alterum quantum vis longum efficiatur? Quam admirabilis eſt quadrageſima ſeptima 1. Euclidis libri, pro cuius inuentione Pythagoras iam Muſis Hecatombas immolauit? In 2. *item element. lib.* quam ſubtilis eſt quartadecima, quæ rectilineo cuius quadratum exhibet æquale? In tertio poſtea quot quantaque angulus ille contingentiæ continet miracula, qui quamuis quantus ſit, nequit tamen a linea recta

par-

partiri? Quis *in* 10. *libro*. conſiderans illam
tot magnitudinum aſymetriam, & dia-
metrum eſſe coſtæ incommenſurabilem,
non magnoperè obſtupeſcit? *In* 13. au-
tem, quantò amplius ſtupore afficimur
in illa quinque regularium corporum, in
eadem ſphæra inſcriptione? & cum intel-
ligimus quinque tantùm in tota rerum
natura reperiri poſſe ſolida regularia? Vn-
de appoſitè Cardanus *lib.* 16. *de ſubtilit.*
,, inquit: Euclidis ſunt duæ præcipuæ lau-
,, des, inconcuſſa Dogmatum firmitas libri
,, elementorum, perfectioque adeo abſolu-
,, ta, vt nullum opus, iure huic comparare
,, audeas, quibus fit, vt adeò veritatis lux
,, in eo refulgeat, vt ij ſoli in arduis quæſtio-
,, nibus videantur poſſe verum à falſo di-
,, ſcernere, qui Euclidem habeant fami-
,, liarem.

Vt autem Mathematicæ ſubalternas ad
3 ſpecies deſcendamus: Arithmeticæ etiam
fructus acceſſe eſt inſpiciamus; in qua
præter ea, quæ Euclides, Iordanus, &
Maurolicus egregia ſanè adinuenerunt,
quam mirabile eſt illud veluti ſcientiarum
monſtrum, ac portentum, quod Alge-
bram vocant? Nihil fortaſſe in tota peri-
tiæ Encyclopedia ſubtilius, profundius ni-
hil; non humano ingenio par eſt, ſed quid
cælitùs reuelatum dixeris: Numeros illos,
quos ſurdos vocant, & qui nullo modo
exprimi poſſunt, addit, ſubtrahit; multi-
plicat, diuidit perindè ac ſi numeri com-
munes eſſent: illis verò, quos minores
quàm nihil confingit, quid abſtruſius?
quibus tamen vtriſque admirandas adeò
diſſoluit quæſtiones, & ænigmata, vt ij,
qui hanc callent eruditionem, nihil in
numerorum infinita dictione obſcurum,
nihil arduum timeant; vt propterea eos
non homines, ſed vel intelligentias quaſ-
dam ſeparatas, aut prẹſtigiatores quoſ-
4 dam eſſe exiſtimes. Quod ſi ſubinde (vt
de Geometria alterna Mathematicæ ſpe-
cie, aliquid dicamus) ad Archimedis ope-
ra oculum conuertamus, quàm ſæpè nos
ea reddunt ſtupefactos? vt dum oſtendit
triangulum quoddam eſſe dato circulo
æquale: dum parabolam ad quadratum
redigit; dum planorum centra grauitatis
rimatur: dum totius arenæ mundum vni-
uerſum complentis numerum ſubducit;
dum quodlibet pondus, atque adcò Mun-
di machinam loco dimoueri poſſe, vel ab
vnica formica demonſtrat. Sed & libel-
lus de lineis ſpiralibus, & alter de ijs, quæ
in aqua vehuntur, quàm admirandi ſunt?
De Sphæra poſteà, & Cylindro varia de-
monſtrans, quanto & alios, ac ſeipſum
ſpatio ſuperat, vt dum inter cætera, diui-
no planè acumine oſtendit cuiuslibet
ſphæræ ſuperficiẽ quadruplam eſſe circuli
eiuſdem maximi. Item ſi tria hæc, Cy-
lindrus, Sphæra, & Conus ſint in eadem
altitudine, eorumque baſes ſint circuli
maximi illius Sphæræ, habere inuicem
proportionem, quam habent hi numeri
3. 2. 1. Quare ob tam præclarum ingenij
monumentum, ſepulchro ipſius marmo-
reo, Sphæra, & Cylindrus pariter marmo-
rei ſunt impoſiti, quemadmodum Cice-
ro *1. tuſcul. fol.* 241. *n.* 64. narrat; vbi etiam
magnopere gloriatur, ſe cùm in Sicilia
Quæſtoris fungeretur officio, illud igno-
ratum à Syracuſanis ſeptum vndique,
ac vepribus, & dumetis veſtitum indagaſ-
ſe ſepulchrum. Proinde Cardanus, *eodem
lib.* 16. *de ſubtilit.* Eum tanquam ingenio-
rum Phœnicem ſupra omnes ſubtilitate
præſtantes viros, ipſum duplici ordine eue-
,, xit. Archimedes (inquit) primus ſit, non
,, ſolum ob monumenta illius nunc vulga-
,, ta; ſed ob Mechanica, quibus vires Ro-
,, manorum ſæpius fregit. Miſſos autem
facio Apolonium Pergæum, Hypſiclem,
Theodoſium Tripolitam, Menelaum, Se-
renum, Pappum, & alios, quorum opera,
omnium ſuperant admirationem, eaque
mirabili adeo connexione, ac certitudine
tradita, vt nullus ſit, qui priſcis illis Geo-
metris ingenio cedere libenter nolit. Pro-
pterea, vt cum eodem ibidem hanc rem
,, Cardano concludamus, dicimus: Nihil
,, mirum igitur Geometriam eſſe omnium
,, ſcientiarum ſubtiliſſimam, quæ cum ta-
,, men à manifeſtiſſimis initium ducat, me-
,, rito anſam præbuit, vt prima omnium
,, etiam pueros doceretur. Mirum eſt, quam
,, breui ex apertiſſimis ad obſcuriſſima ita-
,, hat, & ex humilibus in altiſſima ſtatim
,, aſſurgat.

Celebrium proinde quamplurimi Or-
5 bis, locorumque Dynaſtæ Mathematicas
tanti fecerunt ſcientias, vt eas per ſe ip-
ſos aliquando colere, profiterique mini-
mè ſint aſpernati; Hadrianus quemad-
modum, & Septimius Seuerus AA. *Vo-
later. lib.* 23. *antraph.* Carolus Magnus. *Auen-
tin. lib.* 4 *annal. Boior.* Solymanus Turcarum
Imperator. *Sabell. ſupplem. lib.* 24. Conſtan-
tinus Leonis Philoſophi filius, & Bardus
Theophili Imperatoris auunculus. *Zona-
ras. p.* 3. Ægyptij Reges *Diod. lib.* 1. *cap.* 6. Et
Nobiles Romani, de quibus ad Piſones
ſcribit Horatius:

Romani pueri longis rationibus aſſem
Diſcunt in partes centum diducere: Dicat
Filius Albini, ſi de quinquunce remota eſt
Vncia: quid ſuperat? poteras dixiſſe,
triens: heus
Rem poteris ſeruare tuam————

Ariſtoteles Stagirites prẹterea, & quia
Pla-

Digitized by Google

Platonis diſcipulus, & quia naturæ mira-
culum, cùm in omnibus alijs tum etiam
in mathematicis diſciplinis excelluit. Te-
ſtantur hoc plurimi libri, in quibus ma-
thematicas demonſtrationes frequenter
adhibet, vt *lib.* 5. obſeruat Laertius: Vn-
de Calliſthenem, quem ſuo loco, Alexan-
dro Magno Aſiam petenti comitē adiun-
xerat, monuit, vt ſi caperetur Babylon,
Aſtrologia Chaldæorum ad Græcos mit-
teretur. Et certè conſtat obſeruationes
Babyloniæ, annorum 1903. ad Ariſtote-
lem à Calliſthene miſſas. *Petrus Ramus lib.*
1. proam. Mathem. Sed & in Germania præ
cæteris nationibus rei mathematicæ, pu-
blicis ſtipendijs ornatæ (vt *lib. 2. proam.*
mathem. idem tradit Ramus) plurimæ, &
inſignes repetiuntur Scholę: adeò vt illud
præſertim de Ciuitate Norimbergenſi
ſingulare ſit, atque apud omnes alias Ci-
uitates pręedicandum: Stipendium dare de
pnblico Mathematum profeſſori, non ei
ſolum, qui doctis, & eruditis prælegat;
ſed ei quoque, qui vernacula lingua lati-
næ, græcæque ignaros opifices erudiat.
Quin ſi qui Mechanicorum operum arti-
fices inſignes non ignauia, aut culpa, ſed
aduerſa valetudine, aut fortuna in egeſta-
tem inciderint; opem ferre miſeris, atque
afflictos ſubleuare, Norimbergenſes con-
ſueuerunt.

Quamobrem Ægypti Sacerdotibus, qui
6 ſecundum Strabonem *lib.* 17. ex inſtituto,
Mathematicam maximè callebant; ſuæ in
ſtipendium profeſſionis, Pharao exem-
ptionibus, & immunitatibus præditos
agros plurimos aſſignauit. *Geneſ.* 47. Vn-
de & cæteros ſemper deinceps amplis ho-
noribus proſequuta eſt antiquitas, vt de
Euphorbio Phryge, qui ante Thaletem cō-
templationem de lineis fecit, & Triangu-
lum ſcalenum inuenit: Thalete Mileſio,
qui triangulum reperit in circulo ortho-
gonicum, tropicos, & æquinoctialem de-
ſignauit. Anaximandro Mileſio, qui ho-
rologinm ſolare, ſphæram, gnomonem-
que reperit. Anaximeno Mileſio, qui
docuit, ſidera non ſolùm ſupra terram, ſed
circa terram moueri. Democrito Mile-
ſio, qui de contactu circuli, & ſphærę, de
Geometria, de lineis irrationabilibus, de
ſolidis, ac de numeris geometricis. Par-
menide Eleate, qui aſſeruit terram, eſſe
rotundam, & in medio mundi ſitam.
Theæteto Athenienſe qui cum Archita,
geometrica auxit. Xenocrate Chalcedo-
nio. Autolyco Arceſilai præceptore.
Archelao Chorographo, atque alijs non
paucis, qui varijs, opimiſque affecti ſunt
præmijs, in *eorum geſtis* late ſcribit Laer-
tius. Quibus proinde ſepoſitis; antequam
7 ad noſtrates propius accedamus, Mathe-
maticorum Principem Ptolemæum, ve-
luti ſcopum ſtatuam in medio, quem ho-
nores, & gratiæ non ſemel certatim col-
limarunt abundè; Nam eum in Cleopa-
tram ſub Octauiano Cæſare, in prouin-
tiam Ægypto redacta, Ptolemæorum Re-
gnum penitus deſiiſſet: priuatus proinde
ipſe, regio tamen animo, & ingenio, non
ad ſordida artificia, vitam non ad deſidio-
ſam, non ad ſeceſſum in ſolitudinem ſe
addixit; verùm in illo tunc celeberrimo
Alexandrinæ Vrbis Gymnaſio, haud ob-
ſcuris facultatibus totum ſe ad literas con-
tulit, atque in primis, in Philoſophia præ-
clara humanæ ſocietatis parente, deindè
mathematicis in diſciplinis (quibus va-
gantia Cælo ſidera coguoſcuntur, & qui-
bus ſuccurrendum videbat) omnium ad-
miratione, plurimùm inſudauit, ætatem-
que omnem contriuit. Etenim cùm ip-
ſo veri inueſtigandi raperetur amore, vi-
deretque cæleſtia corpora in hoc corpora-
to, & aſpectabili mundo, agitatione con-
tinua, & diſpari fluitante nunquam varia-
ri, ſupera illa complexus eſt, quæ ratis or-
dinibus immutabiliſque conſtantia, &
certitudine demonſtrationis rectiſſimè co-
gnoſcuntur, atque perfectiſſimè ſciuntur,
vbi perpetuorum interualla, magnitudi-
nes, conuerſiones, anfractus varij, multi-
pliceſque naturæ perinde animo, & ratio-
ne cernuntur, atque illa, quæ oculis ſu-
biecta percipiuntur, vt viuere in terris ho-
mines, & cum Dijs ipſis in tanto diuino
cæli ornatu verſari videantur, quarum cæ-
leſtium rerum, motuumque ſcientiam
priſci illi exquiſito ingenio viri, agitatio-
ne certa, & veritate commoti, & primam
omnium quæſiuerunt, & omnium vlti-
mam inuenerunt. Expleuit verò, & vlti-
mus abſoluit Ptolemæus vnus omnium
doctiſſimus, & ingenij ſubtilitate vſque
eo acerrimus, vt in aſtrorum ſpeculatio-
nem è naturæ ſinu naturam ipſam extor-
ſerit, prouocauerit, & in certamen dedu-
xerit: Is enim Solis, Lunæque magnitu-
dinem, volutiones, proportiones, incre-
menta, detrimenta, quæ ſatis à maioribus
commodè tradita extitiſſent. Errantium
verò, fixarumque ſtellarum rationem, &
motus, non inſtitutis certis, & doctrina
tantùm, ſed inſtrumentis etiam ab Hip-
parco perquiſitis afferre voluit. His ita-
que ſuis libris, ambitus, ſtationes, curſuſ-
que ſiderum, ac eorum motum omnem,
& ſtatum (res profectò cognitu dignas,
omniumque difficillimas) ſubtiliſſimè
aggreſſus inueſtigauit, rectè ab alijs inuen-
ta comprobauit, deprauata correxit, vt
ſolus de admirabilitate cæleſtium rerum,
nul-

nullis Anguſtijs, aut conciſis diſputationibus illigatus commodiſſimè ſcripſerit, acutè enodauerit, cumulatiſſimè ſatisfecerit. Cùm autem hanc diſciplinam Græcis hominibus, quos non dum ea cæleſtis ſcientiæ gloria attigerat, non ipſius ſcientiæ terminis, ſed ſui ingenij finibus abſolutiſſimè importauerit; & cùm nihil diminuti, nihil ſuper ... cui, nihil præter rem ab eo ſcriptum ſit: nullus ad eius inuenta & ſcripta potuit aſpirare. Hoc enim prolixo Elogio, Andreas Trapezuntius Georgij Filius *in principio Almageſti*, ad Sanctiſſimum Xixtum IV. ſcribens, ipſum decorauit.

Sed enim ſi *lib. 3. eleg.* 1. monente Pro-
8 pertio.

Omnia poſt obitum fingit maiora vetuſtas:
Maius ab exequijs nomen in ora venit:

Immortale ſanè nomen, communemq; ſibi plauſum quoque conſequutus eſt Ioannes à Sacro Boſco Anglus; dum poſt præclara geſta, è viuis erepto, hoc Epitaphium cum inſculpta ſphæra ad eius tumulum Lutetiæ in ſodalium Maturinalium clauſtris poſitum, dicatum eſt, apud Eliam Venetum *ad Ioannem tacitum in init. ſphæra ſacri boſc.*

De Sacro Boſco, qui compotiſta Ioannes
Tempora diſcreuit, iacet hic à tempore raptus.
Tempora qui ſequeris, memor eſto quòd morieris.
Si miſer es, plora; miſerans pro me precor ora.

Ex quo quidem vel ſolo carmine, quale id fuerit ſeculum, qualis antiquitas, his (ni fallor) planè licebit colligere, qui ei bene callent tempeſtati eruditum viſum, probatumque fuiſſe quicquid formam aliquam latinæ linguæ ſaltem haberet, & aliquo modo ab illis poſſet intelligi, latinas, qui literas tractarent, hoc nanque ſtylo apud Franciſcum Pomey *in ſua libitina* inſcriptiones leguntur quamplurimæ: vt cuiuſdam Monachi:

Hic ſunt in foſſa, cineres, vermes ſimul oſſa
Cuiuſdam dicti Fratris Thomæ Benedicti
cuiuſdam Parochi Burgundi:
Conditur hic intro, qui plures condidit antro:
Nam Curatus erat, nunc nullum condere curat
In Cælo cultus, requieſcat ſpiritus eius.

atque aliæ, quæ omnes ſimplicitatem, ruditatemque illius oſtendunt antiquitatis. Quibus profecto tanti viri ne dum augetur fama, verùm & opuſculis, mole licet exiguis, quæ publicæ edidit vtilitati, non interrupta confertur gloria. Nam in antiquis leuiores ſufficiunt probationes *c. cum cauſam de probat. l. pen. ff. eod. tit. & alibi.*

Quantùm verò Ioanni de Monteregio
9 Purbachij diſcipulo literatorum debeat omnis poſteritas ex eo facile licebit colligere, quod mirabili eruditione, ſummaque diligentia veterum Græcorum ferè omnium, Archimedis, Apollonij, Sereni, Ptolomæi, & aliorum opera, numerò ferè triginta, in latinum conuerſa typis mandari curauerit. Nam Epitomen Almageſti abſoluit, opus de triangulis planis, & ſphæricis dedit, Tabulas directionum fecit; primus Ephemerides aſtronomicas ad plures annos edidit; tangentes lineas inuenit; atque libellum de Cometa compoſuit. Mathias idcircò Rex Hungariæ, multis ipſum honoribus auxit, cumulauitque diuitijs. Tandem Romam à Summo Pontifice, Calendarium corrigendi cauſa euocatus, ibidem obijt, ſepultuſque eſt in Pantheone, poſtquam Solis declinationem maximam 23. 30. edixerat: *Collimitius in indice ante tabul. primi mobil. Montere.* Coſmographica itaque arte, quam Chriſtophorus Columbus Ligur præ cæteris benè callebat Mathematicis, occidentalem quia fæliciter aperuerat Indiam prima expeditione peracta, Ferdinandus Hiſpaniarum Rex, & Iſabella Regina, ipſum valdè honorificè exceperunt redeuntem: Nam conſidere eum coram ſe iubentes, inſignibus honorum titulis auctum, Summum Oceani Præfectum (Almirantem vulgò appellant) deſignarunt, eique omnium Regionum ex India, redditũum decimam attribuerunt: Bartholomæumque, eius fratrem Hiſpaniolæ Inſulæ quoque præfecerunt: Sed inde iterum in Hiſpaniam regrediens, Regique nouas cùm à ſe expoſuiſſet alias, atque alias repertas terras: nouos pariter ſimul cum gratiarum actione recepit honores. Tertio tandem, & ſi malorum inuidia, manicis, & compedibus ferreis ſtrictè deuincti in Hiſpaniam eſſent remiſſi; ſtatim tamen ac Regi nuntiatum eſt, tam claros viros, adeò fædo, ac miſerabili adduci habitu, in miſericordiam actus, miſſo curſore è cuſtodia illos eripi, & leuari vinculis iubet, deinde ſplendido comitatu, cultuque vt talibus dignum erat, ſuum in conſpectum venire. Vt autem in regiam peruenerunt comiter excepti, & auditi ſunt: ac cùm ibi obtinuiſſet veritas, pænis in noxios decretis, ſtatim à regibus priſtinæ dignitates, redditus, & ſtipendia, quæ ab eo tempore, quo in vincula coniecti fuerant, ipſis ablata erant, reſtituta ſunt. Verum non ita poſt multò Columbus, feſſo, ægroque tot itinerum laboribus corpore, lethalem in mor-

Digitized by Google

bum incidit, ac in dies, eius graueſcente
valetudine, octauo idus maias 1506. ex-
tinctus eſt, Corpus autem eius, vt teſta-
mento cauerat. Hiſpalim in Chartuſia-
norum cœnobio delatum, ibidem ſepeli-
tur. *Petr. martyr. mediol. in eius, quem de his
ſcripſit libell.*

Anno inſuper 1550. inter Mathemati-
10 cos, ad ſtuporem Venetijs florebat Lucas
Gauricus, Fani Picentinorum Vrbe na-
tus, qui Alphonſi Regis Caſtellæ, & Eli-
ſabethæ Reginæ tabulas aſtronomicas, &
tabulas Ioannis de Monte Regio, atque
Ioannis Blanchini, Laurentijque Bonin-
contri libros de rebus cæleſtibus, caſtiga-
uit. Fecit annotationes in Ptolomæi al-
mageſtum, & Ephemerides. Scripſit, &
Iſagogem in totam ferè Aſtrologiam, tra-
ctatus de ventis; de aeris qualitate ex Theo-
philo; de peregrinationibus Lunæ ex
Epheſtionis Thebani iudicijs; de conceptu
natorum, & ſeptimeſtri partu ex Valente
Antiocheno; correxit codicem Homar
de natiuitatibus, & Abrahami Iudæi de
ijſdem; compoſuit, & tractatum aſtrolo-
gicum; calendarium eccleſiaſticum 2000.
annorum interſtitio duraturum aſſigna-
uit; & de miraculoſa eclipſi, quæ conti-
git in morte Chriſti nonnulla diſſeruit.
Quare Romam cùm eſſet profectus, &
Pauli III. Farneſij amicitiam propter ex-
cellentem eruditionem ſibi conciliaſſet,
Epiſcopatu Grophonenſi tandem donatus
eſt. *Author ipſius vitæ in oper. princ.* Leiſnicæ
præterea oppido Miſniæ, honeſtis paren-
tibus, Petrus Apianus cognomento Bin-
nicius tunc temporis prodijt; qui cùm in
omni diſciplinarum genere clarus extaret,
peculiari tamen ſtudio, totum ætatis tem-
pus mathemathicis impendit, in quibus
omnes ſui ſeculi homines ferè ſuperauit:
Coſmographus ſummus, Aſtrologus per-
fectiſſimus (nemo enim illi par in aſtro-
nomicis inſtrumentis excogitandis vn-
quam extitit) Quarè hæc cum ſtu-
dia Germanis non modò, qui mathema-
ca fœliciſſimè tractant, admirandum red-
diderunt, ſed etiam omnibus. Carolo V.
potiſſimùm Romanorũ Imperatori com-
mendatiſſimum, atque clariſſimum effe-
cerunt, qui Ingolſtadio Boiorum vrbe,
vbi in florenti academia mathemata do-
cebat ad ſe acceſſiuit, atque eius doctrina
plurimum delectatus, nobilitate donatum
equeſtris ordinis titulo inſigniuit, multiſ-
que honoribus, & beneficijs cumulauit:
Cui Apianus, vt gratus haberetur, inſigne
illud opus dedicauit, quod Aſtronomi-
cum Cæſareum vocatur, vel liber coſmo-
graphus, ſiue Geographica inſtitutio, cui
eſt adiectus Quadrans vniuerſalis, & in-
ſtrumentum aſtronomicum ſub forma
folij Populi: Sed ex Catharina poſtmo-
dum Landiſutana ſummæ probitatis ma-
trona, etiam præ cæteris Philippum fi-
lium ſuſcepit, qui in mathematicis à pa-
rente doctus, Ingolſtadij loco Patris inde
ſuffectus eſt, qui licet ab exteris academijs
ſæpius ad eam profeſſionem publicè ſu-
ſcipiendam vocatus fuiſſet, maluit tamen
patriæ prodeſſe, quod, & domum haberet
ornatiſſimam, & patrimonium ſatis boni
prouentus, vndè commodè viuere poſ-
ſet. Supremum autem diem obijt Petrus
21. Aprilis 1555. magno tamen Erudito-
rum mærore, reique literariæ diſpendio.
Author eius vitæ inter eiuſdem opera in prin.

Defuncto Nicolao Sapientio Collegii
11 Prælati Moderatore inclyto, eius loco
Petrus Ramus Veromanduus iure ſuc-
ceſſit, qui authoritate Caroli Lotharin-
giæ Cardinalis, Doctorum omnium libe-
raliſſimi promotoris Eloquentiæ, & Phi-
loſophiæ primò regius profeſſor creatus
eſt cùm annum ætatis ageret 36. Cuius
fama per omnes Europæ diffuſa Acade-
mias, multos Viros principes mouit, vt
propoſito illi luculento ſtipendio euoca-
retur è Gallia: Angelus enim Papius, vir
clarus inter Italiæ præcipuos homines do-
ctos illum Bononiam Academicorum
omnium nomine accerſiuit. Idemque
Illuſtris quoque vir operatus eſt Andreas
Dudizius Sbardelata Quinqueccleſienſiũ
in Hungaria Archiepiſcopus, qui in Po-
loniam ſe tunc receperat, ſuaſorque fue-
rat Ramo, vt Cracouiam veniret. Rex
quoque Pannoniæ Ioannes, literis, eun-
dem ad ſe amiciſſimè inuitauit, vt Albæ
Iuliæ preficeretur ſcholis. At Ramus,
qui inter Gallos nomen celebre iam erat
adeptus, Patriam exteris præferre maluit
cui primam officij partem ſe debere non
ignorabat. Pariſijs ergo apud amicos,
fama celebris, authoritate publica (licet
obſtarent plurimi) Academiæ totius fa-
ctus eſt Decanus. Tum ille quietiori vi-
tæ genere, Dei beneficio donatus, ad Ma-
thematum ſtudia ſe totum addixit, ope-
ra vſus Friderici Reiſnerij Germani in
ea facultate optimè verſati, & Arnoldi
Oſſati: quorum adiutus beneficio, admi-
rabiles progreſſus habuit. Cùm autem
bellis ciuilibus omnia apud Gallos turba-
rentur, vt ab his tempeſtatibus tempeſti-
uè ſe eximeret, Pariſijs diſcedens, ad Fon-
tem Bellaqueum, vbi regia ſita fuerat Bi-
bliotheca, ſeceſſit. Sed cum animaduer-
teret non eſſe tutum diutius in Gallia hæ-
rere, ſtatuit tantiſper Germaniam inuiſe-
re donec incendia illa reſtinguerentur Pa-
triæ. Argentinam primùm adijt, Baſi-
leam

Digitized by Google

ſeam deinde, Loſannam, Tygurum, Heidelbergam, Norimburgum, & Auguſtam. Vbique celebri applauſu, publicaque lætitia à viris doctis exceptus eſt, & amicitiæ officijs cumulatus. Rebus itaque in Gallia compoſitis, Pariſios reuerſus eſt; vbi tandem violenta morte anno circiter 1572. migrauit è vita. Vnde eius ſuppellex, ac Bibliotheca ſtatim direpta fuit, multaque eius opera non dum abſoluta periere: vt Commentaria in libros Ariſtotelis de Republica; Libri de Romanorum comitijs, Ethica, Phiſica, Optica, Geometrica, Muſica; Aſtronomica, atque alia. *Ex eius vita in principio operum, quæ extant.*

Sed vt ad Italos redeamus noſtros, co-
12 rumque in honoribus huiuſmodi metam ſtatuamus capitis: neminem latere optarem Iuliani Riſtorij de Prato in Tuſcia, quo tot præclara ſibi meruit obſequia ſingulare ingenium: Nam omnium fere ſcientiarum eruditione excultus, multos per annos Senis, Piſis, atque Florentiæ Mathematicas, & præſertim aſtronomicas facultates publicè profeſſus eſt. Quo in genere multa edidit tantæ exiſtimationis egregia monumenta, vt apud Etruſcos Principes perpetuò aſſeruari meruerint: Vnde ſtatua elogioque in marmore, Inſtituti Carmelitani, cuius fuerat Alumnus, periſtylij limini appoſitis, dignus eſt habitus. *Raphael Badius in catalog. viror. illuſt. vniuerſ. florent.* Ex quo autem Guidus Vbaldus e Marchionibus Montis Sanctæ Mariæ, Mathematicis rebus operam dederat, adeò inſigne ſibi retulit nomen, vt præter auitam Borboniæ familiæ nobilitatem, excellentis quo iugiter præſtabat virtutis meritum, ad ſtuporem amplıauerit. Summis idcircò Principibus, Studioſiſque Viris maximè charus fuit: Nam Octauius Farneſius Parmæ, ac Placentiæ, cui Planiſphæriorum vniuerſalium Theoricam; & Franciſcus Maria Vrbini, Duces cui in duos Archimedis Equiponderantium libros Paraphraſim ſcolijs illuſtratam, atque de Architectura opuſculum dedicauerat, atque alij, ſingulari affectu, præcipuiſque amoris notis dum viueret, ſunt proſequuti. *Ex eiuſdem Epiſt. dedicat.* Nec tandem impares ſibi promeruit laudes Philippus Ferrarius Alexandrinus Seruitani Inſtituti nobile decus, cuius ſingularis pietas, vitæ rigor, morum probitas, omnigena doctrina, græcæ, latinæque linguæ peritia, ſuæ Religionis non tantùm ſummam ſemel, atque iterum, eidem contulerunt Præfecturam: verùm etiam Clementi VIII. Paulo V. & Vrbano VIII. mirandum, gratumque effecerunt: Qui poſtquam in publica Ticinenſi Academia quadraginta octo annis Mathemata interpretatus eſt, Geographicas, & Hiſtoricas diſciplinas ſcriptis illuſtrauit. Mox Mediolani 1626. tertio nonas Septembris lætus obijt in Domino. Cui Patres Ticinenſes tanquam Parenti optimo illuſtre poſuerunt elogium, de quo Gianus 2. *p anu. Seruor.* Reliquit autem ſui ingenij præclara monumenta: Epitome ſcilicet geographicum, nouam Topographiam in Martyrologium Romanum; Catalogum Sanctorum Italiæ, Catalogum generalem Sanctorum, qui in Martyrologio Romano non ſunt; Additionem ad Dictionarium Calepini; Topographiam poeticam; Lexicongeographicum, atque alia, quæ ſingillatim latè recenſentur à Ghilino 1. *p. Theatr. viror. liter.*

Ex tot autem, tantiſque honoribus
13 (alijs tamen omiſſis quamplurimis, quibus paſſim Mathematici inueniuntur affecti) inanis vlla ne propterea erumpat elatio: vtinam illud Ariſtonis apud Stobeum *ſerm. 2. de impudentia*, memoriæ quam ſæpiſſimè commendare velint; nimirum, Illa penitus omiſſa, aut neglecta vera, ſynceraque Philoſophia, quæ mores dirigit, motuſque animi rebelles comprimit, ſimiles fieri Penelopes procis, qui cùm ipſa potiri non poſſent, ancillis miſcebantur.

CAPVT XVI.

Cùm valdè Muſica Deo curæ ſit; hominibus autem ad ſtuporem perutilis: eius proinde maximo in honore, ſemper inſignes habiti ſunt Profeſſores.

SVMMARIVM.

1 *Muſica in hominum animis potentiſſima eſt; varijque ſunt effectus eius, adeò vt hos ad inanem lætitiam, hos ad deuotionem piaſque lachrymas plerumque moueat: quare non immerito dubitatur, an Deum delectet, vel potius ab ipſa ſummopere abhorreat.*

2 *Quidam Hilarius; Henricus, & Petrus Bruis, Ioannes Vuiclephus Trinitarij Tranſyluani, & Arius heretici citantur, qui cantum ab Eccleſiis omninò nitebantur excludere.*

3 *Quibuſdam tamen ſacris refutantur hiſtorijs, Deum cantu, & harmonia maximè oblectari latè oſtendentibus; vt Dauidis ante Arcam pſallentis, & Deo canendum, po-*

pulo ſuadentis: Angelici concentus in Chriſti Domini natiuitate: Puerorum in triumpho palmarum, Hoſanna filio Dauid clamantium: Hymni in vltima cœna cum Apoſtolis decantati: Paulique, & Sila, media in nocte è carceribus clara, & alta voce orantium.

4 *Id, etiam Concilijs ſuadetur quamplurimis, Laodiceno, ſcilicet, Romano, Carthaginenſi, & Toletano IV. Agathenſi, & Aquiſgranenſe; quibus adhuc maximè fauent Sanctus Dionyſius Areopagita, Tertullianus, Euſebius, Author quæſtionum, quæ habentur inter opera Sancti Iuſtini, Sanctus Baſilius, Sanctus Hilarius, Sanctus Ambroſius, Sanctus Hieronymus, Sanctus Ioannes Chryſoſtomus, Sanctus Auguſtinus, atque alij.*

5 *Muſica triſtitiam iucundat, tumidos furores attenuat, ſanitiam efficis blandam, excitat ignauiam, laſciuiam reuocat ad caſtitatem, pernicioſa odia conuertit ad auxiliatricem gratiam, & cætera ſimilia, quibus Deus valdè delectatur, non quod ipſe ijs indigeat, ſed vt ad noſtram operentur ſalutem.*

6 *Ethnici, quoque hanc agnouerunt veritatem, dum Deos Homerus, poſt de Achille contentionem, cithara inducit canentes; & Eunomi in cithara, inter canendum vna ebordа confracta, Cicada ſuperuolans, vocem alioqui defuturam, non abſque diuino impulſu ſuo cantu ſuppleuit.*

7 *Hinc non omninò arguendus eſt Philo Iudæus dum cœlum ipſum, vbi præſertim Deus lucem inhabitat inacceſſibilem aſſeruit Muſicæ eſſe inſtrumentum archetypon, tam affabrè elaboratum, vt hymnis perpetuò Dei reſonet laudem.*

8 *Apud Græcos idcircò, Muſica ſummo in honore fuit, in qua præ cæteris maximè floruerunt Epaminondas, Callias Hipponici filius, Critia Callæſchri, Alcibiades, Proſnomenes, Euphranon, Archytas Tarentinus, & Philolaus. Item Leſbij, Mitylenai, Heracleotæ, alijque Græciæ Populi.*

9 *Multi alij ſummi viri, ac Fœminæ hoc nobile amplexati ſunt ſtudium, vt Maſurius Iuriſconſultus, Cornelia Romana Metelli Scipionis filia, & communiter Tyrrheni, atque Hyberni.*

10 *Non minus autem eius profeſſores, quàm ipſa Muſicæ facultas, condignos receperunt honores: ſed Pythagora, Crotoniata, Hippaſiu, Eubolide, Ariſtoxeno, Ariſtide, Alipio, alijſque ex veteribus Muſicis relictis, quorum geſtis abundant codices; nec non de recentioribus, ad euitandam viuentium inuidiam, nullo ſermone habito: Semipriſcorum tantummodo recenſenda ſunt elogia.*

11 *Aurelianus idcircò, Eccleſiæ Remenſis inſignis clericus, Bernadro eiuſdem Eccleſiæ Epiſcopo, totique Clero, ac vniuerſæ Galliæ ſummo in honore fuit. Eadem ratione, Peregrini Archiepiſcopi Colonienſis inter familiares, & charos adſcriptus eſt Berno Teutonicus, qui etiam propter egregias animi dotes, Augienſis Cœnobij nobilem Abbatiam fauſto omine ſortitus eſt. Vndè nec minoris pretii habitus fuit Oſbertus Cantuarienſis, qui tam diuinarum literarum ſtudio, quam Muſicæ peritia, longæuam ſui nominis famam ad poſteros tranſmiſit.*

12 *Guidonis Arretini: Notkeri, cognomentò Balbuli: Helperici: Notgeri Epiſcopi Leodicenſis: Hugbaldi, aliorumque, qui proximè Caroli Magni tempora vixerunt, breuiter expenduntur honores.*

13 *Franciſcus Landinius, à Rege Cypri, & à Venetorum Duce, lauream publicè recepit coronam. Antonius Squarcialupus etiam publico in marmore inſignitus eſt epitaphio: Et Franchinus Gaffurius Laudenſis, à Ludouico Maria Sfortia Mediolanenſium Duce, fauoribus, & gratiis meruit cumulari.*

14 *Item Petrus Aron apud Comitem Fortunatum Martinengum plurimum valuit; & à Comite Nicolao Arienenſi exaſtico inſignitus remanſit. Maurus autem Seruita à Leone X. alijſque proceribus honores recepit quamplurimos.*

15 *Orlandus vero Laſſus, Alberti, & Guilielmi Boiarum Ducum, Maximiliani II. Imperatoris, aliorumque Principum beneficentia, multa præmia eſt conſequutus. Nec minora à Summis Pontificibus, Imperatoribus, ac Regibus, Ioannes Petrus Aloyſius Praeneſtinus, atque Illuſtris Vir Dominus Philippus de Monte Belga, amoris impendia tandem experti ſunt.*

EST haud dubiè in animis hominũ generoſis maximè potentiſſima Muſica, 8.
1 *de republ. cap.* 5. ſed effectus ſupra fidem varij; vtque omittam, quibus res non eget, hos ad lætitiam inanem, hos ad ſanctum, & deuotorum gaudium, piaſque nonnunquam lachrymas mouet. Quę ſanè varietas, num in Eccleſijs ſonus, & cantus Deum delectent, vel ab ipſis potiùs abhorreat, in diuerſas ſententias, magna traxit ingenia. Quare Diuus Auguſtinus,
2 *2. retract. cap.* 11. quendam refert Hilariũ, qui cantum ab Eccleſia omninò excludi volebat. Quem deinde ſequuti ſunt Henricus, & Petrus Bruis, vndè Henriciani, & Petrobruſiani nuncupati ſunt hæretici, quos ſatis carpit Petrus Cluniacenſis *in epiſt. ſcrip. ad omnes Epiſcopos cap. vlt.* Ioannes autem Vuiclephus, non modò cantum, verùm & vocem pauló clariorem

in

in ſacris precibus reprehendebat; atque ea de cauſa Clericos in Templis canentes, Baal cum Sacerdotibus comparandos eſſe iudicabat, apud Thomam Vualdenſem *tom.3.tit.* 2. Trinitarij inſuper Tranſyluani 2. *lib. cap.* 1. ſe iactabant, Cantum cum omnibus tubis, & organis in Eccleſijs proſcripſiſſe. Quin imò, in *Antitheſibus Chriſti veri, & falſi*, docent: Chriſtum falſum in ſuis templis ambire cantum, & organa: Chriſtum verum nihil huiuſmodi approbare. Sed mirum tamen apprimè eſt, quod de Arianis, *in orat. de tradend. baſilic.* Sanctus ſcribit Ambroſius, qui in Catholicis cantum prorſus damnabant. cum & ipſi hymnis canendis impēsè operam darent. *Socrates.6.hiſt.cap.*8.

Errarunt idcircò, & turpiter errarunt,
3 quia pertinaciter. Quandoquidem, ſi Deo (vt aſtruebant ipſi) Muſica diſpliceret, Dauidem in organis ludentem armigatis, totiſque viribus ſaltantem ante Dominum cum omni domo Iſrael, Arcam teſtamenti, in iubilo, & in clangore buccinæ ducente 2. *reg.* 6. vtique puniuiſſet, ſicut aſperè percuſſit Ozam ſuper temeritate, eò quòd extendiſſet manum ad Arcam Dei, & tenuiſſet eam, dum calcitrarent Boues; aut ſaltem orbaſſet filijs, ſicut ſterilitatem induxit ſuper Michol filiā Saul, quòd ipſum Dauidem propterea deſpexerat, vt ibidem narratur. Quin potius factum eſt, vt Deo plenus ſui ad exemplum cæterorum componeret ora, dicens: Omnes gentes plaudite manibus, iubilate Deo in voce exultrationis. *pſalm.* 46. Iubilate Deo omnis terra, ſeruite Domino in lætitia: introite in conſpectu eius in exultatione. *pſalm.*99. Cantate Domino canticum nouum; Cantate Domino omnis terra. *pſal.* 95. & cætera id genus. In muſicis proindè ſe maximè oblectare Deum, expoſito non modò conuincitur argumēto (cùm ille actus cenſeatur volitus, & permiſſus, quando non repetitur nolitus, & prohibitus. *Anchar.conſ.*344. *Aym. conſ.* 203. *n.* 2. *lib.*1. *Maſchard. de probat. concluſ.* 1237. *n.* 2. *Menoch. de præſump. lib.* 6. *præſump.*16.*n.*2. *Ceuall. communium contra commun. q.* 227.) verùm inſuper ipſius Dei increato, & coæterno Verbo vehementius oſtenditur, quod caro factum, ab omnibus alijs penitus delicijs abhorrens, Angelorum tamen concentu ſummoperè *Lucæ* 2. legimus delectatum. Facta eſt enim cum Angelo multitudo militiæ cæleſtis laudantium Deum, & dicentium: Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Et tranſiturum ex hoc mundo ad Patrem, Puerorum, Turbarumque, Hoſanna filio Dauid canentium *Matth.* 21. non ſolum non renuit harmoniam; verùm etiam Phariſeos, & Scribas prohibere cupientes ſeuerè compeſcuit, dicens: Vtique nunquam legiſtis, quia ex ore infantium, & lactentium perfeciſti laudem. Quinimò tantum abeſt, vt aliquando muſicam reſpuerit, quod in vltima peracta cæna, Hymnum cum Apoſtolis dulciter cecinerit, ſcribente Matthæo *cap.* 26. Et hymno dicto exierunt in montem Oliueti. Quoniam non ſimpliciter pronunciatum, ſed verè, proprièque hymnum illum, à Chriſto, & Apoſtolis fuiſſe cantatum indicat Concilium Toletanum IV. *cap.*12. Quamobrem D. Auguſtinus titulum explicans *Pſal.*72. ſcribit: Hymnorum ita proprium eſſe cani, vt abſque cantu Hymni vocari nequeant. Et *in epiſt.* 119. *n.* 19. hunc ad locum aſpiciens, addit: De canendis hymnis, nos habere, Saluatoris, & Apoſtolorum exemplum. Quod planè quoque compertum eſt, ex *Acto* 16. Dum Paulus, & Sila, media orantes nocte, hymnos ita clara, & eleuata voce decantabant, vt pariter audirentur ab alijs, in cuſtodia qui detinebantur. Vnde idem Paulus *ad Coloſſenſes* 3. cunctos monet Chriſtianos, vt in pſalmis, & hymnis, atque canticis ſpiritualibus ſe exerceant. Concilia autem
4 plurima ex varijs mundi partibus id decreuerunt, vt Laodicenum ex Oriente *canon.*15. Ex Italia Romanum, *decreto Damaſi, & Gregorij I.* Ex Aphrica, Cartaginenſe IV. *can.* 10. Ex Hiſpania Toletanum IV. *cap* 12. Ex Germania Aqniſgranenſe *cap.* 132. & 133. Cui veritati præterea omnes adhæſerunt Patres; præſertim Sanctus Dionyſius Areopagita *de Eccleſ. hierarch. cap.* 7. *p.* 2. Tertullianus *in apolog. cap.* 2. & 39. & *lib.* 2. *ad vxorem extremo*. Euſebius *lib.* 2. *hiſtor. cap.* 17. Author quæſtionum, quæ habentur inter opera Sancti Iuſtini *in reſponſ. ad quæſt.* 107. Sanctus Baſilius *in epiſt.* 63. *ad cler. Neoceſarien.* Sanctus Ilarius *in compſal.* 65. Sanctus Ambroſius *in orat. de traden. Baſilic.* quæ habetur *in* 5. *lib. epiſt. aduerſus Arianor. calumn.* Sanctus Hieronymus *in epiſt. ad Ocean. de obit. Fabiol. Ad Euſtoch. de obit. Paulæ, & in vita B. Pauli primi Eremitæ.* Sanctus Ioannes Chryſoſtomus *homil.* 56. *in Matth. & homil.* 59. *ad populum Antioch.* Sanctus Auguſtinus 9. *confeſſ.cap.*7. & *lib.*10. *cap.* 35. atque alij.

Nec aliqua, cur muſica ita chara, & Deo amabilis exiſtat congrua deeſt ratio:
5 Nam vt *lib.* 2. *epiſt.* 40. eleganter ſcribit Caſſiodorus, & nos ſuperius *lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 10. ex ipſo retulimus: Triſtitiam noxiam iucundat, tumidos furores attenuat, cruentam ſæuitiam efficit blandam

„ ex-

,, excitat ignauiam , ſoporantemque lan-
,, guorem , vigilantibus reddit ſaluberrimã
,, quietem, vitiatam turpi amore, ad hone-
,, ſtum ſtudium reuocat caſtitatem, ſanat
,, mentis tędium, bonis cogitationibus ſem-
,, per aduerſum ; perniciosa odia conuertit
,, ad auxiliatricem gratiam , & quod beatiſ-
,, ſimum curationis genus eſt , per dulciſſi-
,, mas voluptates expellit animi paſſiones ,
,, incorpoream animam corporaliter mul-
,, cet , & ſolo auditu ad quod vult deducit ,
,, quam tenere non præualet , verbo tacito
,, manibus clamat, ſine ore loquitur, & per
,, inſenſibilium obſequium præualet ſen-
,, ſuum, exercere dominatum . Non qui-
dem vt his indigeat Deus ; ſed quod in-
digentibus, per Muſicen abundè talia ſup-
,, peditare velit : Deus enim , non propter
,, ſuam aliquam neceſſitatem ; ſed omnia
,, propter noſtram facit ſalutem , vt loqui-
tur Chryſoſtomus *homil. 23. in caput 6. Matthæi* .

Hinc Ethnici quoque, quamquam ve-
ra Dei cognitione deſtituti , Muſicam
Diis maximè eſſe curæ, conſtanter aſſeue-
6 rarunt, quod non obſcure *Iliade* 1. indica-
uit Homerus , cùm Deos induxit poſt de
Achille contentionem ; cithara vtentes .
Cuius figmenti fortaſsè validum , licet
fabuloſum non minus , ſatis etiam extitit
argumentum Eunomi Citharedi apud
Locros Statua Ænea, quæ inſidentem ci-
tharæ Cicadam habebat . Refert nanque
Strabo 6. *geographiæ* , ex quodam Timeo ,
olim in Pythiorum certamine Eunomum
Locrenſem , & Rheginenſem Ariſtonem
in canendi certamen veniſſe : Ariſtonem,
Apollinem inuocaſſe Delphicum , vt ſibi
canenti foret auxilio , quod à Delphis
quondam Rheginenſes eſſent profecti .
Eunomus reſpondit : Rheginenſibus ne
certandum quidem omnino de Muſica ,
apud quos Cicada vocaliſſimum animal ,
voce careret . Vtriſque verò certantibus,
cum in Eunomi cithara, vna inter canen-
dum chorda frangeretur, Cicada ſuperuo-
lans aſtitit ; & vocem alioqui defuturam
ſuo cantu ſuppleuit . Atque ita victor de-
claratus , Statuam Citharedi poſuit cum
Cicada citharæ inſidente . Hoc quippè
prodigio , vndè memoria tranſmeauit ad
poſteros; Deum eſt oſtendere , Muſicam
non negligere , ſed quam maximè cura-
re, cuius benigno afflatu Cicada impulſa ,
canentis in auxilium illicò euolauit . Ea
7 propter Philo Iudæus, *lib. quod ſomnia im-
mitt. à Deo.* appoſitè ſubdit: Cælum ipſum,
vbi Deus præſertim lucem inhabitat in-
acceſſibilem , Muſices eſſe inſtrumentum
archetypon, tam affabrè elaboratum , vt
hymnis perpetuò Dei reſonet laudem ;

Quæ loquutio , & ſi fortaſsè non ſit vn-
decunque vera , vt oſtendit Philoſophus
2. de cælo cap. 9. text. 53. nihil tamen ſonat
abſurdi : eam idcircò defendit Tullius *in
ſomn. Scipion.* Boet. *lib.* 1. *Muſices cap.* 10.
nec alienus ab ea omninò videtur Diuus
Ambroſius *in præf. comment. in pſalmos.*

Apud quamplures idcircò Muſica ſem-
8 per extitit, atque in honore fuit , adeò vt
non tantum Arcades , de quibus ſupra
lib. 2. cap. 15. *n.* 1. *&* 2. verùm & cæteræ
Græcię nationes vndè omnium bonarum
artium deriuarunt ſtudia , ipſam mirificè
commendarent ; dicente Tullio. 1. *tuſcul.*
,, *quæſt. ſect.* 149. *n.* 4. Summam eruditionem
,, Græci ſitam cenſebant in neruorum, vo-
,, cumque cantibus . Et poſt pauca conclu-
,, dente: Ergo in Græcia Muſici floruerunt,
,, diſcebantque id omnes , nec, qui neſcie-
,, bat, ſatis excultus doctrina putabatur. Qua
in re maximè effulſerunt Epaminondas
Princeps , qui fidibus præclarè ceciniſſe
fertur . *Tullius ibidem.* Et Menander Rhe-
tor apud Cælium *lib.* 16. *antiqu. lect. cap.* 3.
Lesbios, & in primis Mytylenæos Citha-
rædica plurimum ſolitos gloriari , eaque
re ſibi præſertim placuiſſe , ſcribit . Hoc
item multis aſtruit Atheneus *Dipnoſoph.
extremò lib.* 4. referens Heracleotas Ponti
accolas : Calliam Hipponici filium , &
Critiam Callæſchri, Athenienſium clariſ-
ſimos : Alcibîadem, Proſnomonem, Eu-
phranonem , Archytam Tarentinum ,
9 Philolaum, atque alios . Quin etiam in
cæteris facultatibus aliqui Summi Viri ,
ab hoc ſtudio laudem, & oblectamentum
petüiſſe inueniuntur . In his Maſurius Iu-
riſconſultus , non quidem ille , qui ſub
Tiberio Cęſare claruit, & à Perſio. *ſatyr.* 5.
memoratur , ſed alter iunior , Vlpiano
æqualis, de quo ſic idem Athenæus *lib.* 14.
,, Maſurius , vir longè optimus, & ſapiens ,
,, qui & interpres legum fuit nulli ſecun-
,, dus, & muſicis aſſiduam operam nauauit.
Nec præterea romana grauitas ab eodem
abhorruit , vt Adoleſcentulæ primariæ
diſcerent lyra canere . Cornelia nanque
filia Metelli Scipionis , muſicis etiam ex-
,, culta fuit . Vnde de ea Plutarchus *in Pom-
,, peio* : Quippè in literatura pulchrè erat
,, exercitata , & lyræ cantu, & Geometria.
Tyrrheni vero, tibia ſingulari canebant
in ſacris , eaque Ænea tanto apud eos in
honore, vt non ſolùm ad eius ſonum Pu-
giles certarent ; verum etiam cùm in no-
xios flagris animaduerteretur , tibiæ ſo-
num adiungerent . Quin etiam quod mi-
randum magis, Coqui ipſi, ad eius ſonum
epulas appararent . *Scalig. lib.* 1. *poet. cap.* 20.
& Hyberni demum, vt *de rer. inuent. lib.* 6.
cap. 2. ſcribit Polydorus Virgilius , agri-
cul-

culturam, cæteraſque artes non magno-
perè exercent, præter Muſicam, cuius pe-
ritiſſimi ſunt: canunt enim voce, tum
fidibus eleganter, ſed vehementi quodam
impetu: ſic vt mirabile ſit, in tanta vocis,
linguæque, atque digitorum velocitate,
poſſe artis numeros ſeruari; id quod illi
ad vnguem faciunt.

Cæterum non minoris pretii, huius mi-
randæ facultatis affabrè periti, omnem
citrà hæſitationem, quam ipſa, proinde
10 habiti, ac retenti ſunt. Quamobrem ex
veteribus, huius rei cauſa, ingentia qui
meritò conſequuti ſunt præmia, quorum
iam obſoleuit fama, plurimis poſtpoſitis:
vt ex recentioribus, quorum fælicitas
adhuc in hac vita degentibus parare poſſet
inuidiam, ſingulis omiſſis: Semipriſci
duntaxat, à ſeculo ſcilicet decimo, vſque
ad decimum quintum qui floruerunt,
quorum repetita non faſtidit laus, neque
ad æmulationem, eorum ſecundus pro-
uocat euentus, nauiter expendentur, Py-
thagoræ nanque, Crotoniatæ, Hippaſi,
Eubolidis, Ariſtoxeni, Ariſtidis, Alypii,
Bacchii, Gaudentii, Cleonidis, Theonis,
Adraſti, Pratinæ, Martiani Cappellę, Ap-
pulei, Albini, atque aliorum ex antiquis
apud Doniũ *de præſtantia muſic. veter. lib.* 1.
pluries decantatis elogiis, tam gręci, quam
latini ſatis abundant codices: Moderno-
rum autem non eſt ad præſens, quem ad
ſtuporem omnino lateat exiſtimatio: At
Semipriſcorum profectò vix apud Au-
thores indagari valebit memoria, e tene-
bris niſi ad lucem eorundem præclara
reuocentur geſta. Sacrauerat propterea
11 Venerabili Viro Domino Bernardo, Ec-
cleſię Remenſis Archicantori, atque ex-
inde Reuerendiſſimo Epiſcopo quidam
Aurelianus eiuſdem Eccleſię Clericus ſpe-
ctabilis, & Muſicus inſignis, De regulis
modulationum, earumq; vocabulis opus
ſanè mirabile, ac ſingulare, cui titulus erat
Tonarius regularis: qua de re, circa Arnol-
di, ſiuè potius Arnulphi Cæſaris tempo-
ra, anno reparationis 900. Epiſcopo ſuo,
& Clero non modò, verùm etiam vniuer-
ſæ Galliæ ſummo in honore fuit. *Tritbem.
de ſcript. Eccleſ.* Regnante autem anno ſa-
luris 1020. Henrico huius nominis Im-
peratore I. ſanctitatis fama valdè conſpi-
cuo: duo præ cæteris, in rebus muſicis,
ex Diui Benedicti familia prodierſit Olo-
res; Berno ſcilicet, Tentonicus; & Oſ-
bertus Cantuarienſis: quorum primus,
præter inſignem Abbatiam Augienſis
Cœnobii, Conſtantienſis Dięceſis, quam
propter egregias animi dotes fuerat ſorti-
tus; Peregrino Archiepiſcopo Colo-
nienſi, quem ſibi egregio, ac perutili de
Muſica, eiuſque inſtrumentis, nec non
Monochordi menſura, volumine, valdè
deuinxerat, ita charus fuit, vt inter eius
præcipuos amicos, familiareſque, meritò
ſit receptus. Alter verò, cum tam in di-
uinis ſcripturis, quam in arte muſica plu-
rimum fuerit adeptus ingenii, eruditis
vtriuſque facultatis lucubrationibus, lon-
gęuam ſui nominis famam ad poſteros
tranſmiſit. *Trith. ibidem.*

Quia verò, infęlicis illius tempeſtatis
12 barbariè, ſi quod erat literarum veſti-
gium in Monachorum Cœnobiis tantum-
modò latitabat; Guidonis Arretini, San-
cti Patris Benedicti, Inſtituti profeſſoris,
ac Muſici celeberrimi, Conrado Iuniore,
anno 1030. imperante, ex illis latebris ru-
mor fęliciſſimè prodiit: nam præter mi-
rabiles binos de Muſica, quos edidit li-
bros, quamquam ruditate illius ſeculi
haud parum infuſcatos, & vt cæteris præ-
niterent, neſcio quam cacozeliam præ ſe
ferentes: ſex illis adhuc ſyllabis, *vt, re, mi,
fa ſol, la*, repertis, & ad vſum præcinendi
adaptatis, inſuper effecit, vt quod olim,
non niſi longiſſimo eueniebat tempore:
pueri, ac puellę paucis nùnc menſibus,
medicoque labore Ecphoneſin, vulgo *In-
tonationem* perdiſcerent. Omnibus idcir-
cò ſui Ordinis Pręlatis mirandus effectus,
Cœnobii de Cruce Sancti Laufredi in
Abbatem tandem aſſumptus eſt. *Trith.
ibidem.* Similis quoque genius fuit (vt
lib. 1. de præſtantia muſ. veter. addit Donius)
Notkeri cognomento Balbuli Monachi
Sangallenſis, ex Caroli Magni progenie,
viri illis temporibus ſatis eruditi, & qui
in eccleſiaſticis meleſi componendis plu-
rimum excelluit; cuius monumenta
quædam, in Cœnobio Sancti Galli apud
Sedunos, magno honore ſeruantur. Ta-
les vtique fortaſsè eſſent (ſi eorum exta-
rent opera) Hilpericus, eiuſdem Cœno-
bij Monachus, Notgerus Epiſcopus Leo-
dicenſis, Hugbaldus Eluonenſis Mona-
chus Anglus, alijque conſimiles, apud
eundem Donium, qui proximè Caroli
Magni tempora, res muſicas literis conſi-
gnarunt, quos vel antiquitatis cauſa, lecti-
tandos equidem cenſeam, ſi alicundè pro-
direnr. Verùm ij, vel Cœnobiorum di-
reptionibus, quæ in Germania, Britannia,
Gallia factæ ſunt, intercidiſſe videntur;
vel in obſcuris, atque ignobilibus latebris
cum blattis adhuc, tineiſque luctari.

Sed vt proximius noſtris adhæreamus
temporibus: cæteris inter immemorabi-
13 lis antiquitatis relictis fragmenta, Fran-
ciſci Landini Ciuis Florentini, percelebris
vtique cenſetur è tenebris nunc reuocan-
da memoria: Florebat enim anno à mun-

do

do redempto 1380. oculorum quidem luminibus orbatus, ſed intellectus acumine maximè ditatus; dum veluti vna ex Muſis cum Sirenibus, illius, ſcilicet, ætatis, muſica peritis in arte cōcertaturus Venetijs detineretur; Victor poſt congreſſum ad ſtuporem euadens, non deuictorum pennis (vt lepidè fingit fabella) ſed Poetarum more, lauro conſerta corona, à Cypri Rege, & Venetorum Duce, magnificè meruit inſigniri. *Chriſtoph. Landin. in apolog. pro Dante, & popul. Florent.* Huic tamen diſſimilis ſuus conciuis in Muſicis parum extitit Antonius Squarcialupus, qui harmonicis in pulſandis inſtrumentis ita exiſtimabatur mirabilis; vt ex remotiſſimis regionibus, ipſum viſendi, & audiendi cauſa, ignoti populi certatim Florentiam confluerent. Quare ob tanti viri memoriam, ne aliquando & ipſe periret inglorius, Senatus, Populuſque Florentinus, Cathedralis propè valuas Eccleſiæ, hoc monumentum ponendum curauit.

„ Multum profectò debet Muſica An-
„ tonio Squarcialupo Organiſtæ: is
„ enim ità arti gratiam coniunxit, vt
„ quartam ſibi videretur Charites Mu-
„ ſicam aſciuiſſe ſororem. Florentina
„ Ciuitas grati animi officium rata eius
„ memoriam propagare, cuius manus
„ ſæpè mortales in dulcem admiratio-
„ nem adduxerat, Ciui ſuo monumen-
„ tum donauit.

Floruit circa annos Chriſtianæ ſalutis 1430. *Michael Poccianτus catal. ſcrip. Florent.* Ludouico item Maria Sfortia, anno Diuini ab Incarnatione Verbi 1512. Mediolanenſium moderante Rempublicam: Franchini Gaffori Laudenſis peritiſſimi Muſici longè, latèque mirabilis erupit fama. Quare ſicut Sapientiſſimus ille Dux (1. hiſt. teſtante Iouio) indifferenter ingenia, quæ vel literis, vel exquiſitis artibus claruiſſent, ſingulari liberalitate proſequebatur: ita Franchini in muſicis vtique non neglexiſſe præſertim oſtendit præſtantiā; dùm ob illius eximium opus, cui titulus eſt, *Practica Muſicæ vtriuſque cantus*, quod ſibi dicatum benignè ſuſceperat, fauoribus, & gratiis non vulgaribus ipſe abundè fouit, ac cumulauit. *Ex epiſt. dedic. in princ. oper.*

Decimum autem, & quintum ſeculum, ab anno ſcilicet 1500. vſque ad 1600. rei
14 muſicæ, valdè propitium fuit; cum in eo, talis facultatis ſupremi vndecunque floruerint profeſſores. Nam anno 1550. adhuc eminebat præ cæteris Petrus Aron ex Congregatione Cruciferorum Monachus venerabilis, bonarum literarum non ignarus, ſed Muſicæ artis quidem peritiſſimus, quippe qui eiuſdem arcana obſcuriſſima, ſui ingenii emicantiſſimo ſplendore illuſtrauit. Comiti proinde Fortunato Martinengo, alijſque Proceribus, ſed præſertim Nicolao Arcitenenti, ſiuè Aritenenſi apprimè gratus, charuſque fuit; cuius etiam ingenio, hoc exaſtico adhuc dùm viueret, manſit inſignitus, *Poccianτus ibidem*.

Viuat Aron, ſeclo ſua virga refloreat omni
Per quem obſcura olim Muſica nunc rutilat.
Ergò pulchra ferat tantorum fama laborum
Præmia, quis tanto digna neget capiti?
Vos viuum Vates, Statua, decorate, coronæ:
Poſt obitum ſidus Dij facite eſſe nouum.

Duo præterea, eadem tempeſtate ex Seruitarum Deiparæ Virginis amæno viridario in hac arte benè olentia eruperunt Lilia: Alexander videlicet Mellinus, & Maurus Senior, quorum alter in harmonicis quidem pulſandis inſtrumentis ſingularis, omnium plauſu, Sacræ Romanæ Cappellæ a Leone X. Summo Pontifice deputatus eſt. Maurus verò ità celebris factus eſt, vt tanquam è ſuperis lapſus, ab vniuerſis populis cultus ſit: Nullus quidem Florentiam adibat, qui ipſo, aut cellula vbi manebat ſummè non oblectaretur: Nam præter Muſicam, quam mirificè callebat, latinas, græcas, hebraicas literas ità retinebat, omneſque ſcientias tàm diuinas, quam humanas ſuæ memoriæ, ingenioque fixas adeò habebat, vt fermè ab omnibus eidem crederentur innatæ. Plura lectu digniſſima peperit, quarūm magna pars ob lites inter Seruitas, & Humiliatos exortas diſperſa ſunt (ab ineunte nanque ætate Humiliatorum familiæ Monachus extiterat; ſed cum Religionem illam deperire conſpiceret, Seruitarum indumentum aſſumendum tutiùs exiſtimauit) Multi propterea ex Principibus ipſum adamarunt; Sed præſertim Coſmus Medices, cui opus, *Sphæra platonica* nuncupatum, gratitudinis ergo, dedicauit. Climatericum tandem annum 63. ſuæ ætatis agens, quamquam nullam adhuc expertus infirmitatem, graui morbo oppreſſus: 1556. è viuis deceſſit. Cuius laudes, dum in Eccleſia Diuæ Annunciatæ de Florentia, illius cadauer maneret expoſitum eruditè perſoluit Zacharias Faldoſſius Sacræ Theologiæ Magiſter, exindè totius Ordinis Seruorum Generalis emeritus. *Poccianτus ibidem*.

Quæ cum ita ſint: quam tandem ij non merentur laudem, qui in hoc ſtudij gene-
15 re ab anno 1560. vſque ad 1600. ſpectabiles honores etiam ſunt aſſequuti? Quorum primus ſanè commendandus ſe of-

fert

fert Orlandus Laſſus, Bergæ Hannoniæ vrbe natus, qui adhuc puer, ob egregiam rebus in muſicis indolem, apud Ferdinandum Gonzaga Siciliæ Proregem, Cæſarearum tunc temporis copiarum Ducem, manere conſenſit, eique iam abſoluta belgica expeditione, partim in Sicilia, partim Mediolani adhæſit, donec tranſacto decimo octauo ætatis anno, à Conſtantino Caſtrioto Neapolim ductus, cum Marchione della Terza, tribus circiter conuixit annis. Inde Romam veniens, Archiepiſcopi hoſpes Florentini, vſque dum ad Sanctum Ioannem Lateranenſem, Vniuerſo Muſico longè celeberrimo præficeretur Sacello, ſex menſibus fuit, Quare poſt anglicanas, gallicaſque cum Iulio Cæſare Brancatio ſuſceptas peregrinationes, atque Antuerpiæ diu verſatus: tandem Alberti, & Quilielmi Ducis Boiarum, Muſices Magiſter ſupremus per integrum vicennium; & à Maximiliano II. Cæſare nobilitatus, atque à ſummis Imperij Principibus, Proceribuſque admodum honoratus extitit. *Author in eius vita* Alter autem, quem plurimum commendare vtique decet, Ioannes Petrus Aloyſius Præneſtinus eſſe rectè cenſetur: adeò enim in muſicis excelluit, vt vno, & ſi iam elapſo ſeculo, eius tamen mirabiles concentus, tanquam recentes, cunctis ferè in Eccleſijs, adhuc cum ſtupore aſſiduè apud omnes verſantur. Et quis enim fugas (vt verbis Muſicorum vtar) imitationes, ligaturas, & quicquid aliud venuſtatis in arte permittitur, Præneſtini abſque exemplari, vnquam rectè peregit? Hinc ſanè eſt, quod Profeſſorum præ manibus eius harmonica diù voluuntur monumenta. Quod plurimi aduertentes Summi Pontifices, ſucceſſiuè dum vixit, in re muſica, Baſilicæ Sancti Petri de Vrbe honorificè præfecerunt. Philippo prætereà Regi Catholico, ſumma in veneratione fuit; quarè priuilegijs, & gratijs, ab eo quam plurimis manſit inſignitus, cui deindè, rantæ in obſequium beneficentię, ſuas ferè omnes muſicas lucubrationes, ex animo dicauit. *Ex epiſtolis dedicatorijs.* Manet tamen huiuſcemodi rei quaſi pro coronide, vt inter præcipuos demum, Præclarus etiam recolatur Vir; Dominus Philippus de Monte, Belga; Maximiliani II. & Rodulphi item II. Romanorum Imperatorum Chori muſici præfectus, Metropolitanę Eccleſię Cameracenſis Canonicus, Theſaurarius &c. In cuius effigiē, ob pręclara merita, verè & eleganter ità cecinit quiſquis huius diſtichi Author ille fuerit.

Cernimus excelſum mente, arte, & nomine Montem.
Quò Muſæ, & Charites conſtituere domum.

Id quippe teſtantur præclara tot artis, ingenijque pene diuini, ipſius opera, quibus ille tum ſuæ famæ celebrationem, tum artis honorem magnificè aſſeruit. *Author in eius vita.*

CAP. XVII.

Poetæ, vtpotè Diuinum poſſidentes afflatum; velut ſupernæ mentis interpretes plauſus, & dona quamplurima, vndique ſunt aſſequuti.

SVMMARIVM.

1 *Diuinæ erga mentis Interpretes, maxima olim fuit reuerentia; adeò vt Pharao Ægypti Rex, multis præmijs, honoribuſque extulerit Ioſeph, & Nabuchodonoſor Rex Babylonis, Danielem; eo quod ſomnia à Deo immiſſa, illis diuinitus explicuiſſent.*

2 *Cyrus maior Perſarum Rex, ob inuentum Iudæorum in ſcripturis de ſe oraculum; edicto teſtatus eſt, ſe Iudæos omnes in patriam remittere, vt Deo templum reſtituerent. Alexander verò Macedo Iaddum, cæteroſque Sacerdotes, per quos fatidicum de ſe carmen in Danielis prophetia cognouerat ampliſſimis donauit muneribus.*

3 *Flauius Ioſeph Hebræus, eo quod Veſpaſiano Imperatori, ſigna quædam, & portenta in bonum omen expoſuerat; ex captiuitate, & catenis eductus, pro his, quæ prædixerat, præmio famæ donatus, & de futuris iam dignus cui credendum eſſet, habitus fuit.*

4 *Cum Poeſis, ſine Numinis aſpiratione eſſe non poſſit; Poetæ meritò Deorum appellantur interpretes. Quare plerumque verſus conficiunt, mente propemodum alienati, explicantes ea, quæ futura, & recondita ſunt, vt de Malacho Siracuſano, Sibyllis, Homero, Virgilio, Seneca Tragico præſertim oſtenditur.*

5 *Quia nihil reperitur à veris Moralium Philoſophorum Scholis, quod ex Poeſi tanquam non fluxerit ex fonte; idcircò plurimum honoris vndique aſſequuti ſunt Poetæ; adeò vt Magnus Alexander Homeri Poemata, poſt Perſicam adeptam victoriam, in ſcrinio ex auro, gemmiſque fabrefacto, magnificè recondiderit.*

6 *Inter ſemipriſcos Poetas (vetuſtioribus omiſſis) qui ſublimes acceperunt honores Auſonius, & Claudianus, referuntur: Nam ille Romanum à Gratiano Cæſare recepit Conſulatum: iſte verò Romæ in foro, id poſtulante Senatu, nobilem ſtatuam ab*

Areadio, & Honorio A. A. fæliciter meruit.

7 *Auitus præterea Alcimus ad Archiepiſcopatum Viennenſem, ac Pontificium Vicariatum in Gallijs aſſumptus eſt. Venantius autem Clementianus ad Pictauos profectus, primò Presbyter, deindè eiuſdem Vrbis Epiſcopus creatus fuit.*

8 *Theodulphus quoque Italus, à Carolo Magno, Abbatia Floriacenſi, & Aurelianenſi Epiſcopatu donatus fuit: Hildebertus de Lauardino item, Cenomanenſi, ac Turonenſi. Godefridus autem Viterbienſis, ab Vrbano III. Corrado III. Frederico I. & Henrico VI. Imperatoribus honores, & opes quamplurimas recepit.*

9 *Dantes Aligerus in Galliam ſe conferens, Lutetiæ Pariſiorum admodum in honore fuit. A Rege Aragonum, aſſiduis muneribus, ac beneficijs manſit excultus. Sed & Canis Schaliger, cognomento, Magnus, alijque Principes, magnificis diuitijs ipſum locupletarunt.*

10 *Albertini Muſati, ac Franciſci Petrarchæ celebres recenſentur honores, quos vnus à Pacano Turriano Antiſtite, Alberto Saxoniæ Duce, & à Patauina ſuſceperat Academia: alter verò a Summis Pontificibus, Cardinalibus, Regibus, Principibus, Vniuerſitatibus, abundè fuerat conſequutus.*

11 *Meliorem autem ſortem adeptus eſt Aeneas Syluius Piccolomineus: nam poſt graues legationes, coronam Poeticam, ſenenſem Epiſcopatum, Oſtrum Sacrum, ac tandem Petri Cathedram, Pij II. nomine meritò eſt ſortitus. Sed & eandem Poeticam coronam à Maximiliano I. honorificentiſſimo elogio, Clemens Iannicius Polonus item impetrauit.*

12 *Baptiſtæ Mantuani marmoream Effigiem, cum Muſarum laurea, præter cætera honorifica encomia Federicus Mantuæ Princeps, Virgilij iuxta ſimulacrum magnificè poſuit. Federicus autem Aragonorum Rex, qua valuit liberalitate Iacobum Sannazarium plurimum etiam illuſtrauit.*

13 *Alphonſus item II. Ferrariæ Dux, cæterique Eſtenſium Dynaſtæ, Ludouicum, Arcoſtum, Torquatum Taſſum, atque Baptiſtam Guarinum, omni conatu ad honorificos extulerunt gradus: quod etiam paſſim, erga vnum, vel alterum plurimi alij operati ſunt Principes, veluti Leo X. Clemens VIII. Bonifacius Cardinalis Beuilaqua, Magnus Etruriæ Dux, atque Sabaudiæ Vrbini, ac Mantuæ Duces.*

14 *Quantus apud Parmenſes, non modò Principes, verum etiam apud omnes extiterit Annibal Charus, ex Elogio ſibi poſito ſatis oſtendi poteſt. Ioannes verò Caſa, à Summis Pontificibus Paulo III. & Paulo IV. Archiepiſcopatum Beneuentanum, & legationes quamplurimas obtinuit, & purpura fortè ſacra indutus fuiſſet, ſi inuidorum non obſtitiſſet calumnia. Petrus item Grauina, non vulgares apud diuerſos Proceres expertus eſt honores.*

15 *Erga Iacobum Sadoletum, atque Ioannem Baptiſtam Marinum inſignia, & excelſa diuerſorum recoluntur obſequia; aliorumque quamplurium Poetarum poſſent vlterius laudes adduci, quæ illis breuitati indulgendo remittuntur, qui de Poeſi,* Poetiſque *alibi ex inſtituto abundè ſcripſerunt.*

QVanta olim Diuinæ erga mentis Inter-
pretes reuerentia fuerit, ſacra tam hi-
1 ſtoria, quam profana ſatis abundè docet.
Geneſis nanque 41. Pharao Rex Ægypti,
Ioſeph pro eo quod ſomnium illi inter-
pretatus fuerat, domus ſuæ conſtituit gu-
bernatorem; cunctæ Ægyptiorum præfe-
cit annonæ; ſibique, regio excepto ſolio
propemodum ęquauit; Annulum de ſua
detractum manu, Ioſeph induit manui;
Byſſina ornauit veſte; collo torquem ap-
tauit aureum; & currui imponens, vt an-
te eum proclamaretur, *Genua flectite*, vo-
luit. Saphnatopaneę, ideſt, Repertoris
occultorum, nomen indidit, & Aſena-
tham Potipharę Pontificis Heliopolitani
filiam, ipſi in matrimonium dedit: Da-
nielis autem 2. Cum ipſemet Nabucho-
donoſori Regi ſomnium, quod nemo
alius Chaldæorum, vel diuinare, vel expli-
care poterat, diuinitus reuelatum decla-
raſset; Rex pronus Danielem accidit, &
hoſtias cum incenſo ei libari iuſſit, Deum-
que illius, omnium Deorum maximum
confeſſus, multis magniſque muneribus
donatum, Aulę ſuę pręfecit, eiuſque ſo-
cijs, regionis præfecturas commiſit. Item
1. *Eſdræ cap.* 1. *&* 3. *cap.* 2. vt notant Ioſephus
antiq. lib. 11. *cap.* 1. & Sabell. *lib.* 7. *cap.* 1. Cyrus
2 maior, quod in Eſaiæ libris, bis centum
ante, & decem annis editis, nomen ſuum
diſertè poſitum inuenit (Prophetæ carmen
„ huiuſcemodi extat inter eius libros *cap.* 44
„ *&* 55. Volo, ſcilicet, Cyrum quem mul-
„ tarum, & magnarum gentium Regem
„ conſtitui, populum meum ad propria re-
„ mittere, ibique mihi templum iterum ſu-
ſcitari) prophetica pręditione lætatus,
edicto teſtatus eſt, ſe Iudęos in patriam re-
mittere, vt Deo templum reſtituerent, cu-
ius prouidentia, multò priùs quam naſce-
retur, fuiſſet Rex conſtitutus. Perinde-
que ibidem referunt, quod Alexander Ma-
cedo, cum Hieroſolymis eſſet; Danielis
Prophetæ multò ante defuncti, oraculo
cognito, fore vt Rex Græcię, Perſarum
olim opes euerteret: certa ſpe victoriæ ex

ea re percepta; Iaddum,& cæteros Sacer-
dotes, per quos fatidicum carmen cogno-
uit, ampliſſimis cumulauit muneribus,
ipſi Ciuitati permiſit vt ſuis vteretur legi-
3 bus, tributumque in ſeptem annos remi-
ſit. Veſpaſianus tandem (vt *lib.5. bell. iudaic.cap.* 12. narrat Ioſephus Hebræus) ab
exercitu, Orientis Imperator electus, re-
cordatus ſigna (multa enim ſibi contige-
rant Imperium pręmonſtrantia) & ipſius
Ioſephi dicta, quibus eum, Nerone viuo,
auſus fuerat appellare Imperatorem, ad-
mirabatur virum, quem adhuc habebat
in vinculis: aduocatoque Mutiano cum
amicis, & rectoribus alijs, primum quam
ſtrenuus fuiſſet Ioſephus, quantumque
Iotapatenis expugnandis propter eum la-
boraſſet, exponit: deinde vaticinationes
eius, quas ipſe quidem timoris cauſa ſuſ-
picaretur eſſe figmenta: tempus autem,
diuinas fuiſſe, & rerum exitus probauiſſet.
Tumque inhoneſtum eſſe, ait, vt qui ſibi
auguraſſet imperium, vociſque Dei mi-
niſter, ac nuntius extitiſſet, adhuc captiui
loco haberetur, fortunamque ſuſtineret
aduerſam: vocatumque ad ſe Ioſephum,
ſolui iubet. Hoc autem facto, alij quidem
Rectores ex ea gratia, quam alienigenæ
retuliſſet, præclara etiam de ſe ſperanda
eſſe arbitrabantur. Titus verò, qui cum
Patre aderat: Iuſtum eſt, inquit, Pater,
vna cum ferro, etiam probro Ioſephum
ſolui: erit enim tanquam nec initio vin-
ctus ſit, ſi non diſſoluerimus, ſed incideri-
mus catenas. Nam id agi ſolet in his qui
non rectè fuerint vincti. Eadem Veſpa-
ſiano placebant. Et quidam interueniens,
ſecurè catenas abrupit; Ioſeph quidem
pro his, quę prædixerat, præmio famæ do-
natus, & de futuris iam dignus, cui cre-
dendum eſſet, habitus eſt.

Cæterùm cùm Poeſis ex Platonis ſen-
4 tentia *in ione*, ſine Numinis aſpiratione,
diuinoque (vt aiunt) furore eſſe non poſ-
ſit: meritò ex eodem Platone, etiam
Poetæ, præſertim dùm tali furore perciti
vaticinantur, Deorum interpretes eſſe
,, dicuntur. Eſt enim furor diuinus (inquit
,, Ficinus *in argum. illius dialogi*) illuſtratio
,, rationalis animæ, per quam Deus animam
,, à ſuperis delapſam ad infera, ab inferis ad
,, ſupera retrahit: atque ita homo, ſupra
,, hominis naturam erigitur, & in Deum
,, tranſit. A ſtupore proindè omninò alie-
num eſſe putabitur, ſi Malachus non mo-
dò Syracuſanus. *Gyrald. in hiſt. poet.* verùm
etiam cæteri excellentes Poetæ, vt planè
Dei ore loqui videantur, verſus plerum-
que non niſi conficiant mente propemo-
dum alienati. Hoc enim probant tot Si-
byllarum oracula, quæ non pauca futura,
ac recondita nobis renunciarunt myſteria.
Nam cæteris miſſis, de Erythræa, *in vit. Conſtantin. tom.* 14. *Bibl. PP.* ita ſcribit Eu-
,, ſebius: Diuina certè inſpiratione referta,
,, carminibus futura de Deo vaticinata eſt,
,, perſpicuè in ſerie primarum literarum,
,, quæ *Acroſtichis* dicitur, hiſtoriam aduen-
,, tus Domini Noſtri Ieſu Chriſti ad iudi-
,, candum declarans. Eſt autem iſta Acro-
ſtichis: *Ieſus Chreiſtus Dei Filius Seruator Crucs.* Nec id remiſſiùs Homeri, Virgi-
lijque teſtantur carmina, ex quibus Eudo-
xia clariſſima fæmina, Leonis Athenien-
ſis filia, Theodoſij Iunioris Auguſti vxor,
eod. tom. 14. *Bibliot. PP.* & Proba Falconia,
Anicij Probi Præfecti Prætorio poſteà
Conſulis, coniux *tom.* 8. *eiuſd. Bibliot.* illa
Homerico-, iſta Virgilio-, multa de Chri-
ſto vaticinantes, eruerunt Centones. Sed
quid manifeſtiùs Vaticinio illo, non qui-
dem ſpernendo, Indiarum de inuentione
per Hiſpanos anno 1493. fæliciter peracta,
in Senecæ Medea extante, dum *act.* 2. *in fin.*
legitur:

Venient annis ſecula ſeris
Quibus Oceanus vincula rerum
Laxet, nouoſque Typhis detegat orbes,
Atque ingens pateat tellus
Nec ſit terris vltima Tuhyle.

Quibus profectò manifeſtè conuincitur,
quamplurima à ſe ipſis Poetas non eſſe
loquutos; ſed ſupernum interpretando
afflatum. ea quæ futura prædixerant, tan-
tummodò eſſe diuinatos.

Magnis viciſſim etiam honoribus, pro-
5 pterea eſſe afficiendos, *odiſſ.*9. haud teme-
rè, ſic arbitratus eſt Homerus:

Apud omnes homines terreſtres, Poetæ
Honoris participes ſunt, & reuerentiæ, quo-
niam certè illos
Cantus Muſa docuit, amatque genus Poeta-
rum.

Præſertim cùm poetico digna illo ſint fu-
rore, quæcunque ab eis phanaticè dicti-
tantur. Et ſanè, quod vnquam extitit à
veris Moralium Philoſophorum Scholis
paulò ſanctius præceptum, quod non ex
hoc quaſi fonte fluxiſſe videatur? quod in
vita negotium, quæ negotij forma, cuius
non effigiem nobis diuina Poeſis expreſſe-
rit, quam ſpectare animo, atque imitari
in communi vita, & conſuetudine de-
beamus? Militiam ſequeris? fortitudinem
Aiacis intuere, Vlyſſis aſtutiam, Diome-
dis iunctam cum virtute prudentiam.
Imperatorem agis? tibi Agamennonem
ad imitandum propone, Superos tibi do-
nis, ac precibus concilia, Neſtorem ad
deliberationes adhibe, nihil temerè, nihil
præcipitanter aggredere, nulla te grauior
concitatio percellat, non ira perturbet,

non abijciat fortunæ volubilis inconſtantia. Cares patria, vxore, dulciſſimiſque liberis, varij te caſus, & labores exercent? Verſetur ob oculos ſapiens Vlyſſes vt conſtans erat in aduerſis? vt ſui ſemper ſimilis? vt rebus humanis altior? vt ſe ipſo maior? vt denique aduerſus omnes, vel inimicorum inſidias, vel illecebras voluptatum munitus, ac rectus? Iam Thelemachi ſolertia in quærendo Principum hoſpitia, quandoque Patre; conſtans Penelopes animus, laborque infinitus, nec quietem recipiens, nec reperiens exitum, quid aliud, quàm aduenis hoſpitalitatem, pietatem filijs, coniugibus fidem, omnibus qui pudori conſultum voluerint otij fugam, laboriſque indefeſſi Studium commendant? Quibus mirandis fortaſſe Alexander Macedo Regum Maximus permotus effectibus, ipſum adeò colebat Homerum, vt ob illius ſtudium *Philomiros*, hoc eſt homeri diceretur amator. Quinimò poſt Darium prælio victum, adeptus ſcrinium in regia præda, ex auro, & gemmis fabrefactum, ſciſcitatus ab ijs, qui Perſicæ erant luxuriæ non ignari, Ecquis nam eſſet tam pretioſi operis vſus? vbi regia audiuit in eo vnguenta ſeruari ſolita: Quin (inquit) rei magis pretioſæ ſit poſthac cuſtos; Homerumque in loculo clauſit. Dignus ipſe, qui præconem, quem Æacide inuidit, eſſet aliquando ſortitus. *Sabell. lib. 7. cap 5. ex Plin. lib. 7. cap. 20. & Plutarch. in Alex.*

Veruntamen, vetuſtioribus hiſce, qui
6 olim ſummè coluerunt Poetas, vt magis noſtris fauere videamur ætatibus, innumeros apud Scriptores penitus relictis; quoſdam ex Semipriſcis, qui non minoribus eos proſequuti ſunt obſequijs, Poeſeos in gratiam, tantum ad ſufficientiam adducam. Ferunt itaque Gratianum Cæſarem, Auſonij, ſui Præceptoris, carminum duntaxat inſpecta venuſtate, non ambitu, non precibus, non opibus, aut auorum meritis, ſed ſponte ſua, diuina fauente voluntate, eidem Romanum contuliſſe Conſulatum. Fælix quidem Magiſter, qui licet petulantior, & laſciuior fuerit Poeta, quàm tolerari poſſit à grauibus Orbis regnatoribus, pijſque, vel delicatis Chriſtianorum auribus; adhuc tamen tantam diſcipuli æſtimationem, ac benignitatem expertus eſt. *Gadd. de ſcript. non eccleſ. tom. 1.* Quia verò nullum maius ſpecimen fælicitatis eſſe *lib. 15. cap. 2.* rectè putarat Plinius, quàm omnes ſemper ſcire cupere qualis fuerit aliquis (id quod Homero contigiſſe, ait) Illuſtrium idcircò Virorum fingi vultus, vt ſcilicet incertitudine ſua, deſiderium patiant: hoc idem profectò, ad ſempiternam memoriam erga Claudianum, inter cęteras artes, Poetarum præclariſſimum Arcadium, & Honorium A. A. magnificè habuiſſe, latè tradunt Sabell. *lib. 9. enn. 7.* & Volat. *lib. 14. cap. 2.* Tanta enim eius apud ipſos exiſtimatio creuerat, vt Romæ in foro, hoc appoſito teſtimonio, nimirùm, quod Virgilij mentem, & Homeri muſam abundè poſſideret (id poſtulante Senatu) nobilem Statuam erigerent: Nitidus ſanè, & ferox in ſententijs, maiorque inuentione, quam carminis figura extitit; ſic quoque talis, vt ſi in recentiorum numero ponas, ſit haud dubiè primus, vt veterum vlti-
7 mus. Inter hos autem meritò referri poſſunt duo quoque prę cęteris Summi Pontifices, Symmacus, ſcilicet, & Hormiſda, temporibus Anaſtaſij, & Iuſtini Imperatorum, quorum vnus Auitum Alcimum, virum nobiliſſimum, ſanctiſſimum, doctiſſimum, celebremque Poetam, ad Archiepiſcopatum Viennenſem ſtatim poſt Iſicium patrem condignè aſſumpſit: alter verò Vicarium Apoſtolicum eundem ſponte conſtituit. *Bellar. de ſcript. Eccleſ. & Philippus Labbe ibidem.* Cui ferè ſimilis in hac re putandus Venantius Honorius, ſiue Honoratus Clementianus Fortunatus, in Italia haud procul Taruiſio, in loco, qui Duplicabilis dicebatur, natus; Rauennæ liberalibus imbutus literis, & Sancti Martini Turonenſis Epiſcopi virtute, ab oculorum, quos oleo lampadis ad imaginem eius ardentis inunxerat lippitudine, ac dolore liberatus. Nam ſuſcepto per Germaniam itinere, ſat longa peregrinatione (vt ipſe in præmiſſa epiſtola ſuorum Poeticorum operum nuncupatoria, ad Gregorium Turonenſem Metropolitanum, *tom. 8. Bibliot. PP.* latè teſtatur) in Gallias venit ad ſepulchrum liberatoris ſui Diui Martini. Vbi etiam carmine elegiaco celebrauit nuptias Sigiberti Regis, & Brunechildæ. Tandem ad Pictauos profectus, primò Presbyter, deindè eiuſdem Vrbis Epiſcopus creatus fuit, vixitque ſuperſtes Gregorio Turonenſi Antiſtiti, cui ſucceſſerat, vſque ad annum circiter 600. *Bellar. & Labbe, vt ſupra.*

Scripſerat, præſertim verſibus vltra ea,
8 quæ ſoluta ediderat oratione (vt videre eſt *eod. tom. 8. Bibliot. PP.*) Theodulphus, natione, italus (vt creditur, ex Gallia Ciſalpina) multa lectu digna: quarè à Carolo Magno, cui ob virtutem, atque eruditionem, apprimè familiaris fuerat, Abbatia Floriacenſi Sancti Benedicti ad Ligerim, & Aurelianenſi Epiſcopatu donatus. Sed poſt Caroli mortem, tanquam coniurationis in Ludouicum Pium Impe-

pe-

peratorem cum Bernardo eius Nepote, particeps accuſatus, anno 818. detruſus eſt in carcerem, vt ipſe ſæpius conqueritur planè innocens, & tanti criminis expers. Vnde in die Palmarum, illuc tranſeunte Ludouico, ſummè illis carminibus delectatus, nimirùm:

Gloria, laus, & honor tibi ſit Chriſte redemptor,
Cui puerile decus &c.

quæ in carcere compoſuerat Andegauenſi, atque exinde alta voce harmonicè concinuerat, ſtatim ipſum liberare iuſſit. *Bellar. & Labbe, vbi ſupra.* Quædam alia metrica, lepore non expertia, in lucem ediderat Hildebertus de Lauardino, Berengarij Sacramentariorum Signiferi in ſeceſſu illo ſuo Turonenſi poſt abdicationem hæreſeos, quondam diſcipulus, & ſcripto in eius, non ineleganti elegiaco carmine encomiaſtes; electus proinde fuit anno 1097. Cenomanenſis Epiſcopus: tum Gilleberto Archiepiſcopo mortuo, iuſſu Honorij II. Romani Pontificis anno 1125. translatus eſt ad Turonenſem Metropolim, vbi obijt die xv. Kalend. Ianuar. an. 1132. *Bellar. & Labbe vbi ſupra.* Inter Scriptores verò rerum Germanicarum à Ioanne Piſtorio Nidano editarum *init. tom.* 2. extat Godefridi Viterbienſis (ſic à Patria dicti) quoddam Chronicum vniuerſale in viginti tributum partes, cui titulus *Pantheon* inſcriptus eſt fortaſſe, quòd res contineat omnium Principum geſtas (Principes enim ſacris in literis, appellantur Dij, vt notat Bellar. *de ſcript. Eccleſ. à* 1186.) carmine, & ſoluta oratione inuicem miſtis contextum, de mundi principio, de vniuerſo veteri, & nouo teſtamento, & ætatibus mundi, temporibus, geſtis, & hiſtorijs rerum omnium, vſque ad annum 1186 quod Vrbano III. dicauerat; qua de cauſa Pontificis ſibi aſciuit ita beneuolentiam, ſicut Corradi III. Frederici I. eiuſque Filij Henrici VI. quorum fuerat à ſecretis, à ſcrinijs, & Capellanus; honores, & opes quamplurimas acceperat.

Dantes prætereà Aligèrus (vt ex ſupe-
9 rioribus, quæ ſequebantur quædam, breuitati fauentes, prætereamus ſecula) Poeta, ſuæ ætatis nulli ſecundus, Florentinam patriam, vbi aliquandò octouiratum ſumma inter ſuos poteſtate exercuit, valdè illuſtrauit. Sed indè, multis ſuccedentibus bellis, factionibuſque exortis, cum alijs non paucis exulare coactus eſt. Quare ex Italia, primùm ſe contulit in Galliam, vndè Pariſiorum Lutetiæ, propter excellentem bonarum artium cognitionem, admodum in honore exceptus eſt. A Rege inſuper Aragonum benignè accitus apud eum multis muneribus, ac beneficijs excultus eſt. Viuebat tunc temporis inter omnes Italiæ optimates, fama celeberrimus Scaliger Canis, cognomento, Magnus, magnanimitatem propter, & virtutes; cuius liberalitate, ſicut & aliorum Principum donis Dantes locupletior redditus, exilij ſui moderatiùs acerbitatem tulit. Obijt tandem Rauennæ annò 1321. Ludouico Bauaro Imperante, ad cuius ſepulchrum in ſacello marmoreo, eius ſimulacrum cum hac inſcriptione erectum, adhuc ab vniuerſis cernitur. *Author in eius vita.*

Iura Monarchiæ, Superos, Phlegetonta, Lacuſque
Luſtrando cecini, voluerunt fata quouſque:
Sed quia pars ceſſit melioribus hoſpita caſtris
Actoremque ſuum petijt fælicior aſtris
Hic claudor Dantes patrijs extorris ab oris:
Quem genuit parui Florentia Mater Amoris.

10 Albertino Muſſato Parauino, Poetæ ſua tempeſtate celeberrimo, & latinæ linguæ primo reſtauratori tantus eſt honos habitus, vt publicè lauream poeticam à Pacano Turriano Antiſtite, & Alberto Saxoniæ Duce tunc Parauini Gymnaſij moderatore acciperet, & pro Muſſato, Muſatus (à Muſis, ſcilicet) diceretur, quod nomen Familiæ adhuc manet. Præterea ſingulis annis in natali Domini, tota Academia ſolemni pompa, tubis præcinentibus ad pontem molarem, in Cunio, medio inter duos pontes vico, vbi eius ædes erant, Poetam ipſum cereis funalibus, honoris ergo donabat: qui honos nulli alteri exhibitus legitur. *Bernard. Scardeonus in hiſt. patau.* Poſtquam autem Franciſcus Petrarcha Florentinus, relicto legum ſtudio, Poeticæ ſe totum mancipauit, in Principum virorum amicitiam adeò peruenit, vt quidem in primis, Stephanus Cardinalis Columnenſis, quem Ioanni XXII. Auenione reſidenti conciliauerat, ſumptibus, & hoſpitio, ipſum diù liberaliſſimè fouerit. A Pontifice autem, non ſemel & Romam, & ad Philippum Gallorum Regem Legati nomine miſſus eſt. Illud verò ſingulare, quod Africæ poemate ſic paſſim innotuit, vt vno, eodemque die, & anno, & à Senatu Romano, & ab Academia Pariſienſi ad ſuſcipiendam lauream poeticam inuitatus fuerit. Sed amicorum conſilio licet Robertus Siciliæ Rex, omnibus modis illi ſuadere, vt hunc in Academia Neapolitana recipere honorem vellet, eſſet conatus; Romam tamen Lutetiæ prætulit.

Vbi ipſo die Paſchatis in Capitolio, ab Vrſu Anguillariæ Comite Romano Senatore, nomine Pontificis Benedicti XII. coronam ſuſcepit. Hinc à Corregienſibus Parmæ Dominis Archidiaconatum opimum obtinuit. Inde à Iacobo Carrarienſe Patauino Principe Canonicatum Patauij accepit. Tantam pariter apud Andream Dandulum Venetiarum Ducem gratiam eſt adeptus, vt hoſpitium, & alimenta de publico ſemper illi dum Venetias incoleret, præberentur; & in comitatu Ducis primum ſtatim poſt Legatos Regum, locum obtineret, Egnatio *lib.4. cap.7. & lib.8. exempl. cap.15.* teſte. Scalanis quoque Veronenſibus vnicè charus fuit: Eximiè verò Galeatio Vicecomiti Mediolanenſi, ita vt ad nuptias Leonelli Anglorum Regis filij, & Violantæ Vicecomitis inuitaretur. A Florentinis maximorum honorum, & paternorum bonorum reſtitutione vltrò illi oblata, reuocatus in patriam redire noluit: ſed Arcuati ſeptuagenarius obijt morbo comitiali, vnde Franciſcus Carrarienſis Regulus cum comitatu honorificentiſſimo Politico, Academico, Eccleſiaſtico illum extulit, vt Viri Principis exequiæ ſplendidius adminiſtrari non potuerint. *Hier. Squarzaficus, & Alexand. Vellut. in eius vita.*

Meliorem tamen ſibi, poeticis ſtudijs Æneas Syluius Picolomineus adeptus eſt
11 ſortem, dum è Concilio Baſilienſi Orator ad Fridericum III. à Fælice Pontifice miſſus, tantum dexteritate valuit ingenij, vt corona poetica donatum, in amicum, & Protonotarium, ſiuè à Secretis, eum Imperator receperit, apud quem diù in Germania verſatus eſt. Inde in Italiam reuerſus, ad Epiſcopatum patriæ Vrbis Senenſis promotus, ac deinde Cardinalis, tandemque Summus Pontifex poſt Calliſtum III. anno 1458. die 19. Auguſti creatus, Pius II. cognominari voluit, totique Eccleſiæ, magna cum laude præfuit, annis 5. menſibus 11. & diebus 27. *Platina in eius vita*. Ex his profectò, qui ampliſſimum Poloniæ Regnum dignitate prępotentum Senatorum, & bellica gloria inclytum, immortalia complurium Poetarum ornamenta commendarunt, Clemens Ioannicius nulli ſecundus fuit: nam Petri Kmithæ Palatini Cracouienſis æquiſſimi patroni beneficio, Apollinarem coronam à Maximiliano I. Cęſare, non ſine honorificentiſsimo elogio impetrauit. Regum Polonorum vitas elegiacis verſibus eruditè perſtrinxit, quas, *Thomæ gratus*, inſcripſit, nec non libros Triſtium, Arithmeticam, Elegias, Epigrammata, & Poemata varia. Præterea inſtinctu Andreæ Cricij Eccleſiæ Metropolitanæ, ac Regni Poloniæ Primatis, Archiepiſcoporum Geneſnenſium vitas conſcripſit. *Gadd. in adlocut. & elog.* Poeticam Daphni-
12 dem coniungens Theologico ſerto nobilis Theologus, atque Poeta Baptiſta Mantuanus, inclytam Carmelitarum Familiam maximè illuſtrauit, quem non temere ſummis honoribus exornatum fuiſſe à grato æquè, ac benigno Principe Mantuæ Federico exercituum imperatore celebri ferunt, qui marmoream effigiem cum laurea poſuit, quæ in arcu lapideo, iuxta Virgilij ſimulacrum conſpicitur. *Gadd. de Script. non Eccleſ. tom.2.* Quare non idem, quod Archeſiſtrato, venuſtiſſimo Poetæ, teſte Bruſonio *lib.5. facet. cap.13.* eò quod Magni Alexandri contēporaneus non extitit, in ſenectute acciderat, Sannazarius, Areoſtus, Taſſus, Guarinus, & Marinus experti ſunt infortunium, vt magna, ſcilicet laborarent inopia: Quandoquidem Poetarum tunc temporis, fautores minimè defuerunt Alexandri, qui in ſingulos verſus Cyprū, aut Phænicem liberaliter darent: Nam Federicus Aragonum Rex, qua valuit liberalitate Iacobum Sannazarium adeò proſequutus eſt, vt ſeneſcente Pontani gratia, qui Aragonum nomen vehementer offenderat, cum veluti perſonæ oblitus, victorem Carolum, inuidioſa, vel intempeſtiua oratione publicè laudaſſet, à regijs ſecretis eius loco benignè ſufficerit. Scripſit itaque tanquam ambidexter etruſca ſimul, atque latina carmina, pari lepore ſaleque, arridentibus vtrique Muſis: Quare Petrus Bembus, eius tumulo iuxtà Villam Margellinam hoc carmen inſcripſit. Paulo Iouio in eius vita, teſte.

Da ſacro cineri flores: hic ille Maroni
Syncerus, Muſa proximus, vt tumulo.

13 Alphonſus autē II. Ferrariæ Dux, cæterique Eſtenſium Dinaſtæ (*vt p.3. ſua Ferraria aurea* refert Libanorius) Ludouicum Areoſtum, Torquatum Taſſum, atque Baptiſtam Guarinum, omni conatu ad honorificos ęxtulerunt gradus. Quibus Fautoribus, quamplurimi etiam (tantos vt iuuarent viros) Summi adhæſerunt Principes. Nam Leo X. Areoſtum quam maximè fouit. Clemens VIII. Torquatum Taſſum, & niſi aduerſa obſtaret fortuna, poetica illius corona, Capitolium facilè illuſtraret. Cui tamen religiosè ſuffecit Bonifacius Cardinalis Beuilaqua, pulcherrimo epitaphio Conciuem ſuum ſummopere laudans, quem olim Magnus Etruriæ Dux; nec non Sabaudiæ, Vrbini, ac Mantuæ Duces, grato aliquando profugum receperunt hoſpitio. Baptiſtam

verò

Digitized by Google

verò Guarinum, Sacro Diui Stephani militari baltheo, Coſmus I. Magnus Dux Etruriæ ampliſsimè decorauit; totius Italiæ celebres Academiæ, ei publicè plauſerunt; Exteræ, remotæque Gentes Fidi Paſtoris mirabilem illam Tragicomediā, patrias in linguas certatim verterunt. Tādem Sereniſsima Venetorum Reſpublica, regijs exequijs ipſum ſepeliendum curauit.

Quantus autem, ſua tempeſtate, apud Parmenſes non modò Principes, verùm
14 etiam apud omnes extiterit Annibal Charus, ille ſanè, qui Muſis verè charus, & Apollini multa ſcripſit ſoluta, vinctaque numeris oratione, ex illius Elogio apud Gaddium *de ſcript. non Eccleſ. tom. 1.* facilè quiſque colligere poterit; ita enim ſcriptum reperies.

„ Annibali Charo, Æquiti Hieroſo-
„ lymitano, omnis liberalis doctri-
„ næ, Poeticæ in primis, Oratoriæ-
„ que facultatis præſtantia excellen-
„ ti, Petro Aloyſio Parmenſium
„ Duci, & Alexandro Cardinali Far-
„ neſijs, ob ſpectatam in conſilijs
„ dandis fidem, atque prudentiam;
„ ſuis verò, alijſque omnibus ob
„ ſingularem probitatem, & bene-
„ ficentiam Chariſsimo.

Vixit Ann. LIX. Menſ. V. Dies II.
Ioannes, & Fabius Chari, Fratri Optimo,
Io. Bapt. Io. Fil.
Patruo benemerenti poſ.
Obijt xv. Kal. Decemb. M.D.LXVI.

Summis adhuc laudibus, à pluribus celebratur Poetis, & Elogiographis, & ab Hiſtorico Thuano apud Gaddium *vbi ſupra* Ioannes Caſa Florentinus Patritius, qui à Summis Pontificibus Paulo III. & Paulo IV. Archiepiſcopatum Beneuentanum, & Legationes obtinuit grauiſsimas; Purpuram etiam tantum non obtinuit, clam à Pontifice deſignatus Cardinalis; ſed hanc dignitatem ampliſsimam eripuit Caſæ inuidorum maligna, vel calumnia, vel certè exprobratio turpi laſciuiæ nota culpantium Ioannem, qui elato, ingentique animo calcans iniquitatē æmulorum, & fortunæ aduerſantis, inſita quadam hilaritatis dulcedine, ſibi vel amicis blandiebatur. Ipſum prætereà ſummopere Magnus Taſſus, edita nobili diſſertatione, quę eius Sonectum eruditè explicauit commendauit. Petrus autem Grauina, eximijs animi, corporiſque dotibus à natura matre beneficentiſsima inſignitus, excellentis ingenij vigore Poeſim complexus, in Aula Aragonia ad ſtuporem inclaruit: ſiquidem verſibus argute, lepideque perſcriptis, olim laudare meruit à gemino latinæ Poeſeos Conſuli tunc Florente, Pontano, ſcilicet atque Sannazario. Vndè præclari Poetę famam adeptus Mæcenatem habuit Glorioſiſsimum exercituum Imperatorem, ac Neapolis Proregem, Magnum Conſaluum, cuius Victorias, atque Trophæa epico celebrauit Poemate. Sed tanto Duce in Iberiam reuocato adhæſit Proſpero Columnæ, qui ferè par virtutis, & gloriæ faſtigium occupauit, à quo Petrus benignè acceptus, multis gratijs, honoribuſque manſit cumulatus. *Gadd. vt ſupra.*

Iacobus item Sadoletus, elapſo ęuo, inter literatos Pręſules maximè floruit, fa-
15 miliam, Mutinamque patriam nobiliſſimam luculenter illuſtrans. Quippè qui diù vixerat in aula Cardinalis Oliuerij Carraphę Magnanimi literatorum Męcenatis; quo tamen abrepto, Aulam incoluit Friderici Fregoſij Archiepiſcopi Salernitani mox purpurati inſignis, quem defunctum gratus Orator celebrauit. Fuit à ſecretis Summi Pontificis Leonis, à quo electus Epiſcopus Carpentoractis, exhibuit ſe perfecti Præſulis exemplar, ſi charitas in pauperes munifica, vitęque integritas, eloquentiæ doctrina (fuit enim excellens iudicatus Poeta) prudentiæ excellenti coniuncta, ſpectetur. Hinc iure, meritoque Paulus III. Pontifex prudentiſsimus optimum Epiſcopum euocans, Oſtro Romano ſapienter exornauit. Legatus in Galliam proficiſcitur ad ſedandum bellum inter Cæſarem, Galliæque Regem infæliciter excitatum. Moriens autem Elogium Sepulchrale, quod Romæ in æde Sancti Petri ad Vincula curioſis legitur, à ſuis poſitum, honorificè meruit. *Gadd. ibidem tom. 2.* Marinus tandem, inclytę Neapolis, & eloquentiæ geminę fax immortalis, hoc ſeculo Princeps Italicorum Poetarum abſque controuerſia mihi videtur inter conſpicuos, & honoribus affectos eſſe reponendus. Nam ferè omnes Neapolitanos Principes fautores habuit, ipſumque Petrus Aldobrandinus Clementis VIII. Nepos, aduerſis in rebus maximè fouit. A Duce verò Sabaudiæ; Sanctorum Mauritij, & Lazari, militari cingulo manſit decoratus. Sed à Maria Medicea Francorum Regina, pretioſis gemmis, ampliſſimoque donatus ſtipendio; Pariſinæ non modò, verum etiam Romanæ, Neapolitanæ, cæteriſque quamplurimis Academijs Magno in pretio fuit. Demum Neapolis 1625. exuuias mortalitatis deponens, funebri pompa ibidem, & Romæ vltima ſuſcepit dona. *Lauredanus in eius vita.*

Quia

Digitized by Google

Quia verò, vt cum Aulo Perſio in Satyr. prolog. lepidè loquar.

Nec fonte labra prolui Caballino,
Nec in bicipiti ſomniaſſe Parnaſſo
Memini————

vt poſſem affatim, indeficientique vena Poetarum innumeros recenſere honores:

Illis remitto, quorum imagines lambũt
Hederę ſequentes————

Eos proindè conſulant, qui de poeticis faſtis, plura auidius ambiunt auſcultare.

CAPVT XVIII.

Aſtronomiæ innumeræ expenduntur vtilitates, totidemque Aſtronomorum honores.

SVMMARIVM.

1 *Aſtronomia valde confert tum ad pietatem, tum ad modeſtiam: ad pietatem quia cælorum artificium attendendo, amplitudinemque eius conſiderando. Sapientiæ, & Omnipotentię Diuinæ in cognitionem venimus. Ad modeſtiam verò, quia dum mentem ad cæleſtia occupatam tenemus, ſordere prorſus incipiunt terrena.*

2 *Aſtronomię vſus in re militari quàm neceſſarius ſit; Niciæ, Periclis, Sulpicij, ac Chriſtophori Columbi ex hiſtorijs latè oſtenditur.*

3 *Quantum huius artis peritia deſeruiat in Aeconomicis, ex Thaletis Mileſij facto comprobatur, & in re ruſtica ex Maronis documentis abundè ſuadetur.*

4 *Aſtronomia; Medicinæ, Poeſi, Metaphyſicæ, Phyſicæ, Geographiæ, Hydrographiæ, Chronographiæ, Hiſtoriæ, Opticæ alijſque quamplurimis ſcientijs maximè fauere ſolet. Quin etiam Eccleſiaſtici præſertim eam callere debent, vt Paſchalis feſti exordia, & certa omnium ſolemnitatum loca, ſibi alijſque obſeruanda intimare valeant.*

5 *Aſiatici, & Orientales primi fuerunt, qui Aſtronomicam ſedulò ſectati ſunt artem. Deindè Nationes aliæ inter quas præcipui extiterunt Germani, & ferè omnes populi Septemtrionales.*

6 *Multi numerantur Cæſares, & plures recenſentur Reges, qui eam profeſſi ſunt.*

7 *Ex Eccleſiaſticis quoque Magnatibus quidam inſignes enumerantur Aſtronomi.*

8 *Apud Aegyptios nulli Sacerdotes, & Pontifices creabantur præter Aſtronomos, Et apud Lacedæmonios Regibus non aſſidebant niſi Aſtronomi. Apud verò Perſas ſoli Mathematici ſalutabantur Reges. Et ex Aſtronomis Athenio Seruus factus eſt Rex; Aratus verò præclariſſimæ notæ viros, interpretes, & tranſlatores habuit.*

9 *Publius Nigidius Figulus ob inſignem ſtellarum notitiam immortalem famam magnũque honorem adeptus eſt. Beroſo, Attica Ciuitas, Statuam inaurata lingua dicauit. Leo verò Philoſophus magnis præmijs à Mamumo Saracenorum Duce inuitatus fuit. A Theophilo demum Orientis Imperatore plurima honoris retulit monumenta.*

10 *Quia in Mathematicis ſcientijs Bartholomæus Veſpuccius mira eruditionis ſubtilitate præditus euaſerat Sereniſſimo Venetorum Senatui adeò charus fuit, vt Patauij incredibili omnium plauſu, aſtronomicam diſciplinam profeſſus ſit. Nec minorem exiſtimationem apud inclytum Heroem Guidonem de Monte Feltro ſortitus eſt Guido Bonattius, dum ſine eius conſilio, nihil arduum faciendum vnquam ille ſuſceperit.*

11 *Dionyſius tandem Laurerius Beneuentanus ex Seruitarum Inſtituto aſſumptus, præ cæteris ſcientijs in aſtronomicis ſtudijs, ità Paulo III. ſatisfecit, vt rubeum biretum, Vrbinique Sacras Infulas honeſto commeatu, ab ipſo munificè impetrauerit.*

12 *Aſtronomiæ ad ſtudium plurima expenduntur incitamenta; quibus eius vtilitas, nobilitas, ac præſtantia bonarum literarum ſtudioſis ad ſufficientiam ſuadetur.*

APotelesmatica, hoc eſt, iudiciaria, ſiuè diuinatrice illa à ſenſatis viris penitus
1 Aſtrologia exploſa: quàm deindè nobilis, atque auguſta apud omnes ſemper extiterit alia, quam Meteorologicam, ſeù vulgato nomine Aſtronomiam vocant, non leuiùs id oſtendunt tot argumenta, quæ ab eius multiplici vſu, tum priuatim, tùm publicè petuntur. Priuatim quidem bifariam; vel ſcilicet ad pietatem, vel ad modeſtiam. Ad pietatem confert, quia Cælorum attendendo artificium tam amplum, tam ornatum, tam varium, tot bona, commodaque afferens; non ſummam modò, ac honeſtiſſimam capimus animi voluptatem: ſed prætereà Dei videntes ſapientiam, bonitatem, potentiam, prouidentiam, magis indè Conditorem, Rectoremque cognoſcimus, cognitum admiramur, admirantes etiam noſtri officij commonemur, quod eſt Dei amor, & „ cultus. Hinc *Iob.* 35. Suſpicite Cælum, „ intuemini, & contemplamini æthera: à Regio Pſalte *Pſal.* 18. Cælos Dei enarrare gloriam, & ab Apoſtolo. 1. *ad Rom.* Hominem contemplando opera Dei, ad eius potentiam, & diuinitatem aſcendere, legitur. Ad modeſtiam verò; quià dum rerum conſideratione cæleſtium animum occu-

occupatum tenemus, ſordere incipiunt terrena, veluti parua pro magnis, humilia pro ſublimibus, caduca pro perpetuis inaniter appræhenſa, atque ita de opibus, maieſtate, potentia, cæteriſque id genus
„ nugis, valdè modeſtè ſentimus. Si enim
„ conſideremus (*homil.37.in Euang.* propte-
„ rea aiebat Gregorius) quæ, & quanta
„ ſunt, quæ nobis promittuntur in cælis,
„ vileſcunt animo omnia, quæ habentur in
„ terris.

Publicè præterea, maximus eſt
2 Aſtronomiæ vſus in politica, omnique humana ſocietate: Nam motus cæleſtis, nobis eſt norma temporis in vita noſtra dimetienda, in contractibus, in negotijs, in vrbanis, & militaribus, in publicis omnibus, & priuatis. Perſpeximus ſanè ex hiſtorijs, quantum Nicias detrimentum attulerit Athenienſibus, dum Eclipſi territus, educere exercitum non eſt auſus. *Plutarch. de ſuperſt.* Sicut è contrà, quantùm ſcientia huius rei, eidem Populo profuerit Pericles, Romanoque exercitui Sulpicius. *Valer. Max. lib.8. cap.11.* Nec ignotum puto, quantum aſtronomica prædictione, metum Iamaicenſibus incuſſerit Chriſtophorus Columbus; ſic vt ſpontè, hoſtili eius exercitui frumentum ſuppeditarent, & ſupplices, (quòd antè id negaſſent) veniam expoſcerent, vt *epiſt. ad Carol. V.* quam præmiſit operi ſuo, *de ſphæra in plano deſcri-*
3 *benda* refert Ioannes de Roias. Æconomicæ etiam vtilem eſſe, arguit factum Thaletis Mileſij, qui cùm ex hac arte, futuram præuidiſſet fertilitatem; omnes in agro mileſio, priuſquam florere cœpiſſent, oleas coemit: rem ex Hieronymo Rhodio narrat Laertius *in Thalete*. Quam autem Reipublicæ neceſſaria ſit, liquet ex ſummo eius vſu in agricultura, & re nautica quarum vtraque, quid neceſſarium magis? Illa enim Reipublicæ ſuppeditat, quæ Domi naſcuntur; hæc cætera, quæ aliundè, ſæpè per longinqua. Vndè Maro *Geor.1.* venuſtè canit.

Hinc tempeſtates dubio prædiſcere cælo
Poſſumus; hinc meſſiſque diem, tempuſque ſerendi,
Et quando infidũ, remis impellere marmor
Conueniat; quando armatas deducere claſſes,
Aut tempeſtiuam ſyluis euertere pinum.

Sed Medicorum in Republica adhuc neceſſitatem quis non videt? Quibus pro-
4 inde cæleſtium corporum obſeruatio adeò perutilis eſt, vt Aſtronomiæ notitia, Medicina dirigatur omninò. Hoc enim Hyppocratis præſertim iudicium eſt, qui *ſect.4. aphoriſ.5.* ſtatuit: Canicula oriente moleſtas eſſe purgationes. Et in venæ ſectione, maximè conducit attendere incrementa, & decrementa Lunæ, quia in humorem dominatur, proque luminis varietate, variè afficit ægrotos, vt docet Fernelius *lib.7. phyſiolog. cap. 7.* Quare & Galenus *6. claſſ. in 1. Hippoc. de morb. vulg. comm.1. poſt argum.* apertè monet, Medicum in Aſtronomia debere eſſe peritum, vt in omni regione, ſyderum ortum, & occaſum non ignoret. Præterea (vt alias etiam ſcientias inconſideratas ne tranſeamus) Quomodò ſine ipſa Poetas intelligere valemus, cùm ſæpè adeò tempora deſcribant ab ortu, & occaſu ſyderum? Quid Metaphyſicis futurum? qui ex cæleſtium orbium motu naturam, & numerum colligunt intelligentiarum. Qui Phyſices parti, quæ Meteorologice vocatur? Siquidem Cometæ, venti, pluuiæ, ſerenitas, & ſimilia, ex conſtitutione ſyderum dependent. Quid cæteris ſcientijs Mathematicis? Ac primum Geographiæ quo nomine, & Hydrographiam nunc complector. Sanè nec ſtudium illud auſpicari licet, niſi doctrina circulorum priùs imbuto cæleſtium; quodque adeò variant terrarum plagæ, & Oceani loca ex cæleſtibus ratio peti debet. Deindè quid ſine ea Chronographiæ foret? Quomodò ex anni ſolaris, vel lunaris magnitudine, item ex eclipſibus, quas adnotarunt Hiſtorici, ac ex rebus id genus alijs ſæpiùs decidenda eſt controuerſia de tempore, quo quid geſtum fuit. Vnde, & Hiſtorice, ſiue ars condendæ Hiſtoriæ, præſertim cum in Vrbium, aut Regionum deſcriptione clima eſt indicandum, hanc requirit ſcientiam. Denique, quid alioquin fiet Opticæ? cùm ſcientia hæc metiatur radios, quos cæleſtia fundunt corpora. In quo ſæpiùs aberrabit Opticus, niſi ab Aſtronomo edoceatur, quantæ fieri ſoleant allucinationes viſus circa mundi formas, & motus. Quarè Aſtronomia (vt *lib. 3. de inſt. cleric. cap. 25.* meritò aiebat Raba-
„ nus Maurus) Diſciplina eſt, quæ curſum
„ cæleſtium ſyderum, & figuras contem-
„ platur: omnes & habitudines ſtellarum
„ circa ſe, & circa terram, indagabili ratio-
„ ne percurrit. Et propè finem ſubdit præ-
„ tereà: Quam etiam oportet à Clero Do-
„ mini ſolerti medicamine diſci, vt per
„ certas regularum coniecturas, & ratas, ac
„ veras argumentorum æſtimationes, non
„ ſolùm præterita annorum curricula ve-
„ raciter inueſtiget, ſed & de futuris noue-
„ rit fideliter ratiocinari temporibus, atque
„ Paſchalis feſti exordia, & certa loca om-
„ nium ſolemnitatum, atque celebratio-
„ num, ſibi ſciat intimare obſeruanda, &

„ populo Dei ritè valeat indicare celebranda,

Ob multiplicem autem hanc Aſtronomiæ vtilitatem, gentes fermè omnes,
5 eius delectabili ſumme obleċtatæ ſunt
ſtudio, quarum primi Aſiatici, huiuſcemodi, dubio procul, ſibi tulerunt gloriā,
ex quibus poſteà ad alias deriuata reperitur nationes. Id apertè teſtatur Tullius
„ *1. de diuin. ſect. 8. à nu. 2. ad 4.* dicens: Principio Aſſirij, vt ab vltimis authoritatem
„ repetam, propter planitiem, magnitudinemq; regionum, quas incolebant, cùm
„ cœlum ex omni parte patens, atque apertum intuerentur traiectiones, motuſque ſtellarum, obſeruauerunt &c. Exinde Egyptij (vt Diod. Sicul. *lib. 2. de reb. antiq. cap. 2.* diſertè ſcribit) aſtrorum motus, & obſeruationes diligenter conſiderarunt, quas vires ad animantium generationem haberent, quæue aut bona, aut mala importarent hominibus. Sæpiùs quoque, quo meliùs occurri futuris poſſet, ſterilitatem frugum, fructuum vbertatem, morbos tum hominibus, tum pecoribus imminentes, terræmotus, atque inundationum tempora, cometarumque ortus prædixerunt. Sed cæteris alijs miſſis Nationibus, ad quas deinceps ſyderum, non perfunctoriè, ſed quæſita diligentia peruenit ſtudium; Germani preſertim, Septemtrionaleſque Populi, hanc aſtronomicam maximè coluerunt artem: Nam, vt *libri Germaniæ exegeſeos* (quiſquis ille ſit) teſtatur Author ſemper in ea viros extitiſſe legitur, & ſua tempeſtate etiam extare, huius diſciplinę vndequaque doctiſſimos: Ioannem, videlicet, Verdung de Hasfort: Ioannem Stoffler Iuſtingenſem, Tubingenſium Aſtronomum: Ioannem Reiniger: Ioannem Schenot Bambergenſem: Stabium Cęſareę Maieſtatis à ſecretis, & pleroſque alios magni Mercurij comites, qui in totius naturę myſterijs adoleuerunt, & vero nouerunt preſagio, quę ſunt, quę fuerunt, & quę futura trahentur. Septemtrionales verò populi paſſim ſcipionibus vtuntur, ſtaturam ęquantibus humanam, quibus vtrinque ſolaris anni dierum numerus gothicis characteribus expreſſus continetur, quinquaginta duas hebdomadas complectens. Hos feſtis diebus, & armorum, & librorum loco, ſecum ad ſacros conuentus portant; Ex his literam dominicalem, intercalarem, feſta mobilia, aureum numerum, Lunę motum non preſentis tantùm menſis, ſed in multos poſt annos futurum aſſignare poſſunt, vt hoc ipſo minimè Barbaros eſſe comprobent. *Olaus Mag. lib. 1. cap. 34. de ritu ſeptemp.*

Quamobrem Cęſares non pauci, Reges, ac Dynaſtæ pręclaram hanc vtique
6 ſectati ſunt artem. Etenim Tiberius Cæſar in Rhodo inſula huius rei ſtudio Magiſtrum Thraſyllum habuit. *Dion & Suetonius in Cæſare.* Claudius autem (vt *in eius vita* idem tradit Suetonius) & Hadrianus (vt *lib. 8. cap. 11.* ſcribit Fulgoſius) A. A. ſtellis ſummoperè erant addicti. Domitianus item Imperator, teſte *Sabell. lib. 4. enn. 7.* Seuerus vt *in eius vita* narrat Xiphilinus. Andronicus etiam ſenior Imperator, & Theodorus Merochites Logotheta, vt refert *Grig. lib. 18.* inſignem ſuis reddiderunt ſtudijs aſtronomicam facultatem. De Necepſo quoque Egyptiorum Rege fatetur Firmicus eum ex ſyderibus plurima collegiſſe. Quod et de Iacobo III. Stuarto Scotię Rege teſtatur *Hector Henninges in geneal.* Refert Bonfinius *lib. 10. decad. 2.* Ludouicum I. Hungarię Regem omnium coluiſſe literarum ſtudia, & imprimis Aſtronomiam. Idemque *lib. 8. decad. 4.* de Mathia Coruino apertè tradit. Alphonſus denique X. Caſtilię, & Legionis Rex maximè Aſtronomiam coluit, & vnus ille extitit, qui numerorum, & cœli motuum ſcientiam, ex orco veluti in vitam reduxit: in tabulas mathematicas Toleti computatas, quadraginta aureorū millia erogauit, pluriſque fecit cęleſtium rerum cognitionem, quàm Romani Imperij adminiſtrationem. *Corion. lib. 2.*

Innumeros ferè alios, tum ex Cęſaribus, tum ex Regibus, cæteriſque Proceri-
7 bus, ſi expediret, vtique recenſere valerem; Ex Eccleſiaſtico tamen ordine, Summi plerique Viri (vt ex ijs, qui eorum latè collegerunt geſta, erudiri poſſumus) huiuſcemodi ſanam, ac permiſſam profiteri doctrinam minimè ſunt dedignati; vt Baſilius pre alijs, Cęſareę Cappadocię; Victor Capuanus, & Eugenius Toletanus Antiſtites; Multique Sacri Cardinales, inter quos præcipui habentur Ioannes de Saluiatis, Nicolaus Cuſanus, Petrus Alliacus Epiſcopus Cameracenſis, Ægidius Columna, alijque quamplurimi. Sed ex Summis etiam Pontificibus plures huius artis inſignes reperiuntur, inter quos Hadrianus VI. qui Carolum V. in minoribus erudiuit, *Ionius in eius vita.* Et Gregorius XIII. qui Calendarium reformauit, vt Solſtitia, & Æquinoctia ad veteres ſedes, quas tempore Niceni Concilij tenuerunt, redirent. Ex quibus liquet, Gregorium hanc artem amaſſe, & ſine huius artis, eiuſque artificum ope, veteris Calendarij reformationem, & emendationem abſolui, & ad finem perduci non potuiſſe. *Ciacon. in eius vita.*

Hinc

Hinc autem factum eſt, vt cæleſtium rerum periti honoribus, & gratijs à cunctis inſignioribus, celebrioribuſque pro-
8 pemodùm Nationibus extiterint cumulati. Idcircò ſilentio prætereundum nequaquam eſt, quod apud Aegyptios nulli Sacerdotes, nullique creabantur Pontifices, niſi Mathematici, (ita enim Aſtronomos antonomaſticè dicebant); Nulli apud Lacedæmonios Regibus aſſidebant, niſi Mathematici. Huius peritiæ cauſa bello Cimbrico adhuc perurgente; Athenio ſeruus è Cilicia ortus, atque eorum, quæ percipiuntur ex aſtris doctiſſimus; ob id pretio in tanto, & admiratione fuerat, vt a deſertoribus, rebellibuſque conſeruis ſibi aliquando Regium impoſitum videri diadema. *Diodor. Siculus lib. 36.* Sed ne Ciliciæ limites protinus tranſeamus: Aratus, cui patria Soli Vrbs, mox à Pompeio, Pompeiopolis appellata ſorte contigerat, haud minus fortunatus cenſeri poteſt, & auguſtus, cum à duobus Cæſaribus fuerit illuſtratus. Siquidem in Arati Phænomena, metaphraſim ſcripſit Cæſar Dictator, atque eadem Cæſar Germanicus Poeta prænobilis, è lingua græca in latinam vertit, quæ priùs verterat Marcus Tullius, & Ouidius, deinde Sextus Ruffus Auienus: fuit Homeri, aut Hæſiodi potiùs æmulator, cum opera condiderit eiuſdem penè argumenti, vel tituli ſimilis Hæſiodanis operibus præcipuis. Operam dedit in mathematicis Ariſtothero, in philoſophia Timoni Menedemo, & Perſio nobili Athenarum philoſopho, cum quo in Macedoniam profectus, interfuit Antigoni Regis, & filij eius vxoris nuptijs: Apud quos deinceps vitam reliquam honorificam agens, & cum Gonara Demetrij Poliorcetę filio vſque ad mortem ſemper in æſtimatione vixit. *Gadd. tom. 1. de Scriptor. non Eccleſ.*

Cæſaris florebat temporibus Publius Nigidius Figulus (rotæ figulinæ ſimili-
9 tudine nomine accepto) ſecta pythagoreus, omniū diſciplinarum peritiſſimus, vt cum Marco Varrone conferretur; de quo ità Lucanus *lib. 1.*

At Figulus, cui cura Deos ſecretaque mundi
Noſſe fuit, quem non ſtellarum ægyptia Memphis
Aequaret viſu, numeriſque mouentibus aſtra.

Nouerat enim ſuper omnes ſuæ ætatis homines, totius cœli ordinem, & curſum, tenebat ſtellarum vim, atque differentiā, quid ipſæ per ſe, aut cum alijs coniunctę poſſint, & efficiant. Vnde nomen, & famam eximiam planè nactus eſt, *Xephil. & Suet. in Aug.* Beroſo ſanè Attica Ciuitas magnum aſtronomicę ſcientię teſtimonium reddidit, ſtatuamque in Gymnaſio poſuit inauratam lingua ob certiſſimum eorum, quę prędixerat euentum. Pulchrum virtutis prēmium, quia nobiliſſima id dedit Ciuitas: verùm quia eadem & ſapientiſſima, multò adhuc pulchriùs. *Sabell. lib. 10. cap. 8. ex Plin. lib. 7. cap. 38.* Cùm autem Leonis Philoſophi quidam diſcipulus Saracenorum in captiuitate poſitus, Mumamo eorum Duci Mathematum ſtudioſiſſimo, ſui Magiſtri eruditionem aſtronomicam detuliſſet: maximis præmijs, vt ad ſe veniret ipſe Leo inuitatus ſollicitatuſque fuit. Sed Theophilus Orientis Imperator, Viri illius qui Conſtantinopoli, & ſi pauper, contentus tamen, ac lętus viuebat ingenium exoſculatus, re cognita conſentire noluit, ſed liberaliter donatum, primò Gymnaſio pręfecit, exindeque alijs honoribus largiter cumulauit. Vbi Populi propter eam, qua prędītus fuerat, ſapientiam, abſolutamque omnium diſciplinarum peritiā egregiè coluerunt; ſed pręſertim hanc ob cauſam illum mirati ſunt, quod ſterilis aliquando fuerit terra, nullumque eo tempore produxerit fructum, adeout patria relicta, multi aliò migrare voluerint, quos Leo mirè conſolatus eſt, aſſerens inopiæ finem impoſitum iri, & tempus quoddā, quod ſtellarum ſibi ortus, & lumen demonſtrauerat, ipſis indicauit, quo in terram ſemina proijcere pręcepit. Hoc facto tantę illius fertilitatis author fuit, vt in multos annos, indigenis percepte fruges ſatis eſſent. *Cedrenus in compend. hiſt.*

Florerant denique Florentię in aſtronomica diſciplina duo celeberrimi Ciues,
10 vterque ſanè pari fama, honoreque illuſtres, Bartholomęus ſcilicet Veſpuccius, & Guido Bonattus, quorum alter medica facultate nobiliter inſignitus, in Mathematicis pręcipuè ſcientijs admiranda eruditionis ſubtilitate prēditus euaſerat. Quare Sereniſſimo Venetorum Senatui adeò in pretio fuit, vt Patauij, incredibili omnium plauſu, rebus aſtronomicis, quas publicè profitebatur, pingui ſtipendiò pręfectus ſit. Nonnullas lucubrationes in lucem edidit, quę Lectoribus deinde tantę extiterunt vtilitatis, vt iure Polyhiſtor nominari meruerit: ijs etenim Mathematicę ſcientię obſcura illuſtrantur, corriguntur tortuoſa, & ardua facillima redduntur. Guido verò Bonattus qui cum exulabundus (teſte Landino) vitam ageret, Foroliuienſis voluit appellari, in ſyderalibus diſciplinis, vniuerſo Occidenti notiſſimus fuit; cui adeò pla-

na, & aperta omnia fuerunt, vt nihil in ea arte extiterit incognitum. Quapropter inclytus Heros Guido de Monte Feltro tanti viro addictiſſimus fuit, vt ſine illius conſilio nihil arduum faciendum ſuſcipere vnquam ſit auſus. Senio exinde confectus, ſuæ benè conſulens ſaluti Diui Franciſci Sacrum ingreſſus eſt Ordinem. *Michael Poccianus in Catal. Scriptor. Florent.* cuius etiam meminit *Vgolin. 2. de illuſt. Vrbis* ita feſtiuè canens;

Clarus,& Aſtronomus Guido de ſtirpe
Bonatti

Ferunt prætereà Paulum III. in minoribus, rebus mathematicis plurimùm fuiſ-
11 ſe oblectatum, & ea propter Dionyſij Laurerij Beneuentani ex Seruitarum Inſtituto in aſtronomica facultate ſtudioſiſſimi neceſſitudine, & conuerſatione per ſubciſiuas horas delectatum; Nam Dionyſius per plures annos à ſacris, ei Theologus inſeruierat,& quod ſupererat otiandi tempus in mathematicis ſpeculationibus ſecum inſumpſerat. Ad quem etiam ſpecialis honoris gratia, per proprium filium Petrum Aloyſium Farneſium Parmæ, & Placentiæ Ducem rubeum biretum 14. Kalend. Ianuar. poſt quartam noctis horam miſit,& titulo Sancti Marcelli Cardinalem nuncupauit: & inſuper Archiepiſcopali Vrbini infula, honeſtoq; commeatu ad conſeruandam dignitatem, donauit. *Gianius cent. 4. Annal. Ordin. Seru. lib 1. cap.6.*

Itaque nulla in ſuo genere, & aliarum ſcientiarum abſque præiudicio, vel præſtantior, vel nobilior,aut ſtudio virorum
12 Principum dignior ex ingenuis diſciplinis reperitur, quàm aſtrorum motus indagatio, cum & ſit generi humano vtiliſſima, & talium corporum complectatur contemplationem, quæ tum immenſa magnitudine, quæ tam corporis, quàm animi hebetat oculos; tum ſplendore quo illuſtrant, ac vegetant, gaudioque perfundunt vniuerſa; tum motu quo nullus perfectior;tum officio præſtantiſſimo, quo calorem vitamque omnibus naſcentibus è ſubditorum ſibique contiguorum corporum generatis permiſtione impertiunt,infundunque, totque adeò donorum dignitate, & præſtantia excellunt, vt nullam his creaturam, demptis intelligentijs, & ratione præditis animabus, vel comparare, vel anteferre poſſimus. Quare hæc cum ita ſe habeant, & hæ diſciplinæ quæ ſyderum vires oſtendunt perpetua experientia cognitas, qualitates, temperamenta,& naturalem inclinationem in elementis, & corporibus hominum ortas è motu, & luce ſtellarum, à tantis Imperatoribus, & Heroibus exercitatæ, & in pretio habitæ, harumque ſtudioſis magna ſtipendia ab illis decreta ſint. Nobis meritò vitio verteretur ſi hanc doctrinam à Patriarchis, & Maioribus traditam,atque à tantis excultam Monarchis, & ſic antiquitate,& Authorum ſplendore maximè illuſtratam, non excoleremus, nec Cœlum ſtellatum tanquam perfectiſſimum volumen Sapientiæ Diuinæ aſpiceremus, ex eoque Maiorum exemplo, cauſas euentuum, & mutationem in his corporibus inferioribus colligeremus,

CAPVT XIX.

Scientiarum veluti defenſores, & dominatores Dialectici, colendi, & amplexandi ſunt:cùm eorum inſignis ars,Gladio, vtpotè defenſionis, & poteſtatis ſymbolo deſignetur,

SVMMARIVM.

1 *Fidelium Eccleſia terreſtri aſſimilatur Paradiſo, & florido Salomonis lectulo: quarè ſacri Doctores veluti Cherubim, & ſexaginta illi fortiſſimi Viri ipſam cuſtodiunt, & ab omnibus inimicorum inſidijs,& inuaſionibus firmiſſimè tuentur.*

2 *Arma verò quibus ab ea maleficos, & hæreticos homines arcent, nil aliud præter gladios debent eſſe: ſicut gladij duntaxat, tam Cherubim, quàm illi ſexaginta Viri ad Paradiſi Ianuæ,Salomoniſque Lectuli tutelam, fortiter oſtendebantur armati. Per gladios autem. Dialectica ſeu diſſerendi ars ex Tullio, & Lactantio,myſticè habet deſignari.*

3 *Voces, quibus conceptus aperiuntur intellectus, quos æquè diſponit, & Logica dirigit artificialis, Gladij hieroglyphico rectè explicantur; quod ex quodam Diogenis in impudicum iuuenem dicterio non modò;verum etiam ex Sacris literis, & Patribus, apertè deducitur.*

4 *Omnium Scientiarum proindè Primates, magnum ſui præſidium, hoc in vno poſuerunt gladio, vt in Theologis, ac Iuriſtis præſertim exemplificatur. Platonis fortè iudicio excitati, cuius illud extitit decretum: Acceſſum, ſcilicet, ad ciuiles artes intercludendum eſſe illis omnibus, qui de arte dialectica, nihil anteà prælibaſſent.*

5 *Dialectica ſanè in omnibus artibus imperium, & poteſtatem habet. idcircò Gladij ſymbolo, etiam poteſtas, & imperium exprimuntur, quod tum ex ſacris, tum*

ex

ex profanis literis ſatis oſtenditur. Quarè generalis Scientia, & cum omnibus alijs communicans à Philoſopho appellatur.

6 *Quantæ dignitatis hæc ſcientia fuerit, & exiſtat, ex ſtudio facilè deducitur, quo Zeno Cittieus arga ipſam vſus eſt; dum cuidam Dialectico, vt eam doceret, centum poſcenti nummos, tribuit ducentos. Quam obſeruantiam, & ſtudium deindè Stoici non tantùm, quorum Sectæ Zeno fuerat author, ſed & Peripatetici prætereà ſectati ſunt.*

7 *Ariſtotelis verò Peripateticorum Principis libri logici fuerunt centum, & quinquaginta; quam artem tanti fecit, vt Veteres ipſa expertes appellet ignaros, & balbutientibus eos comparet paruulis. Quinimò apertè ſe iactat eiuſdem fuiſſe inuentorem. Quod vtique verbis inanibus minimè affectauit, ſed magno ſtudio, & apere ſibi vindicauit.*

8 *Plurimos honores Dialectici, ratione huius Artis conſequuti ſunt, vt legitur de Dionyſio Mileſio, qui ab Hadriano Principe inter Satrapas, & Equites, nec non doctos Canninas numeratus eſt. Et de Petro Hiſpana fertur, quòd ex Archidiacona Eccleſiæ Bracarenſis, deſignatus ſit Archiepiſcopus; deinde Cardinalis Epiſcopus Tuſculanus, ac tandem Summus Pontifex, Ioannes XX. dictus XXI.*

9 *Gerardus Odonis, gradatim in ſuo religioſo inſtituto ad honores procedens, Miniſter Generalis electus eſt. Guidus Perpinianus Carmelita, ſui Ordinis Generalatum, & indè Maioricenſem, & Eluuenſem Epiſcopatus in præmium recepit. Non vulgarem prætereà differenda, ac diſputando, etiam adepti ſunt gloriam, Ioannes Zacharias; Ioannes Dieppurg: & Heimericus de Campo, cùm immortalem huiuſcemodi Study reliquiſſent famam.*

10 *Semel diſputantem audierat Paulus II. Fratrem Franciſcum de Ruere, cuius ſubtilitatem plurimum admiratus, Cardinalem Sancti Petri ad Vincula ipſum creauit. Ex qua deinde dignitate, ad Vaticanum proſperè aſcendit. Petrus autem Brutus, Epiſcopus Catharenſis; & Hubertus Leonardus Epiſcopus Darienſis conſecrati ſunt.*

11 *Iulius autem Delminius, in rebus dialecticis tantum profecit, vt hominibus non modò, verùm & beſtijs venerabilis extiterit. Eandem gloriam ferè ſibi vindicarunt, Dominicus de Flandria, cum Argyrophilo Græco diſputanda; ac Gilbertus Porrectanus Epiſcopus Pictauienſis, de ſex Principijs tradendo libellum.*

12 *Herueus Brito impugnando Durandum: Gulielmus Occam, arguendo Scotum, Nominaliumque Sectam cum Rucellina inſtituendo; æternitati proprium conſecrarunt nomen. Pierius autem Syluester, plurimos eccleſiaſticos recepit honores: Et Paulus Venetus, Patauij ſibi illuſtre meruit ſepulchrum.*

13 *Antonius Altouita, & Coſmus Pactius, non tam innocentia vitæ, quàm Dialectica, in qua eminebant, artis ſubtilitate, eccleſiaſticas plurimas conſequuti ſunt dignitates. Sed Paulus Varinus, & Franciſcus Bonamicus, Piſano in Gymnaſio, adeò famoſos ſe reddiderunt, vt auditores ad eos vndique certatim conuenirent, & Etruſcorum Principum ſingularem gratiam mererentur.*

14 *Antonius Mannuccius ſui Ordinis Generalis, ac Reipublicæ Florentinæ extitit orator. Antonius verò Fidei, Epiſcopus Suanenſis creatur. Et Bartholomæus de Vbertinis, ſiuè de Rimbertinis, Magiſter Sacri Palatij; deinde Argolicenſis; poſteà Cortonenſis, tandem Coronenſis in Græcia, Epiſcopus electus eſt.*

15 *De alijs quamplurimis Dialecticis remiſſiuè recenſentur honores, vt de Ioanne de Monte Nigro; Iuliano Verrochio; Philippo Mucagata, cæteriſque non paucis, qui in hoc dialectico ſtudio maximè floruerunt.*

SAcros ſapientes homines, Eccleſiam tanquam militari præſidio, coronare, ne
1 qui præcipites ad audendum ſanctiſſimæ Religionis domicilium oppugnare, ne dicam expugnare aggrediantur; Si quis non videt, cæcutit; ſi quis non ſentit, obdormit; ſi quis non ſapit inſanit. Sacræ proindè literæ Cherubinum armatum in primo aditu terreſtris Paradiſi optimè collocarunt, *Geneſ.* 3. Et floridum Salomonis lectulum, *Cantic.* 3. militari ſatellitio ambiri ſexaginta viris ex fortiſſimis Iſrael, ad pugnam promptis, ad facinus expeditis obuallari, graphycè oſtenderunt. Paradiſo nanque, Salomoniſque lectulo, Diuus Auguſtinus *11. de geneſ. ad lit cap.* 25. & Caſſiodorus *in Cant.* 3. ſi conſulentur, Chriſtianorum cætus, amœnitate innocentiæ, virtutumque floribus prædiues, omni ſine hæſitatione, intelligendus cenſetur. Et quod vnquam (niſi me opinio fallat) Militantis Eccleſiæ Simulacrum fingi potuit vel forma aptius, vel colore expreſſius, vel artis lepocinio ſpirantius, quàm illud, diuina ſatum manu, viridarium, & floribus, odoribuſque aſperſum myſtici Salomonis reclinatorium? In quibus profectò Sapientes Viri, flores gerunt, & arma Flores Chriſtianorum naribus applicandos;

dos ; arma hæreticorum animis inſigen-
da, dum illos placidis verbis demulcent,
hos minantibus dictis exterrent. Paradi-
„ ſus enim (inquit Auguſtinus) dicta eſt Ec-
„ cleſia, ſicut in cantico canticorum legitur,
„ Hortus concluſus, fons ſignatus, puteus
„ aquæ viuæ, paradiſus cum fructu pomo-
„ rum. Inde ceciderunt, vel aperta, & cor-
„ porali ſeparatione omnes hæretici; vel oc-
„ culta, & ſpiritali, quamuis in ea corpora-
„ liter eſſe videantur omnes conuerſi ad vo-
„ mitum ſuum. Et Caſſiodorus præterea
„ ſubdit: Lectulus Salomonis dicitur Ec-
„ cleſia ſancta, quia in illa Sancti Dei, ſo-
„ pitis tumultibus vitioſis, amplexu veri
„ Pacifici delectantur. Sexaginta fortes,
„ ſunt Doctores, qui vel prædicando Eccle-
„ ſiam muniunt, vel contemplando ad ſu-
„ pernam Beatitudinem peruenire deſide-
„ rant.

At quibus armis, quæſo videamus, tam
acres, & feros ineant conflictus? Planè
2 eiſdem, quibus Cherubim, ac ſexaginta
illi ad cuſtodiam electi vtebantur Fortiſſi-
mi: vtique acutis & penetrantibus gladijs.
„ Collocauit ante Paradiſum voluptatis
„ Cherubim, & flammeum gladium. En
„ lectulum Salomonis, ſexaginta fortes am-
„ biunt ex fortiſſimis Iſrael, omnes tenen-
„ tes gladios. Verum enim verò (vt in re-
gionem aliquandò veniamus noſtram)
Dialecticam, ſiue differendi artem, hos
metaphoricè quis neget non importare
gladios, cùm illa duo eloquentiæ lumina,
Tullius Romanus, ac Tullius Chriſtianus
(ità mihi liceat cum Hieronymo, *libel. de
ſcript. eccleſ.* Lactantium nominare) gladij
nomine, eam ſignificandam putent? Ille
enim 1.*de fin.ſect.*53.*à num.*22. *vſque ad* 27.
cùm de Epicuro loqueretur, artis Dialec-
cticæ planè rudi, & imperito; inermem,
ſiue gladio exutum, appellauit. Hic vero
lib.de falſa ſapient. cùm de antiquis Philoſo-
phis ſermonem inſtitueret, quos primos
Dialecticæ fatetur parentes extitiſſe, do-
cuit non inſcitè, eos ad diſceptandum,
gladio quidem armatos eſſe, clypeo ta-
men exarmatos: hoc eſt, aptos quidem
eſſe dialecticis argutijs, tanquam gladij
punctionibus, ad vrgendum hoſtem; non
tamen eſſe efficaces doctrinæ veritate, tan-
quam clypei munimine, ad retorquenda
argumenta. En Dialectica, Gladius ab
vtroque nuncupatur. Sed neutrum ſequi
animus mihi eſſet, niſi maior aliundè pa-
teret, authoritas, vnde voces, quibus 1.
Periherm. 1. conceptus aperiuntur intelle-
ctus, quos ex communi Dialecticorum
ſententia, diſponit, & dirigit Logicæ Gla-
dij hieroglyphico apud Valerianum *lib.*42
etiam apertè portenderentur. Qua de re,
Diogenem, verba Gladio comparantem,
lepidè inducit. Nam cùm Adoleſcentem
formoſum, admodum turpia quædam fa-
bulantem audiuiſſet: Non te (inquit) pu-
det ex eburnea vagina plumbeum gladiũ
exerere? Sed fortiùs, & expreſſiùs apud
Paulum *ad Heb.* 4. id habetur cùm ait:
Viuum eſſe Dei ſermonem, & efficacem,
& omni gladio ancipiti acutiorem, pene-
„ trabilioremque: Hoc eſt (*in Ioel.cap.*3. ex-
„ plicat Hugo Victor). Viuus vt credas; ef-
„ ficax, vt ſperes; penetrabilis, vt timeas.
„ Viuus eſt in præceptis, & prohibitionibus;
„ efficax in promiſſis, & comminationibus;
„ penetrabilis in iudicijs, & damnationibus.
Sed ab inceptis, poſtico, ne videamur di-
ſcedere: Dialectica, quæ terminis, & vo-
cibus benè ordinatis vtitur, gladij ad in-
ſtar vtique ſeparat naturas rerum, intimas
penetrat in medullas, fabre dolatos dolos
cauillantium Sophiſtarum, vno ictu, præ-
ſcindit. Qua ſi Sapiens dexterè, expedi-
tèque vtatur, premi poterit aliquandò;
opprimi verò nunquam. Hinc eſt, quòd
de D.Baſilio, *Orat.*20. teſtatur Nanzianze-
„ nus; in Dialecticis adeò excelluiſſe, vt ijs,
„ qui cum eo diſputabant, facilius eſſet è la-
„ byrinthis ſe ſe extricare, quàm argumen-
„ torum eius laqueos effugere, ſi quando res
„ ita poſtularet.

Vniuſcuiuſque proindè ſcientiæ Prima-
tes, magnum ſui præſidium, hoc vno in
4 gladio poſuerunt. Et quidem de Theo-
logis, tam antiquis, quàm præſentibus,
nemo dubitat, cùm & eorum ſcripta, dia-
lecticis argumentis, plena, omnium ma-
nibus terantur; & horum diſputationi-
bus dialectica feſtiuitate aucleatis theatra
academica iucundiſſimè applaudant. Iam
verò vtriuſque Iuris Primipili (vt cæteras
inferioris notę, tranſiliam facultates) quan-
tam in hac gladiatura operam, & indu-
ſtriam collocarunt? Cùm & Gratianus
Pontificij metator Iuris, & Vlpianus Cæſa-
rei fundator peritiſſimus, vt alios præte-
ream propè innumeros, dialectica in pa-
leſtra, diligenter, & grauiter inſudarint.
*Panzirol.lib.*2.*de clar.leg.interpret.cap.*6. Pla-
tonis fortè iudicio excitati, cuius *in Phæ-
dro propè fin.* illud fuit de hac re decretum:
Acceſſum ad ciuiles artes intercludendum
eſſe illis omnibus, qui de Arte Dialectica
5 nihil anteà prælibaſſent. Et quidem Dia-
lectica in omnibus artibus imperium, &
poteſtatem obtinet, cùm Definitio, Diui-
ſio, atque Argumentatio, vtpotè inſtru-
menta ſciendi. 1.*met.text.*48. in cunctis do-
minentur omninò, quorum vtique per-
fectam aſſequutionem vix, aut nunquam
poſſidere valemus abſque ipſa: Ideoque
Subtiliſſimus Scotus, 1.*prior.* quem com-
muni-

munitet ſequuntur Scotiſtæ, Inſtrumenta ſciendi aſtruit Obiectum adæquatum eſſe Dialecticæ. Pulchrè ergo Gladij ſymbolo apud Valerianum. *loco ſupra citat.* Imperium, atque Authoritas etiam deſigna-
„ tur. Iam & Poteſtatem,& Imperium (in-
„ quit) ex Gladio ſignificari, à noſtræ pieta-
„ tis fundatoribus accepimus. Nam quod
„ reſponſum à Pio Diſcipulo eſt, Ecce duo
„ Gladii, Sacræ Legis Interpretes humana-
„ rum, diuinarumque rerum poteſtatem
„ ſub chriſtianæ Reipublicæ principem per-
„ uenturam, præmonſtratum aiunt. Apud
„ Chaldæos idem indicatum, cùm Darius
„ vaginam acinacis, quam geſtabat,perſico
„ ornatu conſpicuam haberet, longè ante-
„ quam Alexander è Græcia moueret in
„ Aſiam, eam ornatu græcanico communi-
„ ri iuſſit; quo facto, Chaldæi reſponde-
„ runt, Imperium quod Darius obtinebat,
„ in eorum ius venturum, quorum arma
„ imitatus eſſet. Quarè & Carolus Magnus, vt Imperatoriam oſtenderet dignitatem, Gladij capulo, præclaris inſignibus, decorè cælato, propria edicta ſignabat. *Corroz. de dictis mirab.* Quibus intereà adamante notatis,iure Philoſophus 1.*poſt.cap.*3 *tex.*27 eam appellauit Scientiam Generalem, & cum omnibus alijs communicantem; di-
„ cens; Dialectica cum omnibus ſcientijs
„ communicat, etſi qua eſt alia ſcientia ge-
„ neralis, quæ communia proloquia de-
„ monſtrare contendat: Cùm ad prima
„ initia omnium artium cognoſcenda in hac
„ arte vis maxima ſit. 1.*topic.cap.*2.

6 Patet autem quantæ dignitatis hęc ſciētia ſit, qua tam facilè ad reliquas, nobis præparamus aditum. Vnde Zeno Cittiæus, cùm illi aliquando Dialecticus quidam in ſermone,quem Metentē appellant, oſtendiſſet ſeptem ſpecies Dialecticæ: quantum peteret rogauit mercedis à diſcipulis, & poſcenti centum nummos, dedit ducentos. *Laert.lib.*4 *cap.*1. Quam obſeruantiam, ſtudiumque præterea omnes propemodùm Stoici, quorum Sectæ fuerat author, exindè adamuſſim ſectati ſunt; de quibus Tullius *in Bruto. ſect.*175. *num.*118. *&* 119.
„ ita teſtatus fuit: Hoc idem in noſtris con-
„ tingere intelligo, quod in Græcis, vt om-
„ nes ferè Stoici, prudentiſſimi in diſſeren-
„ do ſint; & id arte faciunt, ſuntque archi-
„ tecti pœnè verborum: ijdem traducti à
„ diſputando ad dicendum inopes reperian-
„ tur &c. Propterea quòd iſtorum in dia-
„ lecticis omnis cura conſumitur: vagum
„ illud orationis, & fuſum, & multiplex
„ non adhibetur genus. Sed non minoris pretij inter Peripateticos, artes ſemper extiterunt logicæ; quin potiùs mitificè excultæ, & celebratæ ſunt, præſertim in eorum Principe Ariſtotele, defunctiſque Speuſippo, & Xenocrati paululum ſuper-
7 ſtite. Primus hic, Alexandri Magni beneficio, libros innumerabiles vndique congregauit: vnde Ariſtotelis Philoſophia, tanquam omnium Philoſophorum bibliotheca quædam ſtatui poteſt. Libri logici videntur ex Laertij *lib.*5. fuiſſe centum, & quinquaginta, partim totam artem nomine Rhetoricæ, & Dialecticæ, partim etiam partes complexi. Veteres, 1.*met.cap.*6. appellat Dialecticæ ignaros,& pugilibus inexercitatis, & artis comparat expertibus *cap* 4. tum verò balbutientibus infantibus ſimiles eſſe prædicat.*cap.*7. denique affirmat in peroratione logici Organi ante ſe de Logica non hoc, vel illud, ſed omninò nihil fuiſſe traditum. In totis phyſicis, atque ethicis, & Phyſicos, & Ethicos permultos appellauit, neque ſibi Philoſophiæ, vel Phyſicæ, vel Ethicæ inuentionem, vel perfectionem attribuit: At in Logico Organo, neminem Logicæ doctorem citauit, imò nominatim, ſe ſe artis vniuerſæ, & inuentæ, & perfectæ authorem prædicauit: vt ſi Iam Ariſtoteles interrogetur, qua nam Philoſophiæ parte in primis laudari, atque ornari velit, logicam iſtam palmam ſine dubio nominet. Et quidem tantum ingenij fructum, non verbis inanibus affectauit, ſed magno ſtudio, & opere ſibi vindicauit. Nam logicas artes, propoſita in vtramque partem diſcipulis de rebus omnibus diſſerendi ratione, vehementer exercuit, Tullio teſte 2.*Tuſcul. quæſt. ſect.*176.*num.*9. Indeque eius laudibus amplius verificatur: dum 4 *acad.quæſt.ſect.*3.*num.*119. Flumen aureum orationis effundentem inducit.

Pluribus idcircò honoribus, ſtipendijs & gratijs, ea qui benè ſunt vſi Philoſophi,
8 manſerunt affecti: Nam vt *in ſophiſticis* refert Philoſtratus, Dionyſius Mileſius acutiſſimus Dialecticus, Hadriano Principi ob ingenij fœlicitatem adeò fuit acceptus, vt inter Satrapas, & Equites ſit numeratus; & Menſæ, in qua omnes viri docti totius terrarum continebantur orbis, particeps ſit effectus. Quià verò Magiſter Ioannes Petrus Iuliani filius, natione Hiſpanus, prouintia Luſitanus, patria Vlyſſiponenſis, vulgò Petrus Hiſpanus nuncupatus, inter cætera ſcripta Philoſophiæ, ac Medicinæ doctrinis referta, inſigne illud ediderat Opus, cui titulus eſt *Summula Logicales*: inde ſibi tantam adeptus eſt famam, vt ex Archidiacono de Vernuſi, in Eccleſia Bracarenſi, deſignatus ſit Archiepiſcopus; poſtea à Gregorio X. in Concilio Lugdunenſi, Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus; Demum Viterbij in Comitijs, Hadriano V. è viuis erepto, à

decem

decem Cardinalibus, maximè auxilio, & ſuffragijs Ioannis Caietani Vrſini Romani, Diaconi Cardinalis Sancti Nicolai in Carcere Tulliano, Pontifex Maximus ſub nomine Ioannis XX. dicti XXI. idibus Septembris 1276. fuerit renuntiatus. *Trith. de ſcriptor. eccleſ. Ciacon. in eius vita; & Vghell. Ital. Sacr. tom.* 1. Cæterùm cùm inter tot Dialecticos vix vnus inueniri liceat, qui nudam hanc artem (quę circa omnia verſatur argumenta, vt paulò ſuperiùs dicebatur) ex profeſſo tradiderit; non extra erit omninò lineam, ex varijs Authoribus, quoſdam Theologos, Iuriſtas, ac Philoſophos mox adducere, qui tamen ob inſigne, & ſingulare diſſerendi ſtudium, ſupereminentem aſſequuti ſunt gloriam, & non vulgaria Præmia.

Ex Tritemio igitur *de Scriptor. Eccleſ.* ij præ cæteris afferri, & efferri ſolent: Ge-
9 rardus nimirum, Odonis Minorita, qui claruit ſub Ludouico Bauaro Imperatore IV. & Ioanne XXI. dicto XXII. Summo Pontifice anno Redemptionis 1330. Nam præter cæteras, quas honorificè profitebatur ſcientias, tantam callebat diſſerendi facultatem (quemadmodum quoddam ſuum logicum teſtatur opuſculum) vt gradatim proprio in inſtituto ad honores procedens, demum Miniſtri Generalis munere potitus ſit. Eadem in Dialecticis concertationibus effulſit tempeſtate, Guidus Perpinianus Catalanus Carmelita diſputator acerrimus, qui ſummã idcircò ſui Ordinis non modò Præfecturam, verum etiã Maioricenſis, & Eluuenſis Eccleſiarum Sacras promeruit Infulas. In Sacris exponendis Scripturis ſub Sigiſmundo Imperatore, anno ſalutis 1420. non vulgarem adeptus eſt gloriam Ioannes Zacharias, natione Teutonicus, Patria Erfordienſis: ſed in Synodo Conſtantienſi, contra Hæreticos diſceptando magnificè, valdè commendatus fuit. Poſtquam Huſſitas, & Feymeros, Ioannes Dieppurg, dictus de Franchordia Germanus, Doctor Heidelbergenſis, ſcriptis ſtrenuè confutarat; tantum adhuc voce, diſputando præualuit, vt Ludouici Ducis Bauariæ, & Comitis Palatini Rheni à ſecretis, atque in rebus arduis, plerumque legatus extiterit. Item ob eximiam, difficillimis in enodandis quæſtionibus facilitatem, ac in expugnandis aduerſarijs miram ſubtilitatem, ab Vniuerſitate Colonienſi, ad Concilium Baſileienſe, anno 1438. perſonaliter delegatus fuit. Heimericus de Campo, natione Teutonicus, tandiù differendo, & errores confutando perſtitit, donec Nicolai de Cuſa, poſteà Cardinalis familiaritatem, & amicitiam meruerit in cuius gratiam, multas etiam lucubrationes in lucem edidit. Et tandem Gymnaſij Colonienſis Vicecancellarius, æternam moriens famam Germaniæ reliquit. Semel diſputantem, Paulus
10 II. Fratrem Franciſcum de Ruere audierat Minoritam, ex cuius facunda ſubtilitate ità cogitabundus obſtupuit; vt dum Papiæ, viſitandi cauſa, ſui Ordinis Miniſtri Generalis fungeretur munere, ſacra purpura, ſub titulo Sancti Petri ad Vincula ipſum cohoneſtauerit. Sed de virtute adhuc eundo in virtutem; Paulo II. defuncto, eius loco Pontifex ſuffectus eſt, ac Sixtus IV. nuncupatus fuit. Quoniam prætereà contra Iudæos multa ſcripſerat Petrus Brutus Venetus, atque in eos diſputationum certamina ſemper victor exegerat: Epiſcopus Catharenſis ſub Friderico Imperatore III. meritò electus traditur. Demum, cùm hæreticæ prauitatis Inquiſitoris Hubertus Leonardus Carmelita, anno Domini 1490. exerceret officium, & quoſdam hæreticos Niuellenſes per Diœceſim Leodienſem, gladio Sancti Spiritus, penitus confutarit, & vicerit: Epiſcopus Darienſis ab Innocentio VIII. conſtitutus eſt.

Ex Iacobo autem Gaddio *de Script. non eccleſ.* ordine alphabetico diſpoſitis, non-
11 nulli alij, Dialectica facultate quoque perhibentur celebres; vt Camillus Iulius Delminius, à Delminij vrbe Dalmatiæ vetuſtiſſima, ſuique patris Patria, ſe denominans, qui præteritum æuum, admirabili illuſtrauit doctrina, & eloquentia. Hic vel immaturo abreptus fato, ingens tamen, ac prodigioſum reliquit Theatrum (etſi ab inuidis ſupprimatur iniuſtè) in quo omnium omninò artium, & ſcientiarum vocabula, & præcepta complexus eſt. Sed Logicam magno plauſu in celeberrima Bononiæ Academia profeſſus eſt, vnde nomen adeò amplum ſibi fecit, vt Lutetiæ Pariſiorum aliquandò manens, maximè amaretur, valdèque honoraretur à cunctis: Vbi caſus quidem mirandus, minimè ſilentio prætereundus, extemplo accidit: quòd ſcilicet Leo, dum ſyluestrium ludi exercebantur ferarum; Theatri ſummam partem aſcendens, fuga elapſis plurimis, Camillum complexus, innocenter eius lambiret faciem; cuius etiam ad pedes, ceù virtutis ſectator, ſupplicem ſe aduoluit. De ſapientiſſimo ſanè, atque in Dialecticis ſubtiliſſimo viro Dominico de Flandria Ordinis Prædicatorum vlteriùs addit, eum cum Argyrophilo Græco magnæ doctrinæ, & famæ, literario contendiſſe certamine, palmamque retuliſſe, centum ſoluendo argumenta ab Argyrophilo

philo

philo obiecta, atque dixiſſe: Si aliud ænophorum (vnum enim biberat ante certamen) bibiſſem, totam Græciam confudiſſem. Licet autem Gilberti Porretani Epiſcopi Pictauienſis Doctrina in nonnullis damnata fuerit anno 1148. à Concilio Rhemenſi ſub Eugenio III. (quam in eodem tamen Concilio, circa errata penitus retractauit) magnæ nihilominus authoritatis opuſculum ſex Principiorum apud Ariſtotelis Logicam, vt huius ſex prædicamentis poſterioribus nimia breuitate contractis, & obſcuris, lucem aliquam afferret, doctiſſimè edidit: Cuius rei certè de cauſa, nomen & famam perennem, apud omnes ſcientificos meruit.

12 Quantus item Dialecticis in diſcriminibus extiterit Herueus Brito, Dominicanæ familiæ præcipuum decus; ex tot logicalibus, quos reliquit tractatibus, abundè deduci poteſt; quibus veluti armis Thomiſticam Sententiam contra Durandum haud parum tutatus eſt. Perindeque omnibus charus, & acceptus, decimus quartus ſui Inſtituti, anno 1323. Generalis Magiſter, meritis plenus obijt. Non minoris nominis inter eximia, & portentoſa ingenia Anglus Occamus fuit. Vnde eius Logica, Volaterrano teſte (qui nihil de alijs tanti viri operibus ſcribit) magno in pretio eſt. Fuerat Scoti oppugnator acerrimus, iuxtà nominis etymologiam bellicoſus, cum Galeæ nomenclaturam contineat, vt aſſerit Gonzaga *in celeb. bibliot. cremon.* Tantæ idcirco authoritatis aſſequutus eſt præmium, vt cum Rucellino ſectam condiderit Nominalium. Cum autem Pierius Syluester Pedemontanus, magna exiſtimatione multiplicis, & præſertim diſputatricis floreret ſcientiæ, ab Apoſtolica Sede Iudex electus fuit, vel potius defenſor maximæ deputatus cauſæ Antagoniſta Lutheri Romam euocati, vel fruſtrà, cuius viroſam doctrinam de cathedra peſtilentiæ prodeuntem oppugnauerat, fregeratque Syluester. Hic à Sapientiſſimo Senatu Veneto, Profeſſor Patauij; à Munificentiſſimo Leone X. Profeſſor Romæ conſtitutus: Deinde, integritatis æquè, ac doctrinæ ſuffragijs, Magiſter Sacri Palatij renuntiatus: Demum Vicarius Generalis vniuerſæ Sodalitatis, quam profitebatur Dominicanæ, maiora obtinuiſſet munera, & dignitates, niſi mors nimis interceſſiſſet inuida. Adierat denique Venetias, Vtini natus, Paulus cognomento Venetus, ex Ordine Eremitarum Sancti Auguſtini, in Logicis celeberrimus ſcriptor, vt erudita illius amplè teſtantur monumenta; vbi tanti factus eſt, vt Patauij ſumma profitere-tur gloria. Inde vita cum morte commutata, hoc ſepulchrali elogio, meruit honorari.

Vir Patauî perit, hic Vtinum tulit, iuit ad Vrbem
Adriacam puer, hinc nomine Paulus habet
Doctor Ariſtotelis dubios exponere ſenſus,
Audet, & Ægidium carpit vbique poteſt.

Michael deindè Poccianus *in catal. Florent. ſcript.* quatuor inſignes præ cæteris
13 enumerat Dialecticos, qui diſſerendo, ac ſcribendo, Patriam ampliſſimè illuſtrarunt, honoreſque ſibi percelebres adiunxerunt, Antonium, ſcilicet, Altouitam; Coſmum Pactium; Paulum Verinum; ac Franciſcum Bonamicum: Quorum prior, in reſoluendis altiſſimis quæſtionibus; non quæ ab Authoribus, atque Expoſitoribus dicebantur, ſed quæ veritati magis conſona videbantur, ſectabatur, ſcripſitque tuebatur. Quamplurimis idcirco de ſe, ſuaque doctrina præmiſſis periculis, Florentinæ Metropolis paſtoralem Sedem obtinere promeruit. Sed dum gregi commiſſo benè vigil conſuleret, repentino interemptus morbo, anno 1573. debitum ſoluit extremum; cuius exequias, Maiori in Ædæ, Matthæus Saminatenſis Florentinus Canonicus, funebri oratione, magnificè cohoneſtauit. Coſmus verò Pactius, Alexandri Tragiographi præſtantiſſimi frater, ex Amita Leonis X. genitus, adeò acri ingenio polluit, vt præter Theologicas, & philoſophicas diſciplinas, plenum Dialecticæ (vt eius teſtantur opuſcula) poſſideret dominium. Ex quibus profectò, ad Eccleſiaſticas dignitates planum iter Ingenuis patere ſolet. Quare Archiepiſcopali ſuæ Ciuitatis Pallio honorificentiſſimè indutus, purpura quoque firmiter induendus expectabatur, mors niſi immatura diſſoluiſſet auſpicata. Paulus denique Verinus, & Franciſcus Bonamici præſtantiſſimi Philoſophi, Piſanum Gymnaſium, dialecticis congreſſibus, lectionibuſque non paucis, maximè illuſtrarunt, ità vt vndique certatim confluerent Populi, ipſos audiendi, colendique cauſa. Verinus itaque Laurentium Medicem Mæcenatem habuit: Bonamicus verò cęteros Mediceorum Principes, eruditione, & virtute in ſui facilè induxit amorem. Quamobrem, & pinguia acceperunt ſtipendia; nec non indultis gratijſque quamplurimis, ſplendidè manſerunt cumulati.

Quoſdam alios etiam non obſcuri no-
14 minis, *in ſuo catalog. de clar. vir. qui in vniuerſ. claruer. Florent.* adducit prætereà Raphael Badius Ordinis Prædicatorum; & in primis ex Giano, quendam Antonium

Mannuccium, Seruitani Inſtituti inſignem ſectatorem, qui cum Lutetiæ Pariſiorum, Doctoratus recepiſſet inſignia, Florentiæque plurimis, iiſque acerrimis literarum concertationibus, frequenter egregiam ſibi famam comparaſſet; in Theologum, & Oratorem, Florentinæ Reipublicæ ſchiſmatis tēpore merito aſſumptus fuit; ac ſui Ordinis Moderator Generalis 1387. meritis tandem clarus, non illacrimatus deceſſit. Meminit deinde ex Vghellio, & alterius Antonij, Fidei nuncupati, Carmelitarum Ordinis, qui poſt decora Magiſterij honorificè ſuſcepta, cùm diuerſas Mundi partes, ſuis ſubtiliſſimis diſputationibus, ſacriſque concionibus aſſidue peragraſſet: cognita demum ab Apoſtolica Sede cum ingenij acumine, innocentis vitæ probitate, Epiſcopus XXXIV. Suanenſis creatur. Concilio interfuerat Florentino cum cęteris Patribus, Bartholomæus Antonij Lapacci de Vbertinisba, alijs de Rimbertinis Ordinis Prædicatorum, vbi viriliter diſſerendo, clariſſimè demonſtrauit Græcorum errores, ita vt Patriarcham Conſtantinopolitanum Ioſephum, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ad fidem induxerit. Nec ſegniùs contra Marcum Archiepiſcopum Epheſinum Græcorum peritiſſimum quidem inualuit, non in funda, & lapide, ſed in ſolo ſcripturæ verbo, cuius *Verbi Dux, & percelebris Tuba* ab Eugenio IV. fuit nominatus, à quo Sacri Palatij Magiſter, & poſtea Argolicenſis Epiſcopus effectus remanſit. Exinde anno 1440. Cortonenſis, vbi vſque ad 1449. præfuit. A Nicolao V. ad Eccleſiam translatus Coronenſem in Græcia, qua dimiſſa, poſt legationes Apoſtolicas in Vngariam, Bohemiam, & Poloniam, iuſſu eiuſdem Pontificis Conſtantinopolim perrexit; vbi coram Orientis Imperatore, in illa, quam habuit celeberrima diſputatione, eundem Marcum Epheſinum ita confudit, & conuicit; vt mœrore, ac rubore repletus, intra paucos dies, in ſua tamen obſtinatus ſententia, fato ceſſerit. Quare victor ad patrios rediens Lares, ſanctitatis odore relicto, in amplexu Domini ſpiritum exhalauit 24. Maij 1466. Cuius funebri pompæ Archiepiſcopus Florentinus cum Proceribus Ciuitatis adſtitit, habita oratione ab Epiſcopo Cortonenſi Mariano Seruita, Volaterrano Antiſtite, & Pratenſi Præpoſito præſentibus.

Meminit etiam Ioannis de Monte Nigro, eiuſdem Sacræ Dominicanæ Fami-
35 liæ Alumni, qui eadem fęlicitate cum præfato Vbertino contra eundem Epheſinum Marcum glorioſè commilitauit: Iuliani Verrochij Minoritæ: Philippi Mucagatæ Seruitæ; aliorumque non ignobilium Virorum, qui Dialectica arte honores, & præmia ſibi adieceerunt; ad quem plura expetentes libenter remitto.

CAPVT XX.

Cum Rhetorica, atq; Dialectica ex eodem, quaſi proficiſcantur trunco; non minora encomia, antellationes, & præmia Rhetores, quàm Dialectici ſibi meritò coegerunt.

SVMMARIVM.

1 *Rhetorica, Dialecticæ antiſtrophe, ſeu ex altera parte reſpondens, dicitur; quia occultis ex tenebris, diſſerendo, & inquirendo veritate in lucem extracta, ad ciuilia negotia occaſio ſe offerens ſtatim animum pulſat.*

2 *Rhetorica animorum appellatur Regina, cùm cupiditates attemperet; leges architectetur; mores inſtituat; inſtitutos colat; imperia, & regna mirificè moderetur; ad iram, ad miſericordiam, ad furorem impellat; odium amore compeſcat; & confidentia verecundiam temperet, vnde meritò impetuoſo comparatur flumini.*

3 *Ariſtides Orator Antoninum ſua eloquentia commouit, vt regio ſumptu Smyrnam terremotu collapſam vndique reſtitueret. Anaximenes, Magnum Alexandrum in Lamoſaecuos iratum ſubdolè mitigauit. Et Euſthatius, Saporem Regem, ad honorum contemptum mirificè diſpoſuit.*

4 *Lacedemoniorum exercitum prorſus labantem Tyrrei Athenienſis oratio reuocauit. Troianos, vnam ſpem ſalutis in fuga reponentes, Meneſthei vox ad prælium incitauit. C. Gracchus lachrymis inimicis excuſſit. Bella indixit Demoſthenes. Catilinam fregit Tullius. Et Sicariorum enſes in ſuum iugulum diſtrictos hebetauit Antonius.*

5 *Rhetorica Icone à Luciano expreſſo, pulchrè oſtenditur, totius penè honoris, diuitiarumque domicilium in eius gremio eſſe conſtitutum. Quare non minus Imperatoribus laureæ, quàm Rhetoribus palma debebantur, eò quòd omnes literaturæ Authores, & Principes haberentur.*

6 *Multi Reges, & Principes honoris cauſa, hanc amplexati ſunt artem, vt Artuaſdes Armenorum Rex: Caligula Imperator: Tiberius: Germanicus: Lucius Verus Antoninus: Numerianus, & Gratianus Auguſti.*

7 *Demoſthenes ob hanc rectè dicendi artem, publicos prouentus obtinuit; eiuſque conſilia,*

apud

apud Græcos maxima extiterunt venerationis, & Longini Caſsij ſententia quicquid confirmatum fuiſſet, ratum tantùm habebatur. Sexto verò Clodio, duo millia iugerum Leontini campi aſſignati fuere; Et in Florentinorum Republica, pro Cancellario eligebatur nullus, qui in rhetoricis maximè non eſſet verſatus.

8 *Ex Neothericis autem, Marcus Antonius Amulius, Epiſcopus deſignatus eſt Veronenſis, deindè Cardinalis, & Epiſcopus Reatinus; tandem Bibliothecarius Sacri Palatij, meritis plenus obijt. Ioannes verò Barclaius, antiquam non tantùm illuſtrauit ſobolem, verùm etiam celebrem ſibi famam condignè promeruit.*

9 *Hermolaus Barbarus, Patriarcha Aquileienſis ab Innocentio VIII. creatus fuit, qui dum aliquando Reipublicæ Venetæ legationibus fungeretur, ad Florentinam obiter accedens Vrbem, magno honore à Laurentio Mediceo in ſua Caiana Villa, quam ſi ad habitandum recipere voluiſset, etiam ei dediſſet; comiter ſuſceptus eſt.*

10 *Bernardus Iuſtiniani, Procurator S. Marci, & Eques aureatus, creatus extitit, qui moriens regias exequias obtinuit. Chriſtophorus verò Longonius, Ciuitate Romana in primis donatus fuit. Deindè Leonis X., Reginaldi Poli, Philippi Hiſpaniarum, & Ludouici Galliarum Regum, aliorumque Summorum Principum gratiam, & amicitiam facilè obtinuit.*

11 *Marcus Antonius Maioragius Mediolanenſis; patriam, ac Ferrarienſes cathedras adhuc iuuenis, pingui ſtipendio, laudabiliter ſuſcepit moderandas: ſed immatura, & peracerba morte ſublatus; in porticu S. Ambroſij Maioris, Mediolani honorifico epitaphio tumulatus fuit.*

12 *Politianus Etruſcus, amicorum Scriptorum, & Magni Laurentij Medices aura ſecundiſſima euectus; in id exiſtimationis, & famæ faſtigium aſcendit, vt à Summis Principibus; honores obtinuerit minimè vulgares. Eandem demum fortunam etiam ſortitus eſt apud Innocentium VIII. Coſmum Medicen, Franciſcum Mariam Sforzam, ac Primates Ciuitatis Florentiæ, Bartholomæus Scala, vir quidem ſingulari ingenij bonitate, ac eloquentia præditus.*

Dialecticę antiſtrophen, Rhetoricam appellauit Ariſtoteles; ideſt (vt interpre-
1 tatur Tullius) ex altera parte reſpondentem, finitimam, atque cognatam. Inquit enim *lib. de perfec. orat. ſect.* 207. *num.* 114. Ariſtoteles principio artis Rhetoricæ dicit: illam artem quaſi ex altera parte reſpondere Dialecticæ, vt hoc, videlicet, differant inter ſe, quod hæc ratio dicendi latior ſit, illa loquendi contractior. Cauſam autem adducit loco citato à Tullio idem Philoſophus ex eo, quod communis vtrique facultati campus excurritur; vtraque de rebus omnibus in contrarias partes communiter diſſerit; idem genus vtranque complectitur; ab eodem quaſi trunco proficiſcuntur. Quamobrem non erit abſonū, ſi Dialecticæ, Dialecticorumq; expletis encomijs Rhetoricæ, Rhetorumq; condigna aggrediamur præconia. Et quidem appoſitè, atque præclarè: etenim occultis è tenebris diſſerendo, & inquirendo, veritate in lucem extracta, ad ciuilia negotia, occaſio ſe offerens ſtatim animum pulſat. Cumque ſe (1. *de legib. in fin.* proptereà aiebat Tullius) ad ciuilem ſocietatem natum ſenſerit, non ſolùm illa ſubtili diſputatione ſibi vtendum putauit, ſed etiam fuſa latiùs perpetua oratione, qua regat populos, qua ſtabiliat leges, qua caſtiget improbos, qua tueatur bonos, qua laudet claros viros, qua præcepta ſalutis, & laudis aptè ad perſuadendum edat ſuis ciuibus: qua hortari ad decus, reuocare à flagitio, conſolari poſſit afflictos, factaque, & conſulta fortium, & ſapientum cum improborum ignominia ſempiternis monumentis prodere.

Hęc quippè Artium omnium illa eſt præcipua, quæ vtpotè animorum Regina
2 cupiditates attemperat, leges architectatur, mores inſtituit, inſtitutos colit, Imperia, & Regna mirificè moderatur. Vni huic tribui vniuersè ſolet, arcem humani pectoris obſiſtere liberrimam: obfirmatos expugnare animos, contraque nitentes acerrimè rapere: ad iram, ad miſericordiam, ad furorem impellere, ac pugnaciter incitare: Ardentes, flagranteſque reſtinguere: frigidos, ac remiſſos additis veluti facibus inflammare: ſpem metu retundere: odium amore compeſcere: confidentia verecundiam temperare: non ferrò, non flammis, non ex aggeribus, propugnaculiſque caſtrenſibus, ſed pro roſtris, atque ſuggeſtu: non armis onuſtum, ſed pacatum, togatumque: non ſtrictis, intentatiſque mucronibus, ſed verbis, oratione, ſententijs tantum operis molitur, & victoriam omnium maximam, pulcherrimamque reportare. Veluti proindè flumina quæ (teſtè Baſilio *Homil. in diuit. auar.*) impetu violento quicquid obijcitur ſecum trahunt: Rhetorica ſanè cenſenda eſt: ſicut enim quilibet fluuius, ſi quando hybernis niuibus ſubitò intumeſcit, deriuatiſque aliundè ſuum in alueum torrentibus, incredibiliter augetur, vel camporum nactus occaſionem, longè latèque

ſpatiatur, vel montium obiectu vtrinque
concluſus, tam rapido, ac turbulento
curſu incitatus in mare fertur, adeò furit,
& exæſtuat, vt quà annoſas quercus radi-
citus extirpet; qua ingentes arbores fun-
ditus euertat; hàc immenſæ altitudinis ag-
geres perfringat; illac infinitæ molis cautes
ſuo loco conuellat, quicquid denique ob-
uium inuenerit diruat, ac demoliatur:
Ità aliquandò eloquentiæ flumen grandi-
bus verbis, pleniſque ſententijs incitatur,
vt nullius ſit animus tam ferreus, nullius
pectus tam obtuſum, quod præ ſe non
agat, & in quas libuerit partes non infle-
ctat, atque in omnes denique ita domine-
tur, vt qui illius ſe poſſit imperio abdicare,
nullus, vel nemo ſit.

Sed ſi quis velit hunc eloquentiæ fluuia-
lem adhuc perfectiùs non ignorare impetũ
3 in Ariſtide, *orat. ad Antonin.* abundanter
agnoſcet: nam Smyrna Ioniæ Ciuitatum
pulcherrima, ſub Marco Antonino terræ
motu, miſerandum in modum collapſa,
proſtrataque iacebat: Ariſtidem verò mo-
nodiam ad Imperatorem ſcripſit, vt ad mi-
ſeræ ciuitatis ruinas reſarciendas inuitaret:
vbi poſt deſcriptam vrbis anteà florentis
pulchritudinem, locum illum pertexuit,
nimirùm: *Nunc autem deſolatam perflant
Zephyri &c.* Antoninus ad hanc vocem
ſuſpirijs, & lachrymis ſuum teſtatus dolo-
rem; continuò Theodoſio Aſiæ Præfecto
mandauit, vt Smyrnam repararet. Præte-
reà *lib.* 6. Pauſaniam adeat, vbi oratorio
Anaximenis ſtratagemate, Heroas etiam
inueniet ita expugnatos, vt nolentes, ſta-
tim volentes fierent. Lampſacenos etenim
ſtatuerat Alexander (quòd Perſis ſtude-
rent) funditus euertere, iamque erat in
procinctu ferro, & furore incitatiſſimus,
cùm ad eum à ſuis municipibus miſſus eſt
Anaximenes (Magni illius Alexandri præ-
ceptor) vt culpam deprecaretur: quo co-
gnito, Rex in iracundia perſiſtens, iurauit
ſe Anaximenis precibus omnia contraria
facturum: At egregius Orator furentem
iuuenis animum ſubdolè mitigans: Non
veni (inquit) Alexander, vt putas, depre-
cator culpæ, ſed author iuſtitiæ: Iniquè ege-
runt Lampſaceni, rei ſunt Maieſtatis. Hoc
igitur à te poſtulo, vt eorum vxores, &
liberos ſub corona vendas, templa incen-
das, vrbem in plana ſubmittas. Alexan-
der, qui ſe Præceptoris petitioni aduerſa-
turum per omnia dixerat, ſenſit ſe captum,
& ſubridens omnia condonauit. Eunapiũ
demùm *in Ædeſio*, non pigeat conſulere,
vbi Saporem comperiet, & ſi homo aliàs
imperioſus, & aditu eſſet difficilis; adeò
tamen ad verba Euſtathij de honorum
contemptu commotum, vt parum abfue-
rit, quin tiaram rectam abiecerit, & cùm
purpureo paludamento gemmata monilia
depoſita, cum Euſtathij penula commuta-
rit: at fieri illud prohibuerunt affinitate
coniuncti, qui Philoſophum merum præ-
ſtigiatorem dictitabant. At quid ampliùs?
4 Non ne *apud Suidam* Lacedæmoniorum
exercitum labantem prorsùs, ac deficien-
tem, Tyrtæi Athenienſis, viri eloquentiſ-
ſimi oratio reuocauit, reuocatumque
accendit ad pugnam acriùs ineundam; ex
qua qui turpiter priùs fugarant, tam glo-
rioſè poſteà victores euaſerunt. Nonnè
Troianos *iliad.* 6. vnam ſpem ſalutis in fuga
reponentes, Meneſthei vox ad prælium in-
citauit repetendum, & qui intra muros
cum dedecoris labe fuerant ab hoſtibus
obruendi, à muris poſteà, ingenti cum
ſtrage hoſtes propulſarunt? Iam verò paſ-
ſim *apud Liuium*, fuſis Romanorum pha-
langibus, quoties de re publica actum eſ-
ſet, niſi, militibus in fugam verſis, vnius
Imperatoris eloquentia obſtitiſſet? Hac
eadem quippè, eloquentia C. Gracchus
lachrymas inimicis excuſſit: bella indixit
Demoſthenes: Catilinam fregit Tullius:
ſicariorum enſes, in ſuum iugulum diſtri-
ctos hebetauit Antonius apud Cauſſinum
1. de eloq. cap. 4. Philipphus Macedo apud
Plutarchum *in eius vita* Demoſthenis elo-
quentia, potiùs quàm Themiſtoclis auda-
cia, Athenas conſeruari ſenſit: & Aga-
memnon, *apud Homerum*, ad Troiam ex-
pugnandam, non decem Aiaces, ſed de-
cem Neſtores requirebat; ſcilicet magis è
re fore putabat Neſtoris vbertatem dicen-
di, quàm Aiacis alacritatem pugnandi.

Ingenioſè itaque (vt cætera) Lucianus
in eo, quem *de rhetorum Doctore* inſcripſit
5 dialogo, Rhetoricam ſuis depinxit colo-
„ ribus. Sedet (inquit) illa in eminenti ſo-
„ lio, formoſa aſpectu, & planè elegans.
„ Amaltheæ cornu geſtans varijs fructibus
„ refertum, & ex vna quidem parte aſtantem
„ oſtendit Plutum adoleſcentem penitus au-
„ reum, ac per quam amabilem, quem
„ Gloria, & Potentia, cæteræque id genus
„ Diuæ, frequenti ſtipant comitatu. Ex altera
„ verò parte Laudes permultæ puſillis amo-
„ ribus ſimiles, ac vndique confertę circũuo-
„ litant inſtar Nili, ſi quandoque illum de-
„ pictum vidiſti; Crocodilo alicui, vel equo
„ fluuiatili, quales multi ſunt in eo, inſi-
„ dentem: patuulos autem puellos (Peches
„ illos Ægyptij vocant) circa illum luſitan-
„ tes: Tales, & circa Rhetoricam laudes &c.
„ Hęc ille. Ex quibus profectò oſtendit, to-
tius penè honoris, diuitiarumque domici-
lium in Rhetoricæ ſiue agentis, ſiue etiam
docentis gremio fuiſſe conſtitutum.
Quamobrem, ſicut Imperatorum hono-
ri-

cibus; laureæ ſunt peculiari quadam ratio-
ne conſecratæ, vt 1. *metamorph. propè fin.* le-
pidè canit Ouidius in perſona Apollinis ad
Daphnem.

Tu Ducibus lætis aderis, cum læta trium-
phum
Vox canet, & longas viſent capitolia pom-
pas.

Sic etiam palmæ Oratoribus, ac Rhetori-
bus deſtinatæ, quarum, *epigram. 27. lib. 7.*
ad Fuſcum, meminit Martialis; di-
cens:

Sic fora mirentur, ſic te pallatia laudent,
Excolat, & geminas plurima palma fores.

Hæc autem ratio apud Cauſſinum *1. de
eloq. cap. 7.* honoris fuit, quod palmæ olim
chartarum vicem præſtiterant, ex quo
oratoribus deberi credebantur, qui litera-
turæ omnis Authores, & Principes habe-
rentur: ſiuè etiam quod palma victoriæ
ſemper extitit inſigne, ideoque victricem,
& dominam, per quam opportunè dece-
bat eloquentiam: an etiam quod palmæ,
trecentæ, & ſexaginta quinque ab Ægyptijs
numerentur virtutes, ideòque fuit symbo-
lum eloquentiæ, cuius infinita vis, in-
numeræque vtilitates in hanc vitæ ciuilis
culturam emanarunt.

Quod ſanè agnoſcentes Summi Reges,
& Principes, hanc mirabilem prouidè ſe-
6 ctati, & amplexati ſunt artem. Ferunt
enim Artuaſdem Armeniorum Regem,
hoc ſtudio adeò delectatum, vt eruditas
poſt ſe quamplurimas reliquerit orationes,
quæ Plutarchi ad vſque etiam extabant
tempora. *Gyrald. dial. 5. hiſt. poet.* De Caligu-
la Imperatore, *lib. 19. antiq. cap. 2.* ſcribit Io-
ſephus, quod inter innumera vitia, hanc
vnicam habuit virtutem, vt fuerit orator
facundus, & peritus vtriuſque literaturæ,
tam græcanicę, quam patriæ, facilèque in-
telligebat omnia, ad quorumuis orationes
reſpondens ex tempore; & vel in maximis
negotijs ſuadendi facultate præditus ſi quis
alius, quam vel ingenii fælicitate, vel diu-
turna exercitatione ſibi parauerat: Ad
cuius laudis æmulationem magnos ſtimu-
los ei pater addiderat Tiberij Imperatoris
ex fratre nepos eximius in hoc ſtudiorum
genere, à quo degenerare in hac parte eru-
buit, qua cæteros ciues à tergo reliquerat.
Germanicus ex Druſo Tiberij fratre, & mi-
nore Antonia natus, triumphales cauſas
orauit, reliquitque inter cætera ſui ſtudij
monumenta græcas comędias *Sabell. lib. 6.
enn. 2. ex Suet.* Lucius Verus Antoninus, in
pueritia quidem verſus fecit: mox ſe ora-
tionibus tradidit; meliorque orator factus
eſt, quàm poeta *Gyrald. vt ſupra.* Item Nu-
merianus Imperator Cari filius (cui Mars
in armis familiare numen præbuit, Mi-
nerua peculiaris affuit, & citharam præbuit
Apollo) miles, orator ſimul, & poeta,
à ſocro ſuo Apro occiſus, tanta fuit elo-
quentia, vt ſtatua illi decerneretur in Bi-
bliotheca Vlpia cum tali ſuſcriptione: Nu-
meriano Cæſari Oratori temporibus ſuis
peritiſſimo. *Cuſpin. in eius vita.* Gratianus
tandem filius Valentiniani Imperatoris (vt
cæteros penè innumeros omittam) ex eo-
dem Cuſpiniano, literis ab ineunte ætate
inſtitutus, Antonio, præceptore carmen
facere, ornatè loqui, explicare controuer-
ſias, more Rhetorum ſolitus, pleriſque
fuit admirationi. Quarè pater, vix pube-
rem, Imperij inſignibus ornatum Augu-
ſtum appellauit.

Hinc itaque compertùm eſt ſatis; Rheto-
res, & Oratores, artis ob excellentiam,
7 maximos non ſemel promeruiſſe honores:
authoritatem, & præmia ſibi adieciſſe non
pauca; adeò vt nomen Demoſthenis (vt
in eius vita, refert Plutarchus) ad Regem
vſque Perſatum aliquando perlatum fuiſ-
ſet; qui per literas Satrapis ſtatim impera-
uit, pecuniam vt darent, atque conſilijs
eius præ omnibus Græcis obtemperarent.
Et de Longino Caſſio (ſcribit Eunapius
in Porphyrio, qui eius fuit diſcipulus) tantum
ei ſuam tribuiſſe ætatem, vt ſi quis vetu-
ſtum authorem aliqua in parte reprehen-
diſſet non prius rata haberetur opinio, quã
Longini illud confirmaſſet iudicium. Sed
vtique id genus ſexcentos alios, & ampliùs
ex antiquis adducere valerem, niſi ſtateram
temporis facilè tranſgredi putarem, qui
muneribus, ac diuitijs mirificè ſunt affe-
cti, de quibus, ſuperius *lib. 1. cap. 19.* non-
nulla relata prætereo: veruntamen illud
ſilentij velamine minimè tegendum puto,
quod *in Philippicis* de Sexto Clodio apud
Suetonium *de claris rhetor. cap. 35.* Tullius
mordicùs improperauit Antonio, dicens:
„ Adhibes loci cauſa magiſtrum ſuffragio
„ tuo, & compotorum tuorum Rhetorem,
„ cui conceſſiſti, vt in quem vellet, diceret
„ falſum omninò hominem, ſed materia
„ facilis in te, & in tuos dicta dicere. At
„ quanta merces Rhetori eſt data, audite Pa-
„ tres conſcripti, & cognoſcite Reipublicæ
„ vulnera. Duomillia iugerum Campi Leon-
„ tini Sexto Clodio adſignaſti, & quidem im-
„ munia, vt tanta mercede nihil ſapere diſce-
„ res. Qua de re, magno ſtudio hominibus
iniecto, magnà etiam profeſſorum, ac Do-
ctorum ex neothericis profluxit copia,
adeoque floruit, vt nonnulli ex domeſtica
& familiari fortuna in ordinem Senato-
rium, atque ad ſummos proceſſerint ho-
nores. Morem idcirco Florentinæ Reipu-
blicæ Æneas Syluius *Europæ cap. 54.* ſatis
commendauit, dum in legendis ſuis Can-

cel-

cellarijs, non iuris ſcientiam, vt pleræque Ciuitates, ſed oratoriam ſpectabant, & quæ vocant humanitatis ſtudia: Nouerant enim rectè ſcribendi, dicendique artem, non Bartolum, aut Innocentium, ſed Tullium, Quintilianumque tradere. Itaque ad ipſos, hac allecti dignitate, Rhetores vndique confluxerunt plurimi; ſed tres præſertim in ea Vrbe, græcis, & latinis literis illuſtres, Cancellariatum ordine tenuere: Leonardus, & Carolus Arretini, & Poggius Florentinus, qui Secretarius Apoſtolicus tribus quondam Romanis Pontificibus dictarat epiſtolas. Præceſſerat illos Collenucius, de quo Galeacius Mediolanenſium Dux dicere ſolebat: Non tam ſibi mille Florentinorum Equites, quã Collenucij ſcripta nocere. Hęc ille.

Aliorum ex inde quamplurium huius artis celebrium, qui dignitates ſibi aſciue-
8 runt, & nomen, latè meminit Iacobus Gaddius, *de ſcript. non Eccleſ.* ex quibus nonnullos tantùm depromam, qui ad rem noſtram magnopere faciunt. Maxima itaque gratia, exiſtimatione, & authoritate apud Pium IV. Summum Pontificem florebat Marcus Antonius Amulius Eques, & Patritius Venetus, nec falsò, cùm nobilitati egregiè addiderit inſignem doctrinã, & eloquentiam, quas ornabat excellens rerum ciuilium peritia, qui primò Præturis, & Legationibus præcipuis inſignitus; poſteà ab eodem Pontifice Epiſcopus Veronenſis deſignatus fuit, quem tamen Epiſcopatum non accepit. Vnde Cardinalis electus, & Epiſcopus Reatinus, mox Apoſtolici Palatij Bibliothecarius conſtitutus eſt. Conſcripſit autem epiſtolas familiares, orationes italicas, & latinas, atque tractatum inſignem de ſublimi genere dicendi. Sed iam eſt vt Gulielmus Barclaius non tam propria, quàm filij fama percelebris ſapientum à nobis obiter ſaltem reponatur in albo. Hic nanque Barclaiam familiam priſcis æquitibus, ac recentioribus Dynaſtis in Scotia pręnobilem illuſtrauit doctrina, & operibus ingenij editis. Duxit vxorem clariſſimam è familia Dominorum de Maleuille, é qua ſuſceptum Ioannem, quem præſertim commendandum ſuſcepimus, laurea coronauit. Hic adoleſcens, vt plauſum ſibi captaret communem, ętatis anno decimo nono, compoſuit Panegyricum de Iacobi Regis inauguratione. Deinde Satyricum opus, ſub Euphormionis titulo: Icona animorum; & Argenidem, quod figmentum mira coronauit eruditione: nam elegantibus eloquutionis formis, acuminibus, & conceptibus venuſtis, ſententijs politicis, & aulicis, ſtylique prænobilis maieſtate equis dem ornatum eſt. Quibus profectò monumentis, celebrem, & nunquam morituram famam ſibi, ſuiſque promeruit.

Item Hermolaus Barbarus in hoc etiam theatro meritò videtur collocandus, qui
9 ſortitus familiam patritiam Reipublicæ immortalis, ſcilicet Venetæ illuſtrem Franciſco viro doctiſſimo, longè illuſtriorem, ſua gloria latè diffuſa, reddidit. Ideoque eius nomen obliuio nulla extinguet, nulla opprimet edacis temporis iniquitas: Siquidem ille multiplici literatura excellens, atque doctrina, Reipublicæ legationem primariam gerens, Romæ Patriarcha Aquileienſis ab Innocentio VIII. creatus pręter authoritatem Veneti Senatus fuit: hinc contumax, & exul à ſeuera, ſed prudentiſſima Patria libertatis cuſtode, obijt acerbiſſimo dolore, raptus ætate florenti. Erat moribus caſtiſſimis, dictionum in vtraque lingua curioſiſſimus, quas à quouis diſcere non dedignabatur, ſæpeque proximos, & familiares de aliquo dubio percontabatur. Vnde amicus ſummè fuit excellentium ſui æui literatorum, inter quos præſertim enumerantur Marſilius Ficinus, Picus Mirandula, & Politianus, qui varijs in operibus, ipſum immortalitati commendarunt. Cùm autem pridem Reipublicæ Venetę nomine legationem per Italiam obiret, & ad Vrbem Florentinam obiter accederet, Laurentius Medices (qui Florentinam Reipublicam non minore conſilio, quàm fortuna gubernabat) ſtatim tanto viro cum amicis pluribus, vt fit, obuiam proceſſit: nihil veritus, quod ægros pedes haberet, ac ſummis doloribus vexaretur; tum in Caiana Villa (quam infinitis propè ſumptibus ædificabat) honorificè illum accepit, ſimulque tanti hominis fama, & doctrina ſingulari prouocatus, eam quoque liberaliſſimè ſtudiorum nomine illi obtulit, inſigni, atque inſtructiſſima Bibliotheca ornatam, quam ad exemplum Philadelphi mira cum induſtria parauerat, vt in eo quaſi Muſarum receſſu ſimul cum Pico Mirandula honeſtioribus diſciplinis, ac Philoſophiæ ſacris pro arbitrio incumberet; in quo Hermolaus Barbarus (vt homo maximè humanus) libenter ſe, dixit, & ſtudiorum cauſa, & Laurentij merito, talẽ animum agnoſcere, villamque ipſam, ſi per publicas curas liceret, excipere.

Verùm enim verò, Venetorum etiam à florido nunquam ſegregandus rectè cenſe-
10 tur Oratorum Viridario, Bernardus Iuſtiniani, cùm & ipſe, ſi non condigna ſuæ virtutis, ſaltem pręclara aliquandò receperit præmia: Nam legationes complures optimè geſſit, cauſas grauiſſimas egit, ſingulari cum gloria. Multa è græco tranſ-

ſtu-

ſtulit. Deſcripſit peculiari libro vitam ſui patrui Laurentii Patriarchæ; & teſte Bergomenſe, Hiſtoriam Gothorum (fortè ſcribendum eſt Venetorum) ac penè infinitos ſermones elegantiſſimos, & ornatiſſimos; & epiſtolas ferè innumerabiles. Anno tandem ſalutis 1480. deceſſit Procurator Sancti Marci, & Eques auratus cohoneſtatus exequiis regalibus, & magnificè tumulatus, vt vir principatu dignus, quem Epithaphium prænobile luculenter inſigniuit. De Chriſtophoro verò Longouio, aptè, & accomodatè ità *tom.* 2. idem ſcri-
„ bit Iacobus Gaddius. Longouius Chriſto-
„ phorus egregiis, ſed paruis, paucíſque
„ opuſculis, ingentem conſequutus famam,
„ exiſtimationem, gratiam Summorum
„ Principum, oſtendit horum, ac fortunæ
„ auram ſecundam magis, quàm ipſius li-
„ teraturæ, ac librorum amplitudinem pro-
„ deſſe viuentibus literatis. Siquidem poſt Galliam, Germaniam, Hiſpaniam, Brittanniam, aliaſque Prouintias Chriſtiani Orbis luſtratas, Romam petijt germani militis habitum mentitus. Verùm introgreſſo Gymnaſium, & acuiè diſſerenti (magnus enim Ciceronis fuerat imitator magnique Iuriſconſulti Philiphi Decij auditor iuuenis inclaruit gemino iuris, & eloquij decoratus ornamento) perſonam vrbanè detraxere Profeſſores, ita vt mox honeſti quique Ciues Romani, certatim domum ſuam inuitarint, & ob eloquentiam perſpectam ſapienter inuidendo, Ciuitatis iure donarint. Deinde verò emergente libro maledico, quo Romanam dignitatem violaſſe credebatur Longouius, in Capitolio tanquam reus maieſtatis accuſatus eſt diſerta oratione à prænobili adoleſcente Celſo Mellino. Purgauit ſe Longouius duabus orationibus editis; tamen Populi non temerè concitati furorem impotentem prudenter iudicans declinandum reperijt Galliam. Cedentem, ijdem ipſi mox Romani, propoſitis à benigniſſimo Leone ingentibus literarum præmiis, reuocarunt. Continuit tamen ſe Patauij, adhæſitque Reginaldo Polo Regiæ ſtirpis Britanno, qui adoleſcens deſcripſit vitam breuem Longouij, quæ ſine nomine authoris cum epiſtolis circumfertur. Ab illo (qui poſteà Cardinalis præſtantiſſimus euaſit) & à duobus alijs purpurati Senatus luminibus primarijs Bembo, & Sadoleto amatus, & honoratus fuit. Idem fuerat penè adoleſcens Philippo I. Hiſpaniarum Regi ſuo Principi valde gratus, atque præfectus ſanctioribus reconditarum rerum notis, quibus committi ſolent arcana regnantum. A Galliarum Rege Ludouico, multis honoribus cumulatus, rogatuſque non ſemel vt ſedem ſtudiorum, in altrice literatum Gallia collocaret. Pannoniæ etiam Proceres, ipſum magnis præmijs propoſitis ſapienter inuitarunt, vt Regem puerum optimis artibus erudiret. Pontifex demum Leo munificentiſſimus literatorum Mæcænas, eidem, licet viuenti Patauina in Vrbe, ſtudiorum ſumptus liberaliter de priuato ærario ſuppeditauit, ipſum Palatinum, aulæque lateranenſis Comitem ſponte declarans; Rege Sacrorum tam benignè hortante, Lutheranam cauſam exterminare molitus eſt quinque orationibus, ſed vnicam tantùm abſoluit (hæc edita ſæpè eruditorum manibus teritur) intempeſtiuo fato abreptus. Exceſſerat enim pauliſper Ioannis Pici ætatem, cuius doctrinam longè ſequebatur, æquabat, vel excedebat eloquentiam.

Literarijs profectò inclaruerat inimicitiis æque, ac eloquentia, doctrinaque multi-
11 plici Marcus Antonius Maioragius Mediolanenſis: ſiquidem animosè, ac luculenter ſcripſerat aduerſus Paradoxa Ciceronis: aduerſus Marcum Nizzolium: contra Calcagninum, quem atrocius lacerauit. Virgilii Æneidos lib. 4. & Georg. lib. duos priores, ac nonnulla Tullii opera commentariis illuſtrauerat: Ariſtotelis libros de Cælo, & de Generat. paraphraſi explicauerat: complures condiderat orationes, & præfationes: Carminum librum: De Senatu Romano libellum: De riſu oratorio, & vrbano: De nominibus propriis Veterum Romanorum libros quatuor, & alia opera, qui ante annum 1550. publicæ luci donare cœperat ingenii fœtus haud indignos immortalitate. Mutauerat ſibi nomen (Antonius Maria appellabatur primò) hinc, vt æmulorum dicacitatem coerceret, publice habuit in ſenatu frequenti orationem apologeticam, quæ cum aliis edita eſt, inter quas numeratur illa curioſa in nuptiis Philippi Sacci, qua ſeni quoque vxorem ducendam eſſe ſuadet. Promiſerat etiam opera, vel opuſcula de officio parentum, & filiorum: de modo proficiendi in ſtudiis. Annum autem agens 26. publicè profeſſus eſt in patria Rhetoricam. Ferrariæ incubuit Iuriſprudentiæ, ſed mox patriam repetiit ſcholam maiori ornatus ſtipendio, vbi morte immatura, & peracerba ſublatus; tumulatur in porticu Sancti Ambroſii maioris, cuius ſepulchrum hoc epitaphio decoratur.

M. Antonio Maioragio,
Dicendi Magiſtro ſingulari,
Latinis, Græciſque literis perpolito,
Et libris editis illuſtri:
Qui publicè docuit annos IX.
Vixit XLI.

Bar-

Bartholomæus Comes, vxoris frater B.M. poſuit.

Politianus tandem Etruſcus, Latinus, Atticus fidicen inſignis multiſcius, & orationis ſolutæ Dædalus, vnius minimè ſe ſe ſubiiciens imitationi, ſuæ ideę in ſcribendo amator, & effictor, quam ex variis formauit varius in ſtylo, vt qui diuerſos quandoque voluerit effingere crebris, acutiſque ſententiis, multaque, nec vulgari eruditione, ſua conſperſit opera; ex eodem Iacobo Gaddio nobis deſcribendum ſe offert. Qui & amicorum Scriptorum præconiis, & Magni Laurentii Medices celeberrimi Mæcænatis aura ſecundiſſima fæliciter euectus, in id exiſtimationis, & famæ literariæ faſtigium aſcendit, vt à Summis Principibus honores obtinuerit minimè vulgares; adeò vt inclytus Rex Portugalliæ Ioannes, epiſtola inſerta Politiani operibus, huic gratias egerit, ac multum debere ſe profeſſus ſit, laudaritque non vulgariter illum, ac rogarit, nequaquam indignum Regia Maieſtate ratus rogare literatum. Audiamus Regem, inter alia hæc

„ ſcribentem: Te nimiùm rogamus (tibi

„ viro laudatiſſimo, omniumque genere

„ prædito) ſed adoleſcentibus ipſis plurimùm

„ congratulamur in id ætatis, & temporis

„ incidiſſe, quo à tuo literarum fonte ali-

„ quid doctrinæ poſſint fæliciter haurire.

Eadem ferè ætate floruerat Florentiæ Bartholomæus Scala, vir ſingulari ingenii bonitate, & eloquentiæ præditus, quem ſui ipſius virtutes inter familiariſſimos Magni Coſmi Medices, Franciſci Mariæ Sforzę Ducis Mediolani, & Innocentii VIII. collocarunt: Et Primates Ciuitatis vniuerſo ſuffragiorum conſenſu aſcripſerunt, & ad Prioratum, atque Vexilliferatum euexerunt: ad Senatorium ordinem, ſimulque equeſtrẽ ſuſtulerunt (beneficio Summi Pontificis Innocentii) Et tandem Reipublicæ ſecreta ſumma fide viginti annis adminiſtrare tradiderunt. Propterea omnium in ore Laurentii Medices extabat vox illa præclariſſima, qua teſtatus eſt: Nunquam fuiſſe honorem melius homini collocatum. Natus eſt 1424. & 1497. annum ſepruageſimum tertium agens, vitam cum morte commutauit. In cuius laudem Vgolinus Verinus *lib. 2. de illuſt. Florent.* hęc lepidè ſcripſit.

Scala quoque hiſtorias, & lydia geſta leonis.
Explicat etruſci, naturæque abdita verſu.
Aggreditur vates doctus de more Lucreti,
Iudicioque meo tua cedit epiſtola nulli
Eloquio complexa breui quodcumque volebas.

Huius inclyti viri, aliorumque ſimilium latè meminit Poccіantus *catalog. de ſcript. florent.* quos breuitati inhærendo libenter omitto. Caueãt tamen qui orando nomen, & famam ſibi vehementer cupiunt, ne idẽ in ipſos Cinicus iniiciat ſcomma, quod in Oratores, qui tunc Athenis ſummo habebantur in pretio ſatis mordicus impegit: nimirum, Eos eſſe turbæ miniſtros: quod ad gratiam loqui, & ſeruiliter adulari ſtolidæ multitudini, vt plurimum cogantur. *Laert. lib. 6. in Diogene.*

CAPVT XXI.

Hiſtoria, hominum mores ad viuum non minus quàm Pictura omnium rerum cum repræſentet imagines: Hiſtorici cum Pictoribus ferè æqualia ſibi proindè retulerunt præmia.

SVMMARIVM.

1 *Pictura ars, cunctas apud nationes quanto in honore ſit, ex eo oſtenditur, quod à Magnatis, Summiſque viris vehementer expetita, & valde exculta fuit. Adeò vt primum in Gracia, eam tantummodò profiterentur Ingenui, eius à ſtudio penitus arcerentur mancipia, & omnium poſtremus quiſquis haberetur, qui illius neſcius, & expers eſſet inuentus. Plurimi idcirco ex nobilioribus afferuntur, qui in ea floruerunt.*

2 *Ex Romanis etiam non defuerunt, qui hanc valdè ſectati ſunt artem, vt Fabius, Pacuuius Turpilius, aliique quamplures. Quarè tempore Valerij Maximi Meſſala, Pictura, Roma in pretio haberi cæpit, tabuliſque externis primus omnium authoritatem fecit Lucius Mummius, quem ſequutus eſt Caius Iulius Caſar; deinde Marcus Agrippa.*

3 *Magnis propterea pramijs in Pictura peritos, tum antiqui, tum moderni certatim proſequuti ſunt: cuius generis praſertim fuerunt Amphictiones, Ardeates, Mahometus II. Turcarum Imperator, nec non Ludouicus Gonzaga Mantua Princeps, atque alij.*

4 *Hiſtorici cum eo comparantur Pictorum genere, qui ex naturali archetypo ad vnguem ducunt imagines. Quarè nihil eſt, quod huiuſmodi tribuatur Pictura, quod, & Hiſtoria libenter non poſſit concedi: vnde Pictura, & rerum Imago dici ſolet Hiſtoria.*

5 *Hiſtoria, mirabiliſque eius vis plurimum commendatur. Quarè omne ſtudium, amor,*

amor, & cultus in eius obſequium, ferè ab omnibus exhibitus fuit; vt de Marco Bruto, Claudio Cæſare, omnibus Romanis Pontificibus, veteribus Danis, Hebræis, D. Clemente, Conſtantino, Carolo II., Maximiliano I. alijſque latè teſtantur Scriptores.

6 *Debent profectò Principes plurimum Hiſtoriæ, quam de manibus ponere vel nunquam, vel rarò debent, cum in ea Virorum Illuſtrium dicta, factaque, commendatione digna, & è contra diſcere liceat. Hoc quidem ordine Tullius omnes indifferenter Magnates, & Claudianus præſertim Imperatorem Honorium inſtituit.*

7 *Inſigniores Hiſtorici, magno pretio, ſtatuis, elogijs, inſcriptionibus, honoribuſque, ſæpiſſimè inueniuntur donati: vt de Herodoto, Polybio, Hieronymo Rhodio, Appiano Alexandrino, Anaſtaſio Bibliothecario, Arriano Nicomedienſe, & Callimaco paſſim reſtantur.*

8 *Carolus Sigonius, Leonardus Arretinus, Paulus Emilius, atque Philippus Cominæus, radijs eruditionis, & eloquentiæ effulſerunt quammaximè: Honores idcircò plurimos, & emolumenta præclara, quoque ſunt aſſequuti.*

9 *Pares in meritis, non inæqualia ſortiti ſunt præmia Polydorus Vergilius, Ioannes Cuſpinianus, Matthæus Palmerius, & Petrus Bembus; qui omnes nomen ſibi fecerunt, & immortalem poſteris reliquerunt famam.*

10 *Marcus Antonius Sabellicus, qui etiam Coccius dicebatur: tantam apud Venetos adeptus eſt gratiam, vt ducentorum aureorum ſalario quotannis dum viueret fuerit cohoneſtatus. Cardinalis demum Baronij illuſtres recenſcre ut honores, quorum non tantum ſpelndore ſed & vitæ ſanctimonia adeò eluxit, vt propriam famam æternitati dicauerit.*

11 *Cùm nulla itaque ſit mortalibus ad proficiendum via ipſa hiſtoria expeditior: bonarum literarum amatores non tantùm, verùm etiam barbari, & inculti homines, Hiſtoriarum Scriptores magnoperè coluerunt; vt de Solimano Turcarum Imperatore, præſertim ſcribunt Authores.*

NObilis profectò Picturæ ars, vtpotè memoriæ vita, temporum teſtis, nuntia
1 virtutis, mortuorum reproductio, famæ, gloriæque immortalitas; cunctas apud nationes quanto in honore ſit, ex eo haberi poteſt, quòd à Magnatibus, Summiſque viris vehementer expetita, & ab ingenuis ſummoperè exculta fuit. Hinc primùm Sicyone inuenta, mox per omnem Græciam tanti fuit ſtudij, vt pueros ingenuos eam, tanquam præcipuam liberalium artium in primis edocerent magiſtri; perpetuo interdicto, ne ad illam mancipia admitterentur, indoctuſque, & omnium poſtremus habebatur quiſquis huius artis neſcius, & expers foret. *Alex. ab Alex. genial. lib. 2. cap. 25.* In ea proindè claruerunt maximè Ariſtides Thebanus, cuius tabulam Attalus ex centum talentis emit: Apelles inſignis tum multis operibus, tum Venere Coa, & Equo, cui viui adhinnierunt: Apollodorus Athenienſis: Bularchus, cuius picturam Candaules Rex pari rependit auro: Creſilochus Apellis diſcipulus: Cratinus: Demophilus: Dionyſiodorus: Diogenes: Echion; Eupompus: Eutimedes, Glautionis Corinthii diſcipulus: Heraclius Macedonius: Heraclides: Iphis: Ludius Elotas: Leon: Leontiſcus: Mirones duo: Metrodorus: Mechophanes Pauſiæ diſcipulus: Nicas Athenienſis: Nicerararchus: Nichomachus: Oenias: Parrhaſius: Pamphilus Apellis, Melanthyque præceptor: Protogenes, cuius tabula ne incenderetur, Demetrius, expugnatam Rhodum non incendit: Serapium: Simonides: Sopylus: Tinomachus, cuius Medeam, & Aiacem Cæſar Dictator emit octingentis talentis: Theodorus Samius, Nicoſthenis diſcipulus: Timantes clarus in Iphigenia, Agamemnoneque: Xeno, Noachis diſcipulus, aliique quamplurimi apud Brusonium *lib. 5. cap. 23. facetiar.*

Nec defuere ex Romanis etiam apud eundem Bruſonium *loc. cit.* viri illuſtres,
2 hanc qui ſectati ſunt artem, videlicet Fabius: Pacuuius Poeta: Turpilius: Aterius Labeo: Q. Pedius: Arelius: Amulius: Cornelius Pinus: Actius Priſcus: Nero: M. Antonius philoſophus: Hadrianus, & Seuerus ea in re peritiſſimi. Quarè (vt teſtatur Plinius *lib. 30. cap. 4. & lib. 4. cap. 37.*) M. Valerius Maximus Meſſala Princeps, tabulam picturæ prælij, quo Cartaginenſes, & Hieronem in Sicilia deuicerat, propoſuit in latere Curiæ Hoſtiliæ anno ab Vrbe condita 490. & ab eo tempore Pictura Romæ in pretio haberi cæpit. Fecit hoc & Lucius Scipio, tabulamque victoriæ ſuæ aſiaticæ in Capitolio poſuit: Idque ægrè tuliſſe fratrem Africanum tradunt, iratum haud immeritò, quoniam filius eius in illo prælio captus fuerat. Non diſſimilem offenſionem, & Æmiliani ſubiit Lucius Hoſtilius Mancinus, qui primus Carthaginem irruperat, ſitum eius, expugnationeſque depictas proponendo in foro, & ipſe aſſiſtens populo ſpectanti, ſingula enarrando: qua comitate proximis comitijs conſulatum adeptus eſt. Habuit, & ſcenæ ludis Claudij Pulchri magnam admiratio-

Digitized by Google

nem picturæ, cum ad tegulatum ſimilitudinem, corui decepti imagine aduolaret. Tabulis autem externis authoritatem Romæ publicè fecit primus omnium Lucius Mummius, cui cognomen Achaici victoria dedit. Nanque cum in præda vendenda Rex Attalus centum talentis, vel VI. M. ſeſtertium emiſſet Ariſtidis tabulam, Liberum Patrem continentem, pretium miratus, ſuſpicatuſque aliquid in ea virtutis, quod ipſe neſciret, reuocauit tabulam Attalo multum querente; & in Cereris delubro poſuit. Præcipuam quoque authoritatem, Romæ publicè tabulis fecit (*lib. 7. cap. 37. & lib. 35. cap. 4.* ſubdit idem Plinius) Caius Iulius Cæſar, qui Medeam, & Aiacem, vt ſuperius innuimus, tabulas octoginta talentis in æde Veneris genetricis dedicauit: Aiace, & Medea ante Veneris ædem dicatis. Poſt eum M. Agrippa, qui tabulas duas Aiacis, & Veneris mercatus fuit à Cyzicenis ſeſtertijs duodecim millia, vir alioqui ruſticitati propior, quàm delicijs.

Magnis propterea præmijs tum antiqui,
3 tum moderni, hos certatim proſequuti ſunt artifices: Nam Polygnoto Thaſio, qui Pæcilen porticum Athenienſibus gratis pinxerat: cum partem eius Mycon mercede pingeret Amphictiones hoſpita gratuita decreuere. *Plin. lib. 35. cap. 9. hiſt. natur.* Ardeates verò (eodem Plinio *lib. 36. cap. 10.* teſte) Templi ſui Pictorem, Ciuitate donarunt, & hac perantiqua inſcriptione.

Dignis digna loca, picturis condecorauit,
Reginæ Iunonis ſupremæ coniugis Templum,
Marcus Ludius Elotas, Attolia oriundus,
Quem nunc, & poſt ſemper ob artem hanc Ardea laudat.

Mahometus præterea II. Turcarum Imperator (vt noſtro propius accedamus æuo) Bellinum Venetum Pictorem, quem Conſtantinopolim, cùm vt ſuam ipſius Imperatoris faciem ad viuam effigiem, tum verò, vt occidentalium hominum habitum depingeret. Venetijs euocarat, largis muneribus ditauit. *Iouius in eius vita.* Et de Andrea Mantinea Patanino maximi nominis tandem ſcribit Bern. Scardeon. *hiſt. Patau. lib. 3.* Quod Innocentij VII. exilem gratitudinem peroſus; Mantuam Roma relicta, vt Principis Ludouici Gonzagæ frueretur patrocinio, fælieiori ſidere reuerſus eſt: à quo liberaliter ſpecioſis ædibus iuxta ipſius Principis regiam, & prædijs locupletatus; ibi deinceps ciuitate donatus: cum tota familia diù vixit. Quocirca poſtea ab aliquibus falsò eſt Mantuanus dictus.

His autem rudi Minerua à prora, &
4 puppi de arte pingendi iam expeditis honoribus, neminem latere mihi benè ſuadeo, Hiſtoricos cum eo Pictorum genere comparari, qui etſi in cætero artificio minus præſtent, tamen in alicuius aſpectu, indiſcreta penè ſimilitudine figurando, atque in ipſa oculorum, ac totius oris ſuauitate propemodùm geminanda mirabiles ſucceſſus habent, operaque conſummant. Quem itaque literis pingunt, & quaſi colorant, veram eius ſpeciem animo capiunt, ſuiſque lineamentis illum referunt, tanquam per ſe illicò cognoſcendum: nec ſtudent naturæ vitia artificio corrigere, externarùmque appoſitione rerum, veluti alienis pigmentis oblitum, ſuopte ingenio conformare. Dignè propterea, quamquam ab indigno, hac illuſtri Picturæ appellatione, aliquando donata eſt & ipſa Hiſtoria. Siquidem Cornelius Agrippa *de vanit. ſcient.* eam deſcribens, ita teſtatus eſt. Hiſtoria eſt
„ rerum geſtarum cum laude, aut vitupe-
„ ratione narratio; quæ magnarum rerum
„ conſilia, actiones exitus, Regumque, &
„ magnorum virorum actus, cum tempo-
„ rum, aut locorum ordine, & deſcriptio-
„ ne, tamquam viua quædam Pictura ante
„ oculos exponit. Quare nihil profectò
Picturæ, initio huius capitis honorificè dedimus; quod Tullius 2. *de orat. ſect.* 12. n. 36. ad amuſſim Hiſtoriæ non retribue-
„ rit. Hiſtoria (inquit) teſtis eſt tempo-
„ rum, lux veritatis, vita memoriæ, magi-
„ ſtra vitæ, nuntia vetuſtatis. Ideoque re-
„ rum imaginem haud perperam appellatam eſſe autumant, quod quales, ſcilicet, in authoribus res erant dum gerebantur, tales appareant in ſcriptoribus dum leguntur; nihil vt ab his liberalius augendi, minuendiue ſtudio adiungatur, quod cum illorum facinoribus non adæquetur. Eſt enim hæc Hiſtorico propoſita lex, vt ſi *Platoni in Phædro*, credimus; inde Hiſtoria nomen accepit, quod præteritorum memoriam cæteroqui interituram, ſiſtat apud poſteros. Quod ſi inter narrandum multa de ſuo quis apponeret, non hic accepta poſteritati tranſmitteret, ſed noua propemodum concinnaret.

Hinc eius vis, certè admirabilis eſt, ex
5 qua efficitur (quod *in carmine ad Nicobolum*
„ ait D. Gregorius Nazianzenus) vt vnius
„ hominis mens, ex omnium mentium, &
„ ſeculorum perfectione, in vnum ſapien-
tiæ aceruum coaleſcere videatur. Quid enim diuinius, quàm omnia noſſe, quàm diſiunctiſſimas regiones velociſſimi ſideris more luſtrare? quàm omnium ætatum memoriam, res geſtas, facta, exempla percenſere? quàm Imperiorum ſtatus, or-

tus,

tus, progreſſus; viciſſitudines, decurſus, exitus, vno mentis aſpectu contemplari? Quid illuſtrius, quàm regendi, militandique diſciplinam, clariſſimarum virtutum effigies, in vnam veluti tabulam congeſtas inſpicere, præterita cum præſentibus comparare, alieno damno ſapere, ſalutaria inde præcepta ad omnem vitæ culturam decerpere? Quamobrem omne ſtudium, amor, & cultus in eius obſequium ferè ab omnibus non immeritò exhibitus fuit. Solis nanque Pontificibus Romanis permiſſa erat poteſtas memoriam rerum geſtarum in tabulas conferendi, & hos annales vocabant maximos, quaſi à Pontificibus Maximis tantummodò confectos. *Macrob. lib. 3. ſaturn. cap. 2.* Marcus Brutus in medio ardore ciuilis belli, paulò ante quàm in Pharſalicis campis pugnatum eſt, cùm in caſtris Pompei eſſet, Epitomem ſcriptorum Polybij confecit. *Victorius lib. 21. variar. lect. cap. 1.* Claudius Cæſar, Hiſtoriam in adoleſcentia, hortante Tito Liuio, Sulpitio verò Flauo etiam adiuuante, ſcribere aggreſſus eſt. In Principatu quoque. & ſcripſit plurimum, & aſſiduè recitauit per lectorem. *Sueton. in eius vita.* Dani Veteres, non ſolùm rerum geſtarum à ſe magnificè, titulos, exquiſito contextus genere, veluti poetico quodam opere perſtrinxere; verùm etiam maiorum acta patrii ſermonis carminibus vulgata, linguæ ſuæ, literis, ſaxis, ac rupibus inſculpenda curauere. Quibus, ſeu quibuſdam antiquitatis voluminibus, Saxo Grammaticus *in ſua hiſtoria*, metra metris reddendo, frequenter vtitur. Apud Hebræos quoque, ſummum Hiſtoriarum ſtudium priùs fuerat; cùm non quibuslibet, ſed Pontificibus tantùm, ea cura committeretur, & Prophetis. *Ioſeph. lib. 1. contra Apionem*. Clemens deinde 1. regiones, ſeptem Notarijs diuiſit; qui diligenter res Martyrum geſtas ſcriberent, quod & cæteri peregerunt Pontifices. *Polydor. lib. 4. cap. 11. de rer. inuent. & Platin. in Iulio 1.* Conſtantinus, Conſtantij Pij filius Imperator, Romanorum Principum Hiſtorias, memoriæ literarum commendandas curauit; & per Tatium Cyrillum, è græcis in latinam linguam verti iuſſit. *Auent. lib. 2. ann. Boroum.* Anaſtaſius, Vir vtraque lingua doctiſſimus (quod eius ſcripta ſatis probant) ob inſignem eruditionem, Carolo 11. cuius impulſu Hiſtoriam Eccleſiaſticam ſcripſit, ad ſua tempora, valdè charus fuit. *Volater. lib. 13. antup.* Maximilianus 1. Imperator, primus inter omnes Principes, ſingulorum Genealogias indagauit; miſſis per Italiam, Galliam, & Germaniam nuntijs, qui omnia Cænobia, omnes Bibliothecas, omnia Principum Archiuia diſquirerent, euoluerent, ac perſcrutarentur. Atque ob id Annales ſingularum prouintiarum, qui ſitu, ac ſqualore corrupti, à tineis abſumebantur, eius opera reuixerunt, & in lucem commigrarunt. *Auent. ann. Boiorum lib. 1.* Magnus item Sfortia, totum id otium, quod ex negotio ſupereſſet, impendebat Hiſtorijs: Philippus Vicecomes, eodem ſtudio maximè ſe ſe oblectabat. *Iouius in eorum vitis.* Atque alij ferè innumeri hiſtoricam artem ſummè venerati ſunt apud Authores.

6 Debent profectò plurimum Principes Hiſtoriæ quam de manibus ponere, vel nunquam, vel raró ſolent, quibus imperium datum eſt; cum in ea Virorum Illuſtrium dicta, factaque commendatione digna ediſcere liceat, vt illis, & ad virtutes Principe dignas animus inflammetur, & à vitijs remoueatur, nihilque in iis, ſiue Doctrinæ ad cognitionem, ſiue exercitationis ad prudentiam adipiſcendam deſideretur, qui frequentes in ea fuerint, & aſſidui, nihil autem ab eo ſperare poſſimus, qui multiplici rerum, hiſtoriarumque cognitione, non fuerit inſtructus. Pulchrè ergo Cicero *in orat. ſect. 207. n. 120.* Principem, his inſtituit verbis. „ Cognoſcat etiam „ rerum geſtarum, & memoriæ veteris or- „ dinem, ſed & imperiorum, populorum, „ & Regum illuſtrium. Neſcire autem „ quod antea quàm natus ſis, acciderit, id „ eſt ſemper eſſe puerum. Quid enim eſt „ ætas hominis niſi cùm memoria rerum „ veterum, cum ſuperiorum ætate contexitur? His etiam propterea Claudianus lepidiſſimus Vates, Honorium Imperatorem, ad Hiſtoriarum lectionem, Principe viro maximè dignam, documentis allexit.

Interea muſis animus dum mollior inſtet,
Et quæ mox imitere legas; nec deſinat vnquam.
Tecum Graia loqui, tecum Romana vetuſtas,
Antiquos euolue duces; aſſueſce futuræ
Militiæ, Latium retro te confer in æuum.
Libertas quæſita placet? mirabere Brutum.
Perfidiam damnas? Metij ſatiabere pęnis.
Triſte rigor nimius? Torquati deſpue mores.
Mors impenſa bonum? Decios venerare ruentes.
Vel ſolus quid fortis agat, te ponte ſoluto,
Oppoſitus Cocles, Mutij te flamma docebit.
Quid mora perfringat: Fabius: quid rebus in arctis
Dux gerat, oſtendet Gallorum ſtrage Camillus.
Diſcitur hinc nullos meritis obſidere caſus:

Prorogat æternam ſcriptas tibi Punica famam.
Regule : ſucceſſus ſuperant aduerſa Catonis.
Diſcitur hinc quantùm paupertas ſobria poſſit.
Pauper erat Curius, Reges cum vinceret armis :
Pauper Fabritius Pyrrhi cum ſperneret aurum :
Sordida Serranus flexit dictator aratra.

Inſigniores itaque Hiſtorici, magno
7 pretio, ſtatuis, elogijs, inſcriptionibus, honoribuſque quamplurimis ab ipſis, non ſemel in Codicibus etiam reperiuntur donati. Herodotum nanque ab Athenienſibus decem talenta ex Anipi rogatione eorum conciuis, dono accepiſſe ferunt. *Plutarch. de Herodot. malig* Polybius ob ſummam eruditionem à Megalopolitanis, ſtatua donatus fuit. *Pauſan. in arcad*. Et Hieronymus Rhodius, familiaris Demetrij Poliorcetis factus eſt; ab eoque Boetiæ in regione Præfectus relictus fuit. *Plutarch. in demet.* Aliorum autem plurium meminit Iacobus Gaddius *de ſcript. non eccleſ.* Ex quibus quoſdam dumtaxat in medium proferam, qui indiſcriminatim mihi occurrere valuerunt; inter quos primo protinùs indubij loco Appianus Alexandrinus, qui floruit Traiani, & Hadriani temporibus. Romæ initio cauſas egit; mox dignus habitus fuit, vt Imperatorum nomine, Prouinciam adminiſtraret. Stylus quidem illi tenuis, ac minimè redundans; ſed Hiſtoriam, quoad eius fieri poteſt, veram texit, & militaris diſciplinæ, ſi quis alius, enarrator eſt: oratione, deiectos militum animos erigere, & ardentiores mitigare, affectuſque exprimere, ac ſi quid aliud incitari dicendo licet, optimè nouit. Quidam etiam Anaſtaſius Bibliothecarius, & Abbas Romanus, ob receptas dignitates, & mirandam doctrinam non obſcurus extitit, qui a Ludouico Imperatore Legatus fuit ad Baſilium Imperatorem Græcum, quam legationem non ſemel tangit ipſe Anaſtaſius: Vir quidem diſertiſſimus, & vtraque lingua doctiſſimus in latinum vertit ſermonem ſeptimam vniuerſalem Synodum, Dionyſij Hierarchiam, multorumque Sanctorum vitas, ſcripſitque Hiſtoriam Eccleſiaſticam vſque ad ſua tempora, rogante Carolo II. cui in primis plurimum charus fuit. Bellarminus præterea *in Catalogo Scriptor. Eccleſiaſt.* addit, ſcripſiſſe etiam latinè Concilium generale octauum, in quo interfuit. Silentio tamen (& ſi iam obſoletus) prætereundus nequaquam eſt Nicomedienſis Artianus Cereris, ac Proſerpinæ, quibus tunc ſacra fuerat ea Vrbs, inſignis Sacerdos. Ob ſingularem enim in ſcribendis Hiſtorijs doctrinam, & eruditionem, noui Xenophontis cognomentum adeptus, & ad varios Romanæ Reipublicæ Magiſtratus, ipſumque Conſulatum tandem euectus fuit. In remotum autem Sarmatiæ Regnum Callimacus Tuſcus profectus, huius regnatori Caſimiro literariam operam offerens, Albertum filium erudiendum ſuſcepit; Quare ad ſummum Regiæ familiaritatis, atque potentiæ locum, euectus, communi Polonorum odio, oneratus, & agitatus euaſit. Quam inuidiam minimè ſuſtinens, ſemiexul in Vilna Sarmatica occultatus, apud veterem amicum deceſſit. Quem egregium Scriptorem, pietatis ergo, Craconiæ in æde Auguſtiſſimæ Triadis, æreo ſepulchro ipſe Albertus curauit honeſtandum. At monumentum ære perennius condiderat ſibi, ac Regi, Callimacus hiſtoriam exactiſſimè condens de Ladislai Sarmatiæ, Pannoniæque Regis rebus geſtis. Ipſum etiam adeo laudat Iouius, iudex alioqui ſeuerus, vt omnibus poſt Cornelium Tacitum, hiſtoricis huius generis præponat.

Radijs eruditionis, ac eloquentiæ, qua
8 inter æquales excelluit, habitus æuo ſuo, facilè princeps illorum, qui abditos Annales, & monumenta priſcorum ſolerter indagantes, eruebant caliginoſæ antiquitatis arcana, auitam familiæ nobilitatem Carolus Sigonius Mutinenſis, plurimum (ni fallor) illuſtrauit. Nam iunior, Ampliſſimi Cardinalis Marini Grimani ſplendidam hoſpitalitatem diù expertus; patriam ſuorum precibus reuocatus, obtinuit locum extincti Portij Cretenſis, græcarum literarum profeſſoris. Deinde à Venetorum Senatu ſapientiſſimo, vt Venetam iuuentutem eloquentiæ informaret ſtudijs, inuitatus eſt, conditionibus honorificentiſſimis. Verum, vt eius literatura magis haberet aptum theatrum, ab eiſdem Senatoribus, Patauino in Atheneo, quod complures Itali, ac exteri proceres Sapientiæ candidati frequentabant, illi conceſſa eſt: vbi varijs cumulatus honoribus, famam longius propagauit ſuam oppugnatus ab æmulo Robortello. Inter Hiſtoricos autem illius ætatis grauitate conceptionum, & ſententiarum; nitore eloquij tunc maximo, & ſingulari excelluit (omni ſubmoto dubio) Leonardus Arretinus, familia Brunus, clarus eloquio, doctrina, ac literatura multiplici, qui prius Innocentij VII. Breuium Magiſter extitit, deindè Florentinorum Scriba: qua, & in Ciuitate anno 1443. honorificè obijt, annos natus 74. Publicis autem exequijs co-

ho-

Digitized by Google

honeſtatus fuit, libro Hiſtoriæ, iuſſu Reipublicæ ſupra pectus poſito,& corona laurea capiti à Manetto ſuperaddita,qui etiam funebrem orationem habuit. Quare nobile in almo Sanctæ Crucis templo, hoc adhuc legitur Epitaphium.

Poſtquam Leonardus è vita migrauit,
Hiſtoria luget: Eloquentia muta eſt.
Ferturque Muſas tum Græcas, tum
Latinas, lachrymas tenere non potuiſſe.

Inter celebres elapſi æui hiſtoricos, à Iacobo Gaddio, *loco ſuperius citato* Paulus Emilius, patria Veronenſis, meritò numeratur. Hic enim Galliæ tranſalpinæ,in qua nutritus fuerat, & à Ludouico XII. Rege,non ignobili Sacerdotio exornatus, Hiſtoriam à primis illius Regibus exorſus, contexuit laconica breuitate; verum in ſacri belli enarratione, quod excellenti, & admiranda Gothifridi Bolionis virtute confectum eſt, aliquando luculentius ita ſeſe diffudit, vt medium iter tenuerit, immortali cum laude, quas affert Lipſius à Poſſeuino relatus. Primæ præterea iuuentutis annis fideliter inſeruierat Philippus Cominæus cubiculo Caroli Burgundiæ Ducis celeberrimi, vnde poſtea arcanis laceſſitus iniurijs, in aulam Ludouici XI. Regis tranſmigrauerat: huius orator ferè omnes Europæ Principes, atque Reſpublicas adijt ſupra Magiſtratus Lutetiæ geſtos innocenter. Duplici quippè nomine in ſuis hiſtorijs iſte promeretur commendationem,quòd pietatem, Deique timorem inſtillet Regum, Principumque virorum auribus æque, ac prudentiam verè politicam; hinc audaci, ſed non temeraria prorſus, aut vana comparatione, Polybio æquatur, ac Tacito, licet ab hoc longè diuerſus procedat. Quare à regia liberalitate, Argentonii oppidi dominatu prudenter ornatus fuit. Vtinam ergo omnes Reges, & Reguli, horumque miniſtri,vel Conſiliarij ſectarentur aurum Argentonii, contempto laruatorum Politicorum auricalco. Demum, tantæ prudentiæ vir, Pariſijs erexit ſibi ſtatuam in ſacello Auguſtinianorum, quod condiderat, ſepulchri, ſcilicet, non immemor, ac mortis: quæ vitam potiorem (vt piè credi poteſt) illi aperuit.

Centum, & amplius, ab hinc elapſis
9 annis, diffuſo per Italiam, externaſque Prouintias nomine, latè floruit Polydorus Vergilius: Siquidem Vrbini, quæ Vrbs erat æuo illo celebrium literatorum hoſpitatrix, & alumna, Ducibus ſuis Mæcenatibus inclytis natus, optimiſque literis excultus; Prouerbia publicauit excepta, demùm ab Eraſmo, & erudititiſſimè amplificata. In Angliam verò profectus, ab Henrico Rege fortunis adauctus, Flamenque Londini creatus, Britannicam condidit, ediditque Hiſtoriam. Varijs, Ioannes Cuſpinianus, publicatis operibus, Patriam, Viennam ſcilicet, Auſtriæ Vrbem primariam, ſedemque Cæſaris occidentalis ſummoperè illuſtrauit, quorum fama latè diffunditur, & præſertim volumine illo de Cæſaribus, & Imperatoribus Romanis. Quandoquidem ob egregias animi dotes, Conſiliarius, & Legatus Maximiliani I. Imperatoris, Iuriſconſultus, Medicus, Poeta, & Hiſtoricus præcellens extitit. Sed primis Friderici III. temporibus,claruit Matthæus Palmerius Florentinus, vir longè doctiſſimus, ac eorum vnus,quorum nomen reperitur inter illos, ad quos ſuas ſcribit epiſtolas Iacobus Piccolomineus Cardinalis Papienſis: Interfuit Concilio Florentino, quod Ferrariæ inchoatum eſt anno 1438. & Florentiæ terminatum anno ſequenti. A ſua Republica menſe Iulij 1466. Legatus fuit ad Summum Pontificem Paulùm II. ad Senenſes, & 23. die Septembris, ad Bononienſes. Quare omnium ſententia, inter præclaros viros honoribus affectos, reponi meruit. Inter literaria Veneti Cæli Sidera facilè princeps Petrus Bembus, Hiſtoriam Venetam, cum Patriæ, tum argumenti amplitudine, præ cæteris lucubrationibus ſpectabilem, in duodecim digeſtam libros fæliciter elaborauerat;dum ſapientiæ ſplēdore latè diffuſo, ita præfulſit, vt inter purpuratos Sanctæ Romanæ Eccleſiæ meritò receptus ſit. At inuida Virtuti Mors, nimis importuno funere, literariæ Reipublicæ eum abſtulit fælicitati,qui nobilium ingeniorum æſtimator, ac patronus, tot meruit præconia, quot viuus pariter, & extinctus à literatis obtinuit.

Conuixerat Bembo Marcus Antonius Sabellicus,qui Coccius in ſepulchrali mo-
10 numento etiam nominatur. Huic,ſuum de ſcribendę Hiſtorię pręceptis Commentarium Hermolaus Barbarus dedicauit. A Iouio quidem Fabri Ferrarij filius; ab alijs autem natus dicitur è nobili Cocciorum familia. Æquicolas, ortu ſuo nobilitaſſe ait Leander *in Italia ſua*. Pomponij Læti, & Domitij Veronenſis fuit diſcipulus, bonarumque literarum apud Venetos celebris profeſſor. Maximè celebratur Hiſtoria Enneadum XI. ab orbe condito vſque ad annum 1504.poſt quem annum, triennio ſuperfluit, teſte eodem Leandro. Item compoſuit exemplorum libros decem. Ad hæc, de ſitu Venetiarum fecit libros tres; deque Venetis Magiſtratibus librum vnum: propter quæ à Venetis ei ſalarium diù præbitum publicè

cè fuit ducentorum annuum aureorum. Cardinalis Bembus in epiſtola 1. ad ipſum ſcripta, vocat doctiſſimum, eloquentiſſimum, optimè de Republica meritum. Multus quidem Sabellicus fuit in rebus Venetis: inde ipſe vbi deſierat, res Venetas tamen ordiendi ex Senatus conſulto, cura demandata fuit Andreæ Naugerio, vt ſcribit idem Leander, *in Venetiarum deſcript.* Sed eo in legatione gallica, vita functo; decem Virorum Venetorum poſtulato, præſtitit hoc Petrus Bembus, Obijt autem Sabellicus xiv. kalend. Maias anni 1506. Funebri verò oratione proſequutus eſt eum Baptiſta Egnatius. *Voſſius de hiſtor. lat. lib. 3. cap. 12. ſub init.* At prætereundus denique nequaquam eſt, ſacrorum Hiſtoricorum ætatis noſtræ, re, nomineque Cæſar, & Corypheus Eminentiſſimus Baronius, qui licèt adoleſcentulus, morum candore expolitus; gemina incenſus face, Religionis ſcilicet, & Scientiæ Romam venit; vbi Sanctum Philippum Neeium, Congregationis Oratorij authorem, ſpiritualis vitę Magiſtrum cùm elegiſſet, tantùm profecit, vt eo tempore, eiuſdem Congregationis Præpoſitus Generalis renuntiatus ſit, quo Sanctus Pręceptor, eo munere vltrò ſe abdicauit. Cæterùm, mirum Eccleſiaſticorum Annalium opus, ſacræ eruditionis, & præſtantium diſputationum plenum, ipſum ſatis diffusè celebrat, quod tamen tanta humilitate, & ſui deiectione compleuit, vt vix eiuſdem operis pro magis roboranda fide, à Clemente VIII. ad Apoſtolici Protonotarij munus ſuſcipiendum adduci potuerit, Cardinalitiæ dignitati prætereà oblatæ, precibus, obluctationibus; lachrymis, publicisque quærelis quamuis occurrerit, & obſtiterit, ad ipſam tamen Summus idem Pontifex, recipiendam, propoſito anathematis fulmine, denique eum compulit. Poſt Clementis autem VIII. fælicem migrationem, in Comitijs exindè habitis, infractum animi robur, præ ſe maximè tulit: tunc enim amicis Cardinalibus, à quibus, ad ſupremum Pontificiæ dignitatis expetebatur culmen, pro viribus reſtitit: & Paulo V. in locum Leonis XI. ſuffecto; tomo Annalium XII. Deo gratias agit, quòd ſe à Romani Pontificatus ſolio, quaſi ab imminenti tempeſtate, ſaluum eduxerit. Demùm, ex humanis anguſtijs abiturus; Sacramentis Eccleſiaſticis deuotè ſe muniuit, & cum integris ſenſibus, placidiſſimoque vultu, anno ætatis 69. mortem aſpexit. Corpus, cardinalitio funere, totiuſque Vrbis moeſtitia, in Templum Vallicellanum vbi tumulum habuit delatum: quamplurimi, antequam cupreſſeæ, & plumbeæ ſepulchrali arcæ inferretur, precatios globulos illi admouerunt. Sed & Magnus Henricus Chriſtianiſſimus Rex, tanti Viri obitu cognito, regia magnificentia exequias Paryſijs celebrari iuſſit, ijſque interfuit. Romæ item, & Neapoli, funebribus laudationibus, Vir iſte, animo, doctrina, & pietate magnus, etiam celebratus fuit. *Ciac. de vit. Cardin. & Pontif.*

Cùm ergo (ſcribente Polybio *hiſt. lib. 1. cap. 1.*) nulla ſit mortalibus ad proficiendum
1 dum via expeditior, rerum ante actarum Scientia: Non defuerunt innumeri idcircò alij, qui (vt verbis Caſauboni ad Henricum IV. in Polybium à ſe translatum, vtar) Hiſtoricos, tanquam Diuinæ Prouidentiæ in terris miniſtros, mirificè coluerunt, & extulerunt. Quarè liceat, & mihi huius capitis pro coronide indubitanter aſtruere: Bonarum artium amatores non tantùm; verùm etiam ipſos Barbaros, & incultos homines, eorum ſtudijs maximè fuiſſe oblectatos; vt de Solimano Turcarum Imperatore, Magni Alexandri, & Cæſaris Dictatoris geſta, ſine intermiſſione lectitante, præſertim teſtatus eſt Iouius in eius vita.

CAPVT XXII.

Cùm ſtudia Humanitatis, humani generis præcipua ſint ornamenta: Grammatici humaniſtæ, meritò potioribus præmijs, & gratijs, vndique ſunt cohoneſtati.

SVMMARIVM.

1 *Ab honoribus, & priuilegijs arcendi omninò ſunt illi nullius artis homines, qui inhumanitatem potiùs, quàm humanitatem ſuis inducunt auditoribus: cùm Grammatiſtæ, Ludique Magiſtri, licet Didaſcalorum computentur in numero, extra Academias tamen, & Vniuerſitates iure reputentur. Cuius rei, Satyræ ad inſtar, lepidè aſſignatur cauſa.*

2 *Humanitatis perpulchra, & breuis definitio, quæ idcircò ſic dicitur, quia ex cunctis animantibus, vni homini data eſt. Cuius facultatis; Romæ antiquitùs ſuperuiginti celebres extiterunt Scholæ, Dignitas, autem, atque maieſtas, qua ſubinde Romani Principes eam prouidè tuebantur, varijs ex hiſtorijs comperiri, & cognoſci poteſt.*

Quan-

3 *Quanta verò puritate, atque religione latinitas ab ipſis tractata ſit, ex eo colligi poteſt, quòd cùm Tiberius Cæſar in quodam edicto perperàm latinè loquutus ſit, quamuis ab Adulatore ſit cohoneſtatus, ei tamen magis arriſit contraria, ſed tutior ſententia, & ſi nimia licentia, ſe præſente ſit prolata.*

4 *Quocirca poſtmodùm non defuere celebriores viri, qui ſe Grammaticos nuncupari pro ſummo habuerunt ornamento, & gloria. Nouerant enim quantùm decoris, vtilitatis, honoriſque, ſemper cùm apud priſcos, tùm recentiores, Grammaticis attulerit hoc percelebrè nomen, vt varijs oſtenditur exemplis.*

5 *Communiter Romæ, Grammaticis tantus honor fuit, vt Luctarius ducentis millibus nummis emptus, & breui manumiſſus ſit. Lucius Apuleius, ab Ericio Caluino, quadringentis annuis conductus: Et Suetonius Tranquillus Hadriano valdè charus, & ab epiſtolis Magiſter ſit conſtitutus.*

6 *Ablabium, Conſtantinus Magnus ad honores ſublimauit altiſſimos. Eugenius ad Imperium euectus eſt Orientis. Villegiſum, Imperij cum Othone III. Otho II. Imperator, participem fecit. Et Domitius Caldericus Veronenſis, in Principum, & Magnatum maximam dignationem venit.*

7 *Ferdinandus Nonius Pintianus, Illuſtri Guſmanorum gente ortundus, Ferdinandi Regis beneficio, in equeſtrem Ordinem Sancti Iacobi cooptatus eſt: A Franciſco autem Ximenio Cardinali cum honorificentia euocatus, munera, & munia non vulgaria recepit, inſigneſque diſcipulos edidit.*

8 *Ad Epiſcopatus prætereà euecti ſunt Sylueſter Giraldus Cambrenſis: Thomas Nouomercatus: & Ioannes Viteſius. Ille ad Meneuenſem, alter ad Carleolenſem, tertius ad Varadienſem.*

9 *Ioannes Antonius, dictus Campanus, Crotoniatem Epiſcopatum à Pio II. recepit: à Paulo II. copioſus effectus eſt: & à Xiſto IV. Tudertino Præſidatu, mox Fulginate Præfectura, & tandem Tifernatium regimine honeſtatus eſt. Gualtero verò Anglico, Gulielmus iunior Siciliæ Rex, Panormitanum Archiepiſcopatum: Et Ioannes Zanica Ioanni Mirra Acherontinæ, & Materanæ Eccleſiæ regimen, impetrarunt.*

10 *Gerardus Blanchus à Nicolao III. Ioannes Vera ab Alexandro VI. Antonius de Prato à Clemente VII. ob egregias animi dotes, Humanitatiſque ſummam peritiam, purpura cohoneſtati ſunt.*

11 *Gulielmus item Sirletus: Didacus Guſmanus: Rupertus Pulleius: Facius Sanctorius: Matthæus Lango: Hieronymus Aleander: Franciſcus Syluius Bouadilla: Ioannes Guiſius: Scipio Rabiba: Antonius Crechius, atque alij, hanc quoque fortunam aſſequuti ſunt.*

12 *Ad Summi tandem Pontificatus apicem ex Grammaticis inſuper aſcenderunt, Thomas Sarzanus, Nicolaus V. nuncupatus: Rodericus Lenzolius, ideſt Alexander VI. Hadrianus Florentius Belga, dictus Hadrianus VI. atque alij quamplures remiſſiùs: cùm omnibus ſit honor Humanitas, hoc eſt, Eruditio, Mortalibus.*

CVm ex ſuperiùs aſſertis *lib. 2. cap. 20. num. 5. & 6.* Grammatiſtæ, Ludique
1 Magiſtri (& ſi aliàs Didaſcalorum à cætu minimè ſint abijciendi) extra Academias, & Vniuerſitates iure reputentur: Quantò magis ab earum priuilegijs, honoribuſque illi nullius æris homines cenſentur arcendi, qui Humanitatem ſe profiteri iactantes, Inhumanitatem potiùs ſibi, ſuiſque inducunt auditoribus. Iſtorum enim complures vix, aut Scoppæ Parthenopæi, aut Sompani Sidicini Grammaticas Epitomes, & Dictionariolum aliquod, cum italicis commentarijs Fabrini ſuper aliquo authore tractare cùm ſciant, illiſque decadem aliquampiam diobolarium puerorum in angiporto inſtruant, ſeù verius deſtruant; Eſopicæ Ranæ in paludis margine, ad bouem ſe comparare conanti, ſimiles; vento diſtenti, parum abeſt quin rumpantur. Nam præ ſe vnis cæteros omnes, etiam latinæ linguæ Principes, eſſe rudes, & agreſtes, buccarum inflatione conſtrepitant palliati, ſericati, benè barbati, cum crepidis, & chirothecis, & teſtudineo gradu, quo pedagogicam oſtentent grauitatem, cumque conſpicillis ad prætexendam oculorum hebetudinem ex immoderata lucubratione contractam, huiuſmodi gloriolam à plebecula captantes, & interdum etiam alios, tali proſpectu, fallentes. Talis farinæ nonnulli aliquantillum in literaturam ingreſſi, nec Ariſtarcho, nec Didymo Alexandrinis, neque ipſo Apollodoro Athenienſi, ſe autumant inferiores, ſi fortè aliquo in codice, aut libello dictio, ſiue litera per incurioſos impreſſores oblita, ſuperaddita, vel tranſpoſita ſit, quæ corrigatur ab ipſis. Quamobrem, non decorem, ſed iniuriam cathedræ inferre per *c. multi diſtinct. 40.* rectè iu-
„ dicantur. Quandoquidem; Nil peiùs ijs
„ (*lib. 1. inſt. cap. 1.* ait Quintilianus) qui
„ paulum aliquid vltrà primas literas pro-
„ greſſi, falſam ſibi ſcientiæ perſuaſionem
„ induerunt: nàm & cedere præcipiendi pe-

riris

Digitized by Google

„ titis indignantur, & veluti iure quodam
„ poteſtatis, quo ferè hoc hominum genus
„ intumeſcit, imperioſi atque interim ſæ-
„ uientes, ſtultitiam ſuam perdocent. Ve-
rùm ſicut olim (ex Gellio *lib.2. noct. attic. cap.6.*) à communi Concilio Aſiæ decre-
tum eſt, vti nomen eius, qui Dianæ Epheſiæ Templum incenderat, ne quis vllo
tempore nominaret; ita innominabiles
iſtos è noſtra deleamus memoria, veræque
Grammaticæ, ſiue Humanitatis, eiuſque
nobilium Sectatorum, tantummodò celebremus Encomia.

Eſt autem huiuſcemodi ars (verba enim
ſunt Athalarici Veſtgothorum Regis
2 apud Caſſiodorum *lib.9. epiſt.21.*) Magi-
„ ſtra verborum, ornatrix humani generis,
„ quæ per exercitationem pulcherrimæ le-
„ ctionis antiquorum, nos cognoſcitur iuua-
„ re conſilijs. Cuius cura, & diſciplina ex
vniuerſis animantibus cùm vni homini
data ſit, Humanitas idcircò rectè eſt appellata. *Gell. noct. attic. lib.13. cap.15.* Atque, vt ſe Illuſtres Grammatici, aliqua
diſtinctione, à triuialibus notarent, Humaniſtarum (vt vulgò dicitur) ſibi nomen ſumpſerunt. Hanc profectò in Gymnaſijs profitebantur antiquitus, cuiuſmodi Scholas, Romæ ſuper viginti celebres
fuiſſe tradit Suetonius. *de Illuſtr. grammat. cap.4.* Dignitas propterea, atque Maieſtas, qua ſubindè Romani Principes eam
tuebantur facultatem, apertiſſimè ex hiſtorijs comperitur, & cognoſci poteſt: Nam
latini ſermonis vſum, Colonijs aliquot,
pro magno munere impertiuerunt, & præcipuè Cumanis anno ab Vrbe condita 173.
id per Legatos rogantibus tributum fuit,
vt publicè latinè loqui liceret. Magiſtratus quoque inter cætera obtinendæ grauitatis indicia, illud magna cum perſeuerantia cuſtodiebant, ne Græcis vnquam
niſi latinè reſponſa darent: quin etiam ipſa linguæ volubilitate, qua plurimum valent, excuſſa; per interpretem loqui cogebant, non in Vrbe tantùm, ſed etiam in
Græcia, & Aſia: non quòd græcè neſcirent, ſed vt latinæ vocis honos per Gentes vniuerſas venerabilior diffunderetur,
iuxta pudendo, ac periculoſo neſcire latinè. *Alexand ab Alexand. lib.2 genial. cap.20. Liuius lib.40. Plutarch. in Catone. & Valer. Maxim. lib.2. cap.2.* Octauius autem Auguſtus (vt *in eius vita* ſcribit Suetonius
cap.88.) Legato Conſulari ſucceſſorem
dedit vt rudi, & indocto, cuius manu *Ixi*
pro *Ipſi* ſcriptum animaduertit, tanquam
Orthographiam à Grammaticis inſtitutam, minimè cuſtodiſſet. Claudius item
Cæſar, cùm Lycijs aliquandò reſponderet, & latina lingua interrogaret ſplendidum virum, Græciæque prouintiæ principem, qui tum eiuis erat Romanus, verùm
latini ſermonis ignarum, ideòque non
planè intelligentem quod ipſe dixiſſet;
non modò albo iudicum eraſit, ſed etiam
in peregrinitatem redegit, quaſi Romana dignus non eſſet Ciuitate, qui latinè loqui neſciret. *Xiphil. in eius vita.*
3 Quanta demùm etiam puritate, atque religione latinitas ab ipſis tractata ſit, ex hoc
vno ſaltem colligi poteſt abundè, quòd
cùm in quodam edicto Tiberius Imperator, verbo parùm latino vſus eſſet, idque
poſteà noctù animaduertiſſet; omnes, qui
erant in huiuſmodi verbis diligenter verſati acceſſiuit ad ſe (ſtudebat ſiquidem latinè loqui, & eleganter) Cui Atteius Capito cùm dixiſſet: Tametſi hoc verbo
nemo vſus eſt ante hac, tamen id tua
cauſa recipiemus in poſterum, vt ita futurum ſit latinum. Ad hæc M. Pomponius Marcellus, ità reſpondit: Iam indè mentitur Capito. Etenim hominibus dare potes, ò Cæſar, Ciuitatem Romanam, latina verba non potes. Hunc
tamen Tiberius, quamuis nimia licentia,
ſe præſente, ſic loquendo vſus fuerat, nullo damno affecit; conſiderans id latinæ
ſynceritatis zelo feciſſe *Sueton. de illuſt. grammat. cap.25.*

Quocircà, quid mirum, ſi infinitus
penè antiquorum numerus, apud Petrum Ramum *lib.1. ſcholar. grammat.* hoc
4 nomen Grammatici, ſiue Humaniſtæ, ambitione non modica quæſiuerunt? At
nec illis poſtmodùm defuere ſectatores,
viri eruditiſſimi, qui ſe Grammaticos nuncupari, pro ſummo habuerunt ornamento, & gloria; vt præter cæteros extiterunt
Angelus ille Politianus, Antoniuſque
Nebriſſenſis: Poſterior, ob variam, vberemque doctrinam, in omni Scientiarum
genere quoduis nomen cùm ſibi aſcribere potuiſſet, non ſolùm, bona coæuorum venia, ſed etiam ingenti eum lætitia,
& plauſu; omnia tamen, præter Grammatici, nomina libenter refutauit; Æneam
Syluium æmulatus, qui antequam ad Eccleſiaſticas dignitates fuiſſet aſſumptus,
Grammaticum ſe nominari gaudebat. *Viues lib.2. de art. corrupt.* Nouerant enim
quantùm decoris, vtilitatis, honoriſque
ſemper, cùm apud priſcos, tùm recentiores, Grammaticis attulerit hoc percelebre nomen. Quarè Ariſtarchus Samothrax, qui ſub Ptolemæo Philomatore,
Olympiade 156. famosè claruit, Alexandrina Ciuitate donatus inuenitur. *Gyrald. dialog.7. hiſtor. poet. ex Suida.* Verius Flaccus libertinus, propter inſignem eruditionem, & ſtudium, quod in inſtruenda

Roma-

Romanorum iuuentute adhibebat, Sta-
tuam promeruit, quæ Præneſte in infe-
riori Fori parte, poſita fuit contra Hemi-
cyclum, in quo faſtus à ſe ordinatos, mar-
moreo parieti inciſos publicari curauit.
Suet. de illuſtr. grammat. cap. 16. Orbilio Pu-
pillo Beneuentano inſigni Grammatico,
Statua etiam Romæ eſt erecta, quæ oſten-
ditur in Capitolio ad ſiniſtrum latus mar-
moreo habitu ſedentis, ac palliati, appoſi-
tis duobus ſcrinijs. *Suet. ibidem cap.* 8. Vnde
5 Romæ communiter Grammaticis tantus
honor fuit, vt conſtet Luctarium Daphni-
dem Grammaticum, ducentis millibus nu-
mum, à Quincto Catulo (alij Marco Scau-
ro, habenti) emptum, ac breui manumiſ-
ſum. Item Lucium Apuleium, ab Ericio
Caluino Equite Romano prædiuite, qua-
dringentis annuis conductũ, multos edo-
cuiſſe. *Suet. ibidem cap.* 4. Et ipſe Caius Sne-
tonius Tranquillus (cuius ſępè ſępius me-
minimus) circa initium Veſpaſianici Im-
perij patritia ſtirpè natus: Imperatori Ha-
driano, propter morum ciuilium elegan-
tiam, ſtudiaque minime vulgaria chariſſi-
mus fuit: Compoſuit enim, de Regibus
lib. 3. *de illuſt. gramm. & rhetor.* 2. De genere
veſtium 1. *Cæſarum* 12. *vitas, à C. Iulio*, ad
Domitianum, ſcilicet, & alia. Quapropter
epiſtolarum imperialium Magiſter conſti-
tutus eſt, vixitque ad Antonini Veri tem-
pora, circa annum Domini 140. *Sabell. &
Beroald. in eius vita.*

De Ablabio præterea legitur, quòd à
Conſtãtino Magno, Conſtantio Filio ma-
6 giſter aſſignatus; propter hoc, & integerri-
mam viuendi rationem, ad honores ſubli-
matus eſt ampliſſimos. Primùm ſiquidem,
eum Conſtantinus Prætorio, Præfectum
creauit, deindè teſtamẽto legauit, vt poſt-
quam ad paternum iure ſucceſſionis, Impe-
rium cum Conſtante, & Conſtantino fra-
tribus Conſtantius perueniſſet, æquo iure
cum Ablabio imperaret. *Eunapius in Ædeſio.*
Dimiſſa verò ſchola Eugenius, latinarum
literarum nobilis Doctor, in aulam Valen-
tiniani Iunioris ſe ſe protinùs inſinuauit,
vbi in ordinem Antigraphiariorum, & im-
perialis pecuniæ Cuſtodum receptus eſt;
deindè Magiſtrorum etiam dignitatẽ con-
ſequutus: poſtremò opera Arbogaſtis,
qui copiarum omnium adminiſtrationem
habebat, Valentiniano nece illata; ſum-
mam rerum inuolat Eugenius, & im-
perialia ſibi ſumit inſignia in partibus oc-
cidentis; nam orientalia ſibi retinuit Arbo-
gaſtes. *Caſſiod. hiſtor. tripart. lib. 9. cap* 45. Cùm
pariter Villegiſus (quem Hermannum vo-
carunt alij) apud Othonem II. virtute, &
prudentia, maximè excelluiſſet, ad Diaco-
ni officium in Aula primò euectus eſt, vbi
in ſerijs de Regno adminiſtrando adhibe-
batur conſultationibus: Cui etiam Im-
perator filium Othonem III. erudiendum
tradidit. Tandem, Maguntinæ Sedi da-
tus eſt Epiſcopus anno 976. Poſt Othonis
autem II. obitum, cùm pręfatus filius eiuſ-
dem, ratione ætatis, ad Imperij molem
minus aptus eſſet, eius curam, & admi-
niſtrationem ſuſtinere cogitur, interim-
que per annos ſexdecim, Romanum pru-
denter rexit Imperium. Sed illud ſummę
modeſtiæ de Villegiſo, ſilentio prætereun-
dum nequaquam eſt: quòd, patre rhe-
dario genitus, & ad Epiſcopalem Digni-
tatem, Imperijque regimen eleuatus, in
oratorij ſui parietibus, Rotas depingen-
das mandauit, cum hac inſcriptione:

Villegiſe, prioris tuæ fortunæ memor,
Qui nunc ſis conſidera.

Nemine autem aditus in conclaue illud
patebat: vndè immenſum ibi theſaurum
reconditum teneri, ſuſpicati ſunt plurimi.
Intromiſſus denique aliquandò Henricus
Claudus Imperator; nihil præter Rotas, &
literas pictas vidit: idque in vulgus poſteà
ſparſit, ac vt Pontifices Maguntini, prio-
ribus inſignibus duas rotas adijciant, ſan-
xit. *Nauclerus. Hermannus Gigas, & Bruſ-
chius de Epiſcopatibus.* Domitius item Cal-
dericus Veronenſis, vir acri ingenio, cùm
primus ſua ætate Poetas grauiſſimos enar-
rare cæpiſſet, in Principum, & Magnatum
maximam dignationem venit, ac ditiſſi-
mus effectus eſt. *Volat. lib.* 21. *antrop.*

Iouiano Peloponnenſi, Philippoque Be-
roaldo ſummis Doctoribus, Ferdinandus
7 Nonnius Pintianus, illuſtri Guſmanorum
Gente oriundus, diù Bononiæ in huma-
nioribus literis operam dederat. Sed do-
mum à ſtudiorum peregrinatione tandem
reductus, Ferdinandi Regis beneficio, pro-
pter patris meritum, ſuæque ipſius ſpem
virtutis, quam eruditio augebat, facilè in
equeſtrem ordinem Sancti Iacobi coapta-
ptus eſt. Ob ſtudiorum famam, à Fran-
ciſco Ximenio Cardinali, & Archiepiſco-
po Toletano, cum honorificentia primùm
euocatus, in Biblijs illis quatuor lingua-
rum, eiuſdem auſpicijs editis laborauit.
Mox Demetrio Lucæ Cretenſi ſucceſſit in
Græcarum literarum profeſſione, Salman-
ticam inde profectus eſt, non erubeſcens
ibi græcæ linguę cathedram ambire, quam
competitoribus non difficulter diſcipulo-
rum ſuffragio, ſuperatis, obtinuit: Inque,
demandato ſibi ab Academia munere na-
turalem Plinij hiſtoriam publicè interpre-
tandi; magna ſui concitata opinione, ſtre-
nuè ſe geſſit: propter quod, poſt & Rheto-
ricæ profeſſio acceſſit. Scholas autem ita
partitus eſt, vt antemeridianis horis, græ-
cam linguam, qua Hiſpania hactenus ca-
ruerat, & maximè tum indigebat: pome-

ridianis profiteretur latinam. Obiectantibus quibuſdam nobilibus, quòd in familiæ tam illuſtris decora peccaret, qui in pristinum literarium ſe abdidiſſet: ſuas eis res habere iuſſit, & fumoſis valere imaginibus; ſe immortalia animo præcipere, & cum Dionyſio Syracuſano inter diſcipulos, tanquam in regno, verſari videri. Horis etiam ſubſecundarijs animum ſcriptioni applicauit, vt non cum præſentibus tantùm, ſed & cum omni loqueretur poſteritate. Pomponium Melam, C. Plinium, Senecamque Philoſophum, nitori priſtino réddere conatus eſt. Hoc ſanè in confeſſo eſt, cum eo græcas literas in Hiſpania natas, quas iam fæliciter propagarat, immenſis partim docendi laboribus, quos per annos viginti libens exantlauit, ſcriptiſque ad immortalitatem comparatis; partim quoque inſtructiſſima Bibliotheca, quam octogenario maior, moriens Salmanticenſi Academiæ legauit. *Biblioth. hiſpan. tom. 3. claſſe 3.* Græcas quoque literas per vniuerſum ferè terrarum orbem longis, laborioſiſque peregrinationibus quæſitas, præſertim ex officina Conſtantini Laſcharis, quem Bizantio reuertens, Meſſanæ tandem offenderat, Vrbanus Valerianus Bolzanius Bellouenſis Minorita, Venetias glorioſè reportauit: Vbi magna audientium frequentia Homerum interpretatus eſt, & Inſtitutiones in græcam edidit linguam, quam ad extremum vitæ diem conſtanter, & præclarè profeſſus eſt cum ingenuis diſciplinis. Ex huius Gymnaſio, duo inter cæteros, optimo ingenio, prodiere diſcipuli, Pierius, ſcilicet, Valerianus nepos, & Ioãnes Mediceus, qui Leo X. fuit. Venetiis hanc lucis vſuram reddens, in Eccleſia Fratrum Minorum, Statua, præclaro cum Epitaphio donatur. *Sanſouin. in Vrban. & Valeria. de literat. infæli. lib. 2.*

Commemoratis hucuſque Profeſſoribus, qui plerumque ad non ſacros hono-
8 res, ac poteſtates elati ſunt, atque peruenerunt; nunc reddendus eſt demum debitus honor, & gloriæ locus etiam Eccleſiaſticis in eorũdem ſtudiorum exercitatione plurimum verſatis. Cuius æris (vt ab aliquo exordium ſumam) extitit profectò Syluester Giraldus Cambrẽſis, ex nobili ſtirpe genus ducens, qui fælicitate ingenij, & in rebus agendis dexteritate maximè valuit: Nam in Anglia humaniores literas, artes ingenuas, & Philoſophiam ita comprehendit, vt nihil horum eſſet, quod alios exactè docere non poſſet. Verùm diſcendi perauidus, totam ferè luſtrauit Europam, vbique excellentiores inuiſens Academias, ſemperque ad theſauros literarios nouam faciens acceſſionem. In patriam rediens, Pariſijs ſubſtitit, ibique ſtudio trienniali Theologiæ curſum confecit, & in Anglorum Collegio ſcholas artium poſt hæc aperuit, bonaſque diſciplinas diù profeſſus eſt. Cùm autem fama virtutis, & eruditionis eius percrebuiſſet, Angliæ Rex Henricus II. eum reuocauit in patriam, in aulam aſciuit, ſibi ab epiſtolis delegit: Ioanni filio natu minimo tutorem, atquè præceptorem aſſignauit: in Hiberniam cum eo poſtmodum miſit, omnia cuius negotia prudentiſſimè, ac fæliciſſimè direxit. Ad extremum Epiſcopatui Meneuenſi præfectus eſt. *Ioannes Piſſeus de ſcript. viris illuſt. Angliæ.* Exacta domi pueritia Thomas Nouomercatus, Cantabrigiam ad ſtudia miſſus eſt, vbi humanitatem, arteſque optimas ſic apprehendit, vt ibidem Magiſter artium crearetur, Denique innocentis vitæ, doctrinæque abundantis ratione dignus habitus eſt, cui Epiſcopalis conferretur dignitas in Eccleſia Carleolenſi. Floruit anno 1410. *Idem Piſſeus ibidem.* Mathias quoque Coruinus Hungariæ Rex circa eadem tempora, Ioannem Viteſium Varadienſem Epiſcopum Magiſtrum ſuum ampliſſimo illo Comitatu perpetuò donauit, quo ipſe, poſterique Pontifices, eo legitimè fruerentur; & demum ad Strigonienſem Epiſcopatum euexit. *Bonfin. lib. 1. dec. 3.*

Puerulus, à parentibus, amico Sacerdoti literis, moribuſque imbuendus, Ioan-
9 nes Antonius dictus Campanus, iam fuerat traditus, à quo Neapolim perductus, apud Carolum quendam ex primoribus adhibitus eſt duobus illius filijs & Doctor, & Ductor. Ea in vrbe tunc Laurentius Valla de latinitate optimè meritus, publicè profitebatur. Hunc, ſtudio ſummo, audiens Campanus, literis elegantioribus die, nocteque per quinquennium eam dedit operam, vt quantò æquales poſt ſe interuallo reliquiſſet, tantùm par Vallæ vix pubes à pleriſque cenſeretur, quem & ipſe præceptor, palmam in diſſertationibus ferre commendabat. Inde Peruſium profectus, tantum acquiſiuit nomen, vt eo legente, reliqua frigerent ſubſellia, cùm omnes legendi maieſtatem, doctrinam, validum latus, vocemque demirarentur, atque ſtuperent; vnde ipſum Ciues libentiſſimè Ciuitate donarunt. Verum Pio II. Peruſiam vrbem adeunti, in tranſitu ad Concilium contra Turcas Mantuæ indictum, in familiarem ſe dedit, qui vehementer eius carminibus, & oratione delectatus eſt: Ex quo factum eſt, vt vacantem in Calabria Crotoniatem Epiſcopatum Pius Campano proſpexerit, & poſt hunc Interamnenſem, tanquam vberioris fru-

fructus, & magis honoratæ ſedis. A Paulo II. copioſus effectus eſt. A Sixto IV. qui in Peruſino Gymnaſio ipſum præceptorem habuerat; Tuderrino Præſidatu,mox Fulginate Præfectura, & tandem Tifernatium regimine, honeſtatus eſt. *Girald dial. priori*. Ob morum candorem, & in omni humanitate cognitionem Gualterus natione, & cognomine Anglicus, Henrico II.Regi factus eſt à ſacello; Eo in officio,cũ ſpectata Viri virtus magis, ac magis cunctis innoteſceret: Rex, qui filiam ſuam Ioannam, Gulielmo iuniori Siciliæ Regi nuptum dare deliberauerat: eum illuc præmiſit, quò futuri Generi animum adhuc tenellum, liberalibus artibus, politicis moribus, & omni, quæ prolem decet regiam, meliori diſciplina excoleret.Gualterus ſolerter munus peregit iniunctum; ſcripſitque in Diſcipuli gratiam pro latinę linguæ exercitijs librum vnum. Porrò, ad animi grati teſtificationem ergà tam eximium Doctorem, Rex, & totius Siciliæ Primatem fecit,& Panormitanum Archiepiſcopatum adiecit. *Fazell. lib.7. dec. poſter. cap.4. & 5. & Pitſeus, vt ſupra*. Cùm Ioannes Zunica Mirandæ Comes, Neapolitani Regni gubernacula ſuſcepiſſet; Ioannes Mirra ex Hiſpania ab ipſo adductus eſt (erat enim ipſius Proregis liberorum pręceptor in literis) quibus optimè inſtitutis, tanto beneficio pater non ingratus, facta de ipſo ad Philippum Regem honorifica, & fideli relatione, Archiepiſcopatus Eccleſiæ Acherontinæ, & Materanæ(vt aiũt) ſchedulam impetrauit. *Petrus Angelus Spera de nobil. profeſſ. gram. lib. 3.*

At, innumeris harum dignitatum peni-
10 tùs miſſis Grammaticis, purpuram quoque ex eorum, qui adepti ſunt numero (vt ſuſcepti operis aliquando attingamus meram) iam recenſendi videntur. Inter quos, quidam profectò extitit Gerardus Blanchus, cuius ſolertiam animaduertens is, cui literarum ad capienda rudimenta commiſſus fuerat, Parmam emandauit; quam in vrbe permanſit, donec in humanitate tantum habuit progreſſum, quantum ad alios ſatis eſſet inſtituendos, quemadmodum apud nobilem quendam priuatim effecit: nam illius docuit liberos, vſque eo, dum linguam latinam callentes,ad Ius ciuile, & Pontificium audiendum idonei eſſent. Quorum pater, Gerardi in adoleſcentulos beneuolentia,doctrina,& optima conſuetudine benè contentus; Pedagogum illum etiam in legibus audiendis retinuit, in quibus tum ipſe, tum diſcipuli mirum proceſſerunt in modum.Succedente verò tempore, Romam pro quarundam cauſarum defenſione perductus, illaſque ſtrenuitate maxima gerens, à Nicolao III. Pontifice Maximo cognitus, in eadem creatione cum Ruperto Bilibri, Presbyter Cardinalis titulo Sanctorum duodecim Apoſtolorum eſt factus. *Ciacon. ann. 1278*. Tantæ quidem nobilitatis, & modeſtiæ cum literarum peritia extitit Ioannes Vera Hiſpanus, ex Valentini agri oppido Arcilia, vt Alexander VI. Cæſarem Borgiam huic vni commiſerit erudiendum: Vndè virtutis præmium habuit Epiſcopatum Leodienſem, deindè Apoſtolicæ Sedis ad Gallos legationem à latere, & poſt Marchiæ Anchonitanæ, tum Salernitanum Archiepiſcopatum, poſtremò anno 1500. 4.Kalen. Octob. in nona creatione, Cardinalatum tit. Sanctæ Balbinæ. *Ciacon*. Primis rudimentis Grammaticæ, Antonius de Prato Gallus prouidè captis, ad latinarum literarum apprehenſionem animum cupidè intendens, vtriuſque, inopia oppreſſus, progredi non valens abſque alterius adiutorio; cuiuſdam diuitis filios ad Gymnaſium humanitatis deducere incæpit, in quo & ipſe ſtudioſus addiſcebat, & in eo ſe exercuit vſque quoad alios docere poſſe cognouit. Illinc Papiam aduenit, vbi apud nobiles quoſdam domi pręceptor in Grammatica, & in publico diſcipulus fuit Iuris ciuilis. Temporis interuallo amicorum opera, ſed magis fortunæ beneficio reuerſus in Galliam; in cathedra lecturam, in comitijs quibuſdam eius Regni locum obtinuit. Qua de re, in aulam Regis Franciſci I. adirum ſibi patefecit,cuius poſteà fauore Magnus Cancellarius, Archiepiſcopus Sanonenſis, deindè à Clemente VII.Cardinalis, titulo Sanctæ Anaſtaſiæ creatus eſt, & Galliarum trans alpes de latere Legatus. *Hieron. Garimbertus in vit. Pontif. & Cardin. lib. 4. cap. 4.*

De eminentia Gulielmi Sirleti Calabri ſcribunt *Barr.hiſt.Calab.lib.3.& Ciacon* quòd cùm in patria parùm fructuosè profeſſionem ſibi ſuccedere videret, Neapolim ve-
11 nit,vbi priuatim ſtudia literarum exercuit apud Equites Piſcicellos. Hinc Romam retendit, ibique inter Marcelli Ceruini Cardinalis familiares adſcriptus eſt. Poſt hæc Paulus IV. ipſum adeò gratum, acceptumque habuit, vt ſub eius diſciplina Alphonſum, Antonium, & Carolum nepotes humanioribus literis latinis, & lingua græca tradiderit informandos. Sed cùm ad huius lucis finem Pontifex peruenisſet, & contra eius nepotes, & conſanguineos tempeſtas perſequutionis eſſet oborta; timens Sirletus,ne ipſe, vt illorum familiaris caperetur; inter Paulinos ad Diui Andreæ de Valle delituit, ſecretò in-

Digitized by Google

terim eorum nouitios aliquot politiorem literaturam docens cum græca, & hebraica lingua, ex quibus præcipui fuere diſcipuli, Ioannes Baptiſta Viualdus, Gregorius Florellus, & Antonius Agellius.Illûc aliquandò cùm ex improuiſo Pius IV. Pauli ſucceſſor veniſſet, caſu Gulielmus detectus, ad Pontificis pedes lachrymabundus, tremenſque procubuit miſericordiam implorans, à quo velut innocens, & ab iis, quæ Carafis obijciebantur, alienus omninò: benignè ſuſceptus eſt, adiuuante maximè Carolo Cardinali Borromæo, & intercedente. Igitur Pij gratia dignus, poſt Protonotarius Apoſtolicus: indè Sacro Cardinalium inſtanteCollegio, & rogante, in Purpuratorum Patrum numerum coaptatus eſt, titulo Sancti Laurentij in pane, & perna. Cùm adhuc extaret Hiſpalenſis Archiepiſcopus Didacus Guſmanus, iam Philippi III. Hiſpaniarum Regis primarius Capellanus,ſimul & eleemoſynarius diſpenſator, & Sereniſſimæ Infantis Mariæ eius filiæ præceptor; ab Vrbano VIII. in Sacrum Senatum allectus deinde idibus Iulii 1630. in Conſiſtorio Cardinalis renuntiatus fuit. Hanc quoque fortunam amplius ſortiti ſunt. Rupertus Pulleius; Facius Sanctorius; Mattheus, cui Longo cognomen fuit; Hieronymus Aleander; Franciſcus Sylulus Bouadilla; Ioannes Guiſius; Scipio Rabiba; Antonius Crecchius; aliique non pauci, apud *Speram de nobilit. profeſſor. gramm.*

Cæterum, vt ſublimiores, amplioreſque Humaniſtarum adhuc in medium
12 adducamus dignitates: valdè notandus eſt Thomas Sarzanus, qui nullo maiorum ſplendore commendatus, nulliſque fortunæ opibus nixus, ſed ſuis ipſe duntaxat meritis, Deoque præſertim fauente, ad celſiſſimum Chriſti Vicariatum conſcendit. Nam humanarum literarum ſtudiis deditus,tantum in omni eruditionis genere profecit,vt profitendi munus illi publicè ſit demandatum: in quo multo ingenii, & doctrinæ præconio aliquandiù verſatus, Romam ad amplioris fortunæ initia commigrauit. Illic viri induſtria perſpecta, apud Cardinalem Albergatum, cuius etiam nepotes Bononiæ docuerat benignè,familiariterque ſuſceptus: indè ad Eugenium IV. aditum ſibi fecit, per quem multas, graueſque Reipublicæ partes acceptas ſumma prudentia, integritate, atque doctrina ſuſtinuit, & exequutus eſt. Quamobrem ex priuata conditione ad Epiſcopatum Bononienſem, Cardinalatum, & tandem Summi Pontificatus apicem intra annum elatus eſt 1447. *Gerimbert. lib. 4. cap. 4.* Rodericum Lenzolium, qui poſteà Alexander VI. in Pontificatu nominatus eſt, ex ſorore nepotem, Alphonſus Borgia Hiſpanus generoſa ortus cognatione, ſedulò educauerat, atque ad eius dignitatis gradum mirè præparauerat: ex Hiſpania Neapolim adueniens, Ferdinando I. Alphonſi Regis Filio,datus eſt Magiſter, & poſt hæc à ſecretis. Inde Epiſcopus factus eſt Valentinus, & Preſbyter Cardinalis titulo Sanctorum quatuor Coronatorum. Poſt Innocentium autem VIII. ſuffragiis Cardinalium Romæ exiſtentium in Conclaui, vniuerſæ Eccleſiæ creatus eſt Paſtor. *Coctus in apolog. lib. 3.* Perquirebat demùm tunc temporis Maximilianus Cæſar,Carolo, & Ferdinando Nepotibus elegantiſſimarum literarũ, & morum informatorem, cum Hadriani Florentii Belgæ delectum habuit, repudiatis qui ſe ambitioſè obtulerant,vel amicorum ſtudio producti, ingenium variis artibus oſtentabant. Nec Hadrianus Imperatoris opinionem feſellit, cum nemo ferè ipſo haberetur, ſoliditate doctrinæ celebrior, ſobrietate,& caſtimoniæ laude ornatior, vitæ modeſtia, innocentia, religione præſtantior, quibus exquiſitæ diſciplinæ præceptis,adoleſcentes ad literarum, & virtutum culmen perduxit. Poſt hæc ad Ferdinandum Regem in Hiſpaniam mittitur ampliſſimo cum munere Legationis, vbi in defuncti Dertuſenſis Epiſcopi locum, nequaquam eius honoris appetens, iudicio Regis, omniumque Procerum ſuffectus eſt. Hæreditatem Regnorum Ferdinandi cum adiiſſet Carolus nepos, ipſius Hadriani diſcipulus, ibidem ex legato permanſit Conſiliorum, rerumque omnium particeps, & moderator. A Leone autem X. per famam cognitus, & Maximiliani pleniſſima commendatione per literas laudatus; Cardinalitiæ purpuræ ſplendore, titulo Sanctorum Ioannis, & Pauli illuſtratus eſt; & illuſtrior conſpectus, cum Leone, mortifera febre extincto, præter omnium expectationem 5. Idus Ianuarii, 1521. abſens, ad Chriſti vicem in terris repræſentandam, mirificè eleuatus eſt, Hadrianus VI. nuncupatus. *Ciaccon. in vit. Card.& Pontif.* apud quem Authorem, quiſque alios etiam paſſim reperiet,qui plura id genus non ignorare auet. Pædia equidem (latinè Eruditio) quo nomine apud Gellium, *noct. attic. lib. 13. cap. 15.* perfecta Grammatica gaudet (teſte Menandro *in græcor. poet. fragm.*) Omnibus honor vndique eſt mortalibus. Et hæc de Faſtis Doctorum in ſpecie.

DE

DE IVRE DOCTORATVS LIBER QVARTVS.

Vbi de defectibus, vitijſque malorum Doctorum cum in genere, tùm in ſpecie, reſpectiuè diſquiritur.

IN omni conditione, & gradu (*1.tom epiſt 4. ad Ruſticum num.29.* ſcripſerat Hieronymus) optimis miſta ſunt peſſima. Auro enim ahenum miſcetur, pharmacum veneno conditur, virtutem vitium comitatur. Hinc oritur, vt aurum tanquam aurichalcum, pharmacum tanquam merum toxicum, virtus tanquam animorum virus nonnunquam vituperentur. A qua ſanè lege, nec prætereà immunes ſunt, & ipſæ rerum, naturarumque Reginæ Scientiæ. Nam etſi (teſte Hugone, *de inſtit. nouit.*) Via ad Deum ſit Scientia, diſciplinæ bonitas, & beatitudo: pediſſequas tamen vt plurimum habet, ſuos ſcilicet ſectatores, fraudulentos, mendaces, verſipelles, atque vno verbo, præſtigiatores, quibus eos nominibus afficiunt, qui eorum funditùs, radicitùſque ſcrutantur vitia. Etenim, Plerique „ (*lib. 3. de ſummo bono*, inquit Iſidorus) accepta ſcientia literarum, non ad Dei gloriam, „ ſed ad ſuam laudem vtuntur, dum de ipſa extolluntur; & ibi peccant, vbi peccata emen- „ dare debuerunt. Quamobrem, ſicut ſuperiori libro, probi, fidique Scientiarum Miniſtri, ob exhibitum illis obſequium haud ſegniter manſerunt commendati: infidi ità, & abdicati, hic ex oppoſito habent exprobrari. Contrariorum ſiquidem contraria eſt ratio, & contrarius effectus. *l. fin. ff. de edendo l. qui accuſare ff. de accuſat Euerard. in topic. legal. loco 75. Surd. conſ. 350. num. 22. Celſ. A gel. de contradic. legitimo. q. 3. num. 75. apud Barboſ. de* „ *axiomat. iur. axiom. 58. num. 12.* Proinde: Scio (vt verbis Diui Hieronymi *loc. cit. num. 4.* „ inceptum aſſumptum congruentiùs abſoluam) me offenſurum eſſe quamplurimos, qui „ generalem de vitijs diſputationem in ſuam referunt contumeliam; & dum mihi iraſcun- „ tur, ſuam indicant conſcientiam, multoque peiùs de ſe, quàm de me iudicant. At ſanè, nemo idcircò inficias ibit, hoc benè perpenſum, maximè profuturum: Nam vt pro- „ tinus idem ſubdit; Hieronymus: Prudentis viri eſt, ac prudentium fœminarum, diſſi- „ mulare, imò emendare, quod in ſe intelligunt; & indignati ſibi magis, quàm mihi, nec „ in monitorem maledicta congerere, qui etſi eiſdem teneatur criminibus, certè in eo „ melior eſt, quòd ſua ei mala non placent.

CAPVT I.

In quatuor præcipuas ſuperbiæ, inaniſque gloriæ ſpecies, peruerſi communiter offendere ſolent Doctores: pro quibus certis, ſtatiſq; prorsùs ſe ſubijciunt pœnis.

SVMMARIVM.

1 *Superbia, vitium eſt humanæ naturæ ferè coęuum, cùm à teneris annis omnes poſſideat homines: Paruuli enim non dum valentes loqui gemitibus, & indignatione, plurima videntur reſpuere, quæ à parentibus, maioribuſque, tanquam congruentia, & ſalutaria, illis benignè imperantur.*

2 *Cum generi per ſpeciem regulariter derogari poſſit: huiuſcemodi vitium, non ità omnibus hominibus videtur commune, quia aliquibus reputetur præcipuum. Quare vt ſpeciale quorundam peccatum eſt; non abſolutè ſuperbia, ſed inanis nuncupatur gloria.*

3 *Hac autem inanis gloriæ ventoſitate, maximè laborare ſolent, qui aliqua pollent præ cæteris virtute, & præſertim, qui ſiuè in intellectualibus, ſiuè moralibus, alijs præſtare videntur, vt exemplo cuiuſdam Simonis Angli ſatis oſtenditur. Idcircò in Prælatis, quorum præcipuè ſubditos docere etiam officium eſt; ſufficiens ad ſummum, non excellens ſcientia, cenſetur neceſſaria.*

Qua-

Digitized by Google

4 *Quatuor principales Superbia, ſiuè potiùs vana gloria, enumerantur ſpecies, in quarum primam dicuntur offendere, qui ſcientia bonum, non à Deo, ſed à propria excellentia ſibi arbitrantur conceſſum; quarè, non paganicum, ſed aduentitium bonum appellant; idcircò acriter reprahendi ſolent.*

5 *Qua ſupernaturalia ſunt, & ad fidem ſpectant, ſine ſpeciali diuina illuſtratione, certum eſt ſciri non poſſe, vt exemplo agricola ſerentis, & plantantis, latè Apoſtolus oſtendit. Qua autem naturalia ſunt, & ad fidem non ſpectant, licèt abſque tali ſpeciali illuſtratione, naturaliter attingi poſſint; minimè verò abſque generoli influxu primi intelligentis.*

6 *Scire noſtrum, diuina, & ſuperna vocis de calo data Echo quadam eſt, quam Phyſici ſoni dixerunt reflexionem; ſed Poeta de ea venuſtam fabellam commentati ſunt; cuius affabulatio nobis plurimum arridebit, ſi Protoplaſtorum cum veternoſo Serpente garrulitatem inſpexerimus.*

7 *Cum, quando acceſſorium à ſuo principali inſeparabile eſt, eius ſit acceſſorium, cui tantummodò tribuere eſt principale; quis non ſuperbè affirmare poterit, illius non eſſe doctrinam, cui ſoli iudicium, & intellectum, homini dare eſt? Quamobrem, qui talia agunt, ingratitudinis vitio, maximè premuntur, quod ſi auferat charitatem, ſemper lethale, ac mortiferum eſt.*

8 *Docentes, donum ſcientia, cateraque dona gratia gratis data non eſſe pura dona, ſed debita operibus, ac laboribus ſtudioſarum hominum, videntur Pelagij prorſus ſuſcitare ſententiam, atque in ſecundam ſuperbia ſpeciem, qua, quis bonum deſuper datum. pra ſuis meritis accepiſſe credit; ſe incidiſse teſtantur.*

9 *Horum autem malorum Doctarum, profectò obſcuratum eſt cor: nam gratia gratis data, non minùs, quam gratia ſanctificans, omnia excludit merita; cùm homo ſe habeat ad Deum, ſicut lutum ad Figulum, quod non ex pacto, aut meritis dum aliquandò fit vas in honorem, ſed ex mera voluntate inſignitur Figuli. Ex qua funditùs eorum deſtruuntur argumenta.*

10 *Quapropter hi ventoſi Thraſanes, eadem moraliter videntur laborare infirmitate, qua phyſicè laborant, qui ex debilitate viſiua virtutis, prater ſe, nullum aliud cernere valent. Quapropter non benè ſua natura conſiderantes exiguitatem, ſi eorum, qua enixè cupiunt aliquid ſubtrahatur, tànquam neglecti, acriter conqueruntur.*

11 *His autem gloriosiores ſunt aliqui, qui ſcientia, qua penitùs carent, plenè ſe putant abundare. Tertiam proindè ſuperbia ſpeciem (cùm bonum ſe iactent habere, quod non habent) dubio procul profitentur, & ſectantur. Quare, mendacij, & periurij panis iure ſunt mulctandi.*

12 *Horum prætereà quadam in medium adducuntur exempla, quibus, profectò oſtenditur, vulgarium ſolummodò in re literaria hominum, ſui ipſorum eſſe mendicatam commendationem. Vnde plerumque fit, vt quo magis ſe laudant, aut excuſant, eò magis inſcios, ac contumaces ſe detegant, vt Alexandro Macedoni Apellis in ſchola, & cuidam Fauſtulo aliquandò accidit. Quapropter talis ſuperbia, à lethali non excuſatur delicto.*

13 *Ex hac demum iactantia (praſertim, ſi cum aliqua doctrina fuerit coniuncta) oriri ſolet, vt plurimum in aliorum deſpectum, quædam phariſaica elatio, caterorumque non ſatis cognitorum literatorum communis vituperatio; ac proindè quarta ſuperbia ſpeciei; qua quis cateris deſpectis, ſingulariter appetit videri habere, quod habet; vltimum complementum.*

14 *Hac autem ſuperbia ſpecies; & ſi alia communiter omnes, ſuaue diuina Legis iugum excutere faciant: hoc idem pra cateris maximè operatur; cùm Deſpectus nil aliud ſit, quàm nolle ſubijci ordinationi diuina, qua cultum, & honorem, proximis pracipit exhibere: quare aliquando in contumeliam, aliquando vertitur in detractionem, vndè ſequitur ex commutatiua iuſtitia reſtitutionis obligatio.*

15 *In hos Detractores, ex Plinio ſecundo, apprimè vtilis colligitur Paraneſis; cum valdè periculoſum ſit, & arduum Literatorum Rempublicam probris, & maledictis aggredi.*

SVperbiam, vitium humanæ naturæ ferè extitiſſe coæuum, neminem poſſe latere 1 firmiſſimè arbitror, eos præſertim, qui communis ruinæ, & infælicitatis penitùs non ignorant cataſtrophen. Id tamen ad viuum, *Pſychomachia ſect.5.num.40.* lepidiſſimè nobis adhùc expoſuit Aurelius Prudentius, dicens:

——— natalibus horis
Totum hominem, & calidos à matre amplectimur artus,
Vimque poteſtatum per membra recentis alumni
Spargimus, & rudibus dominamur in oſſibus omnes.

Enarrans enim ibi Superbia (cuius pugnam ipſe Author cùm Humilitate deſcribit) opum, virium, fortunarumque genera, quibus contra hoſtem affatim inſtructa veniat; hoc etiam non præterit, quod ad deterrendam à congreſſu Humilitatem, vel ma-

Digitized by Google

maximè valeret. Nimirùm, eam ſe eſſe
perhibens, cuius non modò non ſit re-
cens inuecta authoritas, aut quæ iam nunc
demùm Regina eſſe incipiat, ſed quæ à te-
neris, vt ſic dixerim, vnguiculis, hominem
in poſſeſſione detineat. Simul enim atque
eſt aliquis in lucem editus, quædam præ
ſe fert non obſcura ſuperbiæ argumenta,
etiam tùm cùm ne quidem ſatis vagire
didicerit. *Hactenus Sichardus eiuſdem ſcholia-
ſtes*. Qualia verò in infantibus ſint hęc ela-
tionis indicia, 1. *confeſſ. cap.* 7. mirificè ex-
plicuit Diuus Auguſtinus, dum itá à le-
„ gente ingenioſè quærit. An pro tempore
„ etiam illa bona erant, flendo petere, etiam
„ quod noxiè daretur, indignari acriter non
„ ſubiectis hominibus liberis, & maioribus,
„ hiſque à quibus genitus eſt, multiſque prę-
„ tereà prudentioribus, non ad nurum vo-
„ luntatis obtemperantibus, feriendo noce-
„ re niti quantum poteſt, quia non obedi-
„ tur imperijs, quibus pernicioſè obedire-
„ tur? Concludit ergo: Ita imbecillitas mem-
„ brorum infantilium innocens eſt, non
„ animus infantium. Subdit prætereà exem-
„ plum (dicens) Vidi ego, & expertus ſum
„ zelantem paruulum, non dum loqueba-
„ tur, & intuebatur pallidus amaro aſpectu
„ collactaneum ſuum.

At re vera huiuſcemodi vitium, non itá
omnibus hominibus cenſetur commune,
2 quin aliquibus reputetur præcipuum,
potiſſimumque præ cæteris habeatur: Ge-
neri quippè per ſpeciem regulariter dero-
gari poteſt, & illud potiſſimum habetur,
quod ad ſpeciem directum eſt. *l. in toto iure.
ff. de regul. iur. & l. ſanctio leg. ff. de pænis, vbi
paſſim Doctores*. Qua vtique ratione, 31. *mo-
ral.* 17. ſapientiſſimè Diuus Gregorius ſpe-
ciale, ſuperbiam putauit peccatum, Ina-
nemque potius nuncupauit Gloriam:
quandoquidem, vt quoddam generale,
vniuerſaleque peccatum eſt, non huius,
aut illius vitij, ſed omnium indiſcrimina-
tim Regina, & Imperatrix eſt. Ipſa nan-
„ que vitiorum Regina ſuperbia (inquit)
„ cùm deuictum plenè cor cæperit: mox il-
„ lud ſeptem principalibus vitijs, quaſi qui-
„ buſdam ſuis ducibus deuaſtandum tradit.
„ Et poſt pauca: Radix quippè cũcti mali Su-
„ perbia eſt, de qua, ſcriptura atteſtante, di-
„ citur: Initium omnis peccati eſt ſuperbia.
„ Primæ autem eius ſoboles, ſeptem nimi-
„ rum principalia vitia de hac virulenta ra-
„ dice proferuntur: ſcilicet Inanis gloria,
„ Inuidia, Ira, Triſtitia, Auaritia, Ventris
„ Ingluuies, Luxuria. Hac autem glorioſæ
ventoſitate, hi plerumque inflantur, qui
3 cæteros, aliqua ſibi antecedere videntur
excellenti virtute: cuius rei cauſam, acu
Magnus attigit Antonius, dum Fratres
Arſenoitas *epiſt.* 3. ita ſapienter inſtituit.
„ Nam pro certo eſt, quod cùm ſe nouerit
„ Diabolus per ſuperbiam, & inanem glo-
„ riam cælitus fuiſſe deiectum; ita, & ille eos
„ qui peruenerint in magnam menſuram ag-
„ greditur. Et Beatus Antiochus Sanctæ
„ Laureæ Venerabilis Abbas *Homil.* 44. ſub-
„ dit: Atque itá peculiaris hic Dæmon ſu-
„ perbiæ, cùm præter cæteras affectiones,
„ animam miſerrimè affligat, & cruciet; eos
„ tamen omnium maximè impugnat, & vt
„ diſturbet, atque euertat, aggreditur, qui
„ profectu virtutum aliquouſque ſe iam
„ promouerunt. Quod his præſertim acci-
dit qui intellectualibus, moralibuſue alios
docendo incumbunt virtutibus. Quarè;
„ Et ſolertiſſimè cauendum eſt in docendo
„ Superbiæ vitium. (*ad Florentinam epiſt.* 132.
„ ſcribit Auguſtinus) quod in diſcendo non
„ ita eſt. Vnde, & Sancta Scriptura nos ad-
„ monet, dicens: Sit omnis homo velox ad
„ audiendum, tardus autem ad loquendum.
„ Et ille in pſalmo ait: Auditui meo dabis
„ gaudium, & exultationem, & lætitiam;
„ continuòque ſubiecit. Et exultabunt oſſa
„ humiliata. Vidit enim in audiendo facil-
„ limè ſeruari humilitatem, quæ difficilis
„ eſt in docendo: quoniam neceſſe eſt, vt
„ Doctor habeat ſuperiorem locum, vbi la-
„ borioſum eſt obtinere, ne ſubrepat elatio.
„ Hunc in ſcopulum ſæpiſſimè impingere
Doctores, eiuſdem Simonis Thurnaij An-
gli, de quo etiam ſupra *lib.* 2. *cap.* 1. *num* 4. tur-
pe præmonuit naufragium; dum ſubita
omnium, quæ didicerat obliuione, ita
manſit percuſſus, vt nec alphabetum, ne-
que dominicam Orationem amplius reci-
tare valuerit: Nam cùm dialecticus acutiſ-
ſimus, & artium liberalium Pariſijs exi-
mij nominis profeſſor; eò dementiæ ve-
nit, vt in ſcholis, & palam non ſit veritus
iactare, ſe ſcire totam Chriſti legem, ac
improbando eam poſſe annihilare. Rectè
ſiquidem 1. *corinth* 8. Apoſtolus ſcribit:
Scientiam, Charitatis ad differentiam, non
ædificare, ſed inflare plerumque, qua de-
mùm turgidus ille plenus, tàm in imma-
nem prorupit blaſphemiam. Sufficiens
idcircò, non ſumma etiam in Prælatis,
quorum ex officio eſt ſubditos docere,
ſcientia toleratur. *Gloſſ. literaturæ in cap.
cùm nobis olim. de elect. & Gloſſ. pro defectu
ſcientiæ in cap. niſi cùm pridem. de renuntiat.*

Quià verò (*moral.* 23. *cap.* 7. eruditè te-
ſtante Gregorio) ſuperbiæ, quatenùs vnum
4 ex ſeptem capitalibus vitium eſt, quatuor
communiter enumerantur ſpecies; an pro
ſingulis Doctores in arrogantiam grauiter
offendere ſoleant, vt clariùs dignoſcatur
verba tanti Viri ſeduló perpendenda, atque
„ ſcrutanda ſunt. Ait enim: Quatuor quip-
pè

gè ſunt ſpecies, quibus omnis tumor ar-
rogantiùm demonſtratur, cùm bonum
aut à ſemetipſis habere ſe æſtimant; aut ſi
ſibi datum deſuper credunt, pro ſuis ſe hoc
accepiſſe meritis putant; aut certè cùm
iactant ſe habere, quod non habent; aut
deſpectis cæteris, ſingulariter videri appe-
tunt habere, quod habent. Quapropter,
qui haud rectè penſatis omnibus ex 1.
metaph. cap. 1. vſu, & labore ſcientias po-
nunt abſolutè comparari, arteſque omnes
problem. ſect. 30. *q.* 4. opera noſtra dicunt:
aduentitium veluti bonum quoddam, mi-
nimè verò paganicum, ſeù profectitium,
deſcendens à Patre luminum, à quo *Iacobi*
1. Eſt omne datum optimum, & omne
donum perfectum; præſata munera pæ-
nitus eſſe, temerè arbitrantur. In ſui tu-
telam fortè allegantes: Bona per filium
acquiſita, ſi conſtet ex induſtria ſua ſuiſſe
quæſita; non vtique profectitia, ſed ad-
uentitia meritò nuncupari. *l. cum oportet. C.*
de bon. quæ liber. Menoch. de arbitra. cap. 127: *Mi-*
chalor. de frat. par. 1. *cap.* 6. *num.* 3. *Merlin. de le-*
git. lib. 2. *tit.* 2. *q.* 26. *num.* 10. *apud Marc. Ant. Sa-*
bell. ſumm. diuerſ. tract. tom. 1. §. 8. *num.* 2. cum
autem cuidam inflato, à ſemetipſo ſcien-
tiam ſe habere iactanti 1. *corint.* 4. acriter in-
culcet Apoſtolus, dicens: Quid autem ha-
bes, quod non accepiſti? Si autem acce-
piſti, quid gloriaris quaſi non acceperis?
facilè comperietur proindè Doctrinam
quoque acquiſitam, qui negant gratui-
tum eſſe donum Dei, hanc primam ſuper-
biæ in eorum mente turpiter inſidere ſpe-
ciem. Pulchrè ergo ibidem Diuus Prima-
ſius *tom.* 1. *Bibliot. P. P.* ſubdit: Quid habes
ex te, niſi fortè peccatum; nàm ſiuè ſcien-
tia, ſiue aliquid boni in te eſt, donum Dei
eſt: quod ſi ex te eſſe credideris, dicetur
tibi: Quid habes, quod non accepiſti: &
euenit tibi, ſi tibi aliquid aſcribis, & non
Deo, illud Euangelii, quod de ingrato di-
citur: Qui enim non habet (ideſt à Deo)
etiam quod videtur habere auferetur ab
eo, & ideò declinemus ſuperbiam, & de-
mus Deo gloriam, à quo eſt omne datum
optimum; nè ſi à nobis vel fidem, vel
bona opera eſſe credimus perdamus, quod
habere videmur.

Nàm vtique certum, atque indubitatum
eſt: Ea, quæ ſupra nos ſunt, fideique dun-
5 taxat lumine cerni valent, diuina ſpeciali
illuſtratione ſubmota, ex puris naturalibus
ab hominibus nequaquam ſciri, aut pene-
trari poſſe, vt quamplurimis argumentis.
par. 1. *art.* 1. *q.* 2. *præſertim num.* 8. latè probat
Henric. Gandau. Quod adhuc præterea
tract. 3. *in epiſt. Ioan. propè fin.* pulcherrimò
Diuus Auguſtinus iam explicuerat exem-
plo, dicens: Quomodò eſt Agricola ad
arborem: forinſecùs operatur, adhibe
aquam, & diligentiam culturæ. Quælibet
forinſecùs adhibeat nunquid tale aliquid
intrinſecùs agit? Sed quis agit hoc? Audi-
te Agricolam Apoſtolnm, videre quid
ſumus, & audite Magiſtrum interiorem:
Ego plantaui, Apollo rigauit, ſed Deus
incrementum dedit. Hoc ergo vobis di-
cimus: ſiuè plantemus, ſiuè rigemus lo-
quendo non ſumus aliquid, ſed ille, qui
incremenrum dat Deus, ideſt vnctio illius,
qui docet vos de omnibus. Et quamuis
abſolutè quoque admittendum ſit (ne ni-
mis, quàm par eſt animæ rationalis dero-
getur dignitati, cuius naturalis operatio,
1. *met.* 1. ſcire eſt, & intelligere) Hominem,
abſque tali ſpeciali diuina illuſtratione,
ſuapte natura poſſe aliqua ſcire atque co-
gnoſcere: excludenda tamen minimè cen-
ſetur generalis primi intelligentis influen-
tia, quod eſt primum Agens in omni in-
tellectuali actione, & cognoſcitiua; ſicut
primum mouens, mouet, in omni motu
rei cuiuſlibet naturalis, vt erudite *ibidem*
num. 11. idem docet Henricus. Quamo-
6 brem ſcire noſtrum, Diuinæ vocis, de
qua *pſal.* 17. dicitur: Intonuit de cælo Do-
minus, & Altiſſimus dedit, vocem ſuam:
Echo quædam, ſiue repercuſſa vox ad ſum-
mum eſt, quæ tantùm, vt *metamorph.* 3.
venuſtè luſit Poeta,

Ingeminat voces, auditaque verba reportat.

Echo quidem (phyſicè loquendo) ſoni
reflexio eſt propter ſpeciem eius in corpus
ſolidum, & concauum inſilientem ab eo-
dem repercuſſam. *Alexan. Aphrod.* 1. *de ani-*
ma cap. 5. *ex Euſtratio in* 2. *poſt.* Quod ſi præ-
tereà fabulam quæramus: Eam prȩſtaa-
tem, elegantemque fuiſſe Nympham ſi-
mulant Poetæ, quæ ſuæ garrulitatis in pæ-
nam, illius modò (vt ibidem ſubdit Oui-
dius)

——Vox tantùm, atque oſſa ſuperſunt,
Vox manet; oſſa ferunt, lapidis traxiſſe fi-
guram.
Inde latet ſyluis, nulloque in monte vi-
detur.
Omnibus auditur; ſonus eſt, qui viuit in illa,

Cuius affabulatio, nobis plurimum arri-
debit, ſi Protoplaſtorum 2. *Geneſis* callido
cum ſerpente vtrique recenſebimus gar-
rulitatem: ex qua lethali vndiquè diffuſò
veneno, nobis præter humani ſoliditatem
corporis, affatuſque diuini repetentem vo-
cem, nihil penitus humanitatis remanſit.
De veteribus idcircò Philoſophis, *ſermon.*
6. *in cant.* diſſerens Bernardus, inquit: Ab
ipſo erant, ſed non cum ipſo. Per ipſum
viuebant, ſed non ipſi. Ex ipſo ſapiebant,
ſed non ipſum, alienati ingrati, inſenſati.
Hinc demum factum eſt, vt quod erant,
quod

„ quod viuebant, quod ſapiebant, non Au-
„ thori tribuerent, ſed naturę adſcriberent,
„ aut certè (quod inſipientius erat) fortu-
„ næ, propriæque induſtriæ, atque virtuti
„ multi multa arrogabant.
Cæterum, ſi ex *ff. de acquir. rer. domin. l. adeò.*
§. videntur tamen. apertè habetur: Non de-
7 bere dubitari, quin ex alienis ſpicis excuſ-
„ ſum frumentum, eius ſit, cuius, & ſpicæ
fuerint: quis non ſuperbè, valdèque per-
uersè affirmare poterit; Illius non eſſe do-
ctrinam (quamquam ab alio, ſtudio, la-
boreque comparatam) cui ſoli, iudicium
hominibus dare eſt, atque intellectum:
cùm enim acceſſorium à ſuo principali
inſeparabile eſt, eius eſt acceſſorium cui
tantummodò tribuere eſt principale. *l. 4.*
ff. de iuriſdi. omnium iudic. Menoch. remed. 6. recu-
per. num. 45. & de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 97.
num. 7. & 8. Steph. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 5.
cap. 839. n. 24. & 25. & cap. 937. num. 23. atque
alij. Hinc ergò eſt, quod Propheta *pſal.*
„ 15, in gratiarum actionem ſubmiſsè, hu-
„ militerque canebat: Benedicam Domi-
num, qui tribuit mihi intellectum. Quan-
doquidem, qui ratione vtitur, nec paſ-
ſione ebrius extra ſe agitur, collata in ſe
beneficia, omnium Datori tribuere com-
pellitur. Ignotiſſimum propterea apud
veros Sapientes olim habebatur acceptum
à Deo celare beneficium: vndè *ad Roman.*
„ 14. dicitur: Qui ſapit diem, Domino ſa-
„ pit. Et qui manducat, Domino man-
„ ducat: gratias enim agit Deo. Et qui
„ non mãducat, Domino non manducat,
„ & gratias agit Deo. Nemo enim noſtrum
„ ſibi viuit, & nemo ſibi moritur. Sed
„ (proh ſcelus!) his tamen nouiſſimis tem-
„ poribus inuenti ſunt acutiores, non tan-
tùm ſuperbiæ, verùm, & infandæ ingra-
titudinis artifices, qui in ſupremi Benefa-
ctoris diſſimulationē adeò affectant igno-
rantiam, vt cæcis oculis quotidiana bene-
ficia præterire ſinant. Cæli nanque, cla-
moſo rotatu, Dei in nos benignitatem
loquuntur: quot fructibus, tot terra lin-
guis diuinam manifeſtat prouidentiam:
Æquor veluti carceribus illigatum, ſuper-
nā omnipotentiam oſtendit: Non eſt ars,
ſcientia nulla eſt, quæ cæleſtem in homi-
nes diffuſam non denotet ſapientiam: Et
tamen hæc clariora ſole, ſui lumina clau-
dendo intellectus non curant aſpicere.
Quos itaque *3. de benef. cap. 1.* meritò redar-
guens Stoicus, ſic mirabundus inquit: Quis
„ tam ingratus eſt, quàm qui, quod in
„ prima parte animi poſitum eſſe debuit, &
„ ſemper occurrere, ità ſepoſuit, & abiecit,
„ vt in ignorantiam verteretur! Sociant
itaque ſuperbiæ, inaniſque gloriæ vitio (vt
adhuc malitiam augeant) hi peruerſi Do-
ctores inexcuſabilem ingratitudinem, quæ
etſi quandoque de ſe venialε poſſit eſſe de-
lictum, propter interiorē tamen beneficij,
vel benefactoris contemptum, qui virtu-
ti directè opponitur gratitudinis, tollitque
charitatē, ſemper eſt lethale, vt erudirè pro-
bat D. Thomas, *2. 2. quæſt. 107. à 3.* Quod ſi
amplius (vt in caſu noſtro) ingratus, di-
uinum contemnat beneficium, ipſum ne-
gando, eſt irreligioſitas peruerſa, Religio-
ni, omnium virtutum maximæ oppoſita,
ad quam Deo gratias agere potiſſimum
ſpectat, cùm ſit excellenter Pietas, vt
ibidem art 1. diffusè explicat Caietanus.
Cùm autem nonnulli peruerſi Docto-
res, etiam ab ipſis diuino beneficio, acqui-
8 ſitam ſcientiam, non donum, aut gratiam,
ſed debitam quandam, ſi non de condigno,
ſaltèm de congruo ſuis laboribus, ſtudiiſ-
que exiſtiment eſſe mercedem: dubio pro-
cul in alteram ſuperbiæ ſpeciem, qua, quis
bonum deſuper datum, pro ſuis meritis
accepiſſe credit, penitùs ſe incidiſſe teſtan-
tur. Docent enim (ethnicam, vel ſaltèm
hæreticam Pelagij ſuſcitando doctrinam,
quæ proprijs, & naturalibus viribùs omnia,
pauca verò gratiæ, vel potiùs nihil tribue-
bat vt latè oſtendit Aluarez *lib. 1. de auxil.*
diſp. 1.) quòd auxilia actualia ſaltèm gratiæ
gratis datæ (inter quas *1. corinth. 12.* collo-
catur ſcientia) dentur à Deo tanquam ex
pacto, & conuentione, facientibus totum
quod poſſunt ex facultate naturæ, vt pro-
bant ex illa parabola *Matthæi 20.* vbi ope-
rarij cum Domino conueniunt de denario
„ diurno: vni eorum, dicente Domino:
„ Non ne ex denario diurno conueniſti me-
„ cum? tolle quod tuum eſt, & vade. Hinc
eſt (aiunt) quod auxilia illa, non ſunt
pura dona gratiæ gratis datæ, ſed debita
operibus, ac laboribus ſtudioſorum ho-
minum; cum lex, & conuentio, non
fundent rationem gratię, ſed tantùm iu-
ſtitiæ, quamquam imperfectæ, vt conſtat
ex illo *ad Romanos 4.* Ei autem, qui opera-
„ tur merces non imputatur ſecundùm gra-
„ tiam, ſed ſecundum debitum. Verunta-
9 men eſt, quod, etſi omnibus ſuperbiæ iu-
ratis ſectatoribus, illud *Romanorum 1.* pro-
miſcuè inculcari, & impingi valeat; his
præſertim inculcandum, & impingendum
„ eſt: Quod, ſcilicet, Obſcuratum eſt in-
„ ſipiens cor eorum: dum ita excutiunt, vt
& ſcientiam gratiam gratis datam conce-
dant, & rationem gratię ei inſipienter de-
negent. Gratis enim data Gratia, ex vna-
nimi Catholicorum ſententia, non minus
excludit merita, quam à ſe eadem abigat
Gratia ſanctificans. *Bellarm. contron. de gratia,*
& libero arbitrio lib. 1. cap. 2. Hoc pacto, *ad*
„ *Rom. 2.* reclamante Apoſtolo. Si autem

„ gratia; iam non ex operibus, alioquin
„ gratia iam non eſſet gratia. Quarè meri-
„ tò, de his Diuus Auguſtinus *ſerm. 55. de*
„ *verbis domin. cap. 1.* inquit: Quòd curioſi-
„ tate inuenerunt, ſuperbia perdiderunt.
„ Dicentes enim ſe eſſe ſapientes, idest, do-
„ num Dei ſibi tribuentes, ſtulti facti ſunt.
„ Non eqidem amplius homo comparatur
„ ad Deum, quàm ad figulum lutum: Quan-
„ doquidem: Sicut lutum in manu figuli,
ſic vos in manu mea ità *Dominus apud Hie-
remiam* 18. Lutum autem, nullo præueniē-
te pacto, nulla interueniente iuſtitia, aut
aliquibus præſuppoſitis meritis, Vaſis for-
mam accipit à figulo, ſed ex mera, & gra-
tuita figuli voluntate; ſcribente Paulo *ad
Romanos* 9. An non habet poteſtatem figu-
„ lus luti ex eadem maſſa facere aliud qui-
„ dem vas in honorem; aliud verò in con-
„ tumeliam? Nec gratiæ gratis datę quic-
„ quam obeſt, operariorum de denario di-
urno conuentio illa: nàm talis ex pacto
ęqualis retributio, vtique non eſt gratia
viæ, ſed manſionis, & patriæ, vt Diuo
Auguſtino, *ſermone 59. de verb. dom. nu. 49.*
maximè placet, dum inquit: Erimus ergo
„ in illa mercede omnes æquales, tanquam
„ primi nouiſſimi, nouiſſimi primi; quin
„ denarius ille vita æterna eſt, & in vita æter-
„ na, omnes æquales erunt. Quamuis enim
„ meritorum diuerſitate fulgebunt, alius
„ maius, alius minùs; quod tamen ad vitam
æternam pertinet, æqualis erit omnibus.
Quamobrem, & ſi tanquam merces, &
corona, operibus tribuatur meritorijs
„ *Hieremiæ* 31. Eſt merces operi tuo, & Pau-
„ lus 2. *ad Timoth. cap. 4.* dicat: Bonum cer-
„ tamen certaui, curſum conſummaui, fi-
„ dem ſeruaui. In reliquo repoſita eſt mihi
„ corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Do-
„ minus in illa die iuſtus iudex: eſt tamen
„ gratia, *ad Roman. 6* Gratia Dei, vita æter-
„ na: & ſine iuſtificante gratia, conſequi
non poteſt, vt rectè probat D. Thomas 1.
ſecunda q. 114. art. 2. Quia, vt *lib. de grat. & liber.
arb. cap. 6.* hoc Apoſtoli dictum Diuus ex-
„ plicat Auguſtinus: Quomodo eſſet illa
„ corona iuſtitiæ, niſi præceſſiſſet gratia, quæ
„ iuſtificat impiū? Quomodò iſta debita red-
„ deretur, niſi priùs illa gratuita donaretur?

Hoc propterea hominum genus, eadem
prorſus moraliter infirmitate laborat, qua
10 phyſicè hi vexantur, quorum 1. *natur.
quaſt. cap. 3.* meminit Seneca, qui oculo-
rum vitio, ſibi ipſis tantum videntur oc-
currere, & vbique ſuam imaginem cer-
nunt. Cuius rei occultam perſcrutans
„ cauſam, inquit: Infirma vis oculorum
„ non poteſt ne proximum quidem aerem
„ perrumpere, ſed reſiſtit. Itaque, quod in
„ alijs efficit denſus aer, in his facit omnis.
Quamobrem à pari, diuinorum commu-
nem beneficiorum, hi ventoſi Doctores
penetrare non valentes aerem, in imagi-
naria ſui duntaxat exiſtimatione ſuperbè
perſiſtunt, ac præter ſe nullum induſtrium,
ſedulum, ſapientem, benemerentem ne-
minem agnoſcentes; ſibi in honoribus,
præmijſque præpoſitum quemliber fortè
ſubodorantes: virtutem non ampliùs coli;
merita paruipendi; dignos ab indignis non
diſcriminari; fortunam virtutem fieri;
virtutem, infortunium, & id genus plu-
rima dum proferunt, acriter conquerun-
tur. Vlteriùs addentes, idipſum ſibi fune-
ſtè accidere, quod proceris, celſiſque con-
tingit arboribus, quibus flexuoſę, nodiſ-
que deformes, vt inſignoribus inſeruiant
artefactis, vt plurimum præferuntur. Il-
ludque eiuſdem Senecæ 7. *de benef. cap. 9.*
„ quam ſæpiſſimè repetentes: Video illhic
„ menſas, & æſtimatum lignum ſenatoris
„ cenſu, eo pretioſius, quo illud in plures
nodos arboris infęlicitas torſit. Vt tan-
dem copioſius, vberiuſque inceptum re-
ferciatur argumentum, cuiuſdam Poetæ
Actij apud Plinium *lib. 34. cap. 5.* adhuc
meritò deriſa manet inſolentia, qui cum
ſtatura ad ſummam ſexquipalmaris eſſet,
ita vt ab omnibus non homo, ſed princi-
pium hominis, fruſtumque diceretur,
quaſi illum natura voluiſſet hominem, ſed
vndequaque opus abſoluere non valuiſſet:
Camænarum tamen in æde ſui nominis
immortalitati, Statuam, molis adeò ere-
xit ingentis, vt ab introeuntibus, Geryo-
naceo de genere, aut Enceladi, Typheiue
ſobolem, ſeu centum geminum Briareum
ipſum, dum viueret, extitiſſe crederetur;
atque ita non homo, ſed hominis hyper-
boles, vmbra veſpertina, Rhodum Coloſ-
ſum, Gigantomachiæ Colophon, vna ex
Herculis columna, hoc eſt homo, cui po-
teſt inſcribi *Non plus vltra*, ferè omnibus
promiſcuè videbatur. Sed quantò magis
ob id irridendi cenſentur, ſuperbiæ huiuſce
ſpeciei ſecundæ ampulloſi Doctores, qui
ſupernæ gratiæ immeritò derogantes, quæ
Dei ſunt propria adimunt, vt ſuis meritis,
niſibuſque retribuant. Non herclè tam
grandia de ſe conciperent vnquam, ſi ſuæ
naturæ cogitarent exiguitatem; nec magni
Solonis apud Laertium *in eius vita*, optimæ
legis penitus viuerent immemores, ſi ar-
„ rectis perciperent auribus: Quæ non po-
„ ſuiſti ne tollas. Qui ſecùs fecerit capital
„ eſto.

Verùm enim verò, glorioſiores his
quidem ſunt, qui magnificis, garruliſque
11 vocibus, ea ſe ſcire oſtendere conantur,
quorum notitiam vix, aut nunquam ſunt
aſſequuti; quos idcircò bene carpit Diuus
Au-

Digitized by Google

Auguſtinus *ſerm.6.de aſcenſio.* dum inquit: Qui ſe dicit ſcire, quod neſcit, temerarius eſt. Et quid ſanè audacius, ſiuè temerarius excogitari poteſt, quàm ea, vt propria velle iactare, quæ non poſſidentur, eaque poſſidere falſo teſtari, quæ nunquam ſunt obtenta? Vaſorum ad inſtar quidem ſunt hi Thraſones, quæ vtique eò magis ſonora redduntur, quò minùs plena inueniuntur: Quandoquidem quò magis diſciplinis, artibuſque ſe prorſus agnoſcunt expertes; eò amplius præſtrepunt, & garrulitate pollent. Illud itaque Plautinum, eorum de quolibet recitare non erit inutile, quod de glorioſo milite *act. 1. ſcen. 1.* aculeatis his nugis auditorio expreſſit Artotrogus:

Periuriorem hoc homine ſi quis viderit,
Aut gloriam pleniorem, quam illic eſt.

Tertiam proindè ſuperbiæ (cùm ſe habere iactent bonum, quod non habent) omninò induiſſe conuincuntur ſpeciem. Quare, Mendacij prouidis veluti ſectatoribus, nihil indè ampliùs credi poteſt: Nam ſicut qui ſtannum auro (cap.21. apocalyp. Diuus aiebat Ambroſius) vel argento admiſcens, inutilem materiam facit; ita, & illi, cùm ex multis narrationibus, vnam facere ſatagunt, mentiendo inutilem reddunt. Quandoquidem, ſi ſuſpectam, imò inutilem, ſemel mentitus reddit veritatem: quantò magis eidem officient, quibus mentiri familiare apprimè, & vſitatum eſt. Hinc ſanè eſt, quod mentiri vilium, perditorumque hominum indiſpenſabile vitium nuncupari ſolet. Mendax quippe, quantumuis generoſus ſanguine, moribus tamen ſemper ſe prodit vilem: cùm mendacium ignobilitatis character, infamiæ nota; & vilis ingenij inſigne ſit. *de inſtituendis liberis*, docentè Plutarcho, quod: Aſſuefaciendi ſunt pueri vera dicere, quandò eſt mentiri vernale, omnibuſque mortalibus odio habendum; imò ne mediocribus quidem ſeruis ignoſcendum. Cùm autem Iactantia, ſaltem in maius, etiam veritatem tranſcendat, *4.ethic.cap.7.* meritò inter mendacij ſpecies primum obtinebit locum. Diuus Tho. *2. 2.q.110.art.2.r.* atque ignobilitatis, & vilitatis Iactatores, & Magniloqui, cum mendacibus, & periurijs pœnas non iniuſtè luent. Pœnæ nanque, culpis reſpondere debent: *l. ſancimus 22.C.de pœnis; Cap. non afferamus ſtateras, in fin.24.q.1.Cap.quæſiuit, de ys, quæ fiunt à maiori parte capituli. Capite fœlicis, §. illud autem de pœnis lib.6.* vide Tuſcum *pract.concluſ.tom.6.conc.211.per totam.*

Inter hos proindè mendaces Attaphaxes
32 (*lib.23.cap.21.* teſte Bruſonio) præfatæ à reatu pœnæ immunis minimè manſit Q. Phemius Palæmon, qui tanta fuit arrogantia, vt ſecum natas, ac perituras (quibus fortè non ſatis callebat) dicere auderet literas: nam morte ſequuta, id exitus comprobauit; cùm ita inglorius deceſſerit, vt earum nec ſupereſſet vna, quæ illius adhiberetur ad inſcribendum epitaphium. Nec minoris prætereà ignominiæ Dionyſius ſenior, Siciliæ Tyrannus expertus eſt notam, dum ſacrilegijs, & vitijs ad ſtuporem imbutus; vt ſe tacitè Virtutum nihilominus iactaret parentem; filiarum vnam Areten, apud Plutarchum *de for.alex.* ideſt, Virtutem, Sophroſynem, ideſt Temperantiam alteram; tertiam nuncupauit Diceoſynem, ideſt Iuſtitiam: Nam quamuis debita tunc non exoluerit culpæ ſupplicia, dedecore tamen filij mortuus, pœnas rependit, quas, viuus effugerat. *Valer.maxim. lib.1.c.2. & Ælian.lib.1.vari.hiſt.* Vulgarium profectò tantummodò eſt, gregariorumque hominum ſuipſorum mendicata commendatio, vtpotè extra ſe captare non valentium laudatorem: In magnos enim animos non cadit affectata iactatio, *lib. 10. epiſt.22.* Simoniacus ſcripſit. Hinc plerumque, vt ab aſtantibus videantur docti, Literarorum titulis, characteribuſque falsò ſe ornant, nec non eruditionis laruato ſæpe ſe veſtiunt indumento. At quia Natura, vt diſertè *ad Piſones* ſenſit Poeta:

——effert animi motus, interprete lingua:

indoctos, vanoſque, eadem qua eruditos nitebantur oſtendere, omninò ſe detegunt eloquutione, vel, ſcilicet, laudando quæ non oportet, vel ſi oportet, ea tacendo; aut vituperando, quæ laudanda maximoperè videbantur. Quare Alexandri inſtar Macedonis, Apellis in ſchola, multa de arte imperitè diſſerentis (vt *lib.de dignoſcend. amico ab adulat.* refert Plutarchus) cachinnos in ſe excitant, turbarumque meritas pro plauſu recipiunt irriſiones. Quod ſi fortè aliquando reſipuerint, & ad meliorem mentem redierint; idipſum quoque longe præclarioribus accidiſſe viris ineptiarum ſuarum ad tegendas vanitates, in excuſationem adducunt. Ita ſanè de Fauſtulo non minus portentoſo pumilione, quàm famoſo iactatore, apud Auſonium, Probinus, verſibus hiſce venuſtè luſerat.

Fauſtulus inſidens formicæ, vt magno elephanto,
Decidit, & terræ terga ſupina dedit:
Moxque idem ad mortem eſt multatus calcibus eius:
Perditus vt poſſet vix reparare animam.
Vix tamen eſt fatus. Quid rides improbe liuor?
Quod cecidi? Cecidit non aliter Phaeton.

Sed his intereà iocoſis, ludicriſque ſub-

motis. mox pergemus ad ſeria. Quandoquidem, hoc vnum eſt, quod talis iactantia adeò exitioſa eſt, vt quamquam in Deum, proximumque, nulla poſita contumelia, veniale verè delictum ſit; quatenùs verò ſuperbiæ, aut mendacij, ſiue deceptionis lethalis, infecta quædam ſoboles eſt; mortiferum, æternaque pœna dignum, ſemper euadit peccatum. *Diuus Thomas 2.2.q 112. art.2.1.* Quare *pſalm. 11.* enixè precabatur Propheta, Dicens: Diſ-
„ perdat Dominus vniuerſa labia doloſa, &
„ linguam magniloquam.

Poſtremò vero, ex eadem iactantia (ſi
13 doctrina præſertim, vndecunque non fuerit vacua, nec cognitione penitùs inanis) in aliorum, vt plurimum, deſpectum elatio conſurgere ſolet, quemadmodum de Phariſeo illo (cæteris paribus) ſe *Luca 18.* nimium commendante, recenſita adhuc teſtatur parabola. Aiebat enim: Non ſum
„ ſicut cæteri hominum raptores, iniu-
„ ſti, adulteri, velut etiam hic Publica-
„ nus &c. Hinc ergo eſt, quod ætatis no-
„ ſtræ literati non pauci, rei geographicæ more ſcriptorum, qui (vt Plutarchi verbis *in Theſeo*, me commodius expediam)
„ cùm extremis tabulis ignotas ſibi partes
„ ſtringunt, aliquando adſcribere ſolent, eſ-
„ ſe in illis locis litora aquis deſtituta, aut
„ feris obſeſſa, cænouc obſita, aut montes
„ eò ſcythicos, vel mare glaciale pertingere:
Quos pariter ij extare non ignorant ſcientificos; & in medium (licèt coactè) adhùc adducere tenentur; adeo labefactant, & minuunt, vt ineptos, mendoſoſque, iniuriosè, inuidèque deſcribant; perindeque quartam, & vltimam ſuperbiæ ſpeciem, qua cæteris deſpectis, ſingulariter quod habet quis vi uideri apperit habere, omnibus numeris abſoluere, & exindè perficere ſtudent. Quæ vtique ſuperbiæ ſpecies,
14 & ſi omnes aliæ ſuaue diuinæ legis iugum communiter excurere nitantur (ad ſuperbiam enim pertinet, cuique nolle ſubijci ſuperiori, & Deo præſertim. *Diuus Thomas 1.2.q.84. art.2.ad 2.*) id tamen præ cæteris, hæc ſingulariter obtinet. Contingit nanque contemptus, ſiuè deſpectus *2.2. q.186 art.9.ad 3.* dum ſubijci noſtra voluntas refugit ordinationi legis, quæ proximis non contemptum, ſed cultum, & honorem præcipit exhibere, *ad rom.12. Philipp.2.& 1. Petri 2.* Quod ſi verbis lædantur in propatulo, manifeſta contumelia fiet; ſi verò in occulto, detractio ſtatim ſequetur *2.2.q.73. art.1.* Quarum vtraque de neceſſitate ſalutis, ad damnum, famæque ſublatæ reſtitutionem cogit, *ex titul. de purgat. canon. præſertim ex cap. inter ſolicitudines, & ex tota cauſa 5.q.1. item ex doctrina Anacleti in 6.q.2. canon. deriores.* Vnde: Parcant (inquit Gregorius *cano. ex merito*) ſinguli detractioni linguæ, cuſtodiantque ſermones ſuos, & ſciant cuncti, qui de alijs loquuntur ſua ſententia iudicabuntur. Idem confirmare licebit ex iure ciuili. *C. de libellis famoſis.* Hùc etiam accedit communis omnium Doctorum ſententia, quorum loca nihil eſt neceſſe in re tam manifeſta ſingillatim citare.

Hos demùm (qui ſcilicet, propterea
15 tam leuiter, alienæ ſcientiæ, obtrectatione, famam ſibi aucupari exiſtimant) eadem ratione libenter monerem, qua *lib.8. epiſt. 24,* iunior Plinius, Maximum familiarem ſuum, Græciæ Cenſorem à Traia-
„ no conſtiturum inſtituit, dicens: Cogita te
„ miſſum in prouintiam Achaiam, illam
„ meram, & veram Græciam, in qua primum
„ humanitas, literæ, etiam fruges inuentæ
„ eſſe creduntur, miſſum ad ordinandum
„ ſtatum liberarũ Ciuitatum, ideſt, ad homi-
„ nes maximè liberos, qui ius à natura datũ,
„ virtute, meritis, amicitia, fædere denique, &
„ religione tenuerunt. Reuerere conditores
„ Deos, Numina Deorum: reuerere glo-
„ riam veterem, & hanc ipſam ſenectutem,
„ quæ in homine venerabilis, in vrbibus ſa-
„ cra eſt. Sit apud te honor antiquitatis, ſit
„ ingentibus factis, ſit fabulis quoque. Ni-
„ hil ex cuiuſquam dignitate, nihil ex liber-
„ tate, nihil etiam ex iactatione decerpſeris.
Eruditionibus nanque lucubrationibuſque clarorum virorum, à quibus (Deo fauente) iam dudum nobis plurima emanarunt bona, minimè vtique detrahendum eſt, ſed maximè fauendum; cùm aliàs valdè periculoſum ſit, & arduum, literatorum Rempublicam probris, & maledictis aggredi, de qua illud idem quod Athenarum de Ciuitate in Theſeo aſſeruit Plutarchus, congruit affirmare; nimirum:
„ Graue videri cum Ciuitate, quæ linguam
„ habet, & literas, inimicitias exercere. Vnde truces tot lites, funeſtaque bella inter literatos, & doctos exorta, apud Scriptores paſſim enarrantur: Quoniam obtuſi, & incauti quidem ingenij eſt (vt contra Fauſtum *lib. 16. cap. 26.* rectè inſurgit Auguſtinus) Hominem cogitare dictorem, & alium non cogitare contradictorem.

CA-

CAPVT II.

Quilibet Sacræ Scripturæ non eſt aptandus ſenſus, ſed qui æcumenicis duntaxat Eccleſiæ præceptis, Patrumque traditionibus diſcors non eſt. Eius idcircò grauiter errare oſtenduntur Interpretes, qui his neglectis ſanctionibus, pro libito Diuina, ſuo, temerè exponunt eloquia.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura Sacra, lux illa quidem eſt, quam primodialiter Deus ſpirituali in orbe ſapienter condidit, cum luce corporea, in orbe corporeo creata maximam habens ſimilitudinem, & affinitatem; vt ex analogia, quam important ad inuicem latè, & eruditè oſtenditur.*

2 *Multis tamen obſcuritatibus implexa eſt, adeo vt legentes, & exponentes facilè decipi poſſint. Quarè canones, & leges dantur quampluri me apud authores, de quibus remiſſiuè, cum omnia circa id præcepta ad vnum fontale, & principale reduci valeant: vt ſcilicet non ſecundùm voluntarium, & orbitrarium ſenſum. ſed quomodo Deus per ſacras ſcripturas docere voluit, ſic eam intelligamus.*

3 *Sacrarum literarum licèt Homines poſſint eſſe expoſitores, ſicut earum poſſunt eſſe Doctores: ſolus tamen Deus, earum primus Doctor, & Expoſitor eſt. Quamobrem, non quilibet Scripturis Sanctis aptandus, & accomodandus eſt ſenſus, ſed qui ſolummoda, eis, Sanctorumque Patrum æcumenicis, & catholicis traditionibus diſcors non eſt.*

4 *Hinc eſt in primis, quod grauiter errarunt multi ex veteribus, qui vel in Chriſto confundentes naturas; vel diuinas inter ſe, non benè diſcernentes Perſonas, quæ Diuinitati videbantur propria, perperam quoque tribuebant Humanitati, viceque verſa: vel quæ de perſonis diſcriminatim leguntur, intelligebant communia, vt Sabellius, Neſtorius, Arius, Fotinus &c.*

5 *Nec minus neoterici errarunt Expoſitores illi, qui non volentes ſuo ſenſui, & intelligentiæ ſacras aptare ſcripturas, è ſacrorum librorum Canone, codices adimerunt quamplurimos; quemadmodum extiterunt Lutherus, Caluinus, aliique Sectarij; cantra quos cenſuræ, maledicta, & pænæ à ſacris, & cæſareis legibus, inflictæ recitantur.*

6 *Cum Sacræ Scripturæ duo principales ſint ſenſus literalis, ſcilicet, & ſpiritualis, valdè allucinari ſolent earum Interpretes, dum multa iuxta literam exponunt, quæ ſpiritualem tantummodo ſenſum admittunt, & è contra. E quibus profectò grauia, & intolerabilia oriuntur abſurda, vt varijs, & claris oſtenditur exemplis.*

7 *Hoc autem non ita limitatum proponitur, vt literalem poſt explicationem, ſpiritualem etiam cuilibet facultas non remaneat addendi, cum apud omnes id obtinuerit vſus: ſed quòd nulla ad hoc impellat neceſſitas, præſertim quando litera Fidei ſacris non aduerſaretur dogmatibus.*

8 *Fidei eſſe dogmata, quatuor modis eſſe probatur: primo Sacræ Scripturæ teſtimonio expreſſo. Eccleſiæ cum declaratione: ſecundò, euidenti deductione, ex ijs, quæ expreſſè in ſcriptura habentur: Tertiò, Dei, verbo, non per Apoſtolos ſcripto, ſed tradito: Quartò tandem euidenti declaratione, ex Dei verbo, tradita. Quibus dogmatibus, non benè attentis, manifeſto errandi ſe tradit periculo, qui hiſtoricam ſimul, & ſpiritualem affert narrationem; vt Origenis exemplo id accidiſſe oſtenditur.*

9 *Licèt maioris explicationis, & claritatis gratia, non ſit abſurdum in declaratione Sacrarum literarum aliquid ex prophanis doctrinis aſſumere, non tamen cauſa probationis, adeò vt ſuam ex dogmatibus philoſophicis accipiant veritatem, cum aliud ſit declarare, & aliud probare.*

10 *Præfatum autem explicandi fulcimentum aſſeritur licere, non voluntariè, & ex offectu id poſtulante, ſed neceſſariò, & ex vtilitate ad hoc impellente; cùm philoſophica & qualibet naturalis ratio, Fidei dogmatibus nequeat eſſe præuia, ſed ſubſequens ad ſummum, & pediſſequa.*

11 *Perperam idcircò ex veteribus non tantùm, ſed ex neotericis etiam plerique Scripturarum Interpretes arbitrati ſunt, nullam conſiſtentiam Sacras literas habere veritatis, niſi cum philoſophicis rationibus obtineat cohærentiam; quarè in graues, & enormes errores prolapſi ſunt, ita vt rectè Tertullianus, Hæreticorum vocauerit Patriarchas.*

12 *Mundana quippè ſapientia, quæ theologicæ non adhæret, ſed contrariatur veritati, vera ſapientia non eſt, ſed abuſiuè, & temeraria philoſophia. Quarè diuinam vltionem plurimi, profanis literis ſacras admiſcentes experti ſunt; vt de Theopompo, & Theodeto præ cæteris teſtantur Hiſtoria.*

13 *Diuina eloquia ſimplicia ſunt, & claritatem amant: & ſi aliquandò obſcurè repreſentantur, hoc fieri debet reſpectu malorum, nequaquam verò piorum hominum; idcircò, qui obſcuro ea exponunt ſermone, nullam illius clauſulis, dictiſque interpretationem.*

Digitized by Google

nem adducunt: ſed dubietatem ſummam, & hæſitationem.

14 *Apprimè falluntur, qui diuinam eloquentiam, quę mentibus ſanandis, non auribus demulcendis tantummodò adhibenda eſt, florido putant ſtylo reddere clariorem; cùm potiùs è contra ſuccedat: Nam bonus Interpres, perſonę loquentis idioma quantum fieri poteſt, & characterem imitari tenetur.*

15 *Sacrorum Criticis, dum rethoricis, grammaticiſque lenocinijs nimiùs indulgent, diuina verba quæ penetrare neſciunt ſui ipſorum impudentiam non parùm inculcare, & improperare ſolent: Nàm verborum pompa, & apparatus, nullam rei addunt veritatem: Quia potiùs ſimplicitas amica eſt veritatis, verborumque adminicula non admittit.*

SAcram quippè Scripturam, ſine qua diuinarum, humanarumque rerum perfe-
1 ctè nihil cerni poteſt; Lumen & Lucem eſſe illam, quam ſpirituali in orbe, Deus primordialiter condidit *epiſt. 2. cap. 1.* non modò Apoſtolorum omnium aſſeruit. Coryphæus, ſcribens: Habemus firmiorem propheticum ſermonem, cui benefacitis attendentes, quaſi lucernæ lucenti in caliginoſo loco, donec dies illuceſcat, & lucifer oriatur in cordibus veſtris: verum etiam alterius, ad alteram (Lucis ſcilicet ad Scripturam) affatim explicat Analogia: Nam ſicut Lux Philoſophorum ex vnanimi ſententia, qualitas eſt omnium puriſſima, vtpotè ex nulla primarum qualitatum defectibili commiſtione reſultans, ideòque incorruptibilis: ita Sacra Scriptura ea eſt, de qua *Matth. 24.* legitur: Cælum, & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt. Illa ex Phænicum, & Iamblici affatu, apud Rhodiginum *lib. 15. antiq. lect. cap. 1. & lib. 20. cap. 5.* purus eſt actus ab actu Diuinæ intelligentiæ per cuncta porrectus: Hæc *Eccleſ. 24.* Ex ore altiſſimi prodijt primogenita ante omnem creaturam. De Luce, *cap. 53. ſacrę Philoſ.* ait Valleſius, quod difficilis cognitu eſt, nec vlli ſatis perſpecta qui non eius originem in æterno exemplari contemplatus ſit: Sed de diuina Sapientia, Sacrarum Scripturarum ſenſu expoſita, & explanata *Baruc. 3.* habetur: Quis aſcendit in Cælum, & accepit eam, & deduxit eam de nubibus? Quis tranſfretauit mare, & inuenit illam, & attulit illam ſuper aurum electum? Non eſt qui poſſit ſcire vias eius, neque qui exquirat ſemitas eius. Et ſi tandem ex Luce commoda prodeunt multa, adeò vt *cap. 4. de diuin. nomin.* eam dixerit Sanctus Areopagita: Mouere ad vitam, nutrire, augere, purgare, renouare &c. De Diuina Scriptura, *homil. 41. in 22. Matth.* non ſecus teſtatus eſt Chryſoſtomus, dum ait: Quicquid quæritur ad ſalutem, totum iam adimpletum eſt in ſcripturis. Qui ignarus eſt, inueniet ibi quod diſcat. Qui contumax eſt, & peccator, inueniet ibi futuri iudicij flagella, quæ timeat. Qui laborat, inueniet ibi glorias, & promiſſiones vitæ perpetuę. Qui puſillanimis eſt, & infirmus, inueniet ibi mediocres iuſtitiæ cibos, qui & ſi pinguem animam non faciunt, tamen mori non permittunt &c.

Quia verò (vt cum Rabano Mauro *3.*
2 *de inſtit. cleric. cap. 3.* eruditè loquar) Multis, & multiplicibus obſcuritatibus, & ambiguitatibus decipiuntur, qui temerè legunt aliud pro alio ſentientes, quibuſdam autem locis, quid vel falsò ſuſpicentur, non inueniunt, ita obſcurè dicta quædam denſiſſimam caliginem obducunt. Horum idcircò non parùm excutientium, illos non modò apud Authores, quibus ſuperius *lib. 2. cap. 1. n. 11. in fin.* remiſimus legentes; verùm etiam apud alios quamplurimos (velut Indices, & Duces) Leges, & Canones quidam adinuenti, & excogitati ſunt. Quandoquidem: Profectò (in conui. *Plat. cap. 4.* inquit Ficinus) nihil aliud leges, & doctrinæ omnes contendunt, quàm ita homines inſtituere, vt declinent à turpibus, agant honeſta. Quę tamen leges, & canones, cùm omnium ad primum, fontaleque principium, quod Diuus Hippolytus Epiſcopus Portuenſis, & Martyr *homil. contra hæreſim Noeti, tom. 15. bibliot. PP.* expreſſit, commode reuocari queant: cæteris apud ſuperiùs citatos relictis Authores; hoc vnicum ſacrarum ſcripturarum Interpretibus illius documentum duntaxat expoſitum, pro mille ſufficiat. Inquit enim: Quæcunque ergo Sanctæ Scripturæ prædicant, ſciamus, & quæcunque docent cognoſcamus: & ſicut vult Pater credi, ſic credamus; & ſicut vult Filium glorificari, ſic glorificemus; & ſicut vult donari Spiritum Sanctum, ſic accipiamus, non ſecundum propriam voluntatem, neque ſecundùm proprium ſenſum, neque vim inferentes in ea quæ ab eo data ſunt; ſed quomodò ipſe per Sacras Scripturas docere voluit, ſic intelligamus.

Nullum itaque latere oportet: Homi-
3 nem, Sacrarum Scripturarum idoneum interpretem aliquandò eſſe poſſe, & expoſitorem. Id ſanè *Actor. 8.* Philippus, Eſaiam legenti, & non intelligenti, præſtitit Eunucho. Et *de morib. Eccleſ. cap. 1.* apertè docuit Auguſtinus cùm inquit: Quis mediocriter ſanus non facile intelligit, Scripturarum expoſitionem ab iis petendam eſſe,

eſſe, qui earum doctores ſe eſſe profiten-
tur? Cùm enim, earum, homo aliquo mo-
dò idoneus poſſit eſſe doctor (vt latè pro-
bat Henricus 1. *p. art.* 11. *q.* 1. *n.* 9.) non erit
abſonum, eidem aliquandò competere in-
terpretem eſſe, atque expoſitorem, vt *ibi-
dem art.* 18. *q.* 1. *n.* 5. idem rectè argumenta-
tur Henricus. Veruntamen, vt *eodem lo-
co n.* 7. idem addit: Solus Deus (cùm ipſe
ſolus dictauerit) harum primus, & princi-
palis Doctor, & expoſitor eſt. Hinc iure
merito *ſerm.* 2. *in cantic.* aiebat Bernardus:
Non audio iam Moyſen: impeditioris ſi-
quidem linguæ factus eſt mihi. Eſaię labia
immunda ſunt. Hieremias neſcit loqui,
quia puer eſt; & Prophetæ omnes elingues
ſunt. Ipſe, ipſe, quem loquuntur, ipſe
loquatur, ipſe me oſculetur oſculo oris
ſui. Quamobrem, non quilibet ſcriptu-
ris Sanctis aptandus, & accommodandus
eſt ſenſus; ſed qui dumtaxat eis, Patrum
æcumenicis, ac catholicis traditionibus,
diſcors non eſt. Non enim ſenſum alie-
num (*cap. relatum diſt.* 37. Sanctus Clemens
inquit) extrinſecus debemus quærere, ſed
quoquo modo ex ſcripturis ipſis ſenſum
capere veritatis oportet; & ideò oportet ab
eo ſcientiam addiſcere ſcripturarum, qui
ea à maioribus ſuis ſecundum veritatem
ſibi traditam ſeruat, vt ipſe poſſit eam,
quam rectè ſuſcepit competenter aſſerere.
Aliter enim: Non ſicut vult Pater credi,
ita crederemus: & ſicut vult Filium glori-
ficari, ita glorificaremus: neque ſicut vult
Sanctum donari Spiritum, ita reciperе-
mus: ſed ſecundùm propriam ingenij vir-
tutem, aut intelligentiam, Legem Dei in-
terpretandam tantummodò ſuſciperе-
mus.

Hinc in turpes præſertim labuntur er-
4 rores, quibus noua maximè placent, &
quæque, quamquam extortæ, magis arri-
dent opiniones. Cuius quippe generis,
Sacrarum Scripturarum fuerunt Interpre-
tes illi, quos Paſcentio, *epiſt.* 173. ſcribens,
rectè carpit Diuus Auguſtinus, dum in-
quit: Homines autem minus intelligen-
tes, quid propter quid dicatur, potentes
volunt habere ſententias; & ſcripturis non
diligenter ſcrutatis, cùm arripiunt defen-
ſionem cuiuſque opinionis, & ab ea vel
nunquam, vel difficile deflectuntur; dùm
docti, atque ſapientes magis putari, quàm
eſſe concupiſcunt, ea, quæ propter for-
mam ſerui dicta ſunt volunt transferre ad
formam Dei. Et rurſus, quæ dicta ſunt,
vt ad ſe inuicem Perſonæ referantur, vo-
lunt nomina eſſe naturæ, atque ſubſtan-
tiæ. Quales profectò antiquiores ferè
omnes extiterunt Hæretici, vt Sabellius,
Neſtorius, Arius, Fotinus, & quot quot
apoſtatas alios euomit Auernus, qui vel
in Chriſto confundentes naturas, vel diui-
nas inter ſe non benè diſcernentes Perſo-
nas: quæ Diuinitati videbantur propria,
perperam tribuebant Humanitati, viceque
verſa: vel quæ de Patre, Filio, & Spiritu
5 Sancto diſcriminatim legebantur, intelli-
gebant communia. Nec melior magiſtris
effecta eſt diſcipulorum hæreditas; cùm
non minus Sacros à Canone delendo li-
bros, vel illos deturpando (ſiuè quod illis
officerent, ſiuè vt ea nouitate putarent in-
genij famam poſſe captare) grauiter deli-
querint, & errarint recentiores Sectarij, &
noſtrates Heretici. Nam vt eſt apud Ioan-
nem Barclaium, *paraneſ. ad ſectar lib.* 1. *cap.*
11. libros, Tobiæ, Iudith, Sapientię, Ec-
cleſiaſtici, Baruch, & Machabæorum com-
muniter reijciunt: & quamquàm Iacobi,
Iudæ, & Petri ſecundam Caluiniſtæ reci-
piant: Iacobi tamen Epiſtola, Luthero
adeò non placet, vt ſtramineam appellet.
Nec maioris illi momenti Iudæ Epiſtola,
Paulique ad Hebręos. Petri verò ſecun-
dam, & Ioannis ſecundam, & tertiam re-
cipere dubitat. Et Apocalypſi denium
non parcit. Hoc autem, ex Sacris literis
(quæ *ad Rom.* 15. ad noſtram tantummo-
do doctrinam ſcriptæ ſunt) ſalutaria non
eſt haurire præcepta, ſed ad ſua deſideria
2. *Timoth.* 4. ſibi coaceruare magiſtros, au-
ditum à veritate auertere, & ad fabulas
prorſus ſe conuertere. Excandeſcens id-
circò, ac vehementer fremens, *conc.* 1. *in
pſalm.* 48. his, eos verbis inculcat Diuus
Auguſtinus: Omnia diuina eloquia ſalu-
bria ſunt benè intelligentibus; periculoſa
verò, his, qui ea volunt ad ſui cordis per-
uerſitatem detorquere, potiùs quàm ſuum
cor ad eorum rectitudinem corrigere.
Hæc eſt enim in hominibus magna, &
vſitata peruerſitas; quia cùm debeant vi-
uere ipſi ſecundùm voluntatem Dei; Deũ
volunt viuere ſecundum voluntatem
ſuam. Et cum ipſi nolunt corrigi, illum
volunt deprauari, rectum non arbitrantes,
quod ille vult, ſed quod ipſi volunt. Sed
eorum ampliùs facinus, & audacia præ-
ſtringitur, dum omnia iura cum Eccle-
ſiaſtica, tum *ciuilia, tit. de heret.* illis com-
minentur. Et eaſdem ſacras, præſertim
corrumpentibus, & mutilantibus literas,
Apocalyp. 22. dicitur: Conteſtor enim om-
ni audienti verba prophetiæ libri huius:
Si quis appoſuerit ad hæc, apponet Deus
ſuper illum plagas ſcriptas in libro iſto.
Et ſi quis diminuerit de verbis libri pro-
phetiæ huius, auferet Deus partem eius de
libro vitæ, & de ciuitate ſancta, & de his,
quæ ſcripta ſunt in libro iſto. Vbi Bea-
tus Andreas Cæſareę Cappadociæ Archie-
pi-

piſcopus *cap.* 71. protinùs ſubdit : Formi-
„ dabilis in illos deſæuiet execratio, qui Di-
„ uinam Scripturam adulterare non dubi-
„ tant . Nam illorum hæc temeritas eſt ni-
„ mis audax, & temeraria : imo verò tanta
„ eſt, vt vel ſola arrogantes, & temerarios
„ illos à futuri ſeculi bonis excludere va-
„ leat . Quod incommodum, ne nobis,
„ qui hęc audimus vſu quandoque veniat,
„ non abſque comminatione conteſtatur,
„ & exhortatur ne quid apponamus, aut
„ adimamus.

Sacrarum autem Scripturarum ex So-
6 lemni Doctore *1.p.art 16.q.3.n.7.* cùm duo
principales tantùm ſint ſenſus, hiſtoricus,
ſiue literalis, & myſticus, ſiuè ſpiritualis, in
Muliere nempè illa forti (vtpotè Eccleſia)
cuius domeſtici, *prouerb.* 31. veſtiti ſunt
duplicibus, figurati : Eatum vtique non
parùm allucinari ſolent Interpretes, dum
multa iuxta literam exponunt, quæ ſpiri-
tualem, & myſticum ſenſum ad ſummum
admittunt; & quædam myſticè declarant,
quę ad literam merè ſunt intelligenda.
Ex quibus profectò grauia, & intolerabi-
lia oriuntur abſurda, atque Diuina verba,
de quibus *pſal.* 118. præſertim dicitur :
„ Principium verborum tuorum, veritas;
„ mendacia faciunt, & inutilia reddunt.
Explicet nanque quis hiſtoricè (vt exem-
plis vberiùs aſſumptum, & lucidius oſten-
dam) illud *Geneſis* 27. vbi Patriarchæ Ia-
„ cobo ita pollicitus eſt Dominus: Et adora-
„ bunt te filij patris tui, & ipſe, & ſemen
„ tuum dominaberis eis: mendacem, & bi-
linguem (quod abſit) protinùs faciet Deum
quoniam non niſi Eſau vnicum germa-
num fratrem poſſedit Iacobus, à quo nun-
quam cultus legitur, & adoratus; quin
potius ex oppoſito ſepties humi proſtra-
tus, *Geneſis* 33. eundem ipſe Iacob preca-
bundus eſt veneratus, Dominumque ſæ-
piſſimè vocauit *ibidem* 32. Nec ſemen eius
poſt ipſum, ab Eſau nunquam receſſit pa-
uore, ac reuerentia: dicente Moyſe Princi-
pi filiorum Eſau, dum *numer.* 22. exiret de
„ terra Ægypti : Fratres veſtri ſumus : ſigni-
„ ficate nobis vt tranſeamus per terram ve-
„ ſtram, via regia gradiemur; non declinabi-
„ mus nec ad dexteram, nec ad ſiniſtram,
„ ſed panem, & aquam pretio ememus, do-
„ nec perueniamus in terram, quam dedit
„ nobis Deus. Quod tamen adhuc illi fuit
„ denegatum; & non inuertit hoc Deus, ſed
inſuper roborauit, & confirmauit præcep-
„ to, dicens *Deuter.* 2. Terram hanc dedi Eſau,
„ ne appropinquetis ei. Veruntamen eſt,
quod ſi aliàs hæc omnia myſticè, ſpiritua-
literque expendantur, catholicæ veritati
maximè cohærebunt, & recondita nobis
latè adaperient myſteria. Quandoquidem
vt in *pſal.* 78. mirificè exponit Auguſtinus:
„ Iacob, figuram geſtat Eccleſiæ, ſicut Eſau,
„ veteris ſynagogæ, vnde dictum eſt Maior
„ ſeruiet Minori. Nec leuiorem iacturam
Sacræ ab ijs accipiunt paginæ, qui cùm
hiſtoricè, & literaliter eas interpretari poſ-
ſint, ad myſteria ſtatim recurrunt, ſpiritua-
les eructant ſenſus, litera penitùs neglecta.
„ Nam: Totus ſermo (2. *de geneſ. cap.* 2. *contra*
„ *Manich.* inquit Auguſtinus) primò ſecun-
„ dum hiſtoriam diſcutiendus eſt; deinde
„ ſecundùm prophetiam. Secundùm hiſto-
„ riam facta enarrantur : ſecundùm pro-
„ phetiam futura prænuntiantur, ſanè quiſ-
„ quis voluerit omnia, quæ dicta ſunt, ſe-
„ cundùm literam accipere, ideſt non ali-
„ ter intelligere, quam litera ſonat, & po-
„ tuerit euitare blaſphemias, & omnia con-
„ gruentia fidei catholicæ prædicare, non
„ ſolùm ei non eſt inuidendum, ſed præci-
„ puus, multumque laudabilis intellector
„ habendus eſt.

Hoc tamen, limitatione non tanta ar-
ctandum, vt literali ſub ſenſu (ſecunda-
7 riò ſaltem) quis facultate careat, myſtica
pro libito, & ſpiritualia indagandi : ſed vt
nulla ad id compellat neceſſitas, dum lite-
ra præſertim, fidei ſacris non aduerſetur
dogmatibus. Idipſum nanque, *lib. de aſſum-
pt. Beatiſſ. Virg. cap.* 1. affatim idem expreſ-
„ ſit Auguſtinus, dicens : Fæcunda eſt enim
„ veritatis authoritas, & dùm diligenter
„ diſcutitur, de ſe gignere, quod ipſa eſt
„ cognoſcitur. Sępè enim diſcuſſa, veram
„ conuenientiam parit, quam manifeſtis
„ ſermonibus abſcondit, & ſæpè apertis ſer-
„ monibus inſinuat, in quibus nihil præter
„ id, quod ſonat, quærendum inuitat : vt
„ eſt illud, quod Abraham genuit Iſaac: Iſaac
„ genuit Iacob: Iacob genuit Iudam, & fra-
„ tres eius; & cætera talia, in quibus ſola
„ tenenda eſt litera; quædam autem ſic
„ commendat, vt pariter literam, & myſti-
„ cum intellectum inſinuet; vt in tranſitu
„ maris rubri, Manna cæleſti, & Taberna-
„ culo Dei, abſque Arca Teſtamenti, vbi
„ futurorum figura, Baptiſmi ſcilicet Chri-
„ ſti, & Eccleſiæ oſtenſa eſt prærogatiua.
„ Quædam tantùm myſticè, & cùm Deum
„ dicit inſufflaſſe in faciem Adæ ſpiraculum
„ vitæ, qui tamen os ad ſpirandum non ha-
„ bet &c. Verùm enim verò, vt Eccleſiæ,
8 Fideique ſacris, literalis ſenſus conſonet
dogmatibus; obiter ignorandum nequa-
quam eſt : Fidei Dogmata (*vt de purgatorio
lib.* 1. *cap.* 11. ſcitè docet Bellarminus) qua-
tuor modis, talia eſſe, poſſe concludenter
probari : Primò, Sacræ Scripturæ teſti-
monio expreſſo, Eccleſiæ cum declaratio-
„ ne; vt dum ex *Joanne* 10. Ego, & Pater
„ vnum ſumus, Nicæni Concilij addita de-
clata-

claratione; Chriſtum oſtendimus, Patri
eſſe conſubſtantialem. Secundo, euiden-
tem per deductionem ex ijs, quæ expreſsè
in ſcriptura habentur; quomodò oſten-
dunt Theologi, Chriſtum duplicem poſ-
ſidere voluntatem, diuinam ſcilicet, & hu-
manam, quia ſecundum Scripturas, Deus,
& homo eſt, Concilij ſexti addita declara-
tione: Tertiò ex Dei verbo, non per Apo-
ſtolos ſcripto, ſed tradito; quomodo Euan-
gelia probamus, & Epiſtolas Pauli eſſe di-
uinas ſcripturas. Quartò tandem, per eui-
dentem deductionem ex Dei verbo tradi-
to; quo pacto Diuus Auguſtinus paſſim
probauit, Peccatum originale eſſe in pue-
ris, neceſſariò credendum, etiam ſi in ſcri-
pturis non haberetur, quia euidenter ex
traditione deduceitur Apoſtolica de Baptiſ-
mo paruulorum. Qua de re, quilibet diui-
narum ſcripturarum Interpres, ſpirituali-
ter, & myſticè, hiſtoricam factis dogma-
tibus ita probatis non exponens conſonan-
tem narrationem, vtique errandi, manife-
ſto ſe tradit diſcrimini: Quemadmodum
Origeni præ cæteris enormiter accidit, cu-
ius aliquandò *in epiſt. ad Pammachium, de er-
ror. Ioan. Hieroſolymit.* apud eundem Bel-
larmin. *lib. 3. de verb. Dei interpret. cap. 3.*
,, meminit Hieronymus, dicens: Origenem
,, ſic Paradiſum terreſtrem allegorizzare,
,, vt hiſtoriæ auferat veritatem; dum pro ar-
,, boribus, Angelos; pro Fluminibus, Vir-
,, tutes cæleſtes intelligit. Et tunicas pelliceas
,, Adæ, & Euæ, corpora humana interpreta-
,, tur, quaſi ante peccatum, ſine corpore vi-
,, xerint.

Ex eo autem, nonnulli perperam arbi-
trantes, quod ſicut Diuinarum ad maio-
9 rem claritatem Scripturarum, quædam ex
Philoſophorum Dogmatibus permiſſum
ſit aſſumere *cap. relatum 37. diſtinct.* ita per
eadem non ſit abſurdum catholicas veri-
tates paſſim interpretari: Sacris proindè
adeò aduerſantur doctrinis, vt non ſecun-
dùm traditiones Patrum, ſed ſecundùm
Ethnicorum placita, eas penitus videan-
tur explanare. Non enim idem Declara-
tio ſonat, ac Probatio: primum nanque
eſt obſcurum clariùs explicare. *Dec. in l.
edita n. 47. C. de edendo. Pariſ. conſ. 65. nu. 5.
& 6.* ſecundum verò eſt aliquid de neceſſi-
tate concludere. *l. non hoc C. de legitimis, vbi
Iaſon regulam ponit cum ampliat. & limit. l. ne-
que natales. C. de probat. & alibi.* Quamobrem
ibidem Sancti Pontificis mens, non omni-
bus expoſitoribus fauet, ſed quibus dun-
taxat Scripturæ veritate bene percepta, ip-
ſam non probare, ſed declarare ampliùs,
,, & vberiùs deſiderant. Cùm verò (inquit)
,, ex diuinis ſcripturis, integram quiſquam,
,, & firmam regulam veritatis ſuſceperit; ab-
,, ſurdum non erit, ſi aliquid etiam ex eru-
,, ditione communi, ac liberalibus ſtudijs,
,, quæ fortè in pueritia attigit, ad ſermonem
,, veri dogmatis conferat. Ita tamen, vt
,, vbi vera didicerit, falſa, & ſimulata de-
,, clinet. Quod adhùc tamen (*vt 1. p. art. 7.
,, q. 9. n. 7.* diſtinguit Henricus) non volun-
10 tariè, & ex affectu id poſtulante, ſed neceſ-
ſariò, & ex vtilitate ad hoc compellente:
ſuper Epiſtolam ad Titum *cap. quod de 37.
,, diſtinct.* adijciente Hieronymo: Si quando
,, cogimur literarum ſecularium recordari,
,, & aliqua de his dicere, quæ olim omiſi-
,, mus, non eſt noſtræ voluntatis, ſed (vt
,, ita dicam) grauiſſimæ neceſſitatis. Quan-
,, doquidem philoſophica, & quælibet na-
,, turalis ratio, Fidei Dogmatibus nequit eſ-
ſe præuia, adeò vt ab ipſa, eorum veritas
pendeat, & certitudo (Ambroſio apud
Henricum *1. p. art. 16. q. 7. n. 1.* reclamante,
,, cùm dicat: Tolle rationem vbi fides quæ-
ritur) ſed ſubſequens, & pediſſequa; ita
vt, quæ fide credimus, ratione quoque
intelligamus. Nam ratio præcedens, ſine
qua homo tunc non eſſet crediturus, Fidei
,, meritum prorſùs euacuat: cùm fides non
,, habeat meritum, cui humana ratio præbet
,, experimentum. *Greg. homil. 26. in euang.*
Secùs verò ratio ſubſequens, in nullo Fi-
dem exterminat, ſed firmius credere facit,
& meritum potiùs (*vt contra epiſtolam fun-
damenti cap. 23.* docet Auguſtinus) exten-
,, dit, & augmentat: Carnales (inquit) gre-
,, mio Eccleſiæ contenti, lacte nutriendi
,, ſunt: ibi incipiunt ſpiritualiter allegoricas
,, parabolas intelligere paulatim, qua intelli-
,, gentia, quantò magis proficiunt, tantò
,, magis catholici eſſe firmantur.

Hinc ergo eſt, quod non ex veteribus
tantùm, vt Galenus præ cæteris *lib. 2. de diff.
11 pulſ. cap. 4.* hanc philoſophicam, & natu-
ralem præuiam rationem, ſacris in literis,
quamplurimi non inuenientes: Moyſis,
& Chriſti (eò quod multa ſupponant, &
nihil probent) immeritò repræhenderunt
ſcholam: ſed (quod deterius eſt) ex No-
uatoribus non pauci; nullius roboris, ac
firmitatis autumant quicquid Diuinitatis,
philoſophicis non reſpondeat traditioni-
bus. In ſacrilegos idcireò errores, ità ple-
rumque labuntur, nouaſque hæreſes adeò
pertinaciter ſuſcitant, vt *lib. aduerſ. Hermog.*
Patriarchas hæreticorum, meritò Tertul-
lianus, Philoſophos nominandos cenſue-
rit. Quandoquidem, vt *tom. 3. controu. lib.
4. cap. 11. de origin. animæ,* præſertim differit
Bellarminus: Ex errore Stoicorum, ortus
eſt error Manichæi, & Priſcilliani: Ex er-
rore Platonis, error Origenis: Ex errore
Ariſtotelis, vel certè ex Ariſtotelis non
benè percepta ſententia, error Apollina-

,, ris, & ſic deinceps. Subijci enim ſe (pro-
pterea *ſermone de fide tom. 2. Bibliot. P. P.* in-
,, quit Zeno Veronenſis Antiſtes) loquaci-
,, tatis artifitio Fidei natura non patitur, à
,, qua nihil aliud laboratur, niſi vt ſuis ſibi
,, tantùm virtutibus approbetur: non enim
,, poteſt eſſe perfectum, quod aliundè expe-
,, ctat ſibi aliquid neceſſarium. Et poſt non-
,, nulla *propè fin.* vlteriùs addit: Cur ergo ip-
,, ſum fontem Diuinitatis, philoſophicis ar-
12 gumentis exhaurire conaris. Quinimò
res è contra ſe habet: Quoniam mundana
ſapientia, quæ theologicæ non adhæret, ſed
contrariatur veritati, vera ſapientia nō eſt,
ſed abuſiuè, ac temeraria philoſophia, vt
,, *1. p. art. 7. q. 13. num.* 10. ex illo *1. Corinth. 3.*
,, Sapientia huius mundi ſtultitia eſt apud
,, Deum, latè oſtendit Henricus. Quam præ-
tereà *Coloſſenſ.* 2. his verbis, enixè idem
,, Apoſtolus hortatur fugere: Ne tetigeri-
,, tis, neque guſtaueritis, neque contrecta-
,, ueritis, quæ omnia ſunt in interitum, ipſo
,, vſu, ſecundùm præcepta, & doctrinas
,, hominum, quæ ſunt rationem quidem
,, habentia ſapientiæ in ſuperſtitione. Qua
de re, diuinam vltionem, plurimi ſacras,
ſcilicet, literas prophanis ſcriptis admiſce-
re conantes, grauiter experti ſunt. Quo-
rum, non paucis (ne notanter excreſcat
opus) itaque conſultò relictis, de Theo-
pompo, & Theodecto, quæ apud Ioſephum
12. *antiquit. cap.* 2. & Freculphum Epiſco-
pum Lexouienſem *chronic. lib. 5. cap.* 1. di-
ſertè recitantur, adducta ſufficiant. Fe-
runt enim, Theopompum quædam vo-
lentem ſuis ſcriptis, diuina inſerere, men-
te motum fuiſse diebus triginta, & per in-
terualla inſaniæ Deum placaſse: facilè
coniicientem, quæ morbi cauſa fuerit;
atque in ſomnis admonitum, hæc ideò
pati, quod fuiſſet circa res Diuinas curio-
ſior, atque voluiſſet proferre humanis ra-
tionibus. Quare cum deſtitiſſet à cæptu,
ſanam mentem, ei illicò fuiſſe redditam.
Theodectem autem Poetam, cùm in qua-
dam tragædia, vellet aliquid è ſacris ad-
miſcere libris, oculos glaucomate ſuffu-
ſos caligaſſe, & cum cognouiſſet erra-
tum, exorato Deo, redditam ſibi fuiſſe
aciem.

Quidam verò alij; Actij Labeonis for-
taſsè de genere (qui *lib. 8. hiſt. poet.* te-
13 ſtante Giraldo, vt obſcuriſſimè, ſic ine-
ptiſſimè Iliada vertit Homeri) verborum
ambagibus, nec non eloquentiæ lenoci-
nijs, ſacras adeò confundunt literas, vt
præter nomen, Interpretis nihil ampliùs
poſſideant. Diuina nanque ſcriptura, vt
eius origo clara, & cæleſtis eſt, ita verbo-
rum haud parùm, omnem refugit obſcu-
ritatem; & vt ab omnibus planè capiatur,
claritatem ambit, ac lucere ſummoper
auet: dicente Domino *Matthæi* 5. Non po-
,, teſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita:
,, neque accendunt lucernam, & ponunt eam
,, ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt
,, luceat omnibus, qui in domo ſunt. Quod
ſi aliquibus ſecùs quandoque videatur;
hoc vnum firmiter teneant: Impijs, non
Pijs id eſſe denegatum. *Henricus Gandauen-
ſis. 1. p. rat. 16. q. 9. n.* 5. Qua de re, qui ob-
ſcuro eam exponunt ſermone, nullam il-
lius clauſulis, dictiſque interpretationem
adducunt, ſed dubietatem ad ſummum,
atque hæſitationem. Siquidem ipſius diſ-
ponentis, loquendi ſecundùm vſum, ſcri-
pturæ, & clauſulæ interpretandæ ſunt *l.
cum alimenta in princ. vbi Bartol. ff. de aliment.
& cibar. legatis. Corn. conſ. 69. n. 5. in fin. vol. 1.
Surd. conſ. 319. num. 7. Tuſch. de coniect. vltim.
volunt. lib. 3. tit. 8. n. 6. atque alij.* Et hoc
profectò eſt, quod Auguſtinus 4. *de doct.
Chriſt. cap.* 8. contra eos, qui putarent, ob-
ſcuro ſermone, à nobis celanda eſſe Diui-
na verba, ſicùt & ab Academicis philoſo-
phica dicta obſcuritatibus occultata ſunt;
,, inquit: Non igitur ita Expoſitores loqui
,, debent tanquàm ſeipſos exponendos ſimi-
,, li authoritate proponant, ſed in omnibus
,, ſermonibus ſuis primitùs, & maximè vt
,, intelligantur, laborent, ea quantùm poſ-
,, ſunt perſpicuitate dicendi, vt aut multùm
,, tardus ſit, qui non intelligat, aut in rerum,
,, quas explicare, aut oſtendere volumus
,, difficultate, ac ſubtilitate, non in noſtra
,, loquutione ſit cauſa, qua minùs, tardiùſ-
,, ue quod dicimus poſſit intelligi.

Multùm propterea habet inanitatis, &
14 vani plùs ſonat, quam valet; Diuinam
hanc eloquentiam, quæ mentibus ſanan-
dis, non quidem mulcendis auribus ſo-
lummodò adhibenda eſt, florido putare
ſtylo clariorem fore, ac penetrabiliorem;
cùm potiùs hebetetur, obſcuriorque red-
,, datur. Non enim faciunt meliorem equū
,, aurei fræni (Lucillo ſuo *epiſtola* 41. ſcribit
,, Seneca) aliter Leo aurata iuba demittitur,
,, dum contrectatur, & ad patientiam reci-
,, piendi ornamenta cogitur fatigatus; aliter
,, incultus integri ſpiritus. Hic ſcilicèt ſpi-
,, ritu acer, qualem illum eſſe natura voluit,
,, ſpecioſus ex horrido, cuius hic decor eſt,
,, non ſine timore aſpici, præfertur illi lan-
,, guido, & bracteato. Quoniam) vt magis
innoteſcat oratio) non ſtylo ſcribentis,
perſonæ qualitas loquentis; ſed qualitati
perſonæ, ſcribentis ſtylus aptandus eſt. Vn-
de ad Piſones Poeta ſcribit:

Intererit multùm Dauus ne loquatur; an Heros,
Maturus ne ſenex, an adhùc florente iuuenta

Fer-

Digitized by Google

Feruidus: An Matrona potens, an ſedula Nutrix
Mercatorue vagus, Cultorue virentis agelli,
Colchus, an Aſſyrius, Thebis nutritus, an Argis.

Cæterùm cum Sacris in Scripturis, qui loquitur, non Dauus, Heros &c. ſed Deus ille ſit, cuius præcepta lucida *pſal.* 18. oculos de ſe illuminant, & paruulis ſapientiam præſtant: abſit hoc à nobis, vt humanam Sapientiam, quæ 1. *Corinth.* 3. (vt diximus) ſtultitia eſt apud Deum, in cœlum os ſuum ponere *pſal.* 72. aliquandò ſinamus, ac *Iſaiæ* 5. tenebras lucem, & lucem tenebras, dicere vnquam permittamus.

His demùm fucatis Diuinarum literarum Gloſſatoribus plerumque accidere
15 ſolet, vt eorum, quæ legunt, vim non benè callentes verborum, hiſtoriæque germanam penitùs ignorantes texturam, vnũ pro alio dum capiunt, ſuam (alias occultam) mendoſa eruditione, ignorantiam prodant. Id enim contigiſſe aliqui appoſitè ferunt (materia licèt, & occaſione diuerſa) cuidam ampulloſo non minùs, quam inepto Grammatico, qui dum Bruti vitam à Plutarcho deſcriptam, Franciſcus I. Gallorum Rex, inter epulas, prælegente anagnoſte, attentus audiret, & heroicum in libertate Reipublicæ vindicanda, animum, multis commendaret verbis: Regi adſtipulantibus cæteris: Magnum quidem virum, ſed magnum quoque adulterum (dixit) laudatis. Nouitatem admirantibus cunctis; latinæ linguæ ſimul, & Hiſtoriæ imperitus; Ouidij carmen ex epiſtolis protulit, vbi ait

Obrutus inſanis eſſet adulter aquis:

vocandi caſu O Brutus à Poeta ſcriptum, ſuæ ad tutelam ineptiæ eſſe contendens. Sic Henricus Stephanus *in Epigrammatis* ludens:

Regis apud menſam Franciſci, mentio Bruti
Crebra eſt per varios, & repetita dies.
Tunc quidam: Ah Brutus, Brutus famoſus adulter,
Dignus ne eſt epulas ſemper inire tuas?
Vndè probet Mæchum quærenti: rettulit illud:
Obrutus inſanis eſſet adulter aquis.

Sic quoque Sacrorum Criticis, dum ſcommatibus, ſcholijſque grammaticis nimiùs indulgent: Diuina verba, quæ penetrare neſciunt; eorum impudentiam haud minùs inculcare, ac improperare ſolent. Rectè itaque ad illud *Apocalypſis* 22. *Conteſtor autem omni audienti &c.* Andreas Archiepiſcopus Cæſarienſis *loco ſuperius, citato n.* 5. adiecit:
„ Non abſque comminatione (Chri-
„ ſtus, ſcilicet Ieſus) conteſtatur, & exhor-
„ tatur, ne quid apponamus, aut adima-
„ mus: verum ſcripturarum phraſes, & idio-
„ mata, attica orationis ſtructura, & compo-
„ ſitione, ſyllogiſmiſque dialecticis, potio-
„ ra, certiora, & ad fidem maius momen-
„ tum afferre, cenſeamus. Nam & in illis
„ multa inuenire liceat, quæ regulæ, & ve-
„ ritatis legi, non ſatis conſentanea ſunt, &
„ tamen propter ſcripturarum authorita-
„ tem diſſimulantur, miſſaque fiunt. Quan-
„ tum autem interuallum inter eos, qui
„ apud nos, & eos rurſùm, qui apud illos
„ celebres extiterunt, intercedat, id mente
„ complecti vix valemus. Arbitror autem
„ plùs intercedere, quàm inter lucem, & te-
„ nebras. Verborum quippè pompa, & apparatus, nullam prorsùs rei addunt veritatem: Cum ſimplicitas potiùs amica ſit veritatis, & verborum adminicula non admittat, *Tuſch. lit. S concl.* 255. *n.* 1. qui etiam citat *Fed. de Sen. conſ.* 220. *in princ.*

CAPVT III.

Sacris Aenigmatibus, Figuris, ac Hieroglyphicis ſuperfluum, aut diminutum exhibendo cultum, Religionis virtutem Symbolici Theologi plerumque lædere ſolent.

SVMMARIVM.

1 *Sacræ paginæ, Epiſtolæ ſunt, è cælis noſtram ad directionem miſſæ; cùm ob diſtantiam inter Deum, & homines, non ſecùs per ipſas quotidiè nobis loquatur Deus, ac per epiſtolas, vſitato modo alloqui ſoleamus abſentes. Ad hoc enim Epiſtolæ inſtitutæ ſunt.*

2 *Epiſtolæ præſertim exhortatoriæ loca narrantur, quibus etiam ſacræ paginæ adamuſſim vtuntur, vt ex Diui Pauli literis ad diuerſos miſſis, manifeſtè oſtenditur: nimirùm à Laude, Spe, Metu, Odio Amore, Miſeratione, Aemulatione, Expectatione, Exemplis, & Obſecratione.*

3 *In hoc tamen à Sacris literis valdè diſcriminari videntur hortatoriæ, ac familiares Epiſtolæ, quòd illæ, tropis, figuris, hieroglyphicis, & ſymbolis plerumque ſunt referte: iſtæ verò, ex Tullij præcepto, claro, & manifeſto ſcribi debent ſermone.*

4 *Verùntamen, ſi res æquo perpendatur animo, nihil diſſonum ab Epiſtolis, & familiaribus colloquijs, vnquam Sacra præ ſe ferunt Scripturæ. Quandoquidem, ſi*

ænigmata , vel figura , quæcunque illæ ſint , ab eo , cui diriguntur , tantùm percipiantur , Epiſtolarum integrum effectum , qui nil aliud eſt , quàm vt de ijs , quæ ignorat , cui ſcribuntur duntaxat certior fiat , omninò conſequentur.

5 *Modus ſcytalis , ſcribendi epiſtolas , quem clandeſtinum , & laconicum dicunt , recenſetur , varijſque exemplis remiſſiuè exponitur , quo præſertim vtitur Sacra Scriptura: Nam Symbolorum , Figurarumque quandoque obducta ſi videatur nubibus , non luce idcirco , & claritate ita cenſetur deſtituta , vt quærentibus , & pulſantibus non illuceſcat.*

6 *Cum autem ob annexam obſcuritatem Sacræ literæ , quendam horrorem , ac reuerentiam cunctis afferant eas legentibus : Religionem manifeſtè lædet , qui ſacra exponendo ſymbola , aut ſuperuacaneè docet , quæ per ipſa ſignificantur , aut irreligiosè paruipendit: Nam , qui talia ſpernit , ſi non hominem , ſed Deum ſpernit: vtique Religionem offendet , quæ virtus eſt , qua cultum debitum exhibemus Deo , tanquàm primo rerum omnium principio.*

7 *Bifariam per contemptum eorum , quæ ſpectant ad diuinum cultum ; Religioni aduerſari contingit , vel , ſcilicet , per exceſſum , vel per defectum : per exceſſum , dum non applicantur interiori Dei cultui ſed in exterioribus duntaxat detinentur præter Eccleſiæ conſuetudinem : per defectum autem , dum in Dei contemptum , & irreuerentiam conuertuntur. Et ſicut primus modus vocatur Superſtitio , ita ſecundus Irreligioſitas nuncupatur.*

8 *Vtiliſſima quippè eſt Symbolica interpretationis forma , & ad res iuuat permultas ; ſed Malorum Interpretum , Profeſſorumque incuria ad ſuperſtitioſas vanitates , diuinationeſque protracta , veræ potiùs obeſt Theologiæ , & à chriſtiana Fidelium mentes elongat pietate , quàm quicquam conſerat commodi , & vtilitatis.*

9 *Multis itaque modis per exceſſum Religionem offendunt hi Pſeudomyſtagogi , præſertim dum eas figuras , & imagines , Agni , ſcilicet , Leonis &c. Chriſti Domini proprietates , naturas , & id genus cætera ſignificantes , ad vanos , & ſuperſtitioſos applicant ritus , implicito ſaltem Dæmonis pacto interueniente , vt communiter tàm Canonicæ , quàm Ciuiles fatentur leges.*

10 *Quidam verò alij , ita numerorum ſymbola obſeruant , vt ſacra verba , eò validiora reputent , quo numeris , arithmeticiſque proportionibus redduntur conuenientiora. Vndè abſolutè ponunt , præ cæteris ſcripturis , vim aliquam certis ineſſe pſalmis , eò quòd certo , & determinato numero ſint collocati.*

11 *Exprobrantur tamen omninò. Nam quamuis Orthodoxi Patres paſſim de numerorum connexione multa ſint philoſophati , ijdem nihilominus in hac proportione , & connexione numerali , diuina quadam myſteria duntaxat contemplantur , nec vllam vim naturalem , vel magicam , numeris ipſis , quà tales , tribuunt.*

12 *Sunt etiam alij , qui ſuadere nituntur , ſtatis Pſalmis , eorumque quibuſdam ſegregatis verſiculis , ſicut & varijs Sacræ Scripturæ tropis , optimè poſſe occulta indagari , & futura prænoſci , atque ita ſuperſtitioſæ Diuinationi non parum fauent.*

13 *Addunt præterea , periapta collo geſtare appenſa , in quibus aliquid Scripturæ Sacræ , hoc , vel illo modo , hoc vel illo tempore ſit deſcriptum , nulla Eccleſiæ adhibita conſuetudine , valdè poſſe conferre tùm ad corporis ſanitatem , & ſic Vanam Obſeruantiam exercent , tùm ad ſcientias aſſequendas , atque tali modo , Artem , quam dicunt Notoriam , vtramque damnatam , operantur.*

14 *Hùc etiam illorum Theologorum Kaballiſtica ſpectat Symbolorum expoſitio , qui Diuina Nomina , ſacrarumque literarum varia Myſteria , ad vanos , & profanos aliquandòque magicos extorquent vſus. Cuius rei quatuor ſtatuuntur ordines , quorum primi duo , ſi rectè exerceantur , nihil continent ſuperſtitionis : tertius verò viam ſternit ad ipſam : quartus demùm , magicus , & dæmoniacus eſt.*

15 *Quarè Kabula adæquatè diuiditur in Theomantiam , & Arithmantiam , prima diabolica , & blaſphema eſt. Secunda adhùc diuiditur in veram , & falſam , prima ab Eccleſia recipitur , ſecunda verò cum Theomantia , & alijs ſuperſtitionis artibus , à Clemente VIII. penitùs damnata fuit.*

16 *E contra verò per cultus defectum : ac diminutionem , Religioni detrahunt plerique , & Irreligioſitatis vitium manifeſtè patrant , qui ſacra exponendo ſymbola , ad ſcurrilia , & inhoneſta propriam eorum transferunt ſignificationem , cuius impietatis nonnulla adducuntur exempla.*

17 *Hæc tandem impietas , ac ſacrilega irreligioſitas , à Sacra Tridentina Synodo , ſub grauiſſimis pœnis damnata , & reprobata fuit , quam Sancti viri , nec etiam in minimo , ob reuerentiam Sacris Scripturis exhibendam paſſi ſunt in Eccleſia permittere , quin verbis , & ſcriptis eam exercentes , acriter ſunt perſequuti.*

Sa-

Digitized by Google

SAcras Paginas, Epiſtolas eſſe de cælis,
noſtram ad directionem miſſas, *Conc. 2.*
1 *in Pſal.90.* rectè quidem cenſuit Auguſti-
» nus, dicens. Hæ de illa Ciuitate, vnde
» peregrinamur, literæ nobis venerunt, ip-
» ſæ ſunt Scripturæ, quæ nos hortantur, vt
» benè viuamus. Siquidem, ſi. Dum ſu-
» mus in hoc corpore peregrinamur a Do-
» mino. *2. Corinth.* 5. adeò proindè cæleſti
diſtamus à patria. vt per Sacras Scriptu-
ras, veluti per epiſtolas, Deum nobis quo-
tidiè loqui neceſſe ſit. Epiſtolæ enim ad
hoc dicuntur inuentæ, vt certiores, ſcili-
cet, abſentes de his rebus, quas alter, al-
teri notas eſſe vult, prorsùs faciamus. Vn-
de Tullius *ad Curionem epiſt.4.* perindè ſcri-
» pſerat; Cuius cauſa inuenta res ipſa eſt,
» vt certiores faceremus abſentes, ſi quid
» eſſet, quod eos ſcire, aut noſtra, aut ip-
» ſorum intereſſet. Cæterùm cùm exhor-
tatoriæ præſertim Epiſtolæ (vt *libell. de con-*
2 *ſcribend. epiſt.* eruditè notant Lipſius, & Voel-
lius) hi veluti ſtimuli, & incitamenta vir-
tutum, quæ nobis natura contulit, ex
quibus exhortatorium genus componi
debet, loci aſſignari ſoleant; nimirùm à
Laude, Spe, Metu, Odio, Amore, Mi-
ſeratione, Æmulatione, Expectatione,
Exemplis, & Obſecratione: quotieſcun-
que ad benè viuendum nos hortantur, iiſ-
dem paſſim Sacræ vtuntur Literæ; non
erit profectò cur etiam hortatoriarum for-
ma,. & ratio epiſtolarum, illis præcipuè
non ſit tribuenda. A Laude quidem (vt
ad rem noſtram, quædam præſertim ex
Diui Pauli epiſtolis afferamus loca) ad be-
nè viuendum tunc hortantur, dum *ad*
» *Philipp.4.* ſcribit. Fratres mei chariſſimi,
» & deſideratiſſimi, gaudium meum, & co-
» rona mea; ſic ſtate in domino chariſſimi.
» A Spe præmiorum, & Metu punitionis,
» *Ad Roman.* 2. Tribulatio, & anguſtia in
» omnem animam hominis operantis ma-
» lum, Iudæi primùm, & Græci: gloria
» autem, & honor, & pax omni operanti
» bonum, Iudæo primùm, & Græco. Ab
» Amore, & Odio, *ad Roman.* 12. Dilectio
» ſine ſimulatione. Odientes malum, adhæ-
» rentes bono. A Miſeratione *ad Epheſios* 4.
» Eſtote autem inuicem benigni, miſericor-
» des, donantes inuicem, ſicut & Deus in
» Chriſto donauit nobis. Ab Æmulatione,
» *1. Corinth.* 12. Aemulamini chariſmata me-
» liora. Ab Expectatione, *ad Roman.* 8.
» Expectatio creaturæ, expectationem filio-
» rum Dei expectat. Ab Exemplis *ad Hab.* 3.
» Conſiderate apoſtolum, & pontificem
» confeſſionis noſtræ Ieſum, qui fidelis eſt
» ei, qui fecit illum, ſicùt & Moyſes in
» omni domo eius. Ab Obſecratione tan-
» dem, *1. ad Theſſalon.*4. Rogamus nos, &
» obſecramus in Domino Ieſu, vt quemad-
» modùm accepiſtis à nobis, quomodò
» oporteat vos ambulare, & placere Deo,
» ſic & ambuletis, vt abundetis magis.
Quamobrem Deus, dum per Scripturas,
his, & ſimilibus locis, ad benè viuendum
Patres noſtros hortatur; adſtruere non erit
» inutile, quòd: Promiſſorum ſuorum
» (vt cum Auguſtino *de verbis domin. ſerm.* 31.
» *in fin.* aptiùs loquar) etiam nobis chyro-
» graphum fecit &c. & quidem: Promiſit
» Patribus noſtris, ſed cautionem fecit,
» quam legeremus & nos.
In hoc tamen (ni fallor) Sacris à Scriptu-
ris, hortatorias, valdè reperio diſcrimina-
3 ri Epiſtolas: Hæ nanque claro ſcribi ſo-
lent ſermone: *Ad Papirium Pætum lib.* 9.
» *epiſt.* 21. dictante Tullio: Quid enim ſi-
» mile habet epiſtola, aut iudicio, aut con-
» cioni? Quin ipſa iudicia, non ſolemus
» omnia tractare vno modo. Priuatas cau-
» ſas, & eas tenues agimus ſubtiliùs: capi-
» tis, aut famæ, ſcilicet, ornatiùs. Epiſto-
» las verò, quotidianis verbis texere ſole-
» mus. Sacræ verò literæ, tropis, figuris,
ſymbolis adeò ſunt refertæ, vt *enarrat. in*
pſalm. 147. *circa med.* meritò demiratus ſit
» Auguſtinus, dicens: Quarè ſic ſcriptus
» alloqui voluit per quaſdam quaſi caligines
» ſimilitudinum? Quantò meliùs apertiùs
» loqueretur? Quarè, vel quæro, vel hæ-
» ſito quid ſibi illa verba exigant. Quarè
» in audiendo vel laboro? Quarè plerum-
» que, audito pſalmo, indoctus diſcedo?
4 Verùm enim verò, ſi ſacris in Scripturis,
Troporum, Figurarum, Symbolorum,
& id genus obſcuritatum, iuſtitiæ, & æqui-
tatis oculis paulò intimiùs inſpicere cura-
uerimus inſtitutum: vix ab epiſtolarum
ſcribendi ratione, quicquam diſſonum,
aut diſtortum vnquam in ipſis, dubio
procul inueniemus. A Sapientibus enim
hæc omnia primò vſurpata ſunt, non qui-
dem, vt penitùs lateant, aut omnibus
(vulgo præſertim) eorum abdita latè pa-
teant ſignificata: ſed iis duntaxat ſint aper-
ta, qui tali ſe dignos affatim præſtiterunt
indagine. Quare *Stromat. lib.* 5. ſic ſcriptum
» reliquit Clemens Alexandrinus: Aegy-
» ptios, & Hebræos, Symbolis vſos fuiſſe
» reconditis, vt Sapientiæ Diuinæ eos parti-
» cipes efficerent, qui rebus ſacris initiati
» eſſent. Hoc autem epiſtolis, & quibusli-
bet hortatoriis literis, minimè cenſetur
incongruum, cùm non omnes promi-
ſcuè, ſed eos ſolummodò, quibus hæ da-
tæ ſunt, de re, quam continent tenean-
tur certiores reddere. *Ad Quinctum Fra-*
trem lib. 1. *epiſt.* 1. *circa fin.* dicente Tullio:
» Illud, quod eſt epiſtolæ proprium; vt is
» ad quem ſcribitur, de iis rebus, quas igno-
» rat

rat certior fiat, prætereundum eſſe non
puto.

Hinc illud, Scytala, genus ſcribendi
epiſtolas, quod clandeſtinum, & laconi-
5 cum dicunt, etiam in vſum prodijt, cuius
lib.17.cap.9. his monumentis appoſitè me-
minit Gellius. In his epiſtolis (inquit)
quibuſdam in locis inueniuntur literę ſin-
gulariæ, ſine coagmentis ſyllabarum, quas
tu putes poſitas inconditè. Nam verba
ex his literis confici nulla poſſunt. Erat
autem conuentum inter eos clandeſtinum
de commutando ſitu literarum, vt inſcri-
ptio quidem alia, aliæ locum, & nomen
teneret, ſed in legendo locus cuique ſuus,
& poteſtas reſtitueretur. Quænam verò
litera pro qua ſubderetur, ante ijs (ſicut
dixi) complacebat, qui hanc ſcribendi la-
tebram parabant. Alioſque ex iudè ſatis
curioſè factos de occulta literarum ſigni-
ficatione commentarios latè commemo-
rat. Proindèque ſi Sacra Scriptura, ſym-
bolorum, figurarumque obducta videatur
nubibus, non luce idcircò, & claritate ita
cenſetur orbata, vt quærentibus, & pulſan-
tibus, protinùs non illuceſcat. Nam qui
operit Cœlum nubibus *pſalm.* 146. parat,
& terræ pluuiam. Vbi Diuus Auguſtinus
propè fin. mirificè ſubdit. Niſi enim habe-
remus occaſionem obſcuritatis ſcriptura-
rum, iſta vobis non diceremus, quibus
gaudetis. Hæc ergo pluuia fortaſſe eſt, ad
quam gaudetis. Exprimi nobis per lin-
guam noſtrã non poſſet, niſi Deus nubibus
figurarum cœlum ſcripturarum coope-
riret. Ad hoc ergo ille cooperit cœlum
nubibus, vt paret terræ pluuiam. Ad hoc
obſcura eſſe voluit dicta Prophetarum, vt
haberent poſtea ſerui Dei, quod interpre-
tando influerent ſuper aures, & corda ho-
minum excipientium de nubibus Dei ſagi-
nam lætitiæ ſpiritualis.

Cùm autem de cætero huiuſcemodi cę-
litus emiſſæ Sacrarum Scripturarum Epi-
6 ſtolæ, ob annexam obſcuritatem, horro-
rem, ac reuerentiam, cunctis legentibus
adhùc præſeferant: ſumma religione, &
obſeruantia proindè colendæ ſunt. Pro-
ptereà *conc.31. in pſalm.* 118. aiebat Augu-
ſtinus: Qui diligit Dei legem, etiam quod
in ea non intelligit, honorat: & quod ei
ſonare videtur abſurdè, ſe potiùs non in-
telligere, & aliquid magnum latere ibi iu-
dicat. Religionem ergò manifeſtè lædit
quicunque Myſtagogus, ſiuè ſymbolicus
Theologus, qui harum diuinarum epi-
ſtolarum ænigmata enodando, figuraſque
exponendo (ſiuè quæ legit non capiat)
proteruè contemnit (ſiuè ſi percipiat) ſu-
peruacaneè docet, debitamque illis (vt par
eſt) venerationem, & cultum nequaquam
ſeruat. Quandoquidem 1. *Theſſal.*4. habe-
tur: Qui hæc ſpernit, non hominem ſper-
nit, ſed Deum, qui etiam dedit ſpiritum
ſuum ſanctum in nobis. Religio autem ex
Angelico Doctore 2. 2. *quæſt.*81. *art.*2. præ-
ter Virtutem nil aliud eſt, quàm quæ de-
bitum Deo cultum, tanquàm primo re-
rum omnium exhibet principio. Quia ve-
7 rò bifariam, eorum per contemptum, quæ
ſpectant ad Diuinum cultum (vt *ibidem* 9.
92. *art.* 1. idem aduertit Sanctus Doctor)
Religionis virtuti aduerſari contingit: vel,
ſcilicet per exceſſum, vel per defectum:
Tunc ſanè ſe per exceſſum opponent, dum
Symbola, quæ reſoluunt, ad interiorem
Dei cultum non perducunt, ſed in exte-
rioribus duntaxat conſtituunt, præter Ec-
cleſiæ conſtitutionem, vel obſoletam con-
ſuetudinem. Nam licèt debito, & ordi-
nato modo in Dei cultu nullus excogitari
poſſit exceſſus; quia: Glorificantes Deum
quantumcumque potueritis ſuperualebit
adhuc *Eccleſi.* 43. indebito tamen, & in-
conuenienti Eccleſiæ, eiuſque conſuetudi-
nis ritu, ſuperfluitati aditus vndecunque
aperitur. Per defectum autem Religionis
tunc virtutem oppugnant, dum Verba,
Symbola, ſacraſque Figuras, quas tractant,
in Dei contemptum, ſacrarumque rerum
irreuerentiam conuertunt. Ideoque, ſicut
exceſſus ille, ex Angelico Doctore 2.2.*q.*92.
Superſtitio vocatur; ita defectus iſte, ex
eodem *ibidem q.* 97. Irreligioſitas dicitur.
Quarè hi profectò, eorum cætui necti ſo-
lent, quorum quendam, *enarrat. in pſal.*50.
propè princ. ſatis appoſitè carpit Auguſti-
nus, dicens: Librum Dei vt pecces inſpi-
cis: ſcripturas Dei ad hoc audis, vt facias
quod diſplicet Deo?

Symbolica quippè hæc eſt illa ars, de
cuius dignitate, fructu, iucunditate *lib.* 5.
8 *ſtromat*, paucis, ſed benè perpenſis verbis
ſic cenſuit Alexandrinus: Vtiliſſima ſym-
bolicæ interpretationis forma ad res per-
multas: nàm iuuat & ad rectam Theolo-
giam, & ad pietatem, & ad demonſtrati-
ui generis orationes, ad breuitatis denique
exercitationem, ſpecimenque ſapientiæ;
Sed malorum interpretum, profeſſorum-
que incuria, ne dicam peruerſitate, ad ſu-
perſtitioſas veritates, diuinationeſque pro-
tracta: ſanæ potiùs, & catholicæ obeſt
Theologiæ: à chriſtiana fidelium mentes
elongat pietate: exornatiuas deturpat de-
clamationes: exercitationum breuitati,
confuſionem adducit: & veræ ſapientiæ
ſpecimen, & decorem à nobis prorsùs
auertit. Rectè quippè (*conc.* 1. *in pſal.* 118.
paulò ſub princ. indè concludit Auguſtinus)
reſpondebitur nobis, quòd iſti non ſcru-
tantur teſtimonia Domini: non enim quę-

runt

„ runt ipſa, ſed aliud quærunt per ipſa, „ ideſt, vt glorificentur ab hominibus. Non „ eſt hoc ſcrutari teſtimonia Dei, non dilige- „ re, quod oſtendunt, & nolle peruenire quò „ ducunt, ideſt ad Deum. Nam aut ſi & ipſi „ ſcrutentur teſtimonia Dei, quãvis non vt „ ipſa, ſed vt aliud ex his inueniãt, & acqui- „ rant: certè non in toto corde exquirunt „ eum, quod non fruſtrà hic additum cer- „ nimus;

Pluribus itaque modis (vt ab exceſſu
9 Diuini cultus ſumamus exordium) Religionis virtutem labefactant, eiuſque ſanctis obnituntur legibus, hi Pſeudomyſtagogi: præſertim autem dum ſacra Symbola, & Biblica Hieroglyphica, ad varios vſus vanitatum indecorè tranſmittunt: vt Agni, Leonis, Colubri, & id genus imagines; Chriſti Domini manſuetudinem, Diuinam, Humanamque naturam, atque pro nobis in Cruce operatam ſalutem &c. ex ſacris libris apud Pierium Valerianum *in ſuis Hieroglyphicis*. paſſim innuentia; ad magicas, & inanes nugas in annulis, lapidibuſque inſculpunt plerumque. Fabulantur idcircò ex Hermetis fortè, Ragielis, Chaelis, aliorumque ſigillis; geſtantem in ipſis inciſam imaginem Ouis, vel Agni, à paralyſi, &, quartana febre prorsùs reddi immunem: Leonis verò, honores, diuitias, incolumitates, & victorias obtinere: Serpentis demùm, vel Draconis; omnibus charum, gratumque indifferenter reddi, atque alia ſimilia commenta, quæ apud Camillum Leonardum Medicum Piſaurienſem, *in ſuo Lapidum Speculo*. atque alios, ſatis abundè habent inueniri. Quandoquidem, hæc vana, & inutilia, præter magicam, & ſuperſtitioſam indaginem, noſtra nihil ad ſtudia commoditatis afferunt; & ſi quid, his, fortè efficitur, id ex conſtituto fieri duntaxat tenendum eſt; Nam quicquid plurimi hoc circà ſibi ſomniando fingant; veruntamen, vt Theologis, Iuriſperitis, Philoſophis, ac Medicis apud Martinum del Rio, *diſquiſit. magic. lib. 1. quæſt. 1.* plurimùm arridet; Hæc Dæmones ſibi ſigna conſtituunt, & quaſdam quaſi teſſeras militares, aut conuenta pacta, curioſis, & leuibus hominibus doloſè præbent. Vndè „ *Iſaiæ* 28. legitur: Percuſſimus fædus cum „ morte, & cum inferno fecimus pactum: Quod Sanctus Thomas *ibidem*, ſicut & Summi Pontifices Ioannes XXII. *in extrauag. contra Magos*, quæ incipit *Super ſpecula*, & Sixtus V. *in Bulla contra Aſtrolog.* ſatis clara, & aperta interpretatione, Magis, ac Veneficis accommodant. Quinimò Dæmon ipſe callidè exercuit, dum Chriſto Domino auſus eſt *Matthæi* 4. pacti con- „ ditionem offerre: Hæc omnia (inquit) „ tibi dabo, ſi procidens adoraueris me. Docuit hoc etiam Diuus Auguſtinus. *2. de Doctrina Chriſt. cap. 23.* relatus *cap. illud.* „ *diſt. 26. quæſt. 2.* dicens: Omnes artes hu- „ iuſmodi, vel nugatoriæ, vel noxiæ ſuper- „ ſtitionis ex quadam peſtifera ſocietate „ Hominum, & Dæmonum, quaſi pacta „ infidelis, & doloſæ amicitiæ conſtituta. „ Et *l. multi. C. de maleſi, & math.* ſanctione „ imperatoria habetur: Multi magicis arti- „ bus vſi elementa turbare, vitam inſontium „ labefactare non dubitant; & Manibus ac- „ citis (non accipitis, ita legendum puto ex „ *Codice Theodoſ. eodem tit.*) audent ventila- „ re, vt quiſquis ſuos conficiat malis arti- „ bus inimicos: hos (quoniam naturæ pe- „ regrini ſunt) feralis peſtis abſumat. Quæ demùm res prorsùs comperta eſt, vnanimi Maleficorum, & Sagarum confeſſione, mirè per Europam omnem, & cunctas ætates conſentiente. *Martin. del Rio. 2. diſquiſ. mag. quæſt. 4.*

Nec minorem erga Religionem hi ope-
10 rantur iacturam, qui adeò in Dei cultu Numerorum ſymbola obſeruant, & ſcrutantur proprietates, vt ſacra verba, eò validiora, & penetrabiliora reputent, quò numeris, arithmeticiſque proportionibus eueniunt conſiderabiliora. Hinc (vt plurimas eorum, ad euitandam prolixitatem, mittam ineptias) abſolutè ponunt præ cæteris ſcripturis vim aliquam certis ineſſe Pſalmis, eò quòd certo numero ſint collocati, & eos credunt efficaces, vt proſperè cæpta legenti, ac recitanti ſuccedant, vel vt grauibus liberentur periculis: vt Pſalmo primo *Beatus vir &c.* quia vnitas eſt quid perfectum (quaſi verò ſeptenarijs, & ſenarijs, & quinarijs, & ternarijs, ſua quoque non ſit perfectio) Dicunt etiam Pſalmum decimum, *In Domino confido*, fælicem eſſe, quia denarius numerus eſt bonus; & quia centenarius ex decies decem conflatur; ideò adhùc fæliciorem eſſe centeſimum Pſalmum, *Miſericordiam*
11 *& iudicium*. Quamuis enim Orthodoxi Patres paſſim de numerorum connexione multa philoſophentur; ijdem tamen duntaxat in hac proportione, & connexione numerali, Diuina quædam myſteria contemplantur, nec vllam vim naturalem, vel magicam numeris ipſis, quà tales tribuunt. Quia numerus quatenùs numerus, nullam neque naturalem, neque ſupernaturalem vim operandi continet, vt fusè idem probat Martinus del Rio. *1. diſquiſ. magic. q. 2.* Quicquid propterea de numerali efferebatur ordinatione Pſalmorum, facilè ex eo refelli poteſt; quia denarius, aut centenarius, quatenùs nume-

ri

ri ſunt, bonitatem realem nullam habent, ſiuè phyſicam, ſiuè ethicam, ſed artificioſam tantùm, ab imaginatione numerantis procedentem, quæ non obtinet vllam in corpora, ſeù res quæ numerantur efficacitatem. Deinde in hæbreo fonte alius eſt ordo Pſalmorum, quàm in latina verſione: perindeque qui Pſalmus ſecundum hanc verſionem fælix eſt; infælix erit ſecundùm illam, & è contra, quod eſt dictu abſurdiſſimum: vt dicenti hæbraicè vnus erit fælix, & dicenti latinè alius: quod æquè ridiculum cernitur. Qua de cauſa, meritò hos numetarios pſalmiſticos damnat Ciruelus Darocenſis *par. 3. de ſuperſtition. cap. 6. in fin.* apud eundem Martinum *loc. cit.* qui præfato modo ratiocinabatur. Vndè etiam monet cautè eſſe legenda, quæ de efficacia imparis numeri, maiore quàm paris congerit, nec ſatis digerit Petrus Gregorius *in Syntaxi artis mirabilis*, qui, quód eam ſententiam tribuit Orthodoxis Patribus D. D. Hieronymo, & Cypriano, magnam illis iniuriam infert. Cumque loca eorum nulla citet, meritò vanitatis, ea in re arguitur. Hæc ille.

Grauiter item in ſuam quoquè perni-
12 ciem ruunt, Religioniſque virtuti adhùc detrahunt apprimè, qui ſacra Symbola, Diuinarumque Scripturarum ſanctiſſima verba, Diuinatrici applicant Prædictioni; nec non Periaptis, & Amuletis, Vanæ Obſeruationi; atque Arti (vt vocant) Notoriæ mirum in modum fauent, atque opitulantur. Suadere nanque nituntur, ſtatis Pſalmis, eorumuè quibuſdam ſegregatis verſiculis; variiſque ſacrorum ænigmaticis, ac tropologicis ſenſibus, nulla præmiſſa, vel præſuppoſita Diuina inſtitutione, aut Eccleſiæ approbata conſuetudine, ſiuè traditione (de quibus paſſim 3. *diſquiſ. magic. ferè per totum*, idem Martin. del Rio) occulta indagari commodè poſſe, & futura certè prænoſci, quod manifeſtè diuinare eſt, & opem Dæmonis (implicitè ſaltem) quærere, & implorare: cùm Diuinatio nil aliud ſit, quàm Prædictio, ſeù Prænuntiatio rerum occultarum, quæ humano modo cognoſci non poſſunt, ope Dæmonis facta, vt ex D. Thoma 2. 2. q. 95. communiter colligunt Doctores apud Bonacinam *in decalog. diſp. 3. quæſt. 5. punc. 3. 1. & 2. propoſ.* Ad-
13 dunt prætereà, corporis tùm ad ſanitatem tuendam, tùm morbos propulſandos, collo geſtare valdè conferre appenſa Periapta, ſeù bullas quaſdam, in quibus aliquod ex quatuor Euangeliis, vel eorum pars aliqua, ſiuè quidam Pſalmorum verſus, non ex deuotione tantùm, ſed variis circumſtantiis adiunctis; nimirùm vt ſic, vel ita deſcripta, vt puta in pergameno virginea; hoc vel tali tempore, tali, vel tali loco; ab hoc, vel illo ſcriptore ſuperſtitioſè ſint exarata. Hoc enim profectò eſt inutilibus medijs, vt dicitur *Pſalmo* 4. Dilige-
,, re vanitatem, & quærere mendacium: Quandoquidem, Vana obſeruantia (ex eodem Sancto Thoma 2. 2. q. 96. art. 1. & 2. & aliis, vt teſtatur Sanchez *lib. 2. cap. 40. num. 1.*) eſt ſuperſtitio, qua media inutilia adhibentur ad præſtandum, vel omittendum aliquid, ad quod talia media, nec diuinitùs, nec naturaliter virtutem vllam habent. Quod ſi iis vtantur mediis ad valetudinem obtinendam, ſanitatum nuncupatur Obſeruantia; ſi verò ad ſcientiam, vel cognitionem, Ars Notoria, vt dum hebetibus, & vmbraticis hominibus abſque labore, & ſtudio, ſed quibuſdam duntaxat ex ſacris literis, ſuperſtitioſis precationibus polliceri ſolent ſcientias, & artes, breui fore conſequuturos, ſicùt quibuſdam in libellis à Pio V. damnatis, apud Martinum del Rio, *lib. 3. q. 4. ſect. 2.* eorum falſa, & vana apparet catecheſis. Quæ tamen omnia probatos, & veros catholi-
,, cos ſummè dedecent; quia: Bonus, ve-
,, ruſque Chriſtianus (*2 de doct. chriſt. cap. 18.*
,, *circa med.* inquit Auguſtinus) etiam in li-
,, teris ſacris ſuperſtitioſa figmenta repudiat. Prohibentur ideircò, tùm iure canonico *cap. Sortilegi. cauſ. 26. à q. 1. vſque ad 5. cap. In tabulis. cap Ex tuarum &c. de ſortileg.* tùm iure ciuili. *C. de Maleficis, & Math. per totum*, vbi communiter Doctores. Et delinquentibus grauiſſimæ, exhibentur pœnæ, quas diligenter colligit, & recenſet præcitatus Del Rio. *lib. 5. ſect. 16.*

Hùc etiam eorum Theologorum, ſym-
14 bolica quidem ſpectat expoſitio, qui Iudaicæ Kabalæ (recentiorum præſertim) plurimùm adhærendo, Diuina nomina, ſacrarumque literarum varia Myſteria, ad vanas, nugaces, & quod deteriùs eſt, quandòque ſuperſtitioſas protrahunt obſeruationes; perindèque non minus ac cæteri vſque modo exploſi (niſi fortè perampliùs) Religionem deturpant, & profanant. Quatuor autem talium Kabaliſtarum (teſte Del Rio. *lib. 1. q. 3.*) ſtatuuntur ordines: Primus, eorum, qui Rabbi Rambani ſuper Geneſim de quinquaginta portis, ſequuntur traditionem. Secundus, qui Abraham ſectantur a Veneris, ponentem in libro ſuo de creatione mundi, triginta duas Sapientiæ ſemitas. Tertius, ponentium decem enumerationes, quas vocant *Nezer Zephiroth*, hoc eſt decem gradus, & ſcalas, per quas aſcendendum eſt, ad cognitionem, & amorem Dei.

Digitized by Google

Dei. Quartus demùm eorum, qui con-
ſtituunt plura principia; nam quinqua-
ginta portis addunt literas viginti duas al-
phabeti, atque ità complent numerum
LXXII. quem vocant *Sembamaphores*, no-
men expoſitorium Dei, & dicunt eſſe nu-
merum ſeptuaginta duorum Angelorum,
præſidium orbis, & per quos inuocatos
eduntur miracula ab hominibus, alligan-
turque Dæmones ad præſtigia facienda:
aſſereutes prætereà Chriſtum Dominum
huius artis ope, omnia ſua edidiſſe miracu-
la; quam blaſphemiam refet Xiſtus Senen-
ſis *lib. 2. bibliot. ſanc. lit. E. §. cæterum quia*
Prioribus in his duobus ordinibus, nihil
profectò deprehenditur magicum, aut dæ-
moniacum, cùm præter literarum, nume-
rorumque per ipſas importatorum, ana-
gramaticas, pythagoricaſque varias diſpo-
ſitiones, nihil amplius regulariter præ-
contineatur; qui modus elementariè ex-
ponendi ſacras ſcripturas, ab Eccleſia non
non reſpuitur; quin potiùs multi Patres
Eccleſiaſtici, ad eruendos allegoricos, ac
tropologicos ſenſus, eo frequenter ſunt
vſi, vt notat idem Xiſtus Senenſis *lib. 3. bi-
bliot. ſanc. de elementari expoſit. ſac. ſcrip. pri-
mo. & 2. modo*. Quamvis aliàs Martinus
del Rio, *vbi ſupra* nugas, & vanitates in
ipſis aliquandò inſpiciat non paucas. In
,, tertio verò (inquit) Quod ibi Kabaliſtæ
,, viani incipiunt ſternere ſuperſtitioni. In
quarto tandem, magicam, & blaſphemam
apertè contineri doctrinam abſolutè do-
15 cet. Quarè *lib. 4. ſect. 3. §. Decimum diceba-
tur*. Kabalam recentiorum Iudæorum,
in Arithmantiam, quam appellat vaniſſi-
mam, & Theomantiam, impietate, &
blaſphemijs, plenam, eruditè diuidit.
Quia verò in Arithmantia, non omnes
modeſtè ſe gerunt, ſola alphabetaria Sa-
cræ Scripturæ expoſitione contenti, ſed
adhuc in vanitates, & ineptias ſe præcipi-
tes ruunt; hinc eſt, quod Kabaliſticam
Arithmantiam, apud Xiſtum Senenſem
lib. 2. vbi ſupra etiam bifariam faciunt; ve-
ram, ſcilicet, & falſam: vera, & pia eſt,
quæ ſicut iam diximus, arcana ſacræ legis
Myſteria iuxta anagogem elucidat: falſa
verò, & impia, ementitium eſt quoddam
Iudaicæ traditionis genus, quod improbi
quidam Iudæi, à Moyſe ex Patribus, vſ-
que ad ipſos emanaſſe dicunt, innumeris
vanitatibus, & falſitatibus refertum, nihil,
aut parum à Necromantia diſtans. quam
Clemens VIII. præſertim, cum Thalmu-
di, cæteriſque Iudæorum Kabaliſticis vo-
luminibus, ſub pæna anathematis, anno
Incarnationis Dominicæ 1593. prid. Ka-
lend. Mart. tanquam vaniſſimam, & per-
nitioſam damnauit, & interdixit. Sym-
bolici caueant ergo Theologi.

Per cultus denique defectum, adhuc è
16 contra, Religionis detrahunt virtuti, ac
Irreligioſitatis vitium peſſimè patrant,
enormiterque committunt, qui Sacra ex-
ponendo Symbola, ad ſcurrilia iocoſa, &
inhoneſta, ipſorum propriam transferunt
ſignificationem. Siquidem eo recedit iſto-
rum Theologia, vt in ſugillandis pluri-
morum ineptijs, & in commendandis eo-
rum dictis, vel factis (licet impijs, & exe-
crandis) Sacrarum literarum Symbolis
abuti non vereantur. Id enim profectò
nil aliud eſt, quàm Luciani imitatione
humana omnia Diuinorum ſuperinducta
larua, irridere. Hinc inde eſt, quòd ta-
lium peruerſa opera, damnoſoque labo-
re (inexpertis, & vanis hominibus ſaltem)
ingenioſa prodeunt dicteria, ac ſacris per-
miſti, profani futiles Paſquilli, Illius
adhuc extat ad infamiã apud Reyerlinck
Theat. vit. hum. verb. Impietas. in Sacro-
ſanctum Deiparæ Canticum, ſacrilegum
commentum; pro *Eſurientes impleuit bonis,
& diuites dimiſit inanes*, contumelioſè di-
centis: *Eſurientes implebit bobus, & diuites
dimiſit in aues*; adeò vt per iocum ſignifica-
ret, Pauperes, qui cibi penuria frequen-
ter laborant, & ob id eſuriunt, ſatiandos
eſſe carne bouina, vtpotè ſolidioris dige-
ſtionis: Diuites verò, auium nobiliorum
alimenta accipere. Nec huic diſſimilis
creditus, & habitus eſt reſpectiuè, libel-
lus ille famoſus apud eundem *eodemque in
loco*, 1613. in lucem editus contra Regem
Angliæ Iacobum VI. ſub titulo *Puritanus*,
Hoc eſt *Prurit anus*, in quo quidem inge-
nioſè aduerſus Eccleſiam Anglicanam,
eiuſque primordia, primùm ab Henrici
VIII. impudicitia, & ambitione excitata,
deſcribuntur: Sed cùm vniuerſa duntaxat
per ſcripturæ ſacræ teſtimonia, & dedu-
ctiones ex ijſdem afferantur, vt quæ ad
varios deſignandos eorum abuſus, tor-
quentur; meritò ab omnibus reiectus, &
exploſus fuit. Verùm enim verò his ſi-
miles abuſus ſacrorum verborum, quan-
tumcunque facetiarum titulo nuncupen-
tur; planè à Chriſtianorum labijs repellen-
di ſunt: neque enim deſunt Authores
circa quos ludat ingenium, etiamſi diui-
næ paginæ, his non maculentur ſordi-
bus.

Iure ergo Sacra Tridentina Synodus
17 *ſeſſ. 4. decreto de edit. ſacror. lib.* ità ſtatuit:
,, Temeritatem illam reprimere volens Sy-
,, nodus, quà ad profana quæque torquen-
,, tur, & conuertuntur verba, & ſententiæ
,, Sacræ Scripturæ ad ſcurrilia, fabuloſa,
,, vana, adulationes, detractiones, ſuperſti-
,, tiones, impias, & diabolicas incantatio-

„ nes, diuinationes, ſortes, libellos etiam
„ famoſos: mandat, & præcipit ad tollen-
„ dam huiuſmodi irreuerentiam, & con-
„ temptum, ne de cætero; quiſquam quo-
„ modolibet, verba Sacræ Scripturæ, ad hęc,
„ & ſimilia, audeat vſurpare, vt omnes
„ huius generis homines, temeratores, &
„ violatores verbi Dei, iuris, & arbitrii pę-
„ nis per Epiſcopos coerceantur. Pauent
idcircò adeò Piorum mentes, ne ſacra
eloquia in aliquo profanis famulentur
obſequijs, vt ne dum ad turpia, ſed &
ad ſeculi pompas, humanaſque laudes,
quemlibet (eſto modicum) vehementer
abhorreant earum perperam applicatum
vſum. Occurrunt enim nobis in ipſis,
non fabellæ, aut nugæ, non humanæ ſa-
pientiæ leuiſſima, quædam choragia, ſed
maximarum rerum lumina, Deus, An-
geli, Chriſtus Rex ipſe Angelorum,
Chriſtianæ Religionis Myſteria, Apoſto-
lorum triumphi, Martyrum laureæ, Vir-
tutum decora, Supplicia improborum,
Æternæ denique illius apex Fælicitatis.
Quarè poſtquam, Hierarcha Bizantinæ
Vrbis, Ioannes, de medio ſublatus eſt, &
in locum eius Cyriacus Æconomus, vir
magni nominis, ſuffectus fuiſſet: Diuus
Gregorius Magnus, vt habetur *in regiſt.
lib. 6. epiſt. 6.* Epiſcopis, & Mauritio Im-
peratori de illius ſubſtitutione ſcribens;
gratulabatur quidem de tanti viri electio-
ne; ſed placitè eos redarguiuit, quòd nar-
raſſent, apparuiſſe in Eccleſia Cyriacum
ſicut Solem, ob idque, eidem illud pro-
„ pheticum cunctos acclamaſſe: Hæc dies,
„ quam fecit Dominus; exultemus, & læ-
„ temur in ea. At quanto, equidem, ma-
iori, & ſanctitatis angeretur zelo, ſi ita ad
præſens deſpectas, ac dedecoratas ſacras
aſpiceret paginas, vt ad cachinnos, & io-
cos, quæ pænitentiæ ſalubres potiùs ad
exprimendas lachrymas, Sancti Spiritus
mirabili calamo fuerant, & extant cunctis
delineatæ, turpiter, ſacrilegè, & inhone-
ſtè adaptari. A ſacris vtique abſtinendæ
ſunt manus: Nam ſi *Iliad.* 17. Poetę aſtrue-
re licuit:

Cum diuo certare viro ſimul atque cu-
pit quis,
Cuique Deus bene vult: damnum huic
certè imminet ingens:

quanto magis ad iram, irreligioſis, &
peruerſis hominibus, ſacrilega impietate,
ipſum tentare Deum, calamitoſum, &
exitiale foret?

CAPVT IV.

Quia peruerſis Religioſis, ſpiritualibuſque Viris, maximè inſidiari ſolet Hypocriſis; Myſtici Teologi, qui ſpiritualem, & aſceticam profitentur doctrinam hoc plerumque vitio laborare habent.

SVMMARIVM.

1 *Licet Virtus iuxta naturam rationalem ſit, irridetur tamen, & vitia in pretio ſunt; quia ſub ſpecie Virtutum paſſim teguntur. Quarè homines illecebrarum veluti gregarij adulatores, ſuis erroribus plerumque fauent, atque mentitis nominibus probitatis, conſcientiæ morſus ſopire contendunt.*

2 *Non tamen hic quieſcit eorum improbitas, cùm ad peccandum, prauò ſuorum operum exemplo, cæteros alliciant; & veluti purpuratæ Simiæ, ſimulatis Virtutum indumentis, animi fæditatem abſcondere ſatagant: quæcumque falſa ſunt, vera oſtendendo; & quæ vera ſunt, falſa demonſtrando.*

3 *Tales autem plerumque ſiunt Pſeudoſpirituales Magiſtri, qui Myſticam ineptè profitentur, peruerſeque docent Theologiam: nam ſimulatam affectando iuſtitiam, aliorum libenter deteſtantur errores, dum ſuas in ſinu nutriunt, fouentque ſordes. Vias ſtruere rectas, & docere promittunt; ſed duces cæcorum tandem (licet inuitè) ſe produnt. Quarè veluti Hypocritæ, meritò vituperantur.*

4 *Quod autem corporibus eſt Hydropiſis, hoc animabus ſit Hypocriſis; Quandoquidem, qui eam ſectantur, perpetuâ in animarum iacturam, vexantur ſiti, & quò magis potu inſlantur elationis, eò magis honores, ac dignitates ambitioſè ſitiunt. Et ſi Sacrarum Scripturarum è fonte, ſalutarem vitæ aquam, adhuc auidius biberint, ardentem tamen, minimè ſitim explent; ſed hauſtum indè poculum, letbale ſibi in venenum vertunt.*

5 *Totum proindè ſpiritualis vitæ euertunt ordinem, docendo quæ non oportet: vnde à fælici conſequutione illius de Deo experimentalis cognitionis, plerumque eorum fruſtrantur diſcipuli. Et ne purgatiuam Incipientes, inoffenſo queant percurrere pede; fraudulenter in primis falſas, & hæreticas ineptias docent.*

6 *Alij præterea peruersè ſuadent, proximorum ad ædificationem, bona ſatis eſſe opera ſingere, exhibere nequaquam eſſe neceſſarium.*

Quare

Quare Hypocritarum ieiunium, ad viuū deſcribitur; & à Theophilo Alexandrino eruditè inculcatur.

7 *Eleemoſynæ, & Orationis robur, Hypocritæ extenuare quoque nituntur, quorum in pauperes erogationes ſatis irridentur. Ex quibus manifeſtè conuincuntur duplicitatis in eo ſcilicet, quod ipſorum rectè operatur dextera, dando eleemoſynas; ſed contra Domini præceptum, ſiniſtra, hoc eſt mundana cupiditas gloriæ, hoc nequaquam ignoret, ſed optimè calleat.*

8 *Etiam in orando, ſimulatas preces, ad noſtrum ſufficere intentum, nonnullis Scripturarum, malè perceptis authoritatibus, prauoque ſui exemplo, incautos docere præſumunt, ideoque Phariſæi oratio in multis criticatur. Verus autem, & perfectus orandi modus oſtenditur, & Sacræ Scripturæ loca pro ipſis adducta, facilè explicantur.*

9 *Cùm fortitudo, & ſapientia malorum Religioſorum, ſpiritualiumque virorum (quibus Hypocriſis maximè inſidiari ſolet) non virtus, ſed vitium ſit; veras ſpernendo virtutes, quæ Animæ lumina, & aſtra ſunt: illuminatiuam viam tenebris plerumque ſternunt, & cumulant. Quarè, theologicis, & infuſis omiſſis virtutibus, quibus abuti non licet, eorum tantummodò morales, & cardinales examinandæ proponuntur virtutes.*

10 *Hypocritarum Prudentia, vt plus illis liceat malignari, eo eſt, quòd mali ſint, & boni videri velint. Iuſtitia verò nulla alia eſt, quàm aliena vituperare peccata: ſed hoc habito diſcrimine, vt ſubiectorum, & inferiorum aſperè corrigant: ſuperiorum, & potentum minimè curent: æqualium verò, ægrè remittant.*

11 *Cùm Diabolus etiam ſuos Martyres, & Temperantes habeat; priorum tamen fortitudo, cùm à charitate non imperetur, non eſt virtus, nec vera fortitudo. Item aliorum abſtinentia, cùm ſeculi pompas admittat, vera temperantia non eſt, cuius præcipua videtur proprietas, præconia populi, & ſeculi huius proſpera declinare.*

12 *Et ſi miraculosè poſſibile ſit, à ſlotu peccati illicò ad viam peruenire vnitiuam; non tamen Dei ordinaria ſuppoſita lege duntaxat. Quarè cæcis, tenebricoſiſque vitiorum præfatis itineribus adhibitis, quàm difficile ſit ad intimam, per charitatem, Dei vnionem peruenire, varij Hypocritarum caſus indicent, & ruinæ.*

13 *Cæterùm, adeò execrabile eſt Hypocriſis vitium, vt à ſeruis Dei omninò alienum eſſe debeat: Nam Hypocrita paratior eſt mori, quàm corripi. Vnde cæleſtis Magiſter Diſcipulos ſuos ſæpiſſimè monuit, vt ab eo quam maximè cauerent, ne incorrigibilitatis, obſtinationiſque contraherent notam.*

14 *Tandem, etſi idem cæleſtis Magiſter, erga cæteros peccatores mitiſſimus, & longanimis ad ſtuporem ſemper extiterit: Phariſæos tamen hypocritas ſæuiſſimè non ſemel increpauit, vt pleriſque ſacrarum literarum teſtimonijs oſtenditur diffuſè. Nam Hypocriſis vitium, quaſi cætera contineat, & vix ab vllo excedatur; antonomaſticè nuncupatur, Iniquitas; ideoque grauiſſimum cenſetur.*

QVamquam nos Virtuti condiderit na-
tura, honeſtatique vectigales ediderit:
1 (Virtus enim, 1.2.*q.*71. *art.* 2. iuxta natu-
ram rationalem eſt) ea tamen humanis in-
genijs amentia ineſt, vt et virtus deridea-
,, tur, & vitioſitas ambitiosè colatur. Hinc
,, ſuo Lucillo, *epiſt.* 41. Stoicus condixerat:
,, Rem facillimam ſecundùm nturam ſuã
,, viuere; ſed hanc difficilem facit commu-
,, nis inſania: In vitia alter alterum trudimus.
Vitia ſiquidem, omnibus in pretio ſunt:
Virtus autem habetur contemptui; &
cum improbitas infælicitatis ſit teſſera,
pignus creditur fælicitatis. Hoc itaque
animi deliquio, naturæ gloriam ſic adul-
teramus, vt ætatis noſtræ infantiam quo-
dammodò occupet brutalitas, ludicra te-
rant pueritiam; obſcæna deturpent ado-
leſcentiam; viriliratem negotia premant;
& extremam vitæ partem, ſegnem, ſcili-
cet, ſenectutem, aliquando virtuti (vt ſo-
lent homines) vix occaſio tribuere ſinat.
Huius autem rei cauſam *lib.* 3. *moral cap.* 19.
perpulchrè adducit Gregorius: quia ni-
,, mirum: Se nobis (inquit) vitia ſub ſpe-
,, cie virtutum tegunt, & quaſi blanda ad
,, nos facie veniunt, Et poſt pauca ſubdit;
,, Nam ſæpè immoderata ira, iuſtitia: & ſæ-
,, pè diſſoluta remiſſio, miſericordia vult
,, videri: Sæpè incautus timor, humilitas:
,, ſæpè effrenata ſuperbia, appetit, libertas
,, apparere. Quare homines, illecebrarum
veluti gregarij, & viles aſſentatores, ſuis
erroribus plerumque adulantur, ſibique
ambitiosè plaudunt de vitijs, nec non men-
titis conſcientiæ morſus ſopire tentant
,, probitatis nominibus. Sicut Pictores (*lib.*
,, *quomodo poſſit adulator &c.* propterea eruditè
,, ſcribit Plutarchus) lucida, atque ſplendi-
,, da, appoſitis vmbroſis, & tenebroſis red-
,, dunt illuſtriora: ita adulatores, dum ad-
,, uerſa bonorum proſcindunt maledictis,
,, aut traducunt, atque derident, occultè eo-
,, rum, quibus aſſentantur, vitia laudant, at-
,, que fouent: Nam apud homines luxu
,, præditos, auaros, maleficos, & opes tur-
,, pibus, maliſque rebus conſequutos, mo-
,, deſtiam vituperant ſub ruſticitatis nomi-

,, ne, & eos qui ſuis contenti facultatibus,
,, iuſtè viuunt; nihil animi aut virium ad
,, res gerendas habere criminantur. Hac
item inepta, ne dicam, iniqua lege (ex op-
poſito non reluctantibus ſapientibus) ſibi
ſuiſque veſani quoque homines, aſſiduè
fauent, & blandiuntur vitijs.

Sed vtinam, huc vſque peruenta, tan-
2 dem quieſceret horum improbitas, vt fa-
ſcino protinus depoſito, adhuc ad peccan-
dum cæteros non prolectarent. Etenim in-
quinari flagitijs (quantumuis vulgi recla-
met opinio) ingens miſeria eſt: quia iuſti-
,, tia eleuat gentem; miſeros autem facit po-
,, pulos peccatum, *Prouerb.* 12. Veruntamen
,, longè maior, vitiorum extitiſſe magiſtros.
Acriter idcirco, Pergami *Apocalyp.* 2. ob-
iurgatur Antiſtes, quod; Tenentes foue-
ret doctrinam Balaam, qui docebat Balac
mittere ſcandalum coram filijs Iſrael; ede-
re, & fornicari. Et quidem deliquiſſe, hu-
manę fragilitatis eſt argumentum: alios
vero ad delinquendum allicere, maligni-
tatis vltimæ teſtimonium præſumitur.
Maior nanque eſt culpa (*lib. 2. de ſummo bo-*
,, *no* inquit Iſidorus) manifeſtè, quam occul-
,, te peccare; Dupliciter enim reus eſt, qui
,, apertè delinquit: quia agit, & docet. Hi
,, profectò, Simiæ veluti purpuratæ, aſciti-
tijs peregriniſque virtutum, non minus
animi fæditatem, quam illæ vultus defor-
mitatem, bractearis contegunt indumen-
tis. Duplices ſemper facie, frequenter
cordè duplici, triſtitiam, & grauitatem
ſimulant, dum intus nugantur, ſibique
plaudunt, quod adſtantibus fecerint im-
poſturam. Eorum demiſſo in vultu vti-
que religionis leguntur characteres, qui-
bus longum vale dixerunt, quanto ma-
gis pietati videri conantur addicti; Facies
ipſis proinde nitida, fæda mens, ouillus
habitus, lupinus animus: veſtis ſimplex,
& ſtricta, dupla, lataque conſcientia: ore,
cor: factis os eorum arguitur. Quia ve-
rò Simia, & ſi aurea geſtet inſignia, ſem-
per tamen eſt Simia; his laruatis, fictitijſ-
que virtutum phaleris, eorum non idcir-
co ita peruerſum immutatur ingenium,
vt cum Luciani, *in orat. cont. inerud.* ſaltanti-
bus ſimijs, ad nucum, iactum (ad examen
ſcilicet, datoque diſcrimine) ipſorum
abiecta, viliſque non reueletur inclinatio.
Quamobrem, cum Mundi huius, (*to. Mo-
ral. cap. 16, in 12. Iob.* ſic teſtante Gregorio)
ſapientia ſit, cor machinationibus tegere,
,, ſenſum verbis velare; quæ falſa ſunt vera
,, oſtendere; quæ vera ſunt falſa demonſtra-
,, re. Mirandum proindè nequaquam vi-
,, detur, ſi intuentes alliciant, audientes tra-
hant, ac ſuæ peruerſæ doctrinæ ſectatores
non paucos plerumque inſtituant. Hinc
rectè protinus addit idem Sanctus Doctor:
Hæc nimirum prudentia, vſu à iuuenibus
,, ſcitur, hæc à pueris pretio diſcitur: hanc
,, qui ſciunt, cæteros deſpiciendo ſuper-
,, biunt: hanc, qui neſciunt ſubiecti, & timi-
,, di in alijs mirantur, quia ab eis hæc eadem
,, duplicitatis iniquitas nomine palliata dili-
,, gitur, dum mentis peruerſitas vrbanitas
,, vocatur.

Tales autem (de quo vehementer do-
3 lendum, eiſque acriter exprobrandum
cenſetur) plerumque fiunt, vitę ſpiritualis
Pſeudo-Magiſtri, qui, & myſticam ineptè
profitentur, peruerſeque docent Theolo-
giam: Nam ſimulatam affectando iuſti-
tiam, aliorum libenter deteſtantur errores,
dum ſuas in ſinu moleſtas continuo nu-
triunt, fouentque ſordes. Vias quidem
ſtruere rectas, & docere promittunt, ſed
duces cęcorum, ad interitum properantes
(licet inuitè) tandem ſe produnt. Fruga-
litatem, ac modeſtiam in propatulo oſten-
tando, inſtar Antipatri apud Plutarchum,
in reg. & imper. apophi. foris albo humilitatis
vtuntur pallio; intus vero faſtu, & ambi-
tione toti ſunt purpurei. Synceritatem, ac
veritatem, ſe in agendis ſuadere iactant,
quando detracto duplicitatis, & falſitatis
velamine ſimulationis, & hypocriſis com-
periuntur fideles ſectatores. Meritò ſanè,
de eorum incorrecta, & obſtinata malitia,
Diuus Bonifacius Martyr, & primus Mo-
guntinus Archiepiſcopus, *tom. 16. Bibliot.
PP. epiſt. 3.* Danieli Epiſcopo ſcribens, his
profectò conqueritur verbis. Sunt enim
,, nobis (inquit) iuxta decretum Apoſtoli,
,, non ſolum foris pugnę, & intus timores:
,, ſed etiam intus pugnæ ſimul cum timore,
,, maximè ſemper per falſos Sacerdotes, &
,, Hypocritas, qui & Deo aduerſantur, &
,, ſibi perduntur, & populum per plurima
,, ſcandala, & varios errores ſeducunt; di-
,, centes populis, iuxta dictum Prophetæ:
,, Pax, Pax, & non eſt Pax. Et ſemen verbi
,, quod de ſinu Catholicæ, & Apoſtolicæ
,, Eccleſiæ ſumptum, & nobis commenda-
,, tum ſeminare aliquantulum ſtudemus, il-
,, li cum lolio ſuperſeminare, & ſuffocare
,, nituntur, vel in herbam peſtiferi generis
,, conuertere. Et quod plantamus non ir-
,, rigant vt creſcat, ſed euellere ſtudent vt
,, marceſcat, offerentes populis, & docen-
,, tes nouas ſectas, & diuerſi generis errores:
,, Quidam abſtinentes à cibis, quos Deus ad
,, percipiendum creauit. Quidam melle, &
,, lacte propriè paſcentes ſe, panem, & cæte-
,, ros abijciunt cibos. Quidam autem affir-
,, mant (quod plurimum populo nocet)
,, homicidas, vel adulteros, in ipſis ſceleri-
,, bus perſeuerantes, fieri tamen poſſe Dei
,, Sacerdotes. Populi autem iuxta dictum
Apo-

„ Apoſtoli, ſanam doctrinam non ſuſtinent,
„ ſed coaceruant, ſibi Magiſtros ſecundum
„ ſua deſideria, prurientes auribus.

Amant idcircò ventoſi, & tumidi opi-
4 nionem Virtutis ad plauſum, cùm vitijs
indulgeant ad appetitum; hinc, vt lucren-
tur famam, & Philoſophiæ frequentant
ſcholam, & magnifico ore ſemper geſtant
doctrinam, diſſidet vero à mente ſermo,
nec quod foris oſtendunt intus honeſtum
retinent animi ſtudium; nam cùm vitio-
rum ſint domicilium, virtutum fiunt vix
cænotaphium. Perpetua denique in ani-
marum iacturam Tantalica vexantur ſiti,
ſed Tantalo infæliciores, non ab his pro-
hibentur, ſicut ab aquis arcebatur ille, *Ho-
mer odyſ.*8. ſed ſe, quo magis ingurgitant,
eo magis æſtu deſiderij anhelant. Quod
itaque corporibus eſt Hydropiſis, hoc ani-
mabus eſt Hypocriſis, appoſitè, *in fin.com-
men.in Naum tom.*1.*Bibliot. PP.* aiebat Iulia-
„ nus Toletanus Epiſcopus: Nam: Bibendo
„ ſitit Hydropiſis; ſibi inebriata eſt Hypo-
„ criſis. Vnde 1. *faſtor.* dicitur.

——quibus intumuit ſuffuſa venter ab vn-
da,
Quo plus ſunt potæ plus ſitiuntur aquæ.

Huiuſcemodi verò affectionis cauſam *lib.*
1. *de ſimplic.medicament.facult. cap.* 30. addu-
cit Galenus: Quia nimirum, in aquæ inter
cutem effuſionibus, congeritur in ventre
ſalſi humoris copia, & ſalſa pituita, ventri
illita ineſt. Quare tamdiù ſitis durat, quã-
diu bibendo augetur morbus. Vnde *car-
min.lib.*2. *ad Criſpum Salluſtium Ode* 2. Lyri-
cus canit;

Creſcit indulgens ſibi dirus hydrops,
Nec ſitim pellit, niſi cauſa morbi
Fugerit venis, & aquoſus albo
Corpore languor.

Non ſecus ſanè illuſores, & ſimulatores
Hypocritæ: quo nanque, magis potu in-
flantur elationis; eo magis honores, digni-
tateſque ambitiosè ſitiunt; nec ceſſat mor-
bus, donec peruerſitatis, & ſalſa callidita-
tis pituita, penitus amoueatur à corde.
Quod ſi ſacrarum Scripturarum è fonte,
ſalutarem vitæ aquam adhuc auidius bi-
berint, ardentem tamen minime ſitim
explent, ſed hauſtum inde poculum: le-
thale ſibi protinus in virus vertunt. His
verbis 15. *moral. cap.* 7. *in* 20. *Iob.* Diuo id
„ teſtante Gregorio, dum inquit: Hypocrita,
„ dum de ſacræ legis ſcientia gloriatur, vitæ
„ potum conuertit ſibi in veneni poculum,
„ & inde reprobus moritur, vnde ad vitam
„ erudiri videbatur.

Totum proinde, Docendo quæ non
5 oportet turpis lucri gratia *ad Tit.* 1. ſpi-
ritualis vitæ proſternunt, & euertunt or-
dinem; atque ad Deum, peruerſis dogma-
tibus, vel prorſus prohibent, vel ſaltem
non parum optatum impediunt, vel retra-
hunt acceſſum; perindeque, à fælici con-
ſequutione illius de Deo experimentalis
„ cognitionis, eorum quamplurimi plerum-
„ que fruſtrantur diſcipuli. Hypocrita enim
„ (15. *moral. cap.* 5. *in* 20. *Iob.* inquit Grego-
„ rius) quouſque viuit, ea quæ ipſe agit,
„ etiam ſequaces ſuos docere non deſinit,
„ & per erroris ſui prauitatem, alios quo-
„ que ad eam, quam exhibet, generat ſimu-
lationem. Quamobrem, vt purgatiuam
Incipientes, viam inoffenſo non percur-
rant pede, ſed ſit ſcandalum ipſis, *pſal.* 48.
fraudulenter in primis, & quidem hæreti-
„ cè doceat: eſto quod ſcriptum ſit, Diuerte
„ à malo, & fac bonum *pſal.*33. In huius ſe-
culi curſu, non eſſe neceſſe à malo diuer-
tere, cùm de electione iam certos præ-
ſumptuosè ſe faciant, ac proinde de venia;
nec bonis operibus inſudare, cùm non ex
operibus, iuxta eorum ſententiam, ſed ex
ſola fide iuſtificentur electi. Nolunt prop-
terea, vlla meritoria appellari opera. Ne-
gant etiam Supererogationis nomen, no-
ſtris actibus vllis, ſine Dei grandi iniuria,
tribui poſſe. Sed hic multis opus non eſt,
cum ſe iſtæ hæreſes, ſua abſurditate conſi-
ciant, vt paſſim videre eſt apud Bellarmi-
num *tom.*2 *controuerſ.* præſertim *de Sacra-
mento Pænit.lib.*4.

Alij præterea ſuadent, proximorum ad
6 ædificationem, bona ſatis eſſe opera finge-
re, exhibere nequaquam eſſe neceſſarium.
Simulant vt plurimum quandam, ſulphu-
ris, auriue pigmenti beneficio, emendica-
tam maciem, vt ab intuentibus, ieiunio,
vel ſaltem inconditis epulis, cynicè iudi-
centur paſti; quando iam eorum ingluuies
& crapula, vt ex omnibus elementorum
ſpolijs vna menſa conſurgeret, cælo, ter-
ris, & mari ad internecionem vſque, acre
indixerat bellum. Tegunt tamen, & pro
viribus latere cupiunt omnes, inexplebi-
lem hanc gulæ libidinem: Prohibent id-
circo, & ab omnibus eſcarum potuſque
ſecluſorijs (ne diſſonum quicquam abſti-
nentiæ ſcrutentur) adeo arcent extraneos,
vt in Hypogæo vetera vllis non redoleant
vina: in Periſterotrophio non plauſilet Pa-
lumbus, aut Columba gemat: in Ornitho-
trophio non bubulet Buba, non gryliſſet
Coturnix; Pica non picet; Progne non
zinzilulet; non cantillet Luſcinia; non
ſtrideat Merula, non cacabet Perdix; non
piſidet Sturnus, Turdus non trutilet. Vpu-
pa non popiſſet: & in Gallinario non gra-
tilet Anſer; non glocidet, aut ſingultet
Gallina, Gallus non cuculet, vel Pauo pu-
pillet. Quod ſi analecta, menſæque reli-
quias contingat proijcere, ne acinus appa-
reat

reat vinaceus, Piſcium ſpinas, ſquammas,
aut teſtas; Auium pennæ, & inteſtina;
Quadrupedum pelles, & oſſa; in cryptis,
cloaciſque ſecreto ſepeliunt; & Olera, fru-
gumque Siliquas, Cæparumque cortices,
& id genus fæces, ieiunij in oſtentationem,
atque iactantiam prætereuntibus, cùm in-
colis, tùm peregrinis, publicè ſpectandas
exponunt. Meritò quidem, *epiſt 3. paſchal. ad totius Ægypti Epiſcopos*, eos carpit Theo-
philus Alexandrinus, dicens: Non erube-
ſcentes vinum clam bibere, & auidis fau-
„ cibus arbitros declinantes in cubiculis
„ multa potare, vt inediam, & ieiunia, quæ
„ vltro appetere debebant ieiuniorum tem-
„ pore, luxuria, & ebrietate commutent:
„ neſcientes quod etiam ſi hominum con-
„ ſcientiam fugiant, & clauſis parietibus
„ veſcantur carnibus, atque aues, altiles,
„ diebus Quadrageſimæ, & propinquante
„ Paſcha immundis manibus lacerent, triſti
„ vultu foris ieiunia promittentes, corripiat
„ huiuſcemodi Dominus, & dicat: Iniqui-
„ tates magnas faciunt iſti, vt recedant à ſan-
„ ctis meis.

Quia vero *Tobiæ* 12. Bona eſt oratio cum
7 ieiunio, & eleemoſina magis quam the-
ſauros recondere: duobus alijs præſertim
modis abolentur peccata, & purgatiua
planè abſoluitur via: Eleemoſyna, videli-
cet, & Oratione: quarum tamen virtutum
robur extenuare quoque non minus ni-
tuntur hi myſtici, licet alias ſimulati Theo-
logi. Pulſent itaque, vmbratici Domi
dum manent, oſtiatimque aſſidue paupe-
res pro libito perſtrepant: ſacrilegum
(aiunt) ſacris à precibus, quas protinus in-
choaſſe fingunt (cum fortè veſcantur, aut
ad ſummum, domeſticis incumbant ne-
gotijs) pauliſper deſiſtere: ſpectatores niſi
tamen præſentiant proſtegijs, tranſennis,
foribus, officinis, verſutis è regione expo-
ſitis curioſius adſtare. Tunc enim marſu-
pia illico ſoluunt, æraque abundè, & indi-
ſcriminatim diffundunt. Religioſis idip-
ſum, dum in Eccleſijs interſunt Chriſtia-
norum cœtibus, exercent figmentum: Si
enim benignum Magnatorum, eorumue,
qui ſibi valdè prodeſſe ſperant, aduertant,
& obſeruent obtutum, tunc prodigas ex-
tendunt manus, ſin autem, tenaces inertiſ-
ſimè contrahunt. Hanc autem phariſai-
cum doctrinam *Matt.* 6. latè ſugillat Super-
nus ille magiſter, qui Diſcipulorum è cor-
dibus omnem Hypocriſis, ſummo ſtudio
euellere ſatagebat caulem. Cùm facis (in-
„ quit) eleemoſynam, noli tuba canere ante
„ te, ſicut Hypocritæ faciunt in Sinagogis, &
„ in vicis, vt honorificentur ab hominibus.
„ Amen dico vobis receperunt mercedem
„ ſuam. Te autem faciente eleemoſynam;
„ neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua.
Ex quibus Sanctus Auguſtinus, *tract. 6. in epiſt. Ioan. propè princ.* eruditè colligit: Sen-
tentiam Domini eſſe: Eleemoſynam cùm
elargimur, omninò eſſe cauendum, ne hu-
mani fauoris ambitio, æternæ vitæ inten-
tioni, vllo modo ſe admiſceat. Illius hæc
„ itaque ſunt verba: Et quid eſt; Neſciat ſi-
„ niſtra tua, quid faciat dextera tua; niſi quia
„ dextera tua pura conſcientia eſt; ſiniſtra
„ mundi cupiditas? Multi per cupiditatem
„ mundi, multa mira faciunt: ſiniſtra opera-
„ tur, non dextera. Dextera debet operari,
„ & neſciente ſiniſtra: vt nec miſceat ſe cu-
„ piditas ſeculi, quando aliquid boni de di-
„ lectione operamur.

Tandem, in orando, ſimulatas preces
8 (charitate, ſcilicet, & iuſtitia minime ſuf-
fultas) ad noſtrum pariter ſufficere inten-
tum; nonnullis Scripturarum malè percep-
tis authoritatibus, prauoque ſui exemplo
incautos docere, & erudire contendunt.
„ Illud nanque *Matth.* 7. præſertim adducunt:
„ omnis, qui petit accipit. Vbi operis Au-
„ thor imperfecti, *homil.* 18. ſubijcit: Siue
„ iuſtus, ſiue peccator ſit. Et aliud ibidem
„ ponunt; nempe reproborum illorum, qui
„ mirantes dicebant; Non ne in nomine tuo
„ Dæmonia eiecimus. Nec illud *Lucæ* 11.
„ reſpuunt: Dico vobis, & ſi non dabit il-
„ li eo quod amicus eius ſit; propter impro-
„ bitatem tamen eius, ſurget, & dabit ei quot
„ quot habet neceſſarios. Quare tali modo
(vt ad exempla pergamus) eorum quidam
apud eundem *Lucam* 18. ineptè orando, aie-
„ bat: Deus gratias ago tibi quia non ſum ſi-
„ cut cæteri hominum, raptores, iniuſti, adul-
„ teri &c. Ieiuno bis in ſabbato, decimaſdo
„ omnium, quæ poſſideo &c. Hæc autem
oratio (quæ Hypocritarum communis de-
precatio, & obſecratio eſt) ſi diligenter
rimanda ſit, in multis grauiſſimè notatur:
Inanis ſiquidem, & vacua, primo reperitur
omninò; cum nihil in ipſa Phariſæus petat:
de verbis Domin. ſerm. 36. ſcribente Augu-
„ ſtino: Quid rogauerit Deum, quære in ver-
„ bis eius; nihil inuenies. Exindè; quia gra-
tias agendo, male ſibi placuit, ſuas tantum-
modo laudes, & virtutes commendans:
aliena vero peccata detegens, cæteros præ
ſe ſuperbè contempſit: Eodem Auguſtino
„ ibidem addente: Parum eſt non Deum ro-
„ gare, ſed ſe laudare: inſuper roganti inſul-
tare Demum, quia Decimas dando, eorum
non tantum, quæ ſanciebantur à lege, ſed
eorum prætcrea, licet minutiſſima, quæ
poſſidebat, Hypocritarum more de ſuper-
fluis, & inutilibus operibus, ſe abunde ia-
ctabat; vt *comm. in concord. euang. cap.* 59. non
incaſſum notat Cornelius Ianſen. Quare
de his, 5. *moral. cap.* 17. *in* 4. *Iob.* ap oſitè

Gre-

„ Gregorius inquit: Qui de ſpecie Sanctitatis
„ intumeſcunt, cùm vnum quodlibet vitium
„ ſuperant, mox mentem in ſuperbiam eri-
„ gunt, & quaſi de vitæ ſuæ perfectione glo-
„ riantur. An autem fictæ tales oranti præ-
cationes ſufficiant ad votum nec ne? (vt ſo.
*homiliar.homil.*54. eiuſdem verbis vtar Au-
„ guſtini) libenter dicam: Audite ſententiam
„ inter partes prolatas. Non appellat victus,
„ quia non eſt ad quem. Non enim appellat
„ à filio ad Patrem: Deus enim Pater non
„ iudicat quenquam, ſed omne iudicium de-
„ dit Filio. Dicat ergo ſententiam inter par-
„ tes Veritas. Amen (inquit) dico vobis,
„ quia deſcendit hic (Publicanus ſcilicet) iu-
„ ſtificatus de templo, magis, quàm ille Pha-
„ riſæus. Quare hoc? Rogo te, qui iuſtitiã vis
„ audire: Quoniam omnis, qui ſe exaltat hu-
„ miliabitur, & qui ſe humiliat exaltabitur.
Quandoquidem perfecta, & efficax Ora-
tio, ex charitate, & iuſtitia (quod idem eſt
ex D. Auguſtino *de nat.& grat.cap.*42.) non
tantùm habet procedere, quia Oculi Do-
mini ſuper iuſtos, & aures eius ad preces
eorum, *pſal.*33. verùm etiam ex vera humi-
litate: Dicente Domino *Iſaiæ* 66. Ad quem
„ aſpiciam, niſi ad pauperculam, & contri-
„ tum ſpiritu, & trementem ſermones meos?
Quod ſi ſecus teſtimonia illa *Matth.* 7 *&*
Luc. 11. ſuperius adducta aliquid faciunt;
oſtendunt ad ſummum, peccatores quoſ-
dam interdum Deum exaudire, vt puniat,
& caſtiget, quemadmodum petentes car-
nes Iſraelitas audiuit in deſerto, *numeror.* 11.
Vel vt aſſiduis beneficijs eos amplius con-
fundat, & ad amorem ſuum magis, magiſ-
que alliciat. Et hoc fortaſſe ſibi voluit
Imperfecti operis Author; *vt cap.* 8. *de bon.
oper.in part.lib.*1.*cap.*9.§. *altero modo &c.* eru-
dite docet Bellarminus.

Hinc autem eſt, quod cum omnis for-
titudo, & ſapientia Hypocritarum, ſeu
9 (quod idem eſt) malorum Religioſorum,
ſpiritualiumque, Pſeudo-Doctorum (Hy-
„ pocriſis nanque, Religioſis maximè, &
„ ſpiritualibus viris inſidiari ſolet. *D.Bernar-
„ dus ſerm.* 13. *in cantic. propè princ.*) Non vic-
„ tus, ſed vitium ſit. *D. Auguſtinus ſerm.* 13.
ad fratres in erem. in princ. Veras profecto
ſpernendo virtutes, quæ Animæ lumina,
& aſtra ſunt, *D. Bernardus, ſerm.* 27.*in cant.
propè med.* Illuminatiuam perindèque viã,
errorum plerumque tenebris, & offendi-
culis vndecunque ſternunt. Itaque infu-
ſis, ac Theologicis penitus miſſis Virtuti-
bus, quibus abuti ſatis videtur arduum
(cùm ad actum aliqua parte moraliter ma-
lum effectiuè nequeant, ipſę concurrere, vt
cum D. Thom. 2.2.*q*.4. *art.* 5.*dub.*2. docent
Bannes, Salas *tom.*2. *tract.* 11. *diſput.*1.*ſect.*3.
& alij; quàm vis circa fidem, Caiet. *ibidem
q.* 55, *art.* 4. *Medina q.* 56. *art.* 3. *& alij* con-
trarium ſentiant) Cardinales tamen Vir-
tutes, quæ idcireò cæterarum initium Car-
do, & fundamentum ſunt. *D. Thom. quæſt.
de virt. card. art.*1. valdè deturpant, & labe-
factant. Hypocritarum nanque ſecundùm
10 Bernardum, *ſerm.* 66. *in cant.* ea Prudentia
„ eſt; vt Boni videri; non eſſe: mali non
„ videri; ſed eſſe velint. Mali ſunt, & boni
„ videri volunt; ne ſoli ſint mali. Mali vi-
„ deri timent; ne parum ſint mali. Etenim
„ minus ſemper malitia palam nocuit; nec
„ vnquam bonus, niſi boni ſimulatione de-
„ ceptus eſt. Ita ergo in malum bonorum,
„ boni apparere ſtudent: mali nolunt, vt
„ plus liceat malignari. Vnde D. Auguſti-
„ nus *ſententia* 219 proferre ſolebat, quod:
„ Simulata innocentia, non eſt innocentia:
„ Simulata æquitas, non eſt æquitas, ſed du-
„ plicatur peccatum, in quo iniquitas, & ſi-
mulatio eſt. Eorum prætereà, nulla alia
Iuſtitia eſt, quàm ex varijs Scripturæ locis
temerè, & inconſideratè adductis, aliena
vituperare peccata: vtpotè, de minimis
inferiorum, ſubiectorum reatis, graue ſu-
mere ſcandalum: Superiorum, ac poten-
tum, etiam inexcuſabiles, de leui prætérire
culpas. Æqualium verò parumque licet
futilibus nunquam parcere offenſis, & id.
genus permulta, quæ Sanctus Eremita
Marcus, *opuſc. de pænit. pene princip. tom.* 11.
Bibliot. PP. his verbis ſingillatim redarguit:
„ Aduerſus viliores, & pauperiores palam
„ extollimur, quibus tanquam neceſſarijs,
„ aut ſeruis licenter vti volumus, non am-
„ plius in Chriſto, ſed in carne, ac opibus
„ nobilitatem vendicantes. Itaque, vbi
„ quempiam è ditioribus delinquentem
„ viderimus, corripere non poſſumus, ſed
„ dicere ſolemus, quicunque ſe obtule-
„ rint, ſcriptum eſſe. 1. *Corinth.*4. Nolite an-
„ te tempus iudicare quicquam quoad vſ-
„ que veniat Dominus. At in abiectioribus
„ crimen aliquod leue nacti, mox inſurgi-
„ mus euulgantes, ac dicimus eſſe ſcriptum
„ 1. *Timot.* 5. Peccantem, coram hominibus
„ argue; Atque ita noſtram Hypocriſin, ſiuè
„ malitiam, ſcripturæ teſtimonijs peruerſè
„ tegimus; erga illos verò ſic nos habemus,
„ quaſi ſecundùm Deum eos corripiamus:
„ Hæc igitur in inferioribus. Pares autem,
„ leuibus oblatis occaſionibus, ſtatim auer-
„ ſamur, omnem lapidem animo mouentes,
„ quo de his vlciſcamur: neque de his ante
„ quieſcimus, quam pro voto animi illis vſi
„ fuerimus: hanc ipſam porrò occaſionem
„ nacti, tanquam de rebus ſecundis gauden-
„ tes, nequitiam declaramus: At vltione
„ ſumpta, familiariùs cum illis colloqui-
„ mur, facientes pro fundamento poſterioris
„ amicitiæ, præcedentem nequitiæ victo-
„ riam

„ riam. Atqui planè neceſſe eſt, fundamen-
„ to ſequi opus conſimile, ac denuò iurgium
„ quærere, quaſi vincere volenti, vacua iur-
„ gio amicitia nunquam perduret, ſed victo-
„ riam ſemper ſequatur odium, vt ait Scri-
„ ptura Diuina *Prouerb.* 10. Odium ſuſcitat
„ rixas. Huiuſmodi verò morbus illis ad-
„ hæreſcit, qui ſectantur in primis ea, quæ
„ faciunt ad gloriam, & diuitias. Hæc ille;
quibus ampliùs ad rem noſtram, nihil vi-
detur addendum.

Cæterùm; ſi ad illudendos, decipiendoſ-
11 que homines, habet Diabolus (teſte Chry-
ſoſtomo, *homil.* 5. *in* 4. *Matth.*) Manſuctos
„ & humiles: Caſtos, & Eleemoſinarios,
„ Ieiunos, & omnem ſpeciem boni (appa-
„ renter tamen) quam creauit Deus ad ho-
minum ſalutem: ſuos quoque Martyres
fortiſſimoſque Milites, Continentes, &
Temperantes, in noſtram vtique idem poſ-
ſidebit iacturam. De Martyribus enim ita
teſtatus eſt, *libell. de panibus cap.* 4. *propè fin.*
Petrus Cellenſis, *tom.* 9. *Bibliot. PP.* Fer-
„ mentum huius diei, æſtimo illorum Pſeu-
„ do Martyrum paſſionem, qui potius pro
„ vana, quàm pro vera gloria, occumbere
„ non reſpuerunt. De Continentibus verò,
& Temperantibus, Apoſtolus 1. *ad Timo-
theum* 4. ſic ait: In nouiſſimis temporibus
„ diſcedent quidam à fide, attendentes ſpi-
„ ritibus erroris, & doctrinis Dæmoniorum
„ in hypocriſi loquentium mendacium, &
„ cauteriatam habentium ſuam conſcientiā,
„ prohibentium nubere, abſtinere à cibis,
„ quos Deus creauit ad percipiendum cum
„ gratiarum actione, fidelibus, & iis, qui co-
gnouerunt veritatem. Perpendamus igi-
tur, & trutinæ pro modulo exponamus in
primis, quale, quantumque ſit Fortitudi-
nis robur, quod Hypocritarum hi Pſeudo-
Martyres, Diabolique Miniſtri, qui Dei,
Proximorumque charitate penitus vacui,
& ambitione ad ſtuporem pleni, ſibi falsò
tribuunt, inaniterque arrogant? Verum
nanque, propriumque Martyrium. 2. 2 *q.*
124. *artic.* 2. *ad* 2. actus eſt Charitatis per
modum virtutis, vt imperantis; fortitudi-
nis verò per modum virtutis elicientis.
Quomodò idcircò perfectam, & veram ia-
ctare præſument Fortitudinem, ſi Virtu-
tum omnium Reginam ſuis in cordibus
non retinent Charitatem? Quandoquidem
naturæ: ſaltem in ſtatu lapſæ, nulla abſo-
lutè, & ſimpliciter dicenda eſt propriè vir-
tus, niſi Gratiæ, & Charitati cernatur co-
niuncta, vt præ cæteris eruditè docent Pa-
tres Salmaticenſes in 1. 2. *tract.* 12. *diſp.* 4.
dub. 2. §. 2. *concl.* 4. Multa proinde, & gra-
uia muriliter ſuſtinet ipſorum Fortitudo:
Preſſuras, & cruces, vt mundanam tan-
tummodò, & tranſitoriam adipiſcantur
gloriam, patiuntur aſſiduè. Quare meri-
tò. *ſerm.* 5. *de S. Benedict. propè med.* ſic ex-
„ probrantur à D. Bernardo. Arbores, quæ
„ fructum faciunt, ſed non ſuum, Hypocri-
„ tæ ſunt: Cum Simone Cyreneo crucem
„ portantes non ſuam, quia religioſa inten-
„ tione carentes, angariantur: & quæ non
„ amant; amore glorię, quam deſiderant,
„ facere compelluntur. Idipſum quoque de
„ eorum ementita, & ficta Temperantia, de-
inceps cenſendum, & arbitrandum eſt:
„ Nam ſi Temperantiæ eſt, pręconia populi,
& ſeculi huius proſpera declinare. *D. Ber-
nard. ſerm.* 3. *domin. in ram. palm.* quam pro-
fectò Hypocritarum profitebuntur Tem-
perantiam Scholæ, in quibus earum Ma-
giſtri, iuxta Gregorij. 8. *moral. cap.* 30. *in* 8.
Iob. decantatam ſententiam: Operaturi
„ quippè laudes ſuas cogitant: laudari au-
„ tem, hos ſecum taciti in cogitationibus
„ verſant. Gaudent ſe pręcipuos in humana
„ æſtimatione claruiſſe: cùmque inflati fa-
„ uoribus apud ſemetipſos intumeſcunt,
ſępè mirantur taciti etiam ipſi quod ſunt.
Et hęc via vtique eſt, quam ex falſarum
virtutum prædictarum tenebris, nituntur
incautis, velut illuminatiuam proponere.

Et ſi denique, abſoluta Dei interuenien-
te potentia, his cęcis, tenebricoſiſque vi-
12 tiorum adhibitis itineribus, miraculosè
poſſibile ſit, à tali ſtatu peccati, ad viam
illam ſtatim pertingere vnitiuam, ſeu ad
gradum illum, & vltimam Charitatis per-
fectionem, vt docet Angelicus 1. 2. *q.* 113.
art. 10. D. Pauli adducendo exemplum:
Quia Impij Iuſtificatio non eſt ſucceſſiua,
ſed inſtantanea. *ibidem art.* 7. Ordinariò ta-
men, & vſitato modo, quam difficile, ar-
duumque ſit; funeſti caſus, multorum-
que irreparabiles ruinæ, arbitrentur, & iu-
dicent. Vt autem innumeris æquiualeat
vna; cuiuſdam guloſi, & ſimulati Mona-
chi, ad vanam Hypocritarum repellendam
fiduciam, *dialog* 4. *cap.* 38. miſerandam
Beatus Gregorius recenſuit cataſtrophem.
Is nanque aliquando moriturus, cùm ad
ſe Diſcipulos de more, ac familiares, quaſi
aliquod perfectiſſimę Charitatis, & vnio-
nis cum Chriſto portentum vltimo acci-
uiſſet ſpectaturos; vinctum, & Diabolo
ſtrictiùs alligatum, nugacem ipſorum Ma-
giſtrum protinùs agnouerunt. Hęc nan-
que (licet ęgrè, & inuitus) fremens, &
viulans, extrema edidit verba: Quando me
„ vobiſcum credebatis ieiunare, occultè co-
„ medebam; & ecce nunc ad deuorandum
„ Draconi traditus ſum, qui, cauda ſua, mea
„ genua, pedeſque colligauit; caput verò
„ ſuum intra meum os mittens, ſpiritum
meum ebibens extraxit. Atque ita exploſ-
ſus, ac damnatus infęliciter exceſſit.

Adeò

Adcò ſanè execrandum eſt Hypocriſis
vitium, vt licet, *ſerm. 59. de tempor. propè*
13 *fin.* reſte Auguſtino, eo penitus carere, aut
paucorum, aut nullorum ſit: A ſeruis ta-
men Dei, omninò alienum eſſe debet:
Bibliot. PP. tom. 2. ſerm. de homil. inquit San-
ctus Nouatus. Cuius rei cauſam. 8. *moral.*
cap. 24. in 8. Iob. pulchrè exhibuit Grego-
rius; dicens: Quia Hypocrita: qualis im-
peritis innotuir, talis vult ab omnibus ęſti-
mari: & paratior eſt mori, quàm corripi,
Huiuſcemodi autem, vt euitarent incorri-
gibilitatis periculum, & perfectam appre-
henderent diſciplinam, diſcipulos ſuos,
ſępiſſimè h[illegible]. documentis commonuit cę-
leſtis Magiſter. Attendite à fermento Pha-
riſæorum, quod eſt Hypocriſis. *Luc. 12.* At-
tendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram
hominibus. Cùm facis eleemoſynam noli
tuba canere ante te, ſicut Hypocritæ fa-
ciunt. Cùm oratis, non eritis ſicut Hypo-
critæ. Cùm ieiunatis nolite fieri ſicut Hy-
pocritæ triſtes. *Matth. 6.* Sinite illos, cæci
ſunt, & duces cæcorum. *Matth. 15.* Secun-
dum opera eorum nolite facere. *Matth. 23.*
& alibi. Et quamuis mitiſſimus, & ad ſtu-
14 porem longanimis erga Publicanos, Adul-
reros, Lationes, cæteroſque non ſemel ex-
titerit peccatores, dicente Petro, *epiſt. 1.*
cap. 2. Cùm malediceretur, non maledi-
cebat: cùm iniuriam pateretur, non com-
minabatur: Hypocritas tamen Phariſæos
aſperrimè ſemper, ac rigidiſſimè increpa-
uit, & arguit: vt *Matth. 7.* Hypocrita eijce
primùm trabem de oculo tuo, & tunc vi-
debis eijcere feſtucam de oculo fratris tui,
ibidem cap. 15. Hypocritæ benè propheta-
uit de vobis Iſaias, dicens: Populus hic,
labijs me honorat: cor autem eorum lon-
gè eſt à me. Item 22. Quid me tentatis
Hypocritæ. 23. Væ autem vobis Scribæ, &
Phariſæi hypocritæ, qui clauditis regnum
cęlorum ante homines; vos enim non in-
tratis, nec introeuntes ſinitis intrare. Væ
vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ, qui
comeditis domos viduarum, orationes
longas orantes; propter hoc ampliùs acci-
pietis iudicium. Væ vobis Scribæ, & Pha-
riſæi hypocritę, qui circuitis mare, & ari-
dam, vt faciatis vnum Proſelytum, & cum
fuerit factus, facitis eum filium Gehennæ
duplo quam vos. Et ſic deinceps per to-
tum *caput* 22. vbi ad hominem, ipſos, om-
ni depoſita clementia, manifeſtè reprehen-
dit. Quare *Eccleſ. 1.* dicitur: Non appa-
rebit in conſpectu Dei omnis Hypocrita.
Hypocrita enim (*in 3. pſalm. penit. verſu,*
Domine ante te &c. id explanans Gregorius,
inquit) Nequaquam cælos penetrat; quia
per opus bonum non Deum, ſed huma-
nas laudes, vel tranſitorios quęſtus affectat:
Et quia ad Deum deſiderium non dirigit,
ſe ab eius oculis, ſub nequitiæ latebris
abſcondit: Vndè Hypocriſis vitium, qua ſi
cætera præcontineat abundè, atque ab alio
nullo, licet turpiſſimo, videatur excedi,
antonomaſticè, abſoluteque *Iniquitas,*
Thren. 4. nuncupatur, ita amaro animo
eiulante Propheta. Et maior effecta eſt
iniquitas populi mei, peccato Sodomo-
rum. Vbi Gloſſa ſic interpretatur: nimi-
rum: Scelera animæ planguntur, quæ in
Hypocriſin labitur, cuius maior eſt ini-
quitas peccato Sodomorum. Quod ſi ex
indebito, & iniuſto (vt plerumque con-
tingit) procedat fine; vel vt cum Hypo-
crita ſanctitatem ſimulat, vt falſam diſſe-
minet doctrinam; vel vt dignitatem ec-
cleſiaſticam, indignus, aut quæcunque alia
adipiſcatur bona; culpa ſemper eſt letha-
lis. *D. Thom. 2. 2. q. 111. art. 4. in reſponſ. ad*
arg. Et ſi ad id non ſit idoneus: talia bene-
ficia, & onera ex iuſtitia tenetur reſignare.
Henr. Gand. quod. 4. q. 30. concl. 2.

CAPVT V.

Concionandi munus, quo difficilius: eò
periculoſius redditur, & timetur; cùm
elationis ventus, aurique fames, ipſum
præſertim exturbare ſoleant: Sacri id-
circo eloquij Præcones, niſi ſedulo ab
illis caueant; ambitione, & auaritia,
enormiter plerumque conuincuntur pec-
care.

SVMMARIVM.

1 *Munus concionandi oſtenditur nobiliſſimum*
eſſe, quia à Chriſto Domino fuit exercitum;
Apoſtolis, Eccleſiaſticiſque Doctoribus ſtri-
ctè demandatum; & quia mirabiles quoti-
die prouentus profert: Vitijs nanque acre
gerit bellum: Dæmonum vires infringit:
Animis noſtris inſerit ſapientiam: Multos
ad pietatem confirmat: Pleroſque ad cælum
tranſmittit: atque id genus non pauca.

2 *Quia, concionando, quadam (vt diximus)*
cum vitijs capeſſitur pugna: hoc munus tam
arduum, ac difficile ſit, vt, licet prudentio-
res, ſemper exterruerit homines: Nam quã-
uis de ſe mirabilis ſit eloquentia; vbi tamen
vitia fixerunt ſedes, ægrè illi exhibetur au-
ditus, & in caſſum omnis plerumque laborat,
quamuis erudita facundia.

3 *Idcircò etiam pauci eloquentes inueniuntur*
Concionatores, quia rectam artis viam non
benè callent. Quandoquidem plerique co-
rum nimis auidi rerum ipſarum, non diſpo-
nere, non eloqui, non pronuntiare ſtudent;

Digitized by Google

miniimamque ſui laboris, & induſtria partem, in ea conferunt orationis munera. Vnde in varios quandoque, & inexcuſabiles incidunt errores.

4 Mirum non eſt ſi raro eos nunc poſſideat Eccleſia eruditos Concionatores, quos olim græca, vel romana Reipublicæ temporibus obtinuerat Orbis Oratores: quoniam deſidioſi, et vmbratiei non præparamur ad dicendum, eo ſtudio, & cura, quam ſummi tunc illi operoſi adhibebant viri; vt de Demoſthene, & Tullio teſtantur Hiſtoriæ.

5 Concionator, priuſquam in Suggeſtum aſcendat, ad id munus debet ſe attenta precatione præparare; non autem ad ipſum accedere tanquam ad vile negotium: aliàs vilis etiam eſſet illi animarum ſalus, vileque diuinum obſequium; nec perfectionem vtique illam aſſequeretur vnquam, cuius amore, & ſiti, veteres, accepimus peregrinatos eſſe Oratores.

6 Sacros Oratores incomptum, & impolitum minimè decet eloquium, ſed nimis culta, diuque elaborata tamen valdè dedecet eloquentia: Quoniam non quærit ægrotus Medicum eloquentem, ſed ſanantem: Et efficax oratio, ſententiæ grauitate, & veritate armata, etiam ſine fuci ſuffragio placere ſolet.

7 Idcircò tota non debet eſſe Concio ornata, ſed certis tantummodò locis, & vbi res ipſa, & argumentum poſtulat. Sibi profectò nonnulli falsò perſuadent Styli, & Orationis elegantiam in eo poſitam eſſe, ſi res & verba quæſita vanitatis congerere, & oſtentare poſſent. Atque ita opulentam, & diuitem; non pulchram, & ſelectam conficiunt orationem.

8 Quidam prætereà ſummum decus in concionando, ſibi arbitrantur attingere poſſe, ſi portentoſam oſtentent memoriam: Alij, ſi in vna concione, infinitam rerum explicent molem: Quibuſdam verò inanis ea eſt, perſuaſio fore magnos ſi ſumma dicant celeritate: Alij, ſi quæſita aſperitatis congerant vocabula. Nonnulli demum, ſi in amplificationibus, digreſſiones apponant interminatas, cuius rei, ridiculum enarratur exemplum.

9 Nec deſunt, qui vt auditores quærant, & poſſideant; non verbi Dei efficacia, ſed Potentatuũ fauoribus, præſertim Illuſtrium Familiarũ ſagaciter vtuntur. Hoc autẽ ab Eccleſiaſticis penitus abeſſe debet, cùm ſatis illis ſit id poſſidere ingenium, vt impios reuocent ad pietatem, errantes ad viam, peregrinantes ad patriam, cæcos ad lumen, & ingratos ad gratiam,

10 Hinc etiam fit, vt apud nonnullos dicaces, ea conſuetudo, ſiue potius abuſus increbuerit, quòd in concionando, adeò ſalibus, ſcurrilibuſque vtantur facetijs, & circulatorum more, cum aliundè auditores ſibi conciliare nequeant, ad inania hæc confugiunt deliramenta, quæ pias potiùs offendunt aures, quam oblectent.

11 Haud parùm etiam errant blandi, venuſtique illi Concionatores, qui adulando, populos non corripiunt, ſed vehementer decipiunt: enim animi ſit abiectioris loqui tantùm, vt alienæ inſeruiat quiſque voluntati. Vndè feruent, & prædicando ſatis incaleſcunt; audientium tamen corda Sancti Spiritus igne non accendunt.

12 Perſuadendo, non delectando ſatis fertur victoria. Quinimo perſuaſio, delectationem ſemper habet adiunctam, eaque vera ſanè eſt delectatio; ſed non quoties affertur nobis voluptas, & delectatio, perſuadetur etiam: Nam quandam, vt moueantur, ſentire debent auditores in animis violentiam, quam ſuaſio mirificè impendit,

13 Non alibi peccatur magis, quam ſacrarum Scripturarum concionando in literario ſenſu; cum exacta in eo ſupponatur linguarum notitia. Quamobrem maxima fraudis erit occaſio, ſi quem locum hebraici, vel græci ſermonis interpretatione, ad nouam aliquam contorquere velimus ſententiam, ignorantes vim idiomatum, pertinaciter affirmando in græco, vel hebraico ſic haberi ſermone.

14 Sunt deindè ſemidocti nonnulli, qui nullam omninò texere concionem valent, quin è Canticorum Canticis paſſim inſerant multa, quem certè diuinum librum, non eſſe aptum omnium animis, religio, & cautela veterum hebræorum ſatis declarat. E quibus inſuper aliqui ambitioſè ſe iactant, ſibi nuſquam aliundè peti teſtimonia, quam ex Dauide, vel Salomone, reddunt enim hæc omnia ieiunam, & ſterilem orationem.

15 Nec deſunt prætereà aliqui, præſertim ex Scholaſticorum genere, qui etiam Plebeiorum auribus non verentur offerre reconditas Sacræ Theologiæ quæſtiones de Scientia Dei, de Prædeſtinatione, de Libero arbitrio, & id genus alia. Nam hæc non tam faſtidij ſunt plena, quàm fructu vacua; præcipuè vbi nec res, nec auditores id poſtulant. Quare multum afferunt oſtentationis, & vanitatis.

16 Sed longè deteriùs quidam faciunt adoleſcentuli, qui ex Philoſophiæ penetralibus quicquid ad robur, et validitatem ſuorum aſſumptorum excipiunt, afferre ſolent: cum in ſacris concionibus, diuinarum Scripturarum audienda ſint teſtimonia, nequaquam Philoſophorum, vel Ethnicorum placita.

17 Quidam verò, potius verbi Dei venditores, quàm miniſtri, diuinam gratiam transferentes in luxuriam, pinguia pro laboribus ſibi ſtudioſè parant emolumenta, & ab animarum lucris deſidioſè deſiſtunt. Vnde non mittun-

mittuntur à Deo, ſicut olim mittebantur Prophetæ; quia non quæ Dei, ſed quæ ſua ſunt tantummodò quærunt.

18 *Nec demùm leuiùs delinquunt, qui ne diuites, & opulentes (è quorum liberalitate, & munificentia, magnifica expectant munera) in minimo lædantur, reticent veritatem, reprehenſionemque diſſimulant: præſertim ſi eorum peccata non ſint occulta, & citra ſcandalum id fieri valeat.*

QVale, quantumque ſit Dei in Eccleſia ſacroſanctum concionandi munus: hæc,
1 niſi me penitus fallat opinio, id nobis abſidè argumenta præſtabunt: Nam *Lucæ* 8. Expreſsè habetur, quod: Ibat Ieſus per ciuitates, & caſtella, prædicans, & euangelizans regnum Dei. Et *Marci vlt.* legitur præcepiſſe Diſcipulis, vt Euntes in mundum vniuerſum prædicarent Euangelium omni creaturæ. Quod ſi non ſupremum quoddam, & eximium extitiſſet Miniſterium: nec Chriſtus Dominus (de quo Omnia benefeciſſe *Marci* 8. manifeſtè legitur) ipſum tam prouidè, ſapienterque curaret; nec Apoſtolis vtique, cæteriſque fidelibus, tam ſtrictè, rigidèque obſeruandum imperaret. Et quid enim aliud egit in terris? Quid Apoſtoli? Quid Martyres? Quid tot Doctorum fecete cętus? Quid magnificentius, quam bellum gerere cum vitijs? Dęmonum vires infringere; perrumpere iniquitates; animis iam mollitis, atque ſubactis inſerere ſapientiam, quæ in æternam frugem adoleſcat? Quid optatiùs, quàm iuuentutis ingenia, hoc virtutum ſucco imbuere, quàm illa candidata nobiliſſimæ pubis examina, caſtiſſimis diſciplinis excolete, & prima face ſurgentes in hac ætatula virtutes deoſculari; quam corroborata iam honeſtatis laude firmatos continete, quàm pauperibus ſolatio, diuitibus ornamento, ignaris luci, doctis gratiæ, omnibus eſſe ſubſidio? Et alios quidem adhuc in terris ad pietatem confirmare, alios parturire, & alios in cœlum iam præmiſiſſe? Quod ſatis perpendens 1. *præpar. euang. cap.* 3. Euſebius Pamphilus, ita loquutus legitur. Non enim Perſæ, qui Chriſtum ſequuti ſunt, matres ſuas nefandis cognouerunt nuptijs: non humanis veſcuntur carnibus Scythæ, quoniam ad eos vſque, Chriſti prædicatio peruenit: nec chariſſimos, falſa religione impulſi, iugulant filios. Hæc certè, ac alia penè infinita, hominum quondam vitam vexabant. Meſſagetæ, ac Darbices, traduntur, cognatos, atque affines, ſuos, qui ſenectute afficiebantur, miſerrimos putaſſe: ac ideò immolatas carnes eorum, quos plurimi fecerant, deuorabant. Libarent, viuos ſeniores ſuos præcipitarunt. Hyrcani, rapaci generi auium. Caſpij, canibus proijcere ſoliti. Quæ quidem omnia religioſiſſimè ſe facere putabant. Nunc verò ſola euangelica virtute, vndique hæc truculentiſſima peſtis expulſa eſt.

Quia verò concionando, quædam cum
2 ſenſibus ipſis capeſſitur pugna, atque cum eo ſtrictè dimicatur hoſte, cui aliquid eorum, quæ ad animi ſtatum ſpectant vix ſuadere quitur (carnalibus; ſcilicet, cum deſiderijs, ac concupiſcentijs) Prædicationis officium ità arduum, ac difficile fit, vt maieſtate, ac magnitudine ſua (quamquam prudentiores, & excellentiores) haud parum exterreat homines. Appoſitè proinde Olympiodorus Monachus *cap.* 1. *in Eccleſiaſten,* inquit: Semper ferè Diuini verbi Doctores laborant, atque in anguſtia ſunt, ac plerumque ab ipſa doctrina retrahuntur, cùm fruſtrà ſe videant operam inſumere, ac laborē ſolum lucrari, ob auditorum inobedientiam, ac deſidiam. Difficillimum quidem eſt ſtudium (puta) paupertatis in animos inducere, & illud efficere, vt inimicos aliquis beneficio ſuo complectatur, humanaſque voluptates non ad breue modò tempus, ſed per omnem vitæ ſuę curſum ab ſe procul abijciat. Verum quidem, & decantatum eſt, Eloquentiæ opera non minus admirationis habere, quàm eſſe ſoleat in ijs machinis, quarum ingenio, & arte grauiſſimæ moles loco mouentur, aguntur in gyrum, ſubducuntur in altum obſtupeſcentibus oculis, animiſque, qua nam id ope contingat. Hæc nanque omnibus horis in eloquentia fiunt: nec ſolùm ſenſus ipſi vincuntur, atque ſuccumbunt, ſed ratione rationem ipſam ſuperamus, cum ſit dominatrix hæc, animorum flexamina dicta, potens omnium rerum, vt poſſint meritò viri ſapientes ambigere, manu ne, an lingua maiora miracula fuerint patrata. Tantam enim vim habet illa (2. *de orat. ſect.* 126. *num.* 187. inquit Cicero) quæ rectè à bono Poeta dicta eſt Flexamina, atque omnium regina rerum oratio, vt non modò inclinantem erigere, aut ſtantem inclinare, ſed etiam aduerſantem, & repugnantem, vt Imperator bonus, ac fortis, capere poſſit. At ſanè, vbicunque ſtabiles vitia ſuas fixerint ſedes; os blæſum cuique, debiliſque fit lingua; in caſſum laborat facundia; & omnis quamuis erudita vileſcit, & torpet eloquentia: præſertim cum Hoc æquè omnium ſit, vt vitia ſua excuſare malint, quam effugere. *Seneca controu. paulò poſt princ.*

Quamobrem, hoc arbitror verè poſſe
3 dici, præter cauſam, quam modo attuli

(diffi-

(difficultatis, ſcilicet, in hac materia) pauciſſimos idcircò reperiri Concionatores eloquentes: quia rectam artis viam non bene callent, vitantque tutos tramites, errore procliuiori, quàm in artibus cæteris, flectuntque in hanc modo partem, modo in illam: fugientes vltrò venerabilem eloquentiæ formam, quam alioqui tamen aſſequi omnes concupiuere. Eorum etenim plerique nimis auidi rerum ipſarum, vnam eam agunt curam, vt interim obliti partium cæterarum; non diſponere, non eloqui, non pronuntiare ſtudeant, minimamque ſui laboris, & induſtrię partem; in ea conſerant Orationis munera. Quare non erit vtique huic officio cumulatè ſatisfacere, ſed ipſum contemnere, & deridere; atque (quod deteriùs eſt) ob minimam intelligentiam, & maximam ignorantiam artis, temerarios, & vanos ſtatim
„ prolabi in errores. Profectò quemadmo-
„ dum errores omnes (*in Platonis Lachetem. vel de fortitu*. ſcribit Ficinus) cum manus
„ in apprehendendo, tum pedis in gradien-
„ do, ab ipſo videndi defectu procedunt: ſic
„ errata hominum omnia, tum in eligendo,
„ tum in agendo, ex defectu intelligentiæ
„ proficiſci Socrates arbitratur.

Non itaque, quenquam poſſe admirari cenſeo: paucos ſi modò tales poſſideat
4 Eccleſia ſacros Concionatores, quales antiquis Græcæ, vel Romanæ Reipublicæ temporibus, in Foro, Curiaque profani verſabantur Oratores. Non enim præparamur ad dicendum eò ſtudio, & cura, quam ſummi tunc illi adhibebant Viri. Qandoquidem: vbi nunc amplius inuenirentur homines, qui, Magnus velut Demoſthenes, balbus, & blæſus; geſtu deformis; voce exilis; impedita garriret lingua, humerum indecorè moueret, & imbecilli, infirmoque ſpiritu affectus; ſimilia incommoda exercitatione, & labore emendarent, ſicut & ipſe ad ſtuporem correxit. Pronunciationis vtique difficultatem, lapillulis in os coniectis: actionem, humero dextero, vel ſiniſtro ferrum applicando, eo ingenio, vt ſi tantillum incompoſitè ſe ſe commouiſſet, eodem momento, arte ſua vulneratus fuiſſet: & vocis tenuitatem, fluminum ripas, aut littora adeundo maris, vt horriſono illic aſſuefactus murmure, potuiſſet inde grandiori voce contundere ſtrepitum inſanæ multitudinis, tanquam in eam violenter tonaſſet: *Plutarchus in eius vita*. Et quis noſtrum peregrinaretur hodie Rhodum vſque vt excellentiſſimos artis Magiſtros auidè conſectaretur; vel æquis admitteret auribus alicua monita, quaſi meliores ipſo Cicerone, qui exprobrantes ſibi ſuæ orationis vitia tam libenter audiebat; ſtuduitque tantoperè caſtigare ſi quid amici luxuriare iuueniliter cenſuiſſent: nec quidem erubuit, vt quæ dicebat geſtu, & actione compleret, Roſcio Comædo, & Æſopo Tragædo ſedulam operam dare, *Idem Plutarchus in eius vita*.

His autem exemplis, commodè, cla-
5 reque monemur, quàm futurum ſit vtile Concionatori, ſi animum ſuum exoluerit omnibus humanis curis, priuſquam in ſuggeſtum aſcendat, quamue oporteat ipſum ad id munus attenta precatione præparari, & quanta ſit eorum vecordia, qui ſic ad concionandum accedant, quaſi vile negotium aggrederentur, aut priuata rei cauſa illuc venirent. Concionatoribus hiſce, qui non vitant animi ſui iudicium, idque ſicuti oportet, ſuſpectum habere neſciunt, vilis eſt Animarum ſalus, vile diuinum obſequium, nec ea cura in pectore illis viuit, vt ſapientiæ perfectionem aſſequantur illam, cuius amore, & ſiti, veteres eſſe peregrinatos accepimus Oratores. Nouos illi Magiſtros, nouoſque philoſophantium cætus, excolendo animo ſemper inquirebant, idque cùm facerent, ſe tamen eſſe nulliſcios profitebantur: iudicium ſuum in omni propoſita quæſtione ſuſpenſum tenebant, & eo ipſo tempore, quo mortem haberent præcordijs conceptam, ſtudium erat ipſis diſcere aliquid, & commentari. His proptereà verbis, *orat. de modeſt. in diſput.* eorum quemquam itá monet, exterretque
„ Nazianzenus: Magnum quid eſt docere:
„ verum diſcere periculo caret. Cur te ip-
„ ſum facis paſtorem, cum ſis ouis? Cur
„ caput eſſe contendis, cùm pes exiſtas? Cur
„ exercitum ducere quæris, cùm inter mili-
„ tes adhuc cenſearis? Cur magnum, ſed
„ neutiquam tutum lucrum maris ſectaris,
„ cum ſine periculo terram colere poſſis?
„ Sanè ſi vires ſecundùm Chriſtum, ſenſuſ-
„ que habeas exercitatos, tibique lumen
„ ſplendeat cognitionis, loquere ſapientiam,
„ quæ profertur inter perfectos, nec non ab-
„ ſconditam in myſterio, & illam cum tem-
„ pus cæperis, & tibi credita fuerit. Qui-
6 bus profectò verbis Sacra Concionatorum ſatis eruditur ſchola: Ipſos videlicet incomptum, & impolitum minimè decete ſermonem; ſed nimis cultam, diuque elaboratam tamen valdè dedecere eloquentiam: Quoniam: Non quærit æger medicum eloquentem, ſed ſanantem, *epiſt.* 75. ſuo Lucillo ſcribit Stoicus. Siquidem oratio, ſententiæ grauitate, & veritate armata, etiam ſine fuci ſuffragio placere ſolet. Non enim, è cælo, quæ vti montes in audientium vallem effundunt, recipient do-

documenta, ſed ab Ethnicis, vaniſque viris tumida verba, & inflatas potius mutuarentur ſententias. Sic itaque euangelicus Concionator, ſuam concinnet orationem, vt quicquid in ea inuenitur virile ſit, non molle, atque fæmineum, ſed conſtans, & acre: Nam veritatis amator, Euangelijque adminiſter, ea proferre tenetur, quæ delinquentium excitent lachrymas, non quæ euanidos lucrentur plauſus concionatoris. Hinc Paulus 1. *ad Corinth.* 2. inquit: Nos au-
,, tem non ſpiritum huius mundi accepi-
,, mus, ſed Spiritum, qui ex Deo eſt, vt ſcia-
,, mus, quæ à Deo donata ſunt nobis, quæ
,, & loquimur, non in doctis humanæ ſa-
,, pientiæ verbis, ſed in doctrina Spiritus:
,, ſpiritualibus, ſpiritualia comparantes.

Inexcuſabiles propterea omninò ſunt,
7 veſana quorum iactantia, ſacra ita egreſſa eſt Prædicatio conuenientiæ, & honeſtatis fines; vt iam deformitatem in ea tot illi verborum floſculi portentoſam habeāt, nec amplius ferri poſſent inanis gloriæ ſignificationes, atque indicia, poſthabito interim animarum fructu. Non enim tota debet eſſe Concio compta, & ornata, ſed certis tantummodo locis, & vbi res ipſa, & argumentum poſtulat. Quandoquidem:
,, Oratio vultus animi eſt. Si circumtonſa
,, eſt, & fucata, & manufacta, oſtendit illum
,, quoque non eſſe ſyncerum, & habere ali-
,, quid fracti, Lucillo, *epiſt.* 115. ſcribebat Seneca. Vellem interea legiſſent ea, quæ Patres antiqui in eos, qui diuinis vtuntur in rebus inani ſermone, & ornamenta conquirunt fucata; reliquerunt ſcripta. Intelligerent ſanè, quòd ſi Gregorio Nazianzeno (vt cæteros innumeros mittam) infelix videbatur eſſe (quę tamen fæliciſſima erat ætas) quomodo ille tandem afficeretur, ſi de concionatoribus hiſce mendoſis, atque leuiſſimis, vnum aliquem for-
,, tè audiuiſſet. Fuit quondam tempus (*orat.*
,, 21. *in laud. Athan.* inquit ipſe) cum res no-
,, ſtræ florerent, ac præclarè ſe haberent:
,, cum nimirum ſuperflua hæc, & verborum
,, lepore, atque arte fucata tractandæ Theo-
,, logiæ ratio ad diuinas cauſas ne aditum
,, quidem habebat. Verum idem erat cal-
,, culis ludere, inuerſionis celeritate, oculo-
,, rum obtutum fallentibus; aut omnigenis,
,, & laſciuis corporis flexibus ſpectatores lu-
,, dificari, quod noui quidpiam, ac curioſi
,, de Deo, vel dicere, vel audire. Simplex
,, contra, ingenuaque oratio, atque doctri-
,, na, pietas exiſtimabatur. Verborum ſæpius quàm ſententiarum ornamenta illis ſummoperè placent: quod genus vbi frequenter adhibeatur pondus, & authoritatem abrogat orationi, & ſunt ex ea figurarum copia nonnullæ præcipuæ leuitatis, ac languoris. Credunt enim poſitam eſſe ſtyli, & orationis elegantiam in eo, ſi res, & verba quæſitæ vanitatis congerere, & oſtentare poſſent: atque perſuaſum habent eloquentiæ, vel doctrinę famam, opinionemque omnibus modis eſſe colligendam. Quare ſi putent in orationem cuncta ſe poſſe transferre ornamenta; illud idem egregiè in ipſos cadere videbitur, quod alias de Principe Pictorum Apelle *lib. 2. pedag. cap.* 12. apud Alexandrinum legitur decantatum ſcomma, & vulgare cauillum. Cum enim diſcipulum ille ſuum vidiſſet ita coloribus Helenam expreſſiſſe, vt effigies tota gemmis, & auro circumluceret; conuerſus leniter ad eum: Tu verò (inquit) ò fili, cum non poſſes hanc pulchram facere mulierem feciſti ſaltem opulentam. Ita ſanè, verbis deformiter, ſententijſque quamplurimis, hi nimis refer-ciunt; nequaquam vero ſuis partibus, membriſque elaboratam nobis contexunt orationem.

Hinc autem fit, vt vno veluti gregè, &
8 agmine innumeri penè audiantur Concionatores, quorum nonnulli portentoſæ memoriæ duntaxat ſibi decus aſſumere curant. Alij vna ſe, ſe concione infinitam rerum molem explicare poſſe gloriantur. Quibuſdam verò ea eſt inanis perſuaſio, fore magnos, & claros, ſi tanta dicāt velocitate, vt non Parthorum equi, non aues ipſæ poſſent ſuperare curſum. Alij demum, multa quæſitæ aſperitatis congerere nituntur vocabula, longamque authoritatum ſeriem tantùm ad plauſum; & oppoſita contrarijs contra ia, fucata quadam arte, velut ad ingenij pompam, & ludum, eos ſæpè ſæpius non pudet inutiliter iterare. Me quidem hoc aliàs minimè latet: In tota, ſcilicet dicendi arte, nullum eſſe maius, illuſtriuſque lumen, amplificatione recta, & vera; cùm ex Tul-
,, lio, *de partit. orat. sect.* 234. *n.* 53. ſit grauior
,, quædam affirmatio, quæ motu animorum conciliet in dicendo fidem. Vndè apud Cauſſinum, *lib.* 5. *de eloquentia ſacra, & humana. cap.* 1. Orationis eloquentes viri nominarunt Animam: Sed quia plerique Concionatores, in quo huiuſce partis laus, & perfectio poſita ſit, vix capiunt, & intelligunt; haud parum hallucinantur; & dum augendi ſtudio pruriunt in omnibus, miſeras aures importuniſſima obruunt garrulitate. Exiſtimant enim rem amplificari egregiè, cùm inutiles digreſſiones, & adiuncta multa idem ſignificantia, & oppoſitas, atque contrarias inter ſe ſe voces coaceruauere. Ex hac quidem profectò congerie, ab Eminentiſſimo Federico Borromæo *lib. 2. de ſacr. noſt. tempor. orat.* latis

appo-

Digitized by Google

appoſite, nobis proponitur in exemplum
amplificator, qui dum in illa verba *Matth.*
4. diutius concionaretur: *Ductus eſt Ieſus in
deſertum à ſpiritu &c.* paulatimque progre-
diendo perueniſſet ad ea, *Et oſtendit ei omnia
regna mundi:* Terrarum orbem primò diui-
ſit in ſuas partes: in ſingulis deinde parti-
bus cæpit enumerare prouincias; in Pro-
uincijs vrbes. Ita non euangelica illa fuit
explicatio, ſed geographica deſcriptio pro-
poſita concioni; ſumma, qui adfuere cum
offenſione prudentum. Falluntur quidem
mirificè (ne verius miſerè dicam) Quo-
niam haud ſatis ſcio, an vllum ſit vitium,
magis à vera germanaque eloquentia
alienum, quam inepta, & puerilis ampli-
ficatio rerum, & ſententiarum inanis, va-
noque ſtrepitu verborum intemperantius
tantummodò laſciuiens. Cui enim non
pariunt nauſeam illæ lentæ circunductio-
nes, longæque digreſſiones, quas poſtquam
cum tædio exorbueris, oratione permo-
leſta fatigatus, conceris laconicum illud
exclamare: *Nihil eſt præter vocem.*

Cogimur etiam modò, eorum notare
9 miſeriam, qui tanquam velint prodeſſe
quamplurimis, miris cogunt artibus au-
ditores. In id ſibi quærunt aduocatos, &
potentioribus quodammodo tendunt re-
tia, atque adeo præcipua captant ambitio-
ne fæminas illuſtres, vt eæ ſecum alias in
concionem trahant. Id ſanè nihil eſt aliud,
quam vel magnificè ſentire de ſe ipſo, ſu-
ſpicionemque præbere leuitatis ad inanem
gloriam, & ſuperbiæ; vel etiam fateri hu-
milem, & abiectum animum, in eo, quod
vereri videantur, ne, ſi non adhibuerint
artes haſce peruerſas, ſoli relinquantur in
ſuggeſtu. Hoc vtique ab Eccleſiaſtico pe-
nitus abſit Concionatore. Nam ſatis illi
ſit eam poſſidere mentem, & obtinere in-
genium, vt impios reuocet ad pietatem,
errantes ad viam, peregrinātes ad patriam,
cæcos ad lumen, ingratos ad gratiam: Si-
quidem nullo humano alias explorato cō-
ſilio, fideles homines, ſuapte natura cer-
tatim ipſum ſequentur, turmatim adhæ-
rebunt eidem, illeque demùm optatum
ſuorum laborum lætus perſpiciet fru-
ctum. Id profecto ſacris in hiſtorijs,
Chriſti Domini, Apoſtolorum omnium,
Sanctorumque quamplurium, innumeris
roboratur exemplis: Quandoquidem, vt
ſerm. in cantic. 85. inquit Bernardus: Quærit
» anima verbum, cui conſentiat ad corre-
» ctionem, quo illumınetur ad cognitio-
» nem, cui innitatur ad virtutem, quo re-
» formetur ad ſapientiam, cui conformetur
» ad decorem, cui maritetur ad fæcundita-
» tem, quo fruatur ad iucunditatem.

Ea præſertim de cauſa apud nonnullos
10 dicaces, & vanos; ea conſuetudo, ſiue peſ-
ſimus potius abuſus aliquando etiam in-
crebuit, vt in concionando, adeo ſalibus,
ſcurrilibuſque vtantur facetijs, vt Circula-
torum more, cùm aliunde auditores ſibi
conciliare nequeant, ad inania hæc delira-
menta confugiant, & ſententiarum (vt ip-
ſi loquuntur) falſos rumores excitent,
qui ſi minus probentur, ab omnibus faci-
le deridentur: Quaſi piæ aures, in oratione
ſales, & iocos, facetias, & fucata oblecta-
menta (quodque dicere animus horret)
in euangelica ſeueritate, laſciuias enixè
percupiant. Hoc quidem Apoſtolus mi-
nimè docuit; ſed Timotheo 2. *cap.* 4. con-
» traria ſuggeſſit; dicens: Prædica verbum,
» inſta opportunè, importunè argue, obſe-
» cra, increpa in omni patientia, & doctri-
na. Et veluti prophetans, quæ noſtris tem-
poribus futura erant, protinus ſubdit. Erit
» enim tempus cum ſanam doctrinam non
» ſuſtinebunt; ſed ad ſua deſideria coacerua-
» bunt ſibi magiſtros prurientes auribus, &
» à veritate quidem auditum auertent, ad
» fabulas autem conuertentur. Nam ca-
tholici, verique Concionatores, qui cum
fermè toti ſint in graui genere dicendi, &
ad ſanctioris diſciplinæ normam compo-
ſiti, nullum tam inertibus facetijs locum
relinquere ſolent. Si qui tamen inuenian-
tur, qui vel quod ita ficti ſint à natura,
vel quod putent ineſſe in iſtis locis ad ine-
ſcandos animos plurimum vrbanitatis, ijs
vtantur intemperantius, malè ſibi, malè
auditoribus conſulunt. Nam ridiculis
ſæpius adhibitis, tum præſertim, ſi iſta è
triuijs petita, ad humilem ſcurrarum vi-
tam pauliſper accedant; omnes quot quot
antea fuerint excitati protinus hebeſcent
pietatis aculei, tum authoritas, & exiſti-
matio dicentis facile deperdetur. Quare
Tullius de hoc dicendi genere, 2. *de orat.
ſect.* 131. *n.* 259. præter cætera ita loquutus
» legitur: In quo non modo illud præcipi-
» tur, ne quid inſulsè, ſed etiam ſi quid
» perridiculè, poſſis: vitandum eſt oratori
» vtrumque, ne aut ſcurrilis locus ſit, aut
» mimicus.

Contrarijs item in caſtris non minus
11 militant blandi, quanquam Sacri decla-
matores, quippè, qui, ſpecie corporis pul-
chelli, vultu ipſo magis decoro, quàm vi-
ros deceat præſertim religioſos, instructi;
rerum omnium copia affluentes, ad deli-
catiores aſſentatiunculas, & aurium leno-
cinia, turpiter cernuntur incliuati. Qua-
mobrem, aſpera quælibet ſtudioſè fugien-
tes, grandes illas, & atroces Prophetarum
ſententias, quibus minæ, & terrores inten-
tantur mortalibus, de ſuis concionibus pe-
nitus expungunt. Raro de morte, & infe-
tris

ris ſermones inſtituunt: vel ſi quid neceſ-
ſario de iis dicendum ſit, lepidiſſimè de-
ſcribunt: Minime ab eis expectandum cen-
ſetur, vt aliquid de Ieiunio, & Pænitentia
dicant: nam Peccatum docent quoddam
naturæ eſſe profluuium, quod totum, Chri-
ſti ſanguine abſterſum, & abolitum eſt;
pietatiſque noſtræ non eget inſtrumento.
Sic igitur miſeri perdunt, & perduntur;
„ cùm ſcriptum ſit *Ezechielis*. 13. Væ, qui
„ conſuunt puluillos ſub omni cubito ma-
„ nus, & faciunt ceruicalia ſub capite vni-
„ uerſæ etatis ad capiendas animas. Siqui-
dem, ſi Concionatorum alicui, vna ea
ſit propoſita cura populum vt delectet; erit
ille ſanè haud parum vituperandus; cum
animi ſit abiectioris, loqui tantùm, vt alie-
næ inſeruias voluntati. 4. *ethic. cap*. 3. Parare
nanque delectamenta populo, ſimile eſt
ludi, debemuſque talia relinquere Poetis,
& Scenico Gregi, qui artem hanc ex indu-
ſtria factitant. Feruent propterea, & præ-
dicando ſatis incaleſcunt; audientium ta-
men corda Sancti Spiritus igne non incen-
dunt. Ita quidem apud Surium *tom*. 7. *D.
Bernardini Senenſis in vita*, quidam eorum
conteſtatus eſt: Percontatus enim, cur
energiam non tantam eius haberent Ser-
mones, quantam Bernardini religioſiſſimi
viri, quamuis in eloquentia ipſe facilè eum
ſuperaret? Ego (inquit) comparari poſ-
„ ſum carboni calido, ſed non ignito: cui
„ ſi alij carbones apponantur ignem non
„ concipiunt; At Bernardinus ſimilis car-
„ boni ardenti, inflammatus diuino ſpiritu,
„ cui ſi applicentur alij, ignem concipient.

Perſuadendo quippè, non delectando
12 ſatis fertur victoria: iſque totus Magno-
rum oratorum fuerat olim conatus, vt *de
claris Oratoribus* paſſim legitur apud Tul-
lium. Quinimo, Perſuaſio delectationem
ſemper habet adiunctam; eaque vera de-
mum eſt delectatio: Sed non quoties af-
fertur nobis voluptas, & delectatio, etiam
perſuadetur. Quandam enim ſentire de-
bent Auditores in animis violentiam, &
quaſi coacti id facere, quod nollent; ne-
que Oratoris verba cibum ferent ſemper,
ſed medicamentum etiam, ita vt animo-
rum perturbatione pellantur ea, quæ ſunt
vitiata, & corrupta. Non idcircò cenſe-
mus plauſus hoſce, quos dare vulgus amat
propriam, & germanam laudem eſſe Con-
cionatoris: ſed ſumma quidem pruden-
tum iudicio, laus erit, ſi diſcedent omnes
ex concione mæſto cum ſilentio, nihil
numquam inter audiendum effati; ſi ma-
dentibus adſtabunt oculis; ſi crebra ducent
ſuſpiria, ita vt etiam audiantur; ſi varij
motus animorum apparebunt in vultu; ſi
nutibus etiam imprudenter ſignificabunt
ſe rebus aſſentiri; ſi auidè cum leui qua-
dam contentione implebuntur ſubſellia,
& id genus alia, apud Federicum Borro-
mæum adnotata *lib. 2. de ſacris noſt. tempor.
concion*. Quę omnia vehemens, & perfecta
ad ſtuporem præſertim operatur Suaſio.

Quia verò tanti viri, & eruditiſſimi Car-
13 dinalis (ex quo non pauca decerpſimus
hactenus) nunquam peritura, noſtram li-
benter in mentem irrepſit memoria; non
pigeat ex eodem amabo quenquam, &
alia, huiuſcemodi capitis pro coronide,
quædam amplius percipere, ac retinere.
Afferunt nanque præterea, nonnulla ſæpè
Concionatores quibus magna viuacitatis,
& acrimoniæ ſpecies ineſt, ac prima ſanè
fronte præferunt elegantiam, & leporem,
in receſſu tamen, inania prorſus, & vana
reperiuntur. Id maximè accidit, diuina-
rum literarum in explicatione; quando-
cunque locum aliquem variè conſideran-
dum ſumpſere. Quamuis enim habeat
laudem in eo genere multimoda ſenſo-
rum conſideratio: lex tamen ſemper vna
manet, ne quid commentitium, atque
falſum dicamus. Ideoque Sanctus Au-
guſtinus, *ſerm*. 18. *de verb. dom. propè fin*. his
verbis docet: Attendite in facta Sancto-
„ rum, nè fortè noſtra videatur interpreta-
„ tio: quomodò hæc verba intellexeruut
„ Sancti, ſic vtique intelligenda ſunt Nec
peccatur alibi magis, quàm in literario
ſenſu, eùm, ſcilicet dicuntur ea, quæ pa-
lam huic repugnant, & creberrima ſeges
errorum huiuſmodi manat ex linguarum
ignoratione, quibus Teſtamentum vtrun-
que principio dictatum fuit. Habet enim
„ omnis lingua ſua quædam propria genera
„ loquutionum; quę cùm in aliam linguam
transferantur, videntur abſurda. *D. Aug. de
vera relig. cap*. 50. Quamobrem, maxima
fraudis erit occaſio, ſi quem locum he-
braici, vel græci ſermonis interpretatione,
ad nouam aliquam contorquere voluerì-
mus ſententiam. Tunc enim fiet, vt igna-
ri penitus earum linguarum, verborum
vim non aſſequamur, vniuſque verbi ſen-
ſum, alteri verbo accommodemus, & in
ea rerum omnium confuſione, pertinaci-
ter affirmabimus, in græco, vel hebraico
ſic haberi.

Sunt deinde ſemidocti nonnulli, qui
14 concionem omnino texere valent nullā,
quin è Canticorum Canticis paſſim inſe-
rant multa, quem certè diuinum librum
non eſſe aptum omnium animis religio,
& cautela veterum Hebræorum ſatis de-
clarat. Non enim legebant, niſi quibus
erat permiſſum; & ſunt ibi nonnulla, quæ
ſi velis explicare, neceſſe habeas ad ea de-
uenire, quæ nolis, & cogaris repræſentare
mul-

multa, quæ commodiùs occultarentur. Nulli proinde Hebræi hoc legere permittebant canticum, ætatis ante annum trigeſimum, quæ ætas ſacerdotalis erat, teſtibus Origene *in cant. homil.* 1. & Sancto Hieronymo *præfat. in Ezechiel.* Animaduertimus autem, alios itidem profiteri palam, & iactare ſibi nuſquam aliunde peti authoritates, atque teſtimonia, quam ex Dauide, vel Salomone, qui tam arcti fines, eam afferunt neceſſitatem, vt locos perperam illos interpretentur, cùm ſcilicet, in anguſto poſitis opportuna teſtimonia non ſint ad manus. Hæc ſanè illorum ieiunitas arguit circa ſacra monumenta ſegne ſtudium, atque negligentiam eius theſauri, cuius intimos penetrare deberent receſſus. Nec minus ineptè agunt; ſi qui diuinas literas glorientur eſſe ſibi tam faciles, vt quicquid ipſi animis deſtinauere doctâ mobilitate, ſequantur: Non enim poſſumus ibi cuncta reperire, cum deſint multa, ſi tamen in ſuam quæque partem, & ſenſum accipere prudenter velimus: Nam, vt docet Auguſtinus *lib. de Aſſumptione B. Mariæ Virg. ferè in princ.* Quædam Scriptura ſacra veris indagationum ſtudiis quærenda reliquit, quæ non ſunt ſuperflua æſtimanda, dum vera indagatione fuerint patefacta. Fæcunda eſt enim veritatis authoritas, & dum diligenter diſcutitur, de ſe gignere quod ipſa eſt cognoſcitur. Sæpè enim diſcuſſa veram conuenientiam parit, quam manifeſtis ſermonibus abſcondit, & ſæpè apertis ſermonibus inſinuat, in quibus nihil præter id, quod ſonat, quærendum inuitat.

15 Sed & ex Scholaſticorum genere (eorum ſcilicet, qui Theologiam docent in diſſerendi ſubtilitate poſitam) prodeunt nonnumquam Concionatores, qui vel ſub ipſa adhuc ſtudiorum incude poſiti; vel certè, calentibus etiam tum altioris doctrinæ vigore ingeniis, rebus optimis parum prudenter vtuntur. Quare ad aures licet, plebeias afferunt reconditas ex Theologiæ inſtrumento quæſtiones de Scientia Dei, de Prædeſtinatione, de Libero decreto, & id genus alia, de quibus latè, quaſi in ipſa ſchola diſſerunt: Nam, & varietatem ſententiarum tùm veterum, tùm iuniorum explicant, confutant aliena, ſua confirmant; adhibent etiam ſcholę verba in alieno idiomate peregrina, & horrida; quæ omnia tam faſtidij plena ſunt, quàm fructu vacua. Quoniam, vt grauioris eſt Concionatoris electas ex Theologia quæſtiones interpretari nonnunquam magno ſapientiæ, & eloquentiæ manſuetioris condimento: ità profectò has conſectari moroſius, vbi neque res, neque auditores poſtulant, multum habet vanitatis. Quandoquidem, vt 2. *de bono perſeu. cap. 22.* ſapienter monet Auguſtinus: Quamuis hæc vera ſint, non tamen iſto modo dicenda ſunt, audientibus multis, vt ſermo ad ipſos etiam conuertatur, eiſque dicantur illa iſtorum verba, quæ veſtris literis indidiſtis, & quæ ſuperius interpoſui.

16 At ſanè, longe deterius faciunt adoleſcentes quidam, qui ex Philoſophiæ circulis recentes, ſi fortè aliquid, quod ad philoſophicam palæſtram attineat, inuenerint, in hoc excurrent: & cum (vt addamus exemplum) per antiperiſtaſim dixerint, Catholicorum ardorem inter hæreticas prauitates augeri: tum explicabunt quid ſit Antiperiſtaſis, & quid de ea veteres ſenſerint Philoſophi: Et cum agetur in Euangelio de ſignis in Sole, & Luna; tum erunt ſiderum meteororum rationes fuſius explicandæ. Hæc enim leuius delibata, vbi & res ita poſtulare videtur, habent vtique aliquid gratiæ, & doctrinæ; contra verò putidius inculcata non modò non delectant audientium aures, ſed Oratorum magis produnt infantiam. Sacræ nanque Scripturæ, præſertim in Concionibus audienda ſunt teſtimonia, nequaquam Philoſophorum placita. Hinc Diuus Auguſtinus, ſuper illud *Pſalmi* 140 *Abſorpti ſunt iuxta petram iudices eorum*; ita mirificè interpretatus eſt: Iuxtà, id eſt comparati iudices magni, potentes, docti. Ipſi dicuntur iudices eorum, tanquam iudicantes de moribus, & ſententiam proferentes. Dixit hoc Ariſtoteles. Adiunge illum petræ, & abſorptus eſt. Quis eſt Ariſtoteles, audiant. Dixit Chriſtus, & apud inferos contremiſcit. Dixit hoc Pythagoras; dixit hoc Plato. Adiunge illos petrę, compara authoritatem illorum authoritati Euangelicæ, compara inflatos Crucifixo, dicamus eis: Vos literas veſtras conſcripſiſtis in cordibus ſuperborum; ille Crucem ſuam fixit in cordibus Regum. Quia, vt *contra Iulianum Pelagianum lib 4. cap. 14.* idem ipſe ſcripſerat: Non ſit honeſtior Philoſophia Gentium, quam noſtra chriſtiana, quæ vna eſt vera Philoſophia: quandoquidem ſtudium, vel amor ſapientiæ ſignificatur hoc nomine.

17 Demum cum ambitio, & auaritia, omnium elementa vitiorum ſint, ſicut Timon ille, cognomento *Miſantropos*, hoc eſt hominum exoſor, apud Stobeum *ſerm.* 8. & Eraſmum, *apoph. lib.* 6. ipſas ſatis nuncupauit appoſitè: Exprobratis Concionatorum hactenus vitiis ex ambitione progenitis, quæ ex auaritia pariter conflantur, non erit inutile vndecumque explorare. Quidam enim, plus offerenti, Verbi Dei ven-

Digitized by Google

venditores Miniſtri, diuinam gratiam (vt *catholica Iudæ epiſtola* ſcribitur) transferentes in luxuriam, lautius, & abundantius, vt viuant, non quæ Ieſu Chriſti, ſed quæ ſua ſunt *ad Philip.* 2. intemperanter quærunt. Et dum pinguiora pro laboribus operosè ſibi parant ſtipendia, ab animarum lucris deſidiosè deſiſtunt. Non itaque ſicut olim mittebantur Prophetæ, Sanctique Apoſtoli Domini, amplius ij vocantur in ſortem, ſed fautorum magis extorqueat ſuffragia, vt tenuuioribus relictis, ea protinus nanciſcantur loca, quæ maximè ad vberiora prouentuum commoda, minimè verò ad proximorum ſalutem, ſibi ſtudiosè, prius elegerunt. Quare populorum non exigentiam, aut (niſi cito ſuccurrant) periculum benè perpendentes in mora, ſed propriæ vtilitati tantummodo conſulentes; à graui & lethali, non eximuntur culpa, vt ex Gregorio 2. *paſtoral.* atque alijs rectè cenſuit Henricus Gandau. *quodl.* 7. *q.* 19. Quandoquidem ſi Prædicatores, vtpotè diuina quæque annuntiantes, Angeli Dei ſunt (Angelus enim eſt, qui diuina annuntiat) Raphaelem præſertim, vnum ex ſeptem, qui adſtant ante Dominum *Tobiæ* 12. imitari tenentur: qui iunioris Tobiæ, hoc eſt, viatoris anguſtias non refugijt, eique officio ſedulò inſeruiuit; mercedem tamen ſeruitij non admiſit, ſed honeſtis tantummodo ſtuduit laboribus. Per id idcirco ſignificatur (vt his ibidem verbis gloſſat Lyranus) „Quod Doctor bonus, vel Prædicator, qui per Angelum ſignificatur, eo quod eſt nuntius verbi Dei, non debet prædicare propter quæſtum, ſed propter gloriam Dei, & ſalutem animarum.

Nec leuius inde delinquunt ex eodem
18 Henrico *ibidem q.* 20. qui ne diuites, & opulenti (è quorum liberalitate, & munificentia, magnifica expectant munera) in minimo vix lædantur, reticent veritatem, reprehenſionemque diſſimulant. Concionatori etenim cuilibet, *Iſaiæ* 58. expreſsè „dicitur: Clama, ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo ſcelera eorum, & domui Iacob peccata eorum: peccata ſi præcipuè non ſint occulta, & citra ſcandalum id fieri valeat: Quia veritatis amator, non vult ſibi parci contra veritatem: dicente Gregorio 2. *paſtoral.cap.*8. „Ille ergo ſe ipso amplius veritatem deſiderat amari, qui ſibi à nullo vult contra veritatem parci. Quare ab ingenuo Concionatore, nunquam veritas (illis attentis conditionibus) tacenda eſt, nec reprehenſio differenda. Quandoquidem: „Qui prouidi (apud eundem Henricum idem ſubdit Gregorius) humanam gratiam amittere formidantes, loqui liberè recta pertimeſcunt, improuidi dicuntur: quia vbi credunt ſibi prouidere cuſtodiendo gratiam hominum, amittunt gratiam Dei.

CAPVT VI.

Theologicas quæſtiones, friuolis abſoluere, ac vanis argumentis: Nouitates nimis amare: Sibi quod Veterum fuit, tanquam proprium tribuere: Diſcordias in ſcholis parare: Inepta inſerere iudicia: Aures ad rationes naturæ prorſus occludere: Curioſas, & ſuperfluas profanæ Philoſophiæ non amputare ſententias: Scholaſticorum hæc ferè ſunt vſitata, & conſueta Theologorum vitia.

SVMMARIVM.

1 *Scholaſticorum vitia Theologorum reprehendere, ſupremam illam non eſt facultatem arguere, cuius inconcuſſa authoritas, omnem humani ingenij perſpicacitatem latiſſimè videtur excedere: recentiorum niſi alias velimus Hæreticorum turpiter inhærere ſententiæ, aut celebratarum ab omnibus ipſius laudum palinodiam ignauiter canere.*

2 *Scholaſtica Theologia à Chriſto Domino ſuam duxit originem, Puerulus dum in templo, & grandior publicè inter Doctores, Scribas, & Phariſæos magnificè eam exercuit. Magiſtrum deinceps ſequuti ſunt Diſcipuli, Apoſtolique communiter, omnes paſſim inter Nationes, & Gentes.*

3 *Huiuſcemodi quoque tenuerunt inſtitutum ex Sanctis Patribus quamplures, vt Damaſcenus, Auguſtinus, atque alij, ex quorum fontibus, omnes cæteri Scholaſtici, ſapientiæ aquam ad ſatietatem ferè potarunt. Quorum tutam, ſanamque doctrinam nunquam Sancta reiecit Eccleſia, ſed ſummoperè commendauit.*

4 *Ex hac præterea ſcholaſtica facultate, multa, & plura prodeunt commoda, atque vtilitates: Breuitas, nimirum, in altiſſimis ſacrarum rerum explicandis myſterijs: Methodus facilis: In vtramque partem diſſidentium reſolutio, deciſioque rationum: Fidei catholicæ aduerſarijs firma reſiſtentia: Hæreſum, vltima, & fatalis exterminatio: & id genus non pauca.*

5 *Cum autem verè, & propriè hi duntaxat ſcholaſtici ſint Theologi, qui de Deo, rebuſque diuinis aptè, prudenterque diſſerere, ab eruditis expenduntur viris: Qui è con-*

contra, vniuerſas theologicas quæſtiones friuolis, & tenuibus abſoluunt argumentis, aſcriptitij ad ſummum Theologi vocandi erunt. Vnde reprehenſione digni meritò arbitrantur.

6 *Fauor nouitatis, in cunctis rebus Superiorum fermè delet, & obliterat venuſtatem omnem: vndè Cantio gratiſſima eſſe ſolet, quæ nuperrima venit in aures, præſertim apud vulgares, & imperitos homines. Fallitur tamen non parum apud expertos, & eruditos nonnunquam.*

7 *Dicterium Pompei in quendam Marcellinum ſibi petulanter maledicentem, in hos mordaces Veterum ſcholaſticos calumniatores, aptè retorqueri poteſt; cum ille non minùs à Pompeio accepiſſet, quod Pompeio indignè non deſiſtebat latrare; quam Neoterici Scholaſtici omnes, quicquid in antiquos inſolenter impingunt, ab ipſis liberaliter ſint mutuati.*

8 *Nouitates ideircò hortulis aſſimilantur, ac viridarijs. Vetera verò nemoribus, atque ſyluis rectè comparantur. Cum quibus tamen æquè ſtat; quod licet, hac venuſtate, & amænitate hortorum careant; ſacrum vero ſyluarum horrorem, ac reuerentiam nunquam amittant.*

9 *Sunt etiam quidam in ſcholis, qui ad diſcordias, & rixas nati, tunc optimè diſſeruiſſe ſe putant, cum contra communem quicquam protulerint ſententiam. Rarò ideirò cum alijs ſapiunt, & veluti, omnium eruditorum ac ſapientum Antipodes, verſa incedentes via omnibus aduerſantur, omnibus infeſti ſunt.*

10 *Nec à talibus vnquam deſiſtunt inceptis, donec odio, vel amore conſtupratum de cæteris a ſe, proprium interponant iudicium: Ineptos, ſcilicet plerumque commendando; Probatos autem nonnunquam reprobando. Quod ſi nominatorum ob reuerentiam virorum, ab hac cogantur aliquando abſtinere perfidia; in eorum diſcipulos, ſectatoreſque ſaltem, ſuam procacitatem, ac detractionem conuertunt.*

11 *Alia verò ex parte, non leuius peccant aliqui, qui argumenta naturæ adeo Sacræ Theologiæ arbitrantur aduerſa, & inimica, vt diuinarum Scripturarum, Conciliorum, Patrumque ſolis teſtimonijs contenti, penitus ab ipſis in ſuis lucubrationibus, ac ſcholis abhorreant. Quod, vt liberius agant, multa ſacrarum Scripturarum loca, in ſui fauorem, ac tutelam adducunt.*

12 *Aures tamen ad naturæ rationes prorſus occludere Scholaſtici Theologi nequaquam debent. Nam eſto hæc ſacra facultas humanis nunquam egeat fulcimentis, cum in ſuis lineis rectè conuinci poſſit: in ſcholis tamen, vbi paſſim ſyllogizzatur, & diſcurritur, philoſophica argumenta haud minimam opportunitatem habent. Quod ſacris in literis, prudentibus, & diſcretis nunquam inuenitur eſſe denegatum viris.*

13 *Duobus his tantummodo fundamentis, in contrarium adducta exterminantur rationes: Quorum vnum eſt: Veram fælicitatem huius vitæ in ſcientijs non conſiſtere. Alterum vero: Veram ſapientiam nequaquam reperiri in curioſa naturæ inquiſitione. Quibus benè perpenſis, inſignia eruditè explicantur plurima Sacræ Scripturæ loca.*

14 *Ad Scholaſticos tandem breuis, ſed valdè vtilis Parænesis, qua ad delenda ſecularis Philoſophiæ ſuperflua, & indecentia, captiuæ exemplo mulieris in vxorē ducenda* Deut. *21. expreſſo, fructuosè monentur.*

SCholaſticorum, verbis modo proclaturus Theologorum vitia; illius ſupremæ
1 facultatis, cuius (vt *2. de Geneſ. ad lit. cap. 5.* teſtatur Auguſtinus) Maior eſt authoritas, quam omnis humani ingenij perſpicacitas: ad adnotandos, ſignandoſque me aliquando irrepſiſſe defectus, quorumlibet in mentes, animoſque nullatenus prauam hanc vellem ſuſpicionem inducere. Hoc enim, iuniorum non tantùm eſſet hæreticorum plaudere peruerſitati, qui ſcholaſticam Catholicorum Theologiam ſacrilegè contemnunt, & hoſtiliter inſectantur, de quibus ſuperius *lib. 1. cap. 5. n. 10. & lib. 2. cap. 1. n. 1.* non nihil retulimus: ijs verum etiam ſtudijs, quæ diu meditati ſumus, iamque ferulæ ſubduximus manus, contraria quaſi ſtatuere, nec non earum, quæ ſacram in ipſam doctrinam nuper panximus laudum turpiter, & inhoneſtè palinodiam canere. Et profectò non vulgari,
2 familiarique præconio, diſceptatrix hæc ſacroſancta digna cenſetur ars (cum ſuam à Chriſto Seruatore præſertim duxerit agnoueritque originē) ſed celebri, ac peregrino. Puerulus nanque adhuc exiſtens in templo reſpondens, & interrogans, adeo ſapienter inter Doctores repertus, inuentuſque eſt, vt *Lucæ* 2. ſtuperent omnes, qui eum audiebant, ſuper prudentia, & reſponſis eius. Grandior vero factus, cum Phariſæis, Scribis, & Iudæis graues, ac multas controuerſias habuit; ſeque Meſſiam, & pluſquam hominem, & filium Dei ſimul, & Dauid eſſe probauit: licereque in ſabbato ſanare hominem, ſi in eo licebat accipere Circumciſionem, proindeque Sacerdotes ſine crimine violabant ſabbatum: & licebat aquatum ducere bouem, atque iumenta *Ioann. 7. & Matth. 12.* Stephanus, & Paulus egregij fuerunt diſputatores, & aduerſantium obturabant ora; de Meſſia, de Lege, de Prædeſtinatione, de

Gra-

Digitized by Google

Gratia, & libero arbitrio, de Fide, & operibus, de Matrimonio, de Reſurrectione, multiſque alijs myſterijs acriter differentes, vt paſſim Lucas meminit in *Actibus Apoſtolorum*. Apoſtoli item omnes, primum cum Iudæis; deinde cum gentibus, ad quas miſſi fuerant, præclaras, ſingulareſque inierunt diſceptationes, ex quibus glorioſum ſemper de mendacio retulerunt triumphum: maximè verò Petrus, qui cum Simone Mago, multis in locis, glorioſè,& laudabiliter decertauit *Clemens Rom.* 1.*conſtit.apoſtolic.cap* 7.*ſub initio*.

Hoc idem inſtitutum ex Patribus dein-
3 ceps proſequuti ſunt quamplurimi, vt Diuus Damaſcenus, Diuus Auguſtinus, atque alij, ex quorum fontibus omnes Scholaſtici, ſapientiæ aquam, ad ſatietatem ferè potarunt; videlicet Petrus Lombardus, qui primus theologicas conciliauit ſententias; Alexander Halenſis, Albertus Magnus, Thomas Aquinas,Bonauentura, Henricus Gandauenſis, & alij penè innumeri. Quorum ſanam eruditionem Sancta Mater Eccleſia nunquam reiecit, ſed multoties expreſsè tanquam vtilem recepit; & declarauit. Nam in Concilio Lateranenſi, ſub Innocentio III. ſcripta præſertim Petri Lombardi Epiſcopi Pariſienſis amplexata eſt; ſicut & Diui Thomæ Vrbanus VI.*in Bulla ad Archiep.et Capit.Toloſan.*& Innocentius V. *in ſermon.qui incipit Ecce pluſquam Salomon hic* fauorabilibus votis approbarunt. Ex ea quippe in Chri-
4 ſtiana Palæſtra grandia, & ſublimia poſſidentur commoda. Breuitatem nanque in altiſſimis Fidei catholicæ explicandis myſterijs,eorumque compendia,quæ voluminibus immenſis,innumeriſque tractatibus diſputarunt Patres in ſe continet ad ſtuporem: Diſſidentium opiniones optima methodo, rationeque conciliat: Diſputationum cote in vtramque partem (Academicorum more) omnia dicta, eorumque ad viuum reſecat rationes: Omnibus ſanctæ noſtræ Fidei, ſacrorum dogmatum clypeo infenſis reſiſtit aduerſarijs, Iudæis, ſcilicet Paganis, Sciſmaticis, atque Hereticis. Ea proinde affabrè inſtructi, breui id aſſequuntur temporis intercapedine, vt probe nouerint, qua ratione de Deo, de eius incomprehenſa natura, atque operibus, deque altiſſimo Trinitatis Myſterio, de diſtinctione nimirum Sacrarum Perſonarum, ac de earum communi ſubſtantia, & Deitate: De Incarnationis arcano, deque Prædeſtinationis, & Reprobationis adytis, atque de alijs multis veræ fidei Sacramentis, ac de Fide ipſa ſentiendum ſit, oreque pronuntiandum. Quomodo item hæreſes circa illa recondita, & latentia ſecreta olim exortæ, declinandæ, qua via explicandæ, cæteriſque ſummo cum fructu proponendæ ſint, & confutandæ, & id genus alia.

Quamobrem miror, valdeque ſtupeo;
5 quod detracta Sacræ Scripturæ authoritate (quæ Scholaſticæ Theologiæ tota baſis, & firmamentum eſt) contortis ſyllogiſmis, de rebus diuinis ità indecorè plerique philoſophari audeant, vt omnium ram grauia, tam ſancta, & ſeuera ſtudia, manifeſto ioco, ac propatulo ludibrio hominum exponant. Hi profectò aſcriptitij Theologi, qui vniuerſas theologicas quæſtiones friuolis abſoluunt argumentis, & vanis,inualidiſque ratiunculis magnum pondus rebus grauiſſimis detrahentes: ingentia commentaria in ſacram plerumque edere ſolent Theologiam, anicularum vix digna lucubratione: & cum his in Sacrorum Bibliorum teſtimonia rariſſima ſint, Conciliorum mentio nulla, nihil ex antiquis Sanctis oleant, nihilque ex graui philoſophia quidem, ſed ferè cuncta è puerilibus diſciplinis depromant; Scholaſtici nedum,nec vtique Theologi, ſed ſophiſmatum fæces in ſcholam inferentes, huius reuelatæ ſcientiæ potius deturbatores, quam explanatores appellandi videntur. Verè enim, & propriè hi tantummodo Scholaſtici, & Theologi ſunt, qui ab eruditis, de Deo, rebuſque diuinis aptè prudenterque differere,penitus expenduntur viris *Henric.Gandau.* 1.*p.art.*7 *q.*2.*n.*9. Et quæ nam ſanè habilitas, prudentiaue aliqua rebus in explicandis diuinis vnquam excogitari, aut ſomniari poterit, vbi ſacro horrore, ac reuerentia poſthabitis non ſententiarum grauitas, non aſſumptorum ſtabilitas, ſed opinantium leuitas, aſſertio-
6 numque duntaxat grata iam colitur, & honoratur nouitas. Cunctis (ni fallor) in rebus profectò fauor nouitatis Superiorum fermè obliterat gratiam. Miramur nanque exotica, cum meliora interdum poſſideamus domi. Belluam proinde è longinqua barbarie profectam curioſius ſuſpicimus, quam domeſticos greges,eſto vtiliores, cum nuperrima quæque vulgo maximè placere ſoleant, *Odiſſea* 1. ita ludente Homero.

Cantio enim hæc hominum longè eſt celeberrima vulgo,
Et gratiſſima, quæ nuperrima venit in aures.

Hoc autem præſertim apud inexpertos, & imperitos; ſed apud eruditos, & ſapientes fallitur haud parùm, adeo vt quiſquis ea, quæ antiquitas magno approbauit conſenſu damnare, aut reſcindere conatur; is Cornicum oculos configere (hoc eſt, no-

Digitized by Google

uo quodam inuento, veterum eruditionem obſcurare, efficereque, vt Superiores nihil ſciuiſſe, vidiſſe nihil cenſeantur) ad ſummum percupere, ac tentare reputetur.

Quare meritò, illud idē Pompeij apud
7 Plutarchum *in roman. apophⁱ.* cuidam Marcellino ab ipſo prouectò, ſibi in Senatu maledicenti improperatum, hos in Detractores appoſitè retorquere licebit: Non pudet (dum dixit) Marcelline mihi dicere per quem è muto eloquens, è famelico vomens factus es? Quomodo enim talia Neotericorum quilibet vnquam in ſcholis tibi imputaret adinuenta, eius niſi linguam maiorum eruditio priùs reddidiſſet diſertam? Adhuc profectò famelicus, ieiunuſque in omnibus eorum quiſque tabeſceret facultatibus; ſi Antiquorum doctrina, ſingulorum ad ſatietatem vtique non referſiſſet mentem. Sunt quidem Noui-
8 tates hortuli, viridarijque inſtar exculti, & amæni, vbi plantatum ordines incedunt rectè, per quorum medium, commodè ambulandi, latèque cunctis, datur ampla facultas; & mollis herba tales curriculos obtinet, vt ſtrati ad vſum, iacentibus etiā adaptari queant. Quibus inſuper anium variæ, ac ſonoræ vndique accedunt cantiones, florum colores, pratorum frutices, partim agricolationis opera, partim naturæ dona, pomaque aurea à ſummis ramis, rutila, ac lucida, quæ omnia ſuauiſſimo odore fragrantia, vniuerſum ad ſe cupidinum trahunt, & alliciunt examen. Opinandi nanque copiam, menteque vagandi commoda, cunctis nouitates abundè miniſtrant, blandaque in illis otia, noſtris indifferenter ſtudijs ſatis ſuppeditare licet. Quarum præterea inuentis, acclamantium maximè arrident voces: varietatum effulgent colores: curioſitatum afflantur odores: præteritorum laborum ſuaues, ac dulces adeo pariuntur fructus, vt omnium fere palatum omniumque ora ad ſe mirificè trahant. Nouitas enim (*ſatyric. cap. 35. in princ.* inquit Petronius Arbiter) omnium conuertit oculos. E contra verò obſoleta, & vetera, nimia quippè ſui obſcuritate, haud parum defatigant mentes: intellectus incompta, aciem obruunt denſitate: dubia promptæ electionis flexuoſitate cunctantur decreta. Præaltæ proinde ſyluæ frondiferoque nemori, cui in eximiam altitudinem, vmbroſę editæ arbores opacitatem inducunt: denſique rami ea quæ plana ſunt impediunt, & præcludunt; ac multa fronde induti trunci, occulti velut laquei perpetua iter claudunt ſepe, ſemitaſque inuias reddunt, appoſitè aſſimilantur. Quare his rebus optimè cohęret, quod ſicut nemora, ac ſyluæ (minimè vero horti, ac viridaria) ſacrum quendam horrorem, ac reuerentiam viatoribus afferunt: Quoniam, Lucos (*lib. 12. cap. 1.* dictante Plinio) & in iis ſilentia *ipſa* „ adoramus: Ita inueterata, & antiqua (& ſi non amæna vt viridaria, & horti) ſapientibus tamen, & eruditis veneranda, & colenda, omnino ſe exhibent. Quamobrem ſi de Syluis, Nemoribuſque, Stoico *epiſt. 41.* ſcribere licuit, quod: Illa proceritas, & ſecretum loci, & admiratio vmbræ in aperto tam denſæ, atque continuæ, fidem tibi numinis facit: Illud idem pariter de antiquis, & inueteratis Scriptoribus repetere non erit inutile, quod de Ennio *lib. 10. cap. 1.* protulit Quintilianus: Eos, nimirum, ſicut ſacros vetuſtate lucos adoremus, in quibus grandia, & antiqua robora, iam non tantam habent ſpeciem, quantam religionem.

Sunt etiam in ſcholis nonnulli, quaſi ad
9 diſcordias, & rixas nati, qui tùm optimè deſeruiſſe ſe purant cum contra communem, ac vniuerſalem Theologorum ſententiam dixerint, vt non tam verum inueniſſe velle videantur, quā aduerſarios conuincere cōcertationibuſque, & litigijs tota chartas implere. Atque, hos, ſunt in Eccleſia multi, qui tanquam milites auctoritati vel tuentur, vel impugnant, & totacorum de re theologica diſputatio, ac ſtudium, partium eſt contentio, atque diſſidiū. Quos ego probare nec debeo, nec poſſum: Cùm multi homines (vt *in Timæo* lo„ quitur Plato) diſputando de rebus, haud ſe„ cus, quā animantes brutę, pugnando ſolam „ ſibi victoriam proponant. Nam quamuis diſſenſientium inter ſe reprehenſiones „ non ſint vituperandæ: maledicta tamen „ (*1. de fin. ſect. 54 n. 27.* ſubdit Tullius) contu„ melie, tum iracundiæ, contentiones, certa„ tioneſque in diſputando pertinaces, indi„ gnæ mihi philoſophia videri ſolent. Quinimò veriùs adiicere quibimus: Reuelata ſcientia, ſiue Theologia. Connaturale ijs enim eſt, omnibus infeſtos eſſe, & veluti procaces Sophiſtę, arguta nonnumquam interrogatione aut paralogiſmo, omnibus contradicere, omnibus aduerſari. Rarò cum alijs ſapiunt, & ſi fortè conueniunt, leues quaſdam, & fragiles, authoribus (vt impugnent) rationes affingunt, de quibus ipſi nunquam cogitarunt. Paria quidem agunt tempora (vt Antichthones, ſiue Antipodas, qui ſcilicet orbem pedibus noſtris obuerſum colunt *lib. 1. de ſitu orbis cap. 1.* deſcribit Pomponius Mela) cum eiuſdem doctrinæ participent fundamenta, ſicut & illi, ijſdem ſtellarum ſoliſque fruuntur viciſſitudinibus. Verum non pariter: vt ipſe Pomponius illicò addit. Nam.

vt

lib. 1. canente Lucretio.

Illi cum videant Solem, nos Sidera noctis
Cernere, & alternis nobiſcum tempora cœli
Diuidere, & noctes pariles agitare diebus.

Ita pariter omnibus, vel ſaltem potioribus iſti, auerſa incedentes via, in altercando duntaxat, & confutando diſerti ſunt, & planè magnifici fiunt. Sed hæc præuaricationes potius ſunt, quam iuſti certaminis aggreſſiones, nec apud graues viros licere videntur. Merito proinde de ijs ſuo Lucillo, *epiſt.* 122. ſic ſcribit Seneca: Sunt quidam, ſcilicet, in eadem vrbe Antipodes, quorum contraria omnibus, non regio, ſed vita eſt. Eadem nanque ſapiunt, ſed è conuerſo, & oppoſito tradunt, vel ſaltem amphibologicè docent.

Cæterum (& quod deterius eſt) ab in-
10 cepta minimè contradicendi peruicacia deſiſtunt quoaduſque amoris, vel odij aliqua conſtupratum paſſione, de quolibet ſcholaſtico non moliantur iudicium: Eos videlicet, ineptiarum, errorumque vel à culpa facilè, & expeditè ſoluendo: vel quod veritatem non ſatis inſpexerint, ſapientiamque non plenè hauſerint falſitatis, aut ignorantiæ damnando, aut ſaltem hebetudinis, ac ſtoliditatis acriter arguendo. Quandoquidem: Opiniones veterum parum exaptas eſſe, & rudes: circa verum adhuc errabatur, *lib.6.natural.quæſt.cap.*5. rectè dixit Seneca. Quod vtique de placit. Philoſoph. copioſè abundeque expreſſit Plutarchus: Affectu tamen, & in ipſos amore non propterea iudicandi ſunt. Nam amor (*de offic. audien.* inquit idem Plutarchus) authore Platone laudat plerumque
,, ca, quibus alij offenduntur: verum cum
,, aliqui albos, quos depereunt, Deorum
,, filios appellant: nigros dicunt eſſe fortes,
,, & virili animo: adunco naſo, regij vocan-
,, tur; ſimi, amabiles; pallidi per blanditias,
,, mellei coloris: atque hæc qualiacunque
,, ſunt, exoſculantur amantes. Neque mi-
,, nus odio, vel liuore habendi ſunt, adeo vt
vituperatione, & contemptu, eorum digna cenſeantur opera. Nam: Cum excu-
,, ſatione (ibidem ſubdit Stoicus) veteres au-
,, diendi ſunt. Nulla res conſummata eſt
,, dum incipit. Nec in hac tantum re om-
,, nium maxima, atque inuolutiſſima, in
,, qua etiam cum multum actum erit, om-
,, nis tamen ætas quod agat inueniet, ſed in
,, omni alio negotio, longè ſemper à perfecto fuere principia. Quod ſi ob taniorum hominum nomen, ac reuerentiam, ipſis aliquando contingat condonare, & parcere, nemoque audeat eorum ſaltem liuido dente tam manifeſtè lacerare manes: ſuorum tamen in interpretes, expoſitoreſque operum, eadem conuitia, & maledicta audacter nituntur refundere. Hoc quidem nil aliud eſt, quam mortua iungere corpora viuis, reoſque ſceleris (ſi tamen Veterum id ſcelus fuit) per ſocietatem facere. Quod maximè ab ingenuis, probiſque viris tyrannicum tormenti genus, *Æneidos* 8. poeticè deſcriptum, cauendum, fugiendumque eſt, & veluti ineptum, peruerſumque iudicium penitus abominandum;
,, Lege *Sancimus* 22. *C. de pœnis*, ita reclaman-
,, te: Sancimus, ſcilicet ibi eſſe pœnam, vbi
,, & noxia eſt. Propinquos, notos, familia-
,, res procul à calumnia ſubmouemus, quos
,, reos ſceleris, ſocietas non facit, nec enim
,, affinitas, vel amicitia nefarium crimen
,, admittunt. Peccata igitur ſuos teneant
,, authores, nec vlterius progrediatur metus,
,, quàm reperiatur delictum. Hoc ſingulis,
,, quibuſcumque iudicibus intimetur.

Eſt demum quorundam prioribus non
11 fortè inferior, leuiorque ex oppoſito etiā error, qui, ſcilicet ab argumentis naturæ, haud aliter abhorrentes, quàm ſi eſſent Theologiæ aduerſa, & inimica, ſolis Sacrarum Scripturarum teſtimoniis, aut Scriptorum etiam veterum interdum, omnia definiunt, atque reſoluunt. Hi quidem in ſui tutelam, plurimis non tantum Sanctorum Patrum, ſed & Diuinarum literarum prætereà abutuntur teſtimonijs. Principio
,, enim afferunt illud *Eccleſiaſt.* 1. Ego Eccle-
,, ſiaſtes propoſui in animo meo quærere, &
,, inueſtigare ſapienter de omnibus, quę ſunt
,, ſub ſole. Hanc occupationem peſſimam
,, dedit Deus filijs hominum, vt occuparen-
,, tur in ea. Vidi, quæ fiunt cuncta ſub ſo-
,, le, & ecce vniuerſa vanitas, & afflictio
ſpiritus. Si ergo occupatio peſſima eſt ſtudium humanæ literaturæ: ſi vanitas, & afflictio ſpiritus; non eſt profecto (inquiūt) à Theologis expetenda. Deinde argumen-
,, tantur ex illo *Prouerb.* 5. Ne intenderis fal-
,, laciæ mulieris: fauus enim diſtillans labia
,, meretricis &c. Et poſtea. Quare ſeduceris
,, fili mi ab aliena &c. Hanc autem humanam interpretantur ſapientiam, quam nimirum eſſe fallacem *ad Coloſſ.*2. in hęc verba teſtatur Apoſtolus: Videte ne quis vos
,, decipiat per philoſophiam, & inanem fal-
,, laciam. Addunt illud 1. *ad Corinth.* 1. Per-
,, dam ſapientiam ſapientium, & prudentiam
,, prudentium reprobabo. Vbi Sapiens? Vbi
,, Scriba? Vbi Inquiſitor huius ſæculi? Non-
,, ne ſtultam fecit Deus ſapientiam huius
,, mundi? Subdunt prætereà ex eodem Apo-
,, ſtolo 1. *Corinth.*8. Scientia inflat. Aliud
,, quoque 1. *ad Timoth.* 6. Si quis non ac-
,, quieſcit ſanis ſermonibus, & ei, quæ ſecun-
,, dum pietatem eſt, doctrinæ ſuperbus eſt,
,, nihil ſciens, ſed languens circa quæſtiones.

Quo

Quo loco volunt Apoſtolum ſignificare diſciplinas ſeculares morbos eſſe, ſolamque Chriſti doctrinam eſſe ſanam, & tutam. Hanc ſecundùm pietatem, ideſt, religioni conformem, & conſentaneam eſſe, illas non eſſe.

His profectò, idque genus, Sanctorum
12 etiam authoritatibus, nonnulliſque non leuibus excogitatis rationibus, apud Canum *de locis Theolog. lib. 9. cap.* 2. qui hoc laborant errore, ſuam nituntur ſuadere ſententiam: Nihilominus tamen *cap.* 4. ipſe ibidem inquit) Aures ad naturæ rationes prorſus occludere, ſi quando à Theologis afferantur, id nos in errore maximo ducimus. Si enim cadit in Theologum aliquandò vt de rebus humanis philoſophetur, quod profectò cadit, niſi ex eo extirpatam humanitatem arbitremur, quæ nam cauſa eſt, cur naturales argumentationes à Theologia pellamus, ne, vt quæ diuina ſit, humanis adminiculis eguiſſe videatur? Non egeat his, eſto; cum ſuis, hoc eſt, diuinis quaſi lineis continetur: at volumus ne nos Theologum, qui ſolum diuina calleat in humanis erret, labatur, cæcutiat, hallucinetur? Hoc itaque ſacris in literis prudentibus, & diſcretis nunquam inhibetur viris. Paulus enim rationes à natura profectas, manifeſtas, & firmas volens oſtendere 1. *ad Roman.* ſcribit: Quod notum eſt Dei, manifeſtum eſt illis: Deus enim illis manifeſtauit. Sed num forte per Angelos? Num per Prophetas? Num per Apoſtolos? Minimè quidem: Nam; Inuiſibilia (ſubdit) à creatura mundi per ea, quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur. Proinde cum Athenienſibus in Areopago de Deo diſſerens, ex profana Poeſi, ab vnoquoque noſtrum non longè eſſe, vt oſtenderet, huiuſcemodi deprompſit argumentum: In ipſo enim viuimus, mouemur, & ſumus. Eos item *pſalm.* 93. redarguens Propheta, qui: Dixerunt, non videbit Dominus, nec intelliget Deus Iacob; vt ex oppoſito concludenter probaret, Deum cuncta inſpicere, vniuerſaque intelligere: humanis quippe rationibus, vſus eſt etiam, dum inquit: Qui plantauit aurem, non audiet? aut qui finxit oculum non conſiderat? Qui corripit gentes non arguet, qui docet hominem ſcientiam? Sed quid amplius? Dominus ipſe *Matth.* 12. eos, qui calumniabantur, quod in Sabbatum ægrotum curaſſet, naturali ratione, exemploque conuicit. Sicut, & *Matth.* 22. Saducæos, duobus principijs poſitis, omnino refutauit: quorum vtrique vnum fuerat Exodi teſtimonium illud *cap.* 3. Ego ſum Deus Abraham, Iſaac, & Iacob; quo dato, & appoſito; ſicut & altero, quod è naturali aſſumpſerat ratione, nimirum, non eſſe Deum mortuorum, ſed viuentium, ab aduerſarijs pariter approbato, huiuſcemodi contra ipſos collegit, & deduxit conſequentiam: Abrahami, videlicet, Iſaachi, & Iacobi, animas etiam viuere, quod Saducæi reſurrectionem repellentes mortuorum abſolutè negabant. Quibus profecto locis, alijſque quamplurimis apud Canum *loco citato cap.* 6. manifeſtè conuincitur, hunc diſſerendi morem, à Sanctis Prophetis, Chriſto Domino, Apoſtoliſque omnibus profectum, ac deriuatum, à Theologis quoque vtiliter non tantum, verum etiam neceſſariò eſſe vſurpandum.

E ſacris proindè literis, rationes illas in contrarium adductas his duobus duntaxat
13 præiactis, præmiſſiſque fundamentis *cap.* 9. loci ſuperioris citati funditus exterminat idem Canus: nimirum; Veram huius temporalis vitæ fælicitatem in ſcientijs nõ conſiſtere, ſed in Dei timore, & amore; *Eccleſiaſte* 12. dicente: Deum time, & mandata eius ſerua, hoc eſt omnis homo. Et veram ſapientiam, non in curioſa reperiri naturæ inquiſitione, ſed in actione vitæ, & ſynceræ veritatis contemplatione. 8. *de ciuit. cap.* 4. ita teſtante Auguſtino, videlicet: Cum ſtudium ſapientiæ in actione, & contemplatione verſetur: vna pars eius actiua, altera contemplatiua dici poteſt; quarum actiua, ad agendam vitam, ideſt ad mores inſtituendos pertinet; contemplatiua autem ad conſpiciendas naturæ cauſas, & ſynceriſſimam veritatem. Quamobrem, ſi nulla huius ſæculi bona ea ſunt, quæ finem homini, ſuum exhibere, veramue illi, etiam in hac vita, præſtare fælicitatem queunt, vt & ipſe Salomon per totam ſuam concionem fusè, & eruditè oſtendit: conſequenter item probat per nullas humanas diſciplinas, licet aliàs plurimum ad intelligentiam conferant ſupernorum, hominem tamen minimè beari, fælicitarique poſſe. Vnde, ipſas vanas calamitoſas, & fruſtratorias meritò appellat; dicens: Vanitas vanitatum, & omnia vanitas &c. Vanum nanque 2. *phyſ.* (inquit Canus) id definiri ſolet, quod fine caret, ſeù ad finem, qui quæritur otioſum eſt. Hinc ergò eſt, quod ex allatis Eccleſiaſtis verbis, contra humanas diſciplinas, ſeculareſque ſcientias, nil confici, aut perfici poteſt: Cũ humana Philoſophia, meretrix illa vaga, & garrula, quietis impatiens, procax, blanda, adulatrix, præparata ad decipiendas animas, de qua *Prouerb.* 5. nequaquam ſit: quæ ſi quid tale, etiam fortaſſe fieret: Thamar ad ſummum extaret illa, quæ *Geneſis* 38. cauſa prolis in triuio ſedit, ad quam ſtudioſus, & fidelis Iudas declinauit; inde-

que

que genuit Phares, & Zaram, qui in Euangelijs magnificè, & honorificè memorantur. Iam denique, & quod ex varijs Apoſtoli locis, aſſertæ veritati paſſim videtur opponi: ſecundò illi firmiter obiecto fundamento, vndecunque penitus dirimitur. Ibi nanque de verè ſapientibus, ac prudentibus, qui actione vitæ, contemplationeque ſynceræ veritatis, veram ſectantur ſapientiam fortè ſermo non eſt: ſed de ijs, qui ob nimiam curioſitatem, ac vanitatem, ſibi ſapientes, & prudentes ſolummodò videntur: de quibus idem Apoſtolus 1.
„ *Corinth.* 8. teſtatur, dicens: Si quis autem„
„ ſe exiſtimat ſcire aliquid, nondum cogno-
„ uit quemadmodum oporteat eum ſcire.

Vndè ſæpè Scholaſtici monendi ſunt Theologi, ne philoſophica ſtudia, ità Theo-
14 logicis applicent, vt eorum curioſa, vanaque garrulitate, maieſtatem, & puritatem diuinorum arcanorum obruant, vel in aliquo extenuent: ſed omnibus, ab eis deletis ſuperfluis, & amputatis, ipſa potius fæcundiora reddant, & in ſacram inferant, conuertantque ſupellectilem. Pammachiũ *epiſt.* 26. ſic prudenter ex *Deut.* 21. monente Hieronymo: vt ſi videlicet, adamarit captiuam mulierem, id eſt ſapientiam ſecularem, decaluet eam, & illecebras criminum, atque ornamenta verborum, cum emortuis vnguibus amputet. Multos enim tum fætus captiua dabit, & de Moabitide efficietur Iſraelitis.

CAPVT VII.

Moralium Theologorum portentosè eclipſantur lumina, dum nimis laxas, aut nimis rigoroſas, Fidelium conſcientijs nituntur inſerere opiniones.

SVMMARIVM.

1 *Ex originali ignorantia, multi quidem, & graues orti ſunt errores: attamen ex Dei benignitate, omninò in nobis non extincta manent cognitionis lumina, quin ſimus ſufficientes cogitare quantum boni per peccatum amiſimus, & quid agere rationabiliter teneamur. Quæ vtique cognitio, alijs etiam nominibus Synderefis, Accuſatrix, Aduerſarius, & Teſtis verax appellari ſolet.*

2 *Talis autem noſtræ cognitionis lux, ob læſionem peccati, non omnibus æquè reſplendet, ſed quibuſdam clarius, quibuſdam obſcurius. Igni proindè, quem ad inquirendum Nehemias miſerat, rectè comparatur, qui in aquam craſſam, & cænoſam conuerſus, non prius in ignis naturam rediit, quam poſt aſpectum Solis, myſticè, alicuius ſcilicet eruditi Praeceptoris, qui ſua doctrina, ipſum accendere, & excitare valeat.*

3 *Solis idcircò perfectum typum Morales gerunt Theologi, cum in Eccleſiæ Cælo ſint primæ magnitudinis lumina. Quarè Moyſes, Simon Oniæ, Sancti Apoſtoli, Eccleſia ipſa, & omnes conſcientiæ Rectores, ſtellæ vocantur, & lumina. Propterea maximoperè cauere debent, ne lumen doctrinæ, quod in ſe habent, errorum tenebræ turpiter fiat.*

4 *Non minus pariter, ac Sol Morales eclipſantur Theologi, dum opinionum mutabilitas, ac inſtabilitas, veluti Luna inter ipſos opponitur, ſuoſque Auditores. Nam & ſi, qui ratione ſunt prediti, ab eodem ſuperiore lucis canali velut à Sole hauriant cognitionem; quia tamen vt plurimum, rerum terrenarum, vmbroſa quaſi Luna præualet ignorantia, hæc languentem obruit igniculum mentis, & mortalium ingenia, tenebris apprimè corrumpit.*

5 *Quarè præſertim eclipſantur in hoc, cum nimia indulgentia, Chriſti fidelium conſcientijs ità habenas laxant, vt quælibet inſolentia paradoxa, ex quorundam libris, & praxi ad libitum decerpta, quibus non parum Eccleſiæ debilitantur ſtatuta, quæque deprauatis hominum affectionibus plurimum allubeſcunt, facilè eorum admittantur iudicio, planèque probentur: & talem doctrinam Chriſtianæ Reipublicæ valdè vtilem eſſe, liberè conclamare minimè vereantur.*

6 *Hæc tamen doctrina, non minora Eccleſiæ infert damna, quàm toti orbi mala ſolares vt plurimum portenderunt Eclipſes: Homines nanque reddit ignauos, conſcientias relaxat, & neruum roburque frangit Eccleſiaſticæ diſciplinæ.*

7 *Qua de re, mirandum valdè eſt, quoſdam aliàs perdoctos, nec minus pios, ac deuotos, talia quandoque effudiſſe Paradoxa: nimirum, quod huiuſmodi Doctrina de libertate opinionum tuenda, ſcrupulos abigat, ſerenitatem afferat conſcientiæ, animarum medeatur languoribus, eaſque ad cælum inoffenſo pede, ac ſuauiter perducat. Nam via ſalutis, non idcircò vocatur ſuauis, & Chriſti iugum leue, quod oneribus, laboribuſque careat, ſed quod charitatis dulcedine omnia aſpera ſuperantur.*

8 *Nec minus Moralium Theologorum eclipſantur lumina, dum ex oppoſito, nimio rigore, ita piorum conſcientias angunt, vt vix illis ſuaderi poſſit, non ſemper grauiter, ac lethaliter deliquiſſe: nam multa peccata, quæ ex ſuo genere grauia ſunt, ex quibuſdam circumſtantijs leuiſſima ſiunt; cum non omnes infirmitates ſint ad mortem.*

9 *Caueant propterea Morales Theologi, ne à Fideli-*

delibus æternæ ſalutis omninò ſpem ſubmoueant; aut ex leuibus, futilibuſque rationibus, eorum crucient mentem: cum ſcrupulos exinde amouere, valde difficile, ac laborioſum ſit.

10 *Eodem ferè modo, quo plenilunij tempore, in capite, vel cauda Draconis exiſtens eclipſatur Luna, eclipſatur quorumlibet ſingularis etiam opinio: Nam terra humanarum paſſionum, aſtu tartarei, & callidi Serpentis, non minus tunc interponitur inter ſolem veritatis, & noſtræ opinationis lunam, quam conus vmbræ terræ elementaris, cadat ſuper corpus lunare in cæleſtibus.*

11 *Abſolutè docere, id optimè ad æternam ſufficere ſalutem, vt ſcilicet ſecundum dictamen propriæ, & ſingularis opinionis quiſque aliquo modo rationabiliter operetur, obſcuras, & portentoſas vt plurimum patitur eclipſes: cum erronea ſit propria, & ſingularis conſcientia, & potius quadam inanis ſuperſtitio.*

12 *Ex quibus apertè colligitur, quod non proprio ſenſui; & quæ noſtris magis arridet votis, ſed quæ in ſui fauorem legem, aut probatam obtinet conſuetudinem, præferenda eſt opinio. Vnde in rebus moralibus, & præſertim ad conſcientiam ſpectantibus, opinio illa magis præferenda, magiſque ſequenda eſſe videtur, per quam amplius glorificatur Deus, & cum arcta Sancti Euangelij via maiorem habet conformitatem.*

13 *Sicut tandem æris tinnitu, luminaribus, facibuſque in altum ſublatis, deliquijs Lunæ opitulabantur antiqui; ita veri morales Theologi, diuinarum legum ſonitu, & charitatis incendio, opinionum ſuccurrere habent Eclipſibus. Nam ſignum bonæ, ac timoratæ conſcientiæ, non eſt liberè opinando ab omni ſe elongare peccato, & eximere à culpa, ſed eam, vbi etiam non eſt prudenter, ac rationabiliter timere.*

HÆreditaria, & originali Protoplaſtorum ex ignorantia, multi quidem, &
1 graues oriuntur errores, cum ex vniuerſalibus præſertim ad ſpecies, & rerum ſingulas 2. *prior. cap.* 2. deducimus iudicium.
„ Quoniam ex illius damnati pæna, & mor-
„ tales, & ignari, & carni ſubditi naſcimur.
„ 3. *de liber. arbit. cap.* 19. Sanctus inquit Auguſtinus. Veruntamen ſuperno, ac diuino beneficio, illius tanti, quod amiſimus boni adhuc manent in nobis ſuperſtites reliquiæ, quas non didicimus à Magiſtris, vel vſu, ſed hauſimus, & accepimus à natura, vnde ſatis vnicuique argumentari permittitur, quantum id fuerit, cuius carentiam omnes vel inuiti modò experimur, vt cōmuniter 1. *p. q.* 79. *art.* 12. cum Angelico Doctore, ſentiunt Theologi. Quæ vtique nobis relicta iudicia, & non penitus extincta lumina, eadem ſignificatione, licet differenti vocabulo Synderesis, ſiuè Conſcientia, à Hieronymo, *in gloſſ.* 1. *Ezechiel.* Naturale iudicatorium à Baſilio, *in princ. prouerb.* & Noſtri Lux intellectus à Damaſceno *lib.* 2. *de fi. cap.* 12, nuncupantur. Hæc enim Conſcientia (ſiuè Iudicatorium, ſiuè Lux dicatur) Dei vices in nos tenet, & Diuinæ præcipua pars eſt Imaginis, quæ modo veluti monitor, corrector, ac pedagogus, ex Origene *lib.* 2. *in epiſt. ad roman.* diuino inſtinctu tacitè clamans, & intimis auribus ante patratum ſcelus (vt verbis B. Dorothei *doct.* 3. *tom.* 11. *Bibliot. PP.* fideliter vtar) vociferatur: *Noli facere.* Quo clamore ſæpè animum iam lapſurum in culpam, vel ſuſtinet, vel retardat: modò tanquam acer, & acerbus accuſator (vt *homil.* 20. *in* 4. *geneſ.* Chryſoſtomus loquitur) aut ſalutaris aduerſarius (vt Saluator *Matth.* 5. myſticè appellat) admiſſo maleficio, commaculatum accuſat, obiurgat, & criminis commiſſi, recordatione coarguit; modò ex D. Paulo, *ad Roman.* 9. *& alibi*, quaſi teſtis verax, fidelis, memor, qui mille teſtibus oculatis, auritis, iuratis æquatur, aduerſus animam aſſinem culpæ producitur, nec teſtificari deſinit vnquam, tametſi repellatur interdum, & cohibeatur, adeò vt omnimodam id veritatem vndecunque recipiat, quod propemodum chriſtianè 7. *belli ciuil.* Lucanus cecinit.

Nocte dieque tuum geſtas in pectore teſtem.

Quia verò, peccati ob lethiferam perduellionem, huiuſcemodi naturali, & in-
2 natæ legi vix parere permittimur (Peccatum enim 2. 2. *q.* 133. *art.* 1. naturali contrariatur legi) non omnibus illius æquè reſplendent, & opitulantur regulæ, ſed quibuſdam (quippe qui vſu, experimentis, diſciplina, meditatione ipſas ſortiti ſunt) clarius, & validius: quibuſdam verò (eaſdem nimirum, qui ſuperbè calcarunt, vel ignauiter deſpexerunt) obtuſius, & languidius. Hinc ſapide (*loc. nuper cit.* inquit
„ Sanctus Dorotheus) Cum igitur nobis
„ conſcientia noſtra dixerit; hoc facite, &
„ contemnimus, rurſumque admonuerit, id
„ ne faciamus, nos verò perſiſtimus illam
„ peſſundare, ſine dubio tunc eam defodi-
„ mus, & iam nobis apertè præ onere in-
„ cumbenti ei loqui nequit; ſed quaſi lumen
„ per ſpeculum tranſlucens, ità nobis inci-
„ pit quæcumque obſcuriora, & tenebro-
„ ſiora oſtendere. Et inde ob peccatum, vt
„ in aqua cænoſa, & turbida nemo poteſt in
„ ea vultum ſuum contemplari. Taleſque
„ plerumque ſumus, dum quæ nobis dictarit
„ audire negligimus, vt exiſtimemus nullam
„ nos in nobis habere conſcientiam. Con-

ſcien-

ſcientiæ proinde bene purgatæ igniculus
(per clibanum Sacris in literis apud Vale-
rianum, 34. *Hieroglyph. lib.* eleganter ex-
preſſus) illi vtique igni, ad quem requi-
rendum, Nepotes eorum, qui abſconde-
rant *Mach.2. cap.1.* diligenter Nehemias
miſerat, optimè aſſimilari poteſt. Quan-
doquidem, ſicut ij non ignem, ſed aquam
inuenerunt craſſam, quæ tamen aſpectu
Solis iterum reuerſa eſt in ignem: ità ſanè
plerumque homines, qui in ſe naturale hoc
condunt dictamen, cænoſam deſidiæ, ac
ignorantiæ conuerſum non ſemel compe-
riuntur in aquam; quæ tamen ſi benignè
Solis, hoc eſt eruditi, ac ſatagentis Magi-
ſtri, adhuc fulciatur aſpectu, reſipiſcentiæ
ſtatim redit in ignem, itavt digna Deo in-
cendere valeat holocauſta, & illuſtratæ
mentis pinguia exhibere ſacrificia. Aliqua
nanque homines ſuapte natura Diuini
Amoris ſemper rudimenta diſcunt; ſed iſte
ignis quando, pruriente præſertim puber-
tate, ſenſuum capiuntur illecebris paula-
tim tepeſcit, ſenſim obriget, & ferè de-
mum protinus euaneſcit: ſed vbi humanæ
pietatis priſco decori, inſtar hieroſolymi-
tani, reſtituendum eſt templum; Sol illu-
ſtrationis cæleſtis, qui ſcilicet eruditorum,
ac ſapientium Didaſcalorum hactenus la-
tebat in nubibus, ſtatim eos, reduce accen-
dit amoris igne, quo viciſſim exardent, ac
reprobæ tranſactę vitę ſeries patenter agno-
ſcunt.

Solis autem perfectum typum Morales
præſertim gerunt Theologi, de quibus
3 *Danielis* 12. (vt ibidem Cornelio à Lapide
,, placet) appoſitè dicitur, Et qui ad iuſti-
,, tiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in per-
,, petuas (ſcilicet fulgebunt) æternitates.
,, Quandoquidem Dei in Eccleſia, primæ
magnitudinis lumina, & ſidera ſunt, cum
ſcriptis, ſpiritualibuſque documentis, per-
ditorum hominum, ad meliorem, animas
quotidiè reuocent frugem; Sancto apud
ipſum Cornelium planè teſtante Areopa-
gita, quod: Diuinarum omnium perfe-
,, ctionum, diuiniſſima eſt, Dei cooperato-
,, rem eſſe in reductione animarũ ad Crea-
,, torem. Quare ſicut Sol (eò quod circiter
,, centies ſexagies ſexies, ex Alpharabij,
Alphagrani apud Mathematicos ſententia,
magnitudine terram excedat) inter præfata
ſidera, inſignem ſortitur locum: ita tales
induſtrij, & operoſi Doctores (quod ſa-
pientia, & ſcientia vmbraticos, & idio-
tas præſtent) inter Dei Miniſtros non infi-
mam, cæleſti in Regno obtinebunt Se-
,, dem: *Ad Paulinum* ita ſcribente Hierony-
,, mo: Sancta ruſticitas ſolùm ſibi prodeſt;
,, & quantum ædificat ex vitæ merito Eccle-
,, ſiam, tantùm nocet ſi deſtruentibus non
,, reſiſtat. Moyſes idcircò inter antiquos
Morales Theologos facilè Princeps. *Exodi*
34. (quod primæ magnitudinis præfulſe-
rit) vt Stella planè habetur, dum facies
eius à Deo radios, & cornua quaſi lucis
accepit. Et de Simone Oniæ filio Iudeo-
rum Pontifice *Ecclеſ.* 50. dicitur: Quaſi
,, ſtella matutina in medio nebulæ, & quaſi
,, luna plena in diebus ſuis lucet, & quaſi
,, Sol refulgens: ſic ille effulſit in templo
,, Dei. Sed quid amplius, Chriſtus ipſe
Dominus noſter, & Theologorum omniũ
præſertim Moralium, ſupremus apex, &
,, culmen, *apocal.*22 de ſe aſſeueranter ait.
,, Ego ſum ſtella ſplendida, & matutina.
,, Quod deindè, ſuæ ſponſæ Eccleſiæ, qua-
tenus mores, & noſtras inſtituit conſcien-
tias, *ibidem* 12. etiam impertiuit decus:
dum legitur: Mulier amicta ſole, & luna
,, ſub pedibus eius; & in capite eius corona
,, ſtellarum duodecim. Hinc de Apoſtolis
,, omnibus prouidis, & primis eius opera-
rijs, *Homil. de penteco. propè fin.* Chryſoſto-
mus teſtatur, dicens: Stellæ ſunt Apoſto-
li, Stellæ in Cælo, Apoſtoli ſuper Cælos.
Caueant autem Morales Theologi, ac
conſcientiæ ſeduli rectores: Ne lumen,
quod in ſe (quatenus Eccleſiæ arbitrantur
ſidera) præcontinere debent, iuxta illud
Lucæ 11. tenebræ ſint: Quandoquidem,
proprijs vt plurimum deſpectis oneribus,
abdicatiſque officijs, quæ minus interſunt,
efficacius nos rapiunt. Studioſiſſimè quæ-
rimus volatica gaudia, & (quod deterius
eſt) fugaces ſatis diuitias, cùm immorta-
lium bonorum penè obbruteſcamus obliti.
Honeſta tamen aliquando ſequimur, ſed
quæ ad ſummum improuiſus attulit caſus,
minimè ſolicitum quæſiuit ſtudium. Circa
cupiditates, & errores defatigamus ingeniũ,
ad fallacia, & fugacia omnem impendimus
ſolicitudinem, cauſam verò Dei penitùs
relinquimus, & errantium mores, quos
compeſcere, ac frænare debemus, ſolutis
habenis potiùs ad perniciem labi, ſenſimque
decidere permittimus. Quod vtique non eſt
ad præmium, & gloriam (vbi *Iſaiæ* 30. Erit
lux lunæ ſicut lux ſolis, & lux ſolis erit
ſeptemplicitèr) fauſto ſidere ducere: ſed
potiùs ad pœnam gehennamque (vbi *Iudæ
epiſtola cath.* Procella tenebrarum ſeruata
in æternùm) miſerè funeſtèque compel-
lere. Qui nanque conſcientiam lædit,
non ad Cælum, ſed ædificat ad gehennam.
*cap. per tuas. de ſimo. & cap. per literas. de reſt.
ſpol. 28. q. 1. apud Specul. de aduoca. §. vtriuſque.
ver. item caueant ne falſum.*

Non ſecùs proinde, ac Sol moralium
hæc Theologorum ſidera, ſua quoque
4 patiuntur deliquia, dum inter ipſos, ſuoſ-
que auditores, Lunæ, opinionum vide-

licet, interponitur pátum tuta mobilitas. Quandoquidem: Luna (*2. de nat. Deor. ſect. 46. num. 103.* inquit Tullius) quæ eſt, vt oſtendunt Mathematici, maior quàm di-
„ midia pars terræ, iiſdem ſpatijs vagatur,
„ quibus Sol: ſed tum congrediens cùm So-
„ le, tum digrediens, & eam lucem, quam
„ à Sole accepit mittit in terras, & varias ipſa
„ mutationes lucis habet: atque etiam tum
„ ſubiecta atque oppoſita Soli, radios eius,
„ & lumen obſcurat: tum ipſa incidens in
„ vmbram terræ, cùm eſt è regione Solis in-
„ terpoſito, interiectuque terrę repentè de-
„ ficit. Ita pariter opinionum varietas (vtpotè ſimia quædam, & vacuus vultus ipſius veritatis per Hieroglyphicum Solis apud Valerianum *lib. 44.* eruditè expreſſæ) eadem, quę toto in orbe conficit Veritas ipſa, perluſtrat ſpatia, iiſdemque profectò menſuratur lineis. Quare cum ea modo conueniens, modo diſſentiens, lucem cognitionis, quam ab illa clementer accipit, in nos benignè tranſmittit: & iſtius lucis varias mutationes obtinens, adeò fit multiplex, vt interdum contraria probet, & falſa laudet: Nam vna quidem eſt Veritas, ſui ſimilis ſemper; opinio verò multiplex, & ſui diuerſa. *Innoc. III. in cap. à nobis ill. 2. de ſent. excomm.* vbi Canonis: omnes, ex Philoſopho *6. ethic. cap. 2. &* 5. Et conſequenter ſequitur, vt Veritati oppoſita, & ſubiecta illius radios, & lucem plurimum obſcuret. Nam: Quemadmodum oculus perturbatus (ſunt enim Serapionis verba apud Antonium *in Meliſſ. p. 1. ſerm. 1.*) ſic
„ etiam anima opinionibus, quæ naturam
„ excedunt turbata, veritatis lucem videre
„ non poteſt. Cum denique (vt Stoicis, apud Nierembergium *3. de arte volunt. cap. 35.* egregiè adiecit Proclus) Non ſolùm ex opinionibus paſſiones moueantur, ſed etiam propter paſſiones, & impetus permutentur opiniones: hinc ſanè fiet, quod Soles iſti morales non tantùm, verùm etiam mutabilis interponens ſe opinantium ipſa Luna, ità eclipſentur, vt illi quidem denſa afficiantur caligine, ſed & hæc quandoquè portentoſa patiatur deliquia. Nam etſi, qui ratione ſunt præditi, ab eodem ſuperiore canali lucis vniuerſam hauriant cognitionem; quia tamen, vt plurimum, rerum terrenarum vmbroſa præualet ignorantia, languentem obruens igniculum mentis; mortalium ingenia, tenebris apprimè corrumpit, nec aliter vt cæcos, huc, & illuc facit eos impingere. Vnde meritò *in phedone propè fin.* opinionem ipſe Plato, vmbram appellauit, quam meruimus: quandoquidem: Opinio, *de conſolat. ad Marciam cap. 19.* inquit Seneca, ea eſt, quæ nos cruciat,

Eclipſantur itaque, & vmbroſi valdè fiunt, dum pernicioſa indulgentia quibuſdam fidentes Theologorum opinionibus, quorum ſtudium, ad ſectandam fortè non tendit euangelicam veritatem, & nobis vitæ traditam à Sanctis Patribus normam, ſed excuſandas duntaxat, vt *pſalm. 140.* dicitur, excuſationes in peccatis, & probabilitatis pallio, eorum obuelandam turpitudinem, Chriſti fidelibus nimis habenas laxant, docentque audacter terminos arctę viæ, quæ ducit ad vitam ſemel à prima, & inflexibili veritate *Matth. 7.* fixos, non eſſe coarctandos, ſed benignè humaniterque potius ampliandos. Eoque vſque, his procedunt in exceſſibus, vt ſi quis omnia inſolentia paradoxa ex quorundam libris, & praxi excerpere velit, quibus hodie Eccleſię præcepta de obſeruandis ieiunijs, feſtis, horarum eluduntur lectione canonicarum, ſimoniæ, priuatæ, venditæ, mendacia, periuria palliantur; obligatio vitandi occaſiones peccatorum extenuatur, Sacramentorum valor, & effectus euidenti nullitatis periculo exponuntur, aliaque laxæ regulæ documenta non pauca, quę deprauatis hominum affectionibus allubeſcunt, & nuper ab Eccleſia cum alijs ſub Alexandro VII. reiecta, atque damnata ſunt die 24. Septembris 1665. & die 18. Martij 1666. & ſub Innocentio XI. die 2. Martij 1679. facilè eorum admittuntur iudicio, planèque probantur. Quamobrē nec conclamare verentur, hanc eorum doctrinam, Chriſtianæ Reipublicæ valdè vtilem, & proficuam eſſe, fideliumque conſcientijs curandis, ſaluberimum quaſi antidotum, ab omnibus eſſe optandam. Quinimò. *1. decret. cap. ne innitaris. de conſtit. num. 41.* hæc verba addit Fagnanus: Audiuimus enim nonnullos Theologos affirmare, gratulandum eſſe huic ſeculo, quod inuenta ſit via medendi morbis ani-
„ marum, longe vberiori, ac fœliciori ra-
„ tione, quàm medeatur corporibus medi-
„ cina naturalis: quandoquidem Medicus
„ corporis ſi egroto egenti remedijs calidis,
„ applicet frigida, vel è conuerſò, non mi-
„ nuit vim morbi, ſed auget. At non ſic
„ in Medico ſpirituali animarum, qui po-
„ teſt applicare contraria remedia, proba-
„ bilium opinionum, quæ omnia ſint pro-
„ futura: Quod multis prætereà oſtendit exemplis. Medici autem ſpirituales, hi præſertim dicuntur, qui artè, & doctrina animæ medentur languoribus. *cap. inferiorum. 86. diſt. & cap. ſequent. cap. non vos. 5. qu. 5. cap. recedite 45. diſt. cap. quod faciet & 23. q. 4. & innuit. Concil. Trident. ſeſſ. 14. de pœnit. ſacram. cap. 5. ver. ſi enim erubeſcat ægrotus.*

Falluntur tamen; haudque parum, ij opi-

opinando talia decipiuntur profectò: Non
6 enim minora, quam ex Proclo, *in compend. ſphæræ Sacri Boſchi*, de ſolari eclypſi Pier. Valerianus, vniuerſo orbi ominatur mala, Chriſtianæ Reipublicæ aſſertæ quoque doctrinæ maleficio, vtique inferuntur damna. Quandoquidem homines ipſa reddit ignauos, eoſque ab omni contemplandæ veritatis abducit ſtudio. Vbi enim primò quis morali in aliqua controuerſia extare intelligit opiniones probabiles, & ſequendi frui libertate, quam mauult, vtique alterius pro veritate (niſi gratis) non laborat aſſequenda; ſicque adeò hebetatur, ignauuſque efficitur, & à ſyncera paulatim abhorret veritate, vt meritò profundæ pauci inueniantur ſcientiæ, qui velut indè ſplendor effulgeant firmamenti, & velut Stellæ in perpetuas manſuri æternitates, ad iuſtitiam plurimos valeant erudire, vt habetur *in cap. ſuper. ſpecula, de magiſtris*, cui etiam textus confert *in cap. nec mirum verſ. nec poteſtati*. Relaxat præterea fidelium benè inſtitutas conſcientias, & neruum apprimè eccleſiaſticæ frangit diſciplinæ. Cùm Senſus nanque hominis proni ſint ad malum *Geneſ. 8.* ex libertate quamcumque eligendi opinionem, fit vt plerique auribus prurientes aſſumant ſententias, & indulgentes
7 c nlui, *ex cap. nec mirum. verſ. hac poteſtas. 26. diſt. quæſt. 5.* Quarè mirandum oppidò videtur, quoſdam (alias quidem perdoctos, nec minus pios) talia quandoque effudiſſe paradoxa: nimirum quod huiuſcemodi doctrina de libertate opinionum tuenda, ſcrupulos abigat, & ſerenitatem ferat conſcientiæ: animarum medeatur languori-
„ bus; eaſque ad Cælum, ſecundum illud
„ Matthæi 11. Iugum meum ſuaue eſt, &
„ onus meum leue, ſuauiter, & planè demum perducat. Nam lex euangelica non idcircò ſuauis dicitur, vt eius obſeruantia, ſua quoque non patiatur obſtacula (alioquin præcepta de captiuando intellectu in obſequium fidei; de fide confitenda, licet manifeſtum vitæ adſit periculum; de diligendo inimico: de peccatorum ſyncera confeſſione, in quibus profectò, ingentem experimur ſenſibus repugnantiam, ad iugum Chriſti pertinerent nequaquam) ſed quia diuinæ largitate gratiæ, charitatiſque vigore, omnia aſpera, & laborioſa, ſuauia redduntur, & leuia; iuxta illud *1. corint.*
„ 15. Abundantius omnibus his laboraui,
„ non ego, ſed gratia Dei mecum; vt ex-
„ preſsè *in epiſt. 1. Ioann. cap. 5. & 49.* explanant Sanctus Auguſtinus, & D. Thomas *3. ſent. diſt. 40. à 4. q. 3.* Reminiſci propterea, & cordi validè potius infigi debent ea Diui
„ Hieronymi verba *in cap. Ioann. 27.* ſic lo-
„ quentis: Hæreticos cuncta proſpera polli-
„ ceri, ſemper cælorum regna facili negotio
„ peccatoribus pandere; ſibi ſunt regna cæ-
„ lorum; potes imitari maieſtatem Dei, vt
„ abſque peccato ſis? cæpiſti enim perfectæ
„ libertatis legem. Decipiunt blanditijs mi-
„ ſeros, & maximè mulierculas oneratas
„ peccatis, quæ circunferuntur omni vento
„ doctrinę.

Nec minus Moralium hæc Theologorum eclipſantur lumina, dum ex oppoſi-
8 to ſuis in dogmatibus, nimio terrore, atque indiſcreta ſeueritate ira piorum conſcientias angunt, vt à recto ſalutis tramite aliquando grauiter non excidiſſe, vix eorum iudicio ſuadere ſinant. Multa ſanè patrantur peccata, quæ ex ſuo genere vtique grauia, & lethalia ſunt; ſed circumſtantiarum aduentu extenuantur adeò, vt nulla, vel ſaltem leuia aliquando fiant. Sit nanque (vt hoc aſſertum clariùs oſtendamus exemplis) qui vehementer, prauis vexetur cogitationibus, vel rerum turpium & inhoneſtarum; aut ſiniſtrę exiſtimationis temerariæ de proximo, vel motuum appetitus ſenſitiui, iræ videlicet, & vindictæ, vel inuidiæ, vel odij, & id cæterarum genus, quæ profectò ex ſuo genere grauia, & lethalia peccata ſunt; Quandiù eius intellectus nullam aduertit moralem malitiam rei cogitatę, nullum ſanè poteſt eſſe peccatum. Sicut, quandiù res agitur intellectu appræhendente duntaxat, & cogitante, voluntate nondum prębente deliberatum, & plenum conſenſum, neque eandem cogitationem, vel obiectum malum per illam repræſentatum deliberatè amplectente, ſeu deliberatè, & aduertenter eliciendo actum delectationis, ſeu gaudij talem adeſſe cogitationem; nullum peccatum mortale ineſſe poteſt, quamuis materia ſit grauis, & ſi aliqua etiam ſit negligentia reprimendi, & expellendi talem cogitationem, quæ tantùm erit culpa venialis. Niſi enim intellectus priùs planè aduertat moralem malitiam prauæ cogitationis, & rei per eam repræſentatæ, aut eius malitiæ periculum, & poſt talem aduertentiam niſi accedat voluntatis conſenſus ſeu actus, quo expreſsè velit, & amplectatur id, quod plenè, & perfectè cognoſcitur eſſe malum, & peccatum, quantacumque grauitas inſit materiæ; non poteſt committi mortale, quemadmodum apud Angelum Boſſium, *tract. de ſcrupul. §. 6. num. 111.* vnanimis eſt Theologorum ſententia. Non enim omnia peccata æqualia, & paria ſunt, vt falsò docuit Iouinianus (D. Auguſtino *lib. de hæreſ. cap. 82.* & D. Hieronymo *aduerſus eundē Iouin. non procul. à fin.* teſtibus) neque per omne peccatum amittitur iuſtitia, & mors infertur

animę (vt perperam apud Diuum Augu-
ſtinum *ibidem cap.*88 & D. Hieronymum,
in 1.& 2.dialo.contra pelag. idem aſſeruit Pe-
lagius) Nam, etſi omne peccatum animæ
quidam languor, & infirmitas ſit (vt *in 4.
ſent.diſt.*16.*q.*2.*art.*1. Angelicus notauit Præ-
ceptor) infirmitates tamen non omnes
ſunt ad mortem, ſed quædam pro gloria
Dei, vt glorificetur filius Dei per eas
*Ioann.*11. Morales proinde diligenter ca-
9 ueant Theologi, ne doctrinæ nimia rigi-
ditate ſpem à Fidelibus æternæ prorsùs
ſubmoueant ſalutis: Quoniam: Deſperare
de Domino, in ſpiritum eſſe peccare, *epiſto-
la de recipiend.lapſis.tom.*3.*Bibliot.P.P.* latè do-
cuit Bachiarius prope finem. Aut ſaltem
ex leuibus, futilibuſque rationibus, eo-
rundem, varijs ſcrupulis vexare mentem.
Scrupulus enim, nil aliud eſt, quam cre-
dulitas, quædam, ex leuibus coniecturis,
& rationibus orta. *cap. inquiſitioni, de ſent. ex-
comm. & cap. per tuas. ill.* 2. *de ſimonia.* Quos
ſcrupulos, quàm exinde difficile ſit, pio-
rum à mentibus penitus euellere: qui ſe-
cùs iudicat, aut oppoſitum cenſet eundem
Angelum Boſſium per totum de Scrupu-
lis paſſim tractatum diligenter conſulat.

Cæterum, ſicut Luna etiam ipſa tunc
eclipſatur (vt apud Ioannem de Sacro
10 Boſco *cap.*3. *ſphæra*, communiter ferunt
Aſtrologi) cùm (plenilunio exiſtente) in
capite, vel Draconis cauda, ſub Nadir So-
lis, hoc eſt puncto directe Soli appoſito in
firmamento, ipſa reperitur; quia tali ſub
diſpoſitione, & ſitu, ſtatim Terra, Soli,
& Lunæ interponitur, & Conus vmbræ
terræ cadit ſupra corpus lunæ, quod non
ab alio niſi à Sole ſuum percipit lumen;
Ita pariter, huiuſcemodi Sophiſtarum (vt
ità dicam) mutabilitas, & opinantium
varietas (apud Valerianum *lib.* 44. Lunæ
hieroglyphico appoſitè expreſſa) haud pa-
rum eclipſatur, lumenque, quod à veri-
tatis ſole aliquando clementer acceperat,
ignauiter amittit, dum in hoc opinantium
plenilunio (de quo fortè apud Tullium,
*accadem. q.lib.*1.*in fin.* dixerant antiqui Opi-
nionibus, & inſtitutionibus, nimirũ, omnia
teneri, nihil veritati relinqui) tartarei in cal-
liditate, & aſtu Draconis ſolidatur, & fun-
datur præſertim. Terra nanq; humanarum
paſſionum, & affectuum (humanũ etenim
ſecundũ Grãmaticos deriuatur ab homine,
& homo iuxta Varronis ſententiam apud
Bertachinũ *p.*2.*litt.H.* ab humo, ſiue terra,
deſumitur) veritatis Soli, & opinantium
Lunæ adeo interponitur, vt conſcientiæ,
& animæ pro æterna ſalute neſciant plu-
rimi reprobare malum, & eligere bonum.
Hinc firmiter putant tales limoſi, ac terre-
11 ni Doctores id optimè ſufficere ad ſalu-
tem, vt propriæ, & ſingularis opinionis
ſecundum dictamen, quiſque conſultò,
ac rationabiliter operetur. Quandoqui-
dem hoc opinari, noſtris in mentibus
obſcuras, & portentoſas vt plurimum pa-
ritur eclipſes: cum (vt *in cap. ne innitaris de
conſtit.num* 2. loquitur Baldus) Erronea ſit
propria, & conſcientia ſingularis, quæ eſt
potiùs quędam ſuperſtitio. *l. quæ ſub condit.
ff.de condit.inſtit.* Quem textum apud Fa-
gnanum *d.cap.ne innitaris.num.*12. Anton. de
Butrio, Imola, & Alexander de neuo, cõtra
cupitioſos iudicant eſſe allegabilẽ, qui plus
de ſe pręſumunt, quam in rei veritate ſit,
& ſuas alijs opiniones nituntur præualere.

Quamobrem non propria, ſingularis,
& quæ noſtris magis arridet votis, ſed quæ
12 in ſui fauorem, legem, aut probatam
obtinet conſuetudinem, opinio præferen-
da eſt *Syluef.verbo opinio.num.*2. Quia in iudi-
cando, quis proprium ſenſum ſequi non
poteſt, ſed regulas Patrum, earumque
conſtitutiones. *cap.ne innitaris de conſtit. in
prioc.* Vnde in rebus moralibus, & ad con-
ſcientiam præſertim ſpectantibus, opinio
illa ſemper pręferenda magiſque ſequenda
eſſe videtur, qua Deus ampliùs glorifica-
tur, & cum arcta euangelica via maiorem
habet conformitatem; vt ex Epiſcopi Graſ-
ſenſis Synodalibus Inſtitutionibus ad con-
ſcientiæ Rectores, maturè, ac religioſe
miſſis, atque ex gallico idiomate apud
Fagnanum *in d.cap.ne innitaris num.*287. in
latinum conuerſis commodè, vtiliterque
colligi poteſt. Quarum verba, cum verè
aurea, & pretioſa ſint cuilibet ſanæ, in-
tegræque mentis non erit inutile lectori
iterum atque iterum ea audire, cordeque
perenniter retinere. Inquit enim: Quo-
,, modò arcta erit via, quæ ducit ad Cælum
,, & à paucis inuenta, ſi Maximæ, quæ ho-
,, die vigent ſunt veræ, quibus mediantibus,
,, hæc via tantopere erit prolata, per quam
,, nemo eſt qui incedere non poſſit percom-
,, mode, cum ſuis ambitionibus, vſuris,
,, luxibus, ſuperfluitatibus, ac delicijs? Non
,, ne verum eſt hodiè in multis occaſionibus
,, ſatis eſſe, vt quis ingenium habeat ad recti-
,, ficandas cum dexteritate ſuas intentiones
,, ad multa peccata vitanda? Chriſtus ait,
,, Cælum eſſe pro idiotis, & paruulis, ideſt
,, pro humilibus, & ſimplicibus. Verùm
,, hoc noſtro ſeculo iuxta magis communes
,, magiſque receptas propoſitiones, Cælum
,, eſt tantummodo pro ingenijs ſubtilibus,
,, & pro magnatibus, pro quibus aſſiduè
,, conclamatur Pax, Pax, & qui in vita cano-
,, nizzantur in ſtatu longe diſſito à Sancti-
,, tate. Quam menſuram accipiunt maiori ex
,, parte Directores conſcientiarum, qui, ſi
,, non pro commoditate pænitentium, certe

pro

Digitized by Google

„ pro ſua exiſtimatione, & mũdi iudicio mi-
„ nime reſpiciunt ad veram Dei gloriam,
„ nec ad regulas Euangelij, nec ad Sancto-
„ rum exempla nec ad proximi detrimen-
„ tum, vt merito dicere poſſimus cum
„ Pſalmiſta: Saluum me fac Deus quoniam
„ defecit ſanctus, & diminutæ ſunt verita-
„ tes à filijs hominum. Ex recta adminiſtra-
„ tione Sacramenti Pænitentiæ, dependet
„ inſtauratio eccleſiaſticæ diſciplinæ, ac mo-
„ rum reformatio in Chriſtianis. In declara-
„ tionibus caſuum contingentium, ſequi-
„ mini hoc generale axioma, vt eligatis
„ ſemper eam opinionem, per quam Deus
„ magis glorificatur, & quæ maiorem habet
„ conformitatem cum arcta via Euangelij.
Hæc ille.

Vt autem imminẽtia lunarium ecclipſiũ
13 vitarent pericula, & infauſtis obſtarent influxibus exiſtimabant Antiqui, æris tinnitu, & luminibus, facibuſque altè ſublatis, Lunæ lumen in defectibus adiuuari; vnde, *4. metamorph.* dicitur.

——aut ſub candore rubenti;
Cum fruſtra reſonant ęra auxiliaria Lunæ.

Ita ſanè, vt manifeſtas valeant Morales Theologi conſcientiæ impedire iacturas, enixè opto; diuinarum legum ſonitu, & charitatis incendio maximopere curent talia opinantium, portentoſis ſuccurrere ecclypſibus. Nam quamlibet docere, vnius, vel ſaltem paucorum ad ſalutem ſufficere opinionem, aditum vt que eſt præbere delinquentibus, vt illis quælibet praua ſit licita, atque permiſſa opinio. Quibus, ex diametro manifeſtè reclamat: Signum bonæ conſcientię, & timoratæ ſeu mentis eſt timere culpam, vbi culpa non eſt. *cap. 2. vbi textus, & ibidem Abbas. de obſeruan. ieiun. & cap. ad eius verò concubitum. 5. diſt. apud Bertach. lit. C.*

CAPVT VIII.

Ius Pontificium, per huius ſæculi fluctus, ceù Nauis, ad optatum ſalutis portum nos quidem ducit, & vehit: ſed probatorum, reprobatorumque Canonum ignoratione: arbitraria & ſuperflua Ciuilium, ac communium legum per ipſos emendatione: nec non profanis prætereà Statutis, Eccleſiaſticarum ſanctionum, impia, damnataque ſubiectione, adeò peruerſi, ac falſi Canoniſtæ, hanc nituntur vexare Nauem, vt penè mergi, ac naufragari ſpectatoribus videatur.

SVMMARIVM.

1 *Quanti olim fecerunt Imperatores, & Reges nauigiorum vtilitates, ex Priuilegijs Nauicularijs, nautiſue conceſſis facilè colligi vnicuique licebit. Nam immunitas illis tributa fuit ab omnibus oneribus, & muneribus, à cauſa, collationibus, & oblationibus; ab honoribus etiam damnoſis: a tutela adminiſtratione, à vectigali pro ſubuectione mercium, ſi ſibi rem gerant, & id genus alia quamplurima.*

2 *Vtilitates verò præcipua, quas Naues nobis præſtant, hæ numerari ſolent: Abundantia videlicet, & vectigalium copia: Militaria auxilia: Et quouis in portu manendi, aut vagandi facultas, & libera poteſtas. Quæ omnia diuerſorum numiſmatum, & ſymbolorum eruditione lepidè oſtenduntur.*

3 *Cum Ius Pontificium, ob cuius excellentiam, Magnos Canoniſtæ conſequuti ſunt honores, per marinos, huius ſcilicet ſæculi fluctus, ad optatum æternæ ſalutis portum facilè nos perducat; ratibus, ac nauibus optimè comparari poterit. Cuius ſtructor non Argus, ſed Deus, ad colchicam, vitiorum ſcilicet expeditionem prouidè, ac ſapienter immiſit.*

4 *Quarè commoda, & vtilitates plurimas etiam nobis affert, quæ ex Iaſonis Argonauticarum Principis fabella, moraliter colligi poſſunt. Nam Sacrorum Canonum conſilio, ac prudentia, Tauros hoc eſt, prauos animorum affectus rationi ſubijcimus: Draconem vigilantem inſurgentia cætera omnia, videlicet vitia, conſopimus: & armatas ex Draconis dentibus naſcentes homines, mordacem nimirum maledicentium ſuperamus furorem.*

5 *Sicut ſanè ex malitia, aut Nautarum imperitia Naues quamplura experiuntur pericula; ità ex prauitate, aut Canoniſtarum ignorantia, Ius Canonicum multas patitur iacturas. Præſertim dum putant omnia, quæ continentur in corpore Iuris Canonici eandem in Eccleſia Dei ſortiri authoritatem.*

6 *Quinque libri Decretales Gregorij IX. & ſi paſſim in ſe prouintialia contineant decreta, quæ de natura ſua vniuerſalem legem non faciant; quia tamen ab eodem Summo Pontifice compilata, & approbata ſunt, generalem in Eccleſia retinent authoritatem: & Canoniſtæ iuxtà eos validè definire, ac decidere queant. Ob quam item rationem, eandem poſſident authoritatem Liber ſextus ſub Bonifacio VIII. editus: Clementinæ, ſub Clemente V., & Extrauagantes ſub Ioanne XXII. collecta.*

7 *Gratiani proinde Decretum, quia è contrà à nullo Summo Pontifice inuenitur approbatum, authenticum non eſt. & maiorem, non continet authoritatem, quam in ſuis autographis, quorum ratione à Gregorio IX. in corpore Iuris Canonici fuit collocatum;*

dum-

Digitized by Google

*dummodò tamen , ſacris receptis , & appro-
batis Canonibus,nihil in ipſis reperiatur diſ-
ſonum .*

8 *Item non leuius in hoc Canoniſtæ peccant,dum
libera cenſura, Iura communia , ciuileſque
Leges, vbi, & quando nequaquam oportet ,
irrationabiliter corrigunt , & emendant .
Nam Iuris correctio expreſſè inhibetur
Expoſitoribus; cum Sacri Canones præſer-
tim ità ſint interpretandi , vt minus corri-
gant Ius commune, quàm fieri poſſit .*

9 *Quamvis autem amplius ſit cæleſtis hæc Sa-
crorum Canonum , quàm illa Argonautica-
rum Nauis , ità tamen quorundam Pſeudo-
Canoniſtarum malitia , errorum vexatur
fluctibus, vt eorum in Conſilijs,ſiuè Deci-
ſionibus, ſæcularibus Legibus, ac Inſtitutis,
contrà Eccleſiaſticam libertatem, illam ſu-
bijcere minime vereantur . Nam licet,Ius
Ciuile in aliquibus Canonico præualeat , in
omnibus non tamen, ſed ad ſummum in ijs
tantum, quæ ab eodem Canonico Iure per-
miſſa, & tolerata ſunt .*

10 *Quædam propterea Iuris Ciuilis afferuntur
exempla, quibus manifeſtè oſtenditur multa
in eo nullo pacto ſeruari , quæ Ius Canoni-
cum penitus abolent . Quinimò ſi aliquid
contra Ius Canonicum , quauis cauſa , vel
prætextu directè , ſiuè indirectè ſtatuatur ;
Immunitas , & libertas violatur , & con-
temnitur eccleſiaſtica .*

11 *Qui autem contra Eccleſiaſticam immunita-
tem aliquid ſcribunt , vel operantur , vt
quoſdam beneuolos temporales Principes ſi-
bi faciant; Summos Pontifices arguunt, eo-
rum cenſuras , æquiſſimo latas iudicio con-
temnunt, ac vetitos libellos contrà piam Sa-
cri Tridentini Concilij mentem manifeſtè
perunlgant .*

12 *Ad Catholicos Principes , quorum præſertim
intereſt cauſam Dei tueri, humilis , ac fra-
terna parænesis, ne falſis Pſeudo-Canoniſta-
rum aſſertionibus , cor & aures præbeant ;
ſed tales potius iniquos homines à ſuis di-
tionibus, & imperijs perpetuò expellant .*

NAuigiorum, quanti olim Imperatores,
& Conſules fecerint vtilitates , ex Pri-
1 uilegiorum gratiarumque ab ipſis Naui-
cularijs impertitarum quantitate,facilè de-
ducere cuique licebit . Comparatio enim
de quantitate ad quantitatem fieri ſolet .
*Bartol. l. ſi conuenerit ff. de pignor. act. & Bald.
l. fin. 4. quæſ. C. de compen.* Plurima nanque
Priuilegia *in C. theodoſ. lib. 13. tit. 5. de naui-
cul.* ab Imperatoribus paſſim illis inueniun-
tur tributa : videlicet à Conſtantino Ma-
gno *l.* 4. 5. 7. 8. 16. à Conſtantio *l.* 9. à Iu-
liano *l.* 16. à Valentiniano Seniore *l.* 10. à
Valente *l.* 14. à Gratiano *l.* 16. à Valenti-
niano Iuniore *l.* 17. à Theodoſio *l.* 23. ab
Arcadio *l.* 14. ab Honorio *l.* 30. 31. 36. ita
vt in vniuerſum hoc titulo de Priuilegijs
Nauiculariorum ſint 16. leges. Et quidem,
vel omnibus *d. l.* 5. vel nominatim Afri-
canis *l.* 14. 16. 24. 30. 36. Alexandrinis *l.* 7.
Hiſpanis *l.* 4. & 8. Orientis *l.* 7. & 14. Pri-
mum quidem: Immunitas his tributa ab
omnibus oneribus, & muneribus *l.* 5. 7. &
17. ab honoribus ciuicis damnoſis *l.* 7. à
tutelæ adminiſtratione *d. l.* 7. à vectigali
pro ſubuectione mercium ſi ſibi rem ge-
rant *l.* 16. 23 & 24. à Curia *l.* 16. à colla-
tionibus, & oblationibus *d. l.* 5. & 17. &
Legis Iuliæ,& Papiæ decimariæ etiam im-
munitas *d. l.* 17. Secundò à corporali iniu-
ria immunes erant *l.* 16. Tertiò alibi quin-
quaginta iuga ab annonarum præſtantione
immunia habebant pro denum millium
modiorum luitione *l.* 14. alibi ſolidos ſin-
gulos per ſingula millia conſequebantur
l. 7. Quartò, equeſtris dignitas his confere-
batur *l.* 16. Quintò, Naues eorum ad aliud
munus, ſeù extraordinarium onus , & of-
ficium teneri non poterant *l.* 4. 5. & 8. Po-
ſtremò, ſecuritate eorum, varijs Conſtitu-
tionibus quoque cautum, ſcilicet mora,
interpellatio , vis illis ſpecies tranſferenti-
bus fieri vetita *l.* 4. 3. & 9. concuſſio,aliudq;
genus incommodi *l.* 9. prædæ *l.* 29. his in-
tentari, vt & ſportulæ ab his exigi vetitæ *l.*
36. & 37. venienteſque,ac remeantes,om-
ni ſecuritate potiri iuſſi *l.* 9.

Commoda verò, atque vtilitates , quas
Rates nobis (vnde Nautæ tot propterea
2 decorabantur honoribus) ſiue Nauigia
præſtant *2. de nat. Deor. ſect. 57. num.* 152.
paucis, ſed magnificis ità Tullius expreſſit
,, verbis , dum inquit . Quorum curſibus
,, ſuppeditantur omnes vndique ad vitam
copiæ . Copiæ quidem nomen , plurimis
apud Grammaticos aptatur ſenſibus , gau-
det, fruiturque ſignificatis . Pro abundan-
tia nanque copia aliquando vſurpatur : *de
,, amicitia ſect. 106. num.* 52. eodem dicente
,, Tullio: circumfluere omnibus copijs, atq;
,, in omnium rerum abundantia eſſe. Quam
profectò penurioſa in loca , ſuo aduentu
opportunè inferunt Naues . Veſpaſiani
proinde in Nummo, vbi Simulacrum cer-
nitur, quod dextera ſigillum exporgit , in
culus vna manu libella eſt , in altera cor-
nucopiæ appoſita naui , & calatho cum
ſpicis; hæc inſcriptio, *Annona* ſcilicet, apud
Pierium Valerianum *Hierogly.* 56. inge-
,, nioſè ponitur . Copias deinde in aciem
,, educere; apud Liuium *lib. 1. ab vrbe* 9. mi-
litum multitudinem , vel exercitum im-
portat ad pugnam præparare, quod pariter
Claſſium beneficio ad debellandos hoſtes ,
fugandoſque piratas expeditè Principes
facere conſueuere. Hinc in Agrippæ num-
mis,

mis, Nauis illa tridentali roſtro inſignis, qualem ſcilicet Maro ſæpè deſcribit, dum non vno loco ait, *Roſtriſque tridentibus*; partam ab eo victoriam indicabat maritimo prælio, quod aduerſus Sextum Pompeium commiſit, id quod ipſe Maro in Auguſti gratiam, *Æneid*.8. immortalitati ità commendauit.

Parte alia ventis, & Dis Agrippa ſecundis
Arduus agmen agens, cui belli inſigne ſuperbum.
Tempora nauali fulgent roſtrata corona

Authoritatem, facultatemque demum aliquid operandi, vel ſecus, Copia quoque item ſignificat apud Plautum *in trinummo act.3. ſcen. vlt.* dum inquit.

Quod datum eſt vtendum, id repetendi copia eſt, quando velis.

Hoc enim præſertim Nauibus tribuendum videtur, quibus illud Senecæ, *de tranquill. anim. cap.* 3. aptandum maximè cenſeo.
„ Magno, ſcilicet, animo nos, non vnius
„ verbis mænibus clauſimus, ſed in totius
„ Orbis commercium emiſimus: patriam-
„ que nobis mundum profeſſi ſumus. Nauis propterea ſymbolo hoc lemmate decoratæ, nimirum: *Quouis in Portu*. Academicus quidam apud Piccinellium *lib*.20. *Mundi Symbol. cap*.8. *num*.59. id graphicè expreſſit. Quandoquidem in Mare Naues huc, aut appellendi illuc, liberam omninò facultatem habent. Et hæc ſanè præ cæteris, Naues hominibus beneficia conferunt.

Quia verò Ius Pontificium (ob cuius excellentiam, Sacrorum Canonum ſtu-
3 dioſi, ex ſuperius dictis *lib*.3. *cap*.10. *à nu*.8. *vſque ad fin.* miris affecti extiterunt muneribus) tanquam per marinos huius ſeculi fluctus, ad æternæ optatum ſalutis portum, ad finem, ſcilicet, veræ Beatitudinis, ciuium actiones maximè dirigit. *Lancelot. inſtit. Canon. lib*.1. *tit*.1. Ratibus, & Nauibus commodè aptari, & comparari poterit. Cum enim ſimilitudo adeſt in eo, in quo fit comparatio, ab æquiparatis optimè tenet locus, & valet argumentum *l. ſtichus ff. de manum. teſtam. Surd. deciſ*.119. *num*.16. & 21. *Cardin. Seraph. deciſ*.288. *num*.5. *Cephal. conſ*.537. *num*.19. *vol*.4. *Hieron. Gratian. conſ*. 26. *num*.64. *vol*.1. *atque alij*. Hoc ſiquidem Ius Eccleſiaſticorum Argonauticarum, Nauis eſt illa, quæ non Argo, ſed Deo ſtructore (cum Sacri Canones, ſuggerente Spiritu Sancto, compoſiti ſint *cap. igitur cap. violatores, & cap. ideò* 25. *diſt. q*.2.) ad colchicam expeditionem, vitiorum nimirum ad expugnanda monſtra, ingentibus ſubactis periculis, ſoſpes, et incolumis profecta eſt. Improbat enim Ius Canonicum ea, quæ ſunt peccati nutritiua, nec eo iure ſubſiſtunt; vt *ex cap. Eccleſia Sanc, Maria de conſt. in tract. de comparat. vtriuſque iur.* egregiè, & eruditè probat idem Lancelottus.

Commoda proindè, atquè vtilitates, quæ Sacrorum Canonum nobis hæc Na-
4 uis præſtat, ex Iaſouis Fabella Argonauticarum Principis, ad ſatietatem cuilibet licebit attingere. Cum enim ille 7. *Metamor.* cupidine laudis, vna cum lectiſſimis quibuſdam iuuenibus fatidicam conſcendiſſet Ratem, calchidicis tandem lætus appulit oris; vbi ab Æta Rege aureum flagitans Vellus, ea conditione fauorabile accepit reſponſum, ſi Tauros igniuomos, & æripedes prius domet, mittatque ſub iugum, nec non Draconis occiſi dentes, terræ ſubactæ mandet aratrò; Deinde progerminantem è ſemente illa armatorum militum ſegetem, ferrò demetat, deleatque. Conditionem coactus Iaſon accipere, ab aperto liberatur exitio, Medeæ Regis filiæ, opera, atque arte. Eius enim conſilia ſequutus Iaſon: Tauros ſubegit, Draconem ſopiuit, vellus abſtulit, noctuque fugit cum Medea ſibi matrimonio coniuncta. Qua de re huius intereà germanum figmenti ſenſum, Natales Comes *Mytholog. lib*.6. *cap*.8. ita deinceps eleganter exprimendum cenſuit. Prauos, nimirum, affectus rationi, ac iudicio ſubijcere, nil aliud eſſe, quam Tauros illos igniuomos, æripedeſque vincere, & in natos homines cum armis è draconis dentibus furorem à ſe depellere. Sicut ſpatioſum Draconem Medeæ penitus conſopire auxilio, importare nil aliud, quàm cætera vitia, ſapienter mentis frænare conſilio. Hoc enim Medeę nomẽ etymologicè importat. Ex quibus tandem aureum conſequitur vellus, & Deo in patriam conſecrandum reportabitur, ſi contemnatur auaritia, & religio quam maximè colatur, & pietas, quæ omnium principium, & fundamentum Virtutum ſunt, veræque æternæ, atque ſupernæ fælicitatis. Quoniam, nulla alia de cauſa Iaſonis Nauigationem celebrarunt Antiqui, niſi quia innuere voluerunt humanam vitam, multis vndique vexari difficultatibus, neceſſeque eſſe viro bono, medicinam conſilij animo adhibere, vt intrepidus ad omnes motus, & ad omnes fortunæ viciſſitudines, omni, conſcientiæ remota iactura, firmiter perſiſtat. Hæc autem nobis omnia benignè, & affluenter Sacri Canones: Cum Ius Pontificium, cæterorum omnium Iurium ità fines, & qualitates amplectatur, vt æternæ ſaluti in nullo afferri diſpendium patiatur. *Lancelottus in comparat. vtriuſque Iuris &c.*

Sed enim cũ Nautarũ vel imperitia, vel
5 ſaltem improuiſo, & fortuito caſu, horrenda plerumque Nauigia patiantur damna,

na, ſortiantur pericula: iam obſoleta ſicut apud Natalem Comitem, *Mytolog 8.cap.9.* de Argonautis adhuc viget fama (quamuis eorum Naui, *lib. 6. cap.* 10. eodem reſtante Natale, malus è quercu dodonea faridica arbore, cæſus fuiſſet) eos nimirum à Sigæo digreſſos, ingentem inuaſiſſe tempeſtatem: ita recens quoque perhibet experientia, hanc Sacrorum Canonum myſticã Nauem inſcitia ſiue Doctorum, ſiue Audientium incuria, ita iactari, & angi, vt illi licet ſacra Pallas (diuinorum, & ſupernorum ſcilicet ſapientiæ) valida tribuerit armamenta, vix firmitatem hodie recipiat, & conſtantiam. Fluctuatur idcircò, & penè ad ima demergitur, & prauo quorundam præſertim Canoniſtarum intellectu, circa capitis illius ſenſum: *Vt ſcilicet Canonum ſtatuta, ſine praiudicio ab omnibus cuſtodiantur &c.* ex Concilio Meldenſi ſub Sergio II. deſumpto, & in primo loco 1. *decretal. tit.* 2. à Gregorio IX. poſito. Vbi indifferenter putant omnia, quæ continentur in corpore Iuris Canonici, ſiue ad Decretum Gratiani, ſiue ad Decretales ipſius Gregorij &c. ſpectent, æqualem in Eccleſia Dei obtinere authoritatem, eodemque modo ligare, & aſſicere Chriſti fideles. Allegant propterea in ſui tutelam, quamplurium textuum authoritates: Citant enim *cap. eccleſiaſticarum diſt. 11. cap. fin diſt. 14. cap. quoniam 7. diſt. 16. cap. 1. diſt. 14. cap. de libellis diſt. 20. cap. relatum 14. diſt. 37. cap. placuit 7. diſt. 38. cap. indicet 4. 3. q. 7. cap. & ſi illa 23. 1. q. 7. cap. 2. 12. q. 1. cap. nulli cap. violatores 5. cap. contra 7. cap. hac 13. cap. ideo 6. 25. q. 1. cap. ne innitaris 5. de conſtitutionibus.* Item Concilium Cabilonenſe 2 *can.* 9. vbi legitur, *Canonum ſtatuta ab omnibus intemerata ſeruentur.* Chalcedonenſe *can. 1.* vbi *Canones à Sanctis Patribus in vnaquaque Synodo hucuſque poſiti ſeruentur.* Nicænum 2. *can. 1.* Lateranenſe 2. *can.* 17. 18 & 20. Carthaginenſe 2. *can.* 14. Vbi *omnia, quæ à noſtro cœtu glorioſiſſimo ſtatuta ſunt, placet ab omnibus cuſtodiri.* Aurelianenſe 3. *can.* 12. vbi, *non ignorare, quemquam, nec diſſimulare id eſt prætermittere permittitur.* Aurelianenſe 4. *can.* 16. Bracharenſe 1. *can.* 40. vbi, *præcepta antiquorum canonum, quæ modò in concilio recitata ſunt, nullus audeat præterire.* Bracharenſe 2. *in fin.* Toletanum 3. *can.* 1. Matiſconenſe *can* 9. Toletanum 8. *can.* 11. & 12. Toletanum 12. *can.* 9. & Tridentinum *ſeſſ.* 25. *de reform. cap.* 18. vbi dicitur, *Sciant vniuerſi ſacratiſſimos canones exactè ab omnibus, & quoad eius fieri poterit indiſtinctè obſeruandos &c.*

Quocirca, hic prætereundum nequa-
6 quam videtur, Canonici ſub corpore Iuris
tantummodo complecti Decretum Gratiani, vna cum Decretalibus Gregorij IX. in ea compilatione inſertis, Librum ſexti, Clementinas, & Extrauagantes. Ita Gregorius XIII. *in conſtit. quæ incipit. Cum pro munere, edita die 1. Iulij* 1580. Quorum tamen omnia, cùm in pronuntiando, ſiue in interlocutorijs, & ordinatorijs: tum in decidendo, ſiue in definitorijs, & deciſorijs iudicijs, non eandem authoritatem, ac facultatem indiſcriminatim obtinent. Decretales nanque Gregorij IX. libri quinque (vt certa ab incertis ſegregemus) & ſi Concilia non pauca prouincialia contineant, vt eruditè aduertunt DD. apud Fagnanum *d. cap. canonũ ſtatuta &c. de conſtit. n. 13. & alibi*, quæ nullam extra prouinciam vim obligandi habent quamuis à Sede Apoſtolica pro eadem prouincia confirmata *itidem n. 14. &* 15. Ligant tamen omnem creaturam, in materia ſaltem eidem adaptabili; eoſque omnes (cæteris paribus) in vtroque foro obſeruare tenentur. *Fagnanus vt ſupra n. 9. 47. 55. 56. & 81.* Quandoquidem ab eodem Summo Pontifice, qui conſtitutiones, & decreta toto in orbe condere poterat, compilata, recepta, & approbata ſunt, *ibidem n. 15. 16. & 17.* Ob quam proinde rationem, eandem ſortiri, adipiſcique cenſentur etiam authoritatem Decretalium liber 6. Clementinæ, & Extrauagantes. Quoniam Bonifacius VIII. anno 1284. ſeu, vt alijs placet, anno 1300. nouam collectionem facere curauit, partim epiſtolarum prædeceſſorum Pontificum, qui inter ipſum, & Gregorium IX. floruerunt, & partim Conciliorum generalium præſertim duorum Lugdunenſium, primi ſub Innocentio IV. anno domini 1245, ſecundi ſub Gregorio X. anno 1274. celebrati, eamque libris quinque Decretalium adiiciendam, & ſub nomine ſexti nuncupandam fore, iuſſit, ſuaque Apoſtolica auctoritate perpetuò muniuit, vt conſtat ex Proœmio ipſius libri, & referunt Maximus Polonus *anno* 1279. atque alij apud Gonzalez *in apparatu de origin. & progreſ. iuris canon. n.* 55. Defuncto autem Bonifacio, ſucceſſit in Pontificia Sede Clemens V. qui Concilium celebrauit Viennenſe Generale anno 1311. & cum eius conſtitutiones compilare curaſſet, ſub nomine Clementinarum; morte præuentus publicare nequiuit. Quare Ioannes XXII. eius ſucceſſor anno 1317. eam promulgauit compilationem. Ipſius acceſſerunt poſtea Ioannis, aliorumque Pontificum Conſtitutiones, quæ communes appellantur Extrauagantes, aliæque eiuſdem Ioannis, quæ nomine circunferuntur Extrauagantium, eo quod extra corpus Iuris quaſi exiſtunt. Idem

Em-

Emmanuel Gonzalez ibidem.

Æqualem tamen præfatis Decretalium libris, minimè obtinet authoritatem Gratiani Decretum. Quamquam enim Iuris vt pars Canonici per Gregorium XIII. (vt dictum eſt) hodiè ſit approbatum; id ſolum quoad Sanctorum Patrum ſententias, Romanorum Pontificum, Conciliorum, Legumque Ciuilium in ipſo comprehenſarum, quæ maiorem, quam in ſuis autographis, in eodem authoritatem, vigoremque non habent, per Sacræ Rotæ Auditores apud Pennam *deciſ.* 480. *nu.* 18. his verbis, declaratur eſſe intelligendum. Nec refert, illos Canones recenſeri in Decreto à Gratiano compilato; quia cùm Gratianus non publica authoritate, infinita quæque illa Canonum Eccleſiaſticorum, & legum etiam ſecularium capitula in ſuum librum contulerit, nec legis condendæ authoritatem habuerit, nec ab aliquo Romano Pontifice Liber ille tanquam authenticus, & legalis approbatus fuerit; inde fit, vt quilibet Canon inibi relatus, ex eo tantùm quod ibi referatur, non habet maiorem authoritatem, quam in proprio loco conſiſtens de ſui natura eſſet habiturus. Nec Gregorius XIII. Gratiani librum tanquam legalem authenticauit cum ſolùm emendari iuſſerit, & emendationes, ſine additionibus, aut detractionibus mandauerit obſeruari. Quamobrem nec liber ille reputandus eſt authenticus, neque in eo, ſacris quicquid Canonibus continetur contrarium, in foro Eccleſiæ cenſetur profitendum. *Io. Andre. in cap. 2. n. 24. de reſcript. Abbas ibidem n. 9.* & communiter DD. licet aliàs ſit magiſtralis, & in Gymnaſijs publicè illuſtretur, & exponatur, *Idem Io. Andr. ibidem n. 2.* quem indiſcriminatim omnes ſequuntur Doctores. Grauiter idcircò errant, hique iuſtitiam enormiter Canoniſtæ lædunt, qui proprijs in iudicijs, ac deciſionibus Gratiani rubricis, ac verbis pro legibus, ac iuribus vtuntur, quæ aliàs à Sacris Canonibus ſunt aliena, reprobata, ipſiſque plerumque contraria. Nam conſtitutiones per contrariam legem, aut conſuetudinem abrogatæ, neque ſeruandæ, neque cuſtodiendæ ſunt *cap. 1. 36. diſt. cap. vlt. 36 q. 2. gloſ. 2. Innocentius in princ. Abb. n. 3. in gloſ. 2. & DD. in d. cap. canonum ſtatuta de conſtit.* Imò vtens conſtitutionibus à lege abrogatis incidit in pænam falſi, vt eſt textus *in §. hinc igitur in prim. conſtit. codicis*, vt notant Gloſ. & Bartol. *in l. fin. ff. de falſis. Aretin. in §. in perſonam*, & ibi etiam Iaſon. *n. 19. inſtit. de Action. Decius in d. cap. canonum ſtatuta in 4. lectura n. 37. atque alij.*

Item non leuius in hoc Canoniſtæ cor-
8 ruunt dum libera videlicet cenſura, iura communia, ac ciuiles leges vbi, & quando nequaquam oportet irrationabiliter corrigunt. Verum quidem eſt, Ius Canonicum, ad emendanda cætera Iura prouidè eſſe adinuentum, non autem in omnibus, ſed in ijs tantùm, vbi ad ſummum ſubeſt peccatum. *Barboſ. in extra. Quia in futurorum de torneamentis n. 4. & communiter DD.* Finis nanque, & ſcopus illius, cæterorum iurium, finibus, & ſcopis minimè aduerſatur, ſed potius eos perficit, & mirificè adimplet, cùm æternæ ſalutis diſpendiũ per ipſos affici patiatur nequaquam, vt Lancellotus *in comparat. vtriuſque iuris paulò poſt princ.* præ cæteris eruditè docet, hoc diffuſo diſcurſu: Finis, ſcilicet, Iuris naturalis primæui eſt generis ipſius conſeruatio, & eapropter, vel quælibet maris, & fœminæ coniunctio eſt eo iure permiſſa, imò inducta. Huic quidem fini, minimè aduerſatur Ius Canonicum, imò amplectitur, vt apparet ex his, quæ de Matrimonijs, dicto iure traduntur. Sed cum eque genus ipſum humanum conſeruetur ſi coeant homines certis legibus, ac ſi nullis, & concubitu vago, cum permiſcuus coitus, & indiſtinctus, puta aſcendentium, & deſcendentium impediat æternæ Beatitudinis finem, receſſit ab hac indiſtinctione Ius Pontificium, adhæſitque Legi diuinę, & certas huic coniunctioni leges poſuit, per quas generis conſeruatio, & iuris naturalis finis non impeditur. Ius gentium permiſit bella, & quaſi neceſſitate vrgente, ſuo tempore indiſtinctè legitima eſſe ſtatuit; ſed quia iniuſtam cauſam belli gerendi tueri, ęternæ beatitudini aduerſatur; Ius Canonicum nulla bella permiſit, niſi quæ iuſta eſſent, puta contra infideles, contra hæreticos, contra quoſcumque contumaciter rebelles. Ecce quòd Ius Pontificium non ſimpliciter à Iure gentium recedit; ſed ſolùm in quantum illud ęternæ beatitudini aduerſatur. Iuri ciuili præterea cordi eſt, ne lites fiant immortales; quia ſic nimirum forenſibus iurgijs vexatur Reſpublica. Sed cum Dominum, tam breui temporis fluxu fraudari dominio rerum ſuarum eſſet non ſolum iniquum, ſed etiam æternæ ipſius poſſidentis ſaluti contrarium; receſſit in eo Ius Canonicum; & vt cauſæ iuſtitiæ complementum ſortiantur, noluit inſtantiam certis terminis præfiniri, ſed tamen interea amplexatum eſt breuitatem litium, ideoq; earum expediendarum expeditiorẽ, faciliorẽmq; procedendi adinuenit modũ quã ipſum ius ciuile pręſcribat. Nam ſi Ius ciuile, vt ſit litiũ finis, inuenit vſucapiones, & pręſcriptiones, eas etiam approbauit Ius

Canonicum, dũmodo ęternæ ſaluti non ſint contrariæ, quod tunc accidit cum poſſeſſori mala fides additur ſocia &c. Quare, & merito quidem, per *cap.cum expediat.de elect.& elect.poteſt.in* 6. iurium correctio eorum expreſsè inhibetur interpretibus, cum ab his maximè vitanda ſit. *Surd.deciſ.*21.*n.*19.*Tuſc.lit.C.* *concl.* 1036. *Pichard.ad princ.inſtit. de leg falcid. n.* 34. *atque alij*. Nam canones ita ſunt interpretandi, vt minus, corrigant ius commune quam fieri poſſit. *Fagnan.in* 2.*parte* 1. *decretal, cap. cum in cunctis* §. *inferiora de elect.n.*26.

Quamuis autem hæc ita ſint: & Ius Ca-
9 nonicum Argonauticarum ſacra ſit illa Nauis, Palladis, hoc eſt ſupernæ ſapientiæ fabricata conſilio, quam apud Natalem Comitem *Mytholog.lib.* 6. *cap.* 12. inter ſidera fuiſſe collocatam, ethnici exinde fabulati ſunt Poetæ; nauticarum tamen, quorundam ſcilicet peruerſorum Canoniſtarum incorrecta malitia, adeo errorum fluctibus reperitur vexata, vt in eorum deciſionibus, atque ſententijs, ſecularibus legibus, & inſtitutis, Eccleſiaſticam aduerſus libertatem, illam ſubijcere, ne dicam obruere non dubitarint. Præualet ſanè, in aliquibus, eccleſiaſticis legibus Ius Ciuile, vt apud Tuſcum *lit. I. concluſ.* 579. paſſim videre eſt; vbi nihilominus agitur de anima, eiuſque ſalute, vel de peccato, Ius canonicum præualet ſemper, & vbique *ibidem n.*4. Quinimo, Ius ciuile, contra Eccleſiam non ſeruatur, niſi in eo quod à Iure Canonico eſt approbatum *cap.Eccleſia Sancta Maria de conſtit. vt Doctores apud Bertachinum lit.I.aperte docent.* Hinc
10 ex eo, quod *in authent. ex complexu nefario C.de inceſt.& inutil.nupt.* Sacri Canones ibi non permittunt, quod liberi indè nati, omni paterno ſpolientur beneficio atque alimento, lex illa contrarium præcipiens nulla, & inualida eſt. Sicut ex eo quod *in l. quod ait .ex ff. de adult. ad legem iuliam de adult.* (vt cætera eiuſdem farinæ miſſa exempla faciam) Eccleſia non patitur filiam in adulterio deprehenſam, à parentibus occidi poſſe: lex illa tanta ſeueritate, merito expoliatur, & delinquentes pœna ſaltem extraordinaria puniri imperat, vt apud Sabellium *Summa diuerſ. tractat. verbo Maritus n.*7. *docent DD.* Quamobrem ſi quouis colore faciat quis, ordinet, & publicet in genere, vel in ſpecie, directè, vel indirectè, tacitè, vel expreſsè, ex quauis cauſa, vel prætextu conſuetudinis, priuilegij, vel cuiuslibet quæſitæ rationis ſtatuta, & decreta contra iuriſdictionem, & poteſtatem Eccleſiæ, per tradita à Thoma del Bene 1.*parte cap.*8.*dubio* 1.*n.* 1. Eccleſiaſticam violat, & lædit immunitatem: Eadem lędetur, violabiturque pariter, ſi quis Eccleſiaſtica iura ſecularibus ſtatutis, ac decretis quouis modo conabıiur ſubijcere. Quandoquidem Immunitas Eccleſiaſtica, alio nomine, libertas, & exemptio etiam dici ſolet. *Syluester. verb. immunitas in princ. Couarruu.* 2.*reſolut. cap.* 20. *Lupus de libert.Eccleſ.p.*2.*q.*11.*Suarez. de immun. Eccleſ. lib.*4.*cap.*1.*& de cenſur.diſp.*21. *ſect.*2.*n* 89. *& alij*, quę libertas per ſubiectionem, & coarctationem maximè tollitur, ac deletur. Cum libertas ſubdita, & coarctata, propriè non dicatur libertas *l. iudicium C. de contrahen.empt.vbi Bartolus apud Bertach.verb. libertas.*

Væ igitur (vt propheticis *Iſaiæ* 10. quę
11 vſque modo prolata ſunt, appoſitè verbis abſoluã) qui condunt leges iniquas, & ſcribentes iniuſtitias ſcripſerunt. Nam ſibi propterea talia fixerunt, vt opprimerent in iudicio pauperes (idem ſubdit Propheta) & vim facerent cauſæ humilium populi mei, vt eſſent viduæ præda eorum, & pupillos diriperent. Quare, & ſi Iuris ſtatuta zelum oſtentent, vt temporales Principes beneuolos ſibi efficiant, doctrinam venditent, vt illiteratos decipiant: eorũ tamen conſilijs minimè aſſentiri oportet: Etenim qui ſpecie defenſionis iurium mundanorum Principum, Eccleſiaſticam impugnant libertatem, Summos Pontifices arguunt; eorum cenſuras, æquiſſimo latas iudicio promulgare audent irritas, & non ſeruandas. Libellos propoſitionibus ſcandaloſis temerarijs, & erroneis paſſim aſperſos contra piam Sacri Concilij Tridentini mentem *ſeſſ.* 4. *in fin.* peruulgant. Proinde, & quid aliud indicant, quam ſi quis eſt zelus (vt dicunt) Zelum eſſe amarum *Iacobi* 4. Si qua doctrina (vt glorientur) doctrinam eſſe contentionem, quæ animos irritat, diſcordiam parit, odium excitat, crudele denique ac luctuoſum minatur exitium? Vbi autem contentio, ac Zelus huiuſmodi ſunt, ibi Sapientiam, quæ pudica eſt, pacifica, modeſta, ſuadibilis, bonis conſentiens, plena miſericordia, & fructibus bonis, non reperiri, idem docet Diuus Iacobus, & ſi qua exiſtit; Non eſt (inquit) iſta ſapientia deſurſum deſcendens; ſed terrena, animalis, diabolica: vbi enim Zelus, & contentio, ibi inconſtantia, & omne opus prauum. Hic
12 Zelus, caueant amabo Reges, ac verè catholici Principes, ne ipſos, nomine fallat, hanc doctrinam, vt peſtem fugiant; è ſuis ditionibus, niſi cædes, euerſiones, incendia, aliaſque id genus calamitates pati velint, formidabilem, vt hoſtem arceant. Ipſos enim Imperatores, Reges, Reſpublicas, Principes, & omnes cuiuſcunque ſta-

„ ſtatus, & conditionis extiterint, ex Tri-
„ dentino *ſeſſ.25. cap.* 20. quo largius bonis
„ temporalibus, atque in alios poteſtate
„ ſunt ornati, eo ſanctius, quæ Eccleſiaſtici
„ iuris ſunt; tanquam Dei præcipua, eiuſque
„ patrocinio tecta venerari, ac tueri opor-
tet. Recordenturque ſępiſſimè ſibi nun-
quam ab Apoſtolicæ Eccleſię decretis re-
cedendum eſſe, vt falſis mendacium Do-
ctorum aſſertionibus aures, & animum
præbeant: *ad Heb.cap.* 13. monente Apo-
ſtolo, Ne doctrinis varijs, & peregrinis
„ abducamur; ſed 1.*ad Timoth.cap.*6.vt depo-
„ ſitum fideliter cuſtodiamus. Nam ijs
„ profecto, qui ſunt ex contentione, & qui
„ non acquieſcunt veritati, credunt autem
„ iniquitati, iram, indignationem, tribula-
„ tionem, & anguſtiam, idem Apoſtolus
„ *ad Rom.2.* comminatur apertè.

CAPVT IX.

Naturæ lumen, quia naturale eſt; ad notitiam hominis naturalem illuſtrandam limitatur duntaxat: Humani proinde intellectus imbecillitate, temeritate, praua erudientium inſtitutione, alijſque de cauſis, haud parum impediri, & debilitari poteſt, ne aliquando ſuum ſortiatur effectum. Quamobrem pręfati luminis ſola illuſtratione Metaphyſici ſuffulti, dum putant quoad ſingula generum, ſiuè quoad ſingula de ſingulis perfectam ſe poſſe obtinere ſcientiam, atque ſubtiliſſima quæque de ipſis, inutili curioſitate nituntur indagare: non ſine graui literatorum cenſura, plerumque delinquere, & errare vehementer ſolent.

SVMMARIVM.

1 *Cum omnia ab Authore natura propter hominem condita ſint, & formata: ſcientia, vt eo pro libito vteretur, ſufficiens etiam dediſſe lumen, indubitatum eſt: Sed aliquando à tali lumine, ſua incuria homine deſcendente; illius amiſſa particula peritia quam ex copioſiſſimo fonte iam dudum amapliſſimam hauſerat; labore, & ſudore conſequenter in poſterum erat redimenda.*

2 *Dedit idcirco Homini ipſa natura ſenſus, vt operaretur in corpore, in animo verò acumen, quo cernat, ſpeculetur, intelligat, apprehendat. Qua, quoniam nos natura beneficio habemus, lumen natura meritò nuncupamus. Et qua per ipſum conſequimur, natura lumine dicimur aſſequuti.*

3 *Errant tamen plerique, ac praſertim, qui Metaphyſicam, ſiue naturalem profitentur Theologiam, dùm putant, hoc ſolo naturali ſuffulti lumine, quoad ſingula generum, ſiue quoad ſingula de ſingulis, omnium exactam ſe poſſe habere ſcientiam: Nam licet Metaphyſica ſit ſcientia de quolibet genere entis, multa tamen continet, qua ſingillatim, ad aliam, & aliam particularem videntur ſpectare ſcientiam.*

4 *Et eò magis errant, qui ſe exiſtimant, hoc ſolo naturali lumine, de Deo, Intelligentijs, ac cæteris id genus ſcibilibus in particulari poſſe perfectam habere ſcientiam. Lumen enim naturale limitatum eſt ad ſolummodo notitiam hominis naturalem illuſtrandam, qua ortum ducit à ſenſu, quippè qui immateriales, & incorporeas quidditates, vtpote illi improportionatas, attingere aon valet.*

5 *Ratione quoque ſimilis improportionis (licet pro nunc tantammodò conſideretur ex parte potentia, minimè ex parte obiecti) circà immaterialia non tantùm, verùm etiam circa corporea, in alios graues plerumque labimur errores: non quòd natura ipſa, ſiuè naturale lumen, falſa proponat; cùm verorum duntaxat ſit: ſed quia noſtri temeritas ingenij, maiora ſe quaritantis, id manifeſtè permittit, atque ad hoc paulatim perducit.*

6 *Falſa itaque multorum opiniones, non ad lucem ſunt natura ſumpta, qua decipit neminem, ſed ad tenebras, vel imaginem aliquam lucis coptioſom. Sicut enim, qua oculus verè cernit, ex natura luce cernit: qua non cernit, ex imbecillitate ſua non cernit: & qua verò ficta, & ſimulata pro ſalidis, & veris cernit, ea cum fraude, & deceptione cernit: ita cum intellectus fallitur aon ipſum decipit naturalis ſpleador, ſed imbecillitas ingenij, qua à plagis alicuius apparentis argumenti, ſe extricare non valet.*

7 *Extenuatur, & hebetatur tamen ex pluribus cauſis hoc naturale lumen: praſertim ex praua educatorum, Magiſtrorumque directione in pueritia accepta: Nam perperam educati, dicere ſemper volunt, quod aſſueti ſunt. Vnde Eminentiſſimo Præceptori, non autem mediocri illico tradendi ſunt pueri, ne diſcant in teneris, quod eis poſteà dediſcendum eſt, vt aliquibus oſtenditur exemplis.*

8 *Propterea ceſſare poteſt omnis admiratio, ſi iurantibus in verba magiſtri, quanquam inexperti, hoc ita inſitum ſit, vt indigeſtam illorum doctrinam, audacibus, & incautis amplectendam proponant ingenijs, tanquam*

ipſa ſola propter inanem ſubtilitatem, metaphyſicam ſapiat. Vnde meritò Pariſijs tanquam erronei, huiuſcemodi argumenti, quidam damnati fuerunt libelli; ementito fortaſſe Ariſtotelis nomine ibidem emanati.

9 *Obtenebratur præterea huiuſmodi naturæ lumen ſtudiorum neglectu, atque ſegnitie: cum tardi mente, à ſententiarum dictorumque ſapientum ſcrutatione maximè abhorreant. Vnde nata eſt incredibilis in hominum pectoribus ſocordia, atque inertia, quæ latiſſimè diffuſa, pro dulciſſimo habet, alienis oculis omnia intueri, aliena fide omnia credere. Quæ vtique ſtultitia maximoperè improperatur.*

10 *Cum Phantaſia, ſiue imaginatio ſit peculiaris animæ adminiſtra, & intellectui ea rerum ſimulacra, quæ ſenſus hauſerant priùs intuenda proponat: dum viribus ſuis tam licenter abutitur, vt recta detorqueat, ordinata confundat; tunc ita naturæ etiam debilitatur lumen, vt ad certum intellectum veritatis, nullo pacto, in quibus valdè dominatur, accedere ſinat. Indiſtinctio enim, inordinatio, & perturbatio motus ſpecierum in phantaſia, intelligendi actum vehementer diſturbant.*

11 *Præfato autem vitio, valdè præ cæteris laborant Metaphyſici, dum vanis acti phantaſmatibus nimis ſubtilia, curioſa, & inutilia quærunt. Nam ſi ad ſpeculum ducerentur, quemadmodum eorum quendam à Zenone Cittico perductum ferunt rerum inutilium nouatorem: vtique manifeſtè cernerent, ſuis vultibus propoſita quæſita minimè conuenire.*

12 *Multi obiter enarrantur, qui vana, curioſa, & inutilia poſteris tamen honorificè demandarunt, vt Fauorinus Philoſophus, qui Therſitæ laudes quæſiuit, & quartanam febrim plurimum comendauit. Hugbaldus, qui de caluitie artificioſè ſcripſit. Et Lucianus, qui ſumma induſtria, quæ de Muſca dici, & excogitari poſſunt luculenter pertractauit.*

13 *Cùm verò aliud ſit, ad oblectandum humanum ingenium, & aliud ad defatigandum, & exiccandum ipſum, curioſa, & inutilia ſcribere: primum ſi moderatè fiat, videtur laudandum: ſecundum autem è contra ſummè oſtenditur eſſe vituperandum. Nam ſuperuacanea acumina, cùm primùm audiuntur, apparent quidem miracula; at ſi conſideratius expendantur, agnoſcuntur ſæpè futilia, quæ amplam videbantur habere ſpeciem grauitatis.*

14 *Huius autem ſecundi generis ſubtilia, & illa videntur, quæ à Metaphyſicis, de Deo præſertim, Angelis, alijſque rebus pietatis; quæ diuina quadam illuſtratione duntaxat queunt attingi. Nam, & ſi nihil in chriſtiana pietate ſit tam reconditum, cuius non magnas, & admirabiles rationes, ingenium inueniat humanum: hoc autem moderatè, & acutè permittendum eſt, ne fortè idem nitatur in vetitum, & in graues inducatur errores.*

MVndi Author, vniuerſorumque ſupremus Artifex, qui cuncta ad hominis plaſmauit vſum; haud dubiè his quoque vtendi affluenter, ſcientiam fuerat elargitus; alioqui fruſtrà videtur illi paraſſe, quæ ipſe neſciſſet vnquam ad ſuum applicare vſum. Quandoquidem id fruſtrà ſectatur, cuius euentus nihil operatur. *Rom. conſ. 249. in caſu propoſito num. 2. in verb. non releuat. quæ citat Marſil. conſ. 51. licet nedum num. 17. apud Tuſc. l. F. concl. 520. num. 1.* Sed homo à tali lumine diſcedens, denſas in tenebras miſeranter, & infæliciter eſt prolapſus. In quibus tamen adeò vſſit, atque ipſum extimulauit neceſſitas, & admiratio; vt non ſemel diligenter quæreret, quæ erant occulta, ipſumque penitùs latebant. Perindèque illius amiſſæ particula peritię, quam ex copioſiſſimo fonte iamdudum, ampliſſimam hauſerat, per graues labores deinceps inpoſterum erat extundenda. Vnde quamplures, vel neceſſitate impellente, vel adducente admiratione, quinimò incitante voluptate; ad contemplationem naturę, omni (licet aliàs prędurо) ſe ſe vltrò contulerunt conatu. Quoniam ex Epicarmo (vt notat Lambinus) *1. ſermon. ſatyr. 9.* rectè, appoſitèque cenſuit Horatius; dum celebri ſententia protulit:

——nil ſine magno
Vita labore dedit mortalibus.

Dedit idcirco Homini ipſa natura ſenſus vt operetur in corpore; in animo verò acumen, quo cernat, ſpeculetur, intelligat, apprehendat, Natura enim (*de otio ſapientis cap. 31.* inquit Stoicus) nos ad vtrunque genuit, & contemplationi rerum, & actioni. Tum præterea Iudicium contulit, quo ſparſa, & diſſipata, velut indagine quadam, colligat ad nanciſcendum verum, quod cùm ſe putat aſſequutum, acquieſcit ei, quod verum iudicat, contrarium reiicit. Iudicium nanque ex communi Philoſophorum ſententia *3. de anima*, eſt amuſſis, & norma mentis, rationis, ſcilicet, approbatio, & improbatio; quæ poſtquam in veri inueſtigatione elaborauit, tunc Iudicium quaſi Cenſor, quid actum ſit circumſpicit, quid ex quaue naſcatur, quid cuique ſit conſequens, quid alienum, quid repugnans, quid conſentaneum:

con-

confuſa denique, & permiſta diſiungit,
diſiuncta conciliat, rerum nodos tangit,
& explicatiſſimè diſſoluit. Quin etiam
vlterius adiuuamur experimentis, ac vſu
rerum, intentione animi, ſtudio, ſeduli-
tate, memoria, exercitatione, quæ quan-
do ſua cuique non ſufficiant, accedant
aliena per doctrinam homini ab homine
traditam. Vſu enim, & exercitatione 1.
met. cap. 1. comparatur. Et ex Comicis
Græcis hoc amplius decantatur.
Sapiens eris, ſapientibus ſæpè aſſidens.
Hæc autem ſunt cunctis mortalibus in
commune propoſita, quæ quoniam nos
naturæ beneficio habemus, idcircò natu-
rale lumen nuncupamus:& quæ conſequi-
mur, naturæ lumine(quo, omni eo quod
ex puris naturalibus cognoſci poteſtnoſter
proportionatur intellectus[,]ex Henrico 1.
par. art. 3. *q* 5. *num.* 6.) dicimur[] aſſequuti.
Veruntamen plerique ſanè, & qui præ-
ſertim Metaphyſicam, ſiue naturalem
3 profitentur Theologiam, grauiter errare
ſolent, dum firmiter autumant hoc ſolo
naturali ſuffulti lumine, quoad ſingula
generum, ſeu quoad ſingula de ſingulis,
omnium exactam ſe poſſe, & diſtinctam
habere ſcientiam, atque notitiam. Licet
enim ex philoſophicis diſciplinis, & ex
ipſa maximè Metaphiſica, omnium no-
titia quoad genera ſingulorum, hoc eſt in
vniuerſali, & quoad eius generalia, nobis
ineſſe poſſit; quia de quolibet genere en-
tis conſiderat Methaphyſica, vt ibidem
cum omnibus Philoſophis *q.* 3. *num.* 6. Idem
docet Henricus: nequaquam verò quoad
propria, & particularia cuiuſcunque ſci-
bilis, ſiue ab alijs conſiderari particula-
ribus obiecti ſcientiis. Quocirca 1. *met.*
cap. a. *text.* 1. dicitur: Arbitramur ſcire
omnia ſapientem, ſicut contingit (Me-
taphyſicum ſcilicet, cum Metaphyſica
ob ſui præſtantiam ex ſuperius dictis *lib.* 2
„ *cap.* 8. *num.* 8. ſapientia nuncupetur) non
„ ſecundùm vnum quodque ſcientiam ha-
„ bentem, quemadmodum ponit antiqua
4 translatio. Exinde accedit præterea, quod
cum Metaphyſica ſit vniuerſalis, & am-
pliſſima omnium ſcientia, quam ſum-
moperè decet ſiue materiali, ſiue imma-
teriali de omni diſſerere ente; quia ex
Philoſopho, loco nuperrimè adducto;
„ Scientia vniuerſalis de ente ſimpliciter
„ conſiderat, & de eis, quæ ſunt entis per
„ ſe, & ideò conſiderat etiam de primis
„ cauſis, & principijs entis ſimpliciter, de
„ quibus (ſacra,tamen Theologia excepta)
„ nulla ſcientia particularis ſe intromittit:
„ Quomodò ergo, hoc ſolo naturæ lumi-
ne, de Deo, Angelis, & id genus ſcibili-
bus, quoad ſingula de ſingulis perfectam,
„ & exactam, quis obtinere quibit cogni-
„ tionem? Naturale nanque lumen, quia
„ naturale eſt (1. *p. art.* 3. *q* 4. *num.* 4. inquit
„ Henricus) limitatum eſt ad ſolummodò
„ notitiam hominis naturalem illuſtran-
dam, quæ 1. *met. cap.* 1. ortum ducit à ſen-
ſu, quippe qui immateriales, & incor-
poreas quidditates, vtpotè illis impropor-
tionatus, attingere nequit. Inter obie-
ctum enim, & potentiam neceſſe eſt in-
teruentiat proportio, vt paſſim docent
Theologi, ac Philoſophi. *Iob. idcirco* 11.
„ legitur: Forſitan veſtigia Dei compre-
„ hendes, & omnipotentem vſque ad per-
„ fectum reperies. Et ibidem 36. Ecc: Deus
„ magnus vincens ſcientiam noſtram.
Similis autem (& ſi non eiuſdem)
quoque defectu proportionis (quia tan-
5 tum conſideratur reſpectu potentiæ) cir-
ca immateralia, & incorporea non modò
ſcibilia; verùm etiam materialia, &
corporea, multos, & granes plerumque
labimur in errores, qui naturæ tamen lu-
mini ſunt imputandi; nec circa ea con-
tingunt, quæ nobis natura oſtendit, ſed
noſtri ex temeritate ingenij maiora ſe
quæritantis proueniunt, & intellectus.
Quæ enim nobis Natura proponit, vera
ſunt, quia verorum ſunt nobis ingenitæ
informationes, atque anticipationes, non
quidem falſorum, cùm nihil ſciatur niſi
verum, omnibuſque ad cognoſcendum
ſit expoſitum, non autem falſum. 1. *Poſt.*
cap. 2. *text.* 5. nempe à vero, & verorum
opifice: Quia veritate, quæ Deus eſt,
cognoſcitur omne verum, vt ex Diuo
Auguſtino. 8 *de trinit. cap.* 3. 1. *par. art.* 24. *q.* 6.
num. 2. docuit Henricus. Et ſicut ſenſus
non poteſt errare circa proprium obie-
ctum; neque intellectus circa id, quod
quid eſt in ſimplici intelligentia. 1. *p. art* 36
quaſt. 6. *num.* 7. idem tradit Henricus. Qua-
propter, quę vera aſſequimur, ad ea,
naturæ face deducimur: quę non aſſe-
quimur, in iis naturę deſtituimur lumine.
Quæ porrò falſa pro veris colligimus ra-
tione aliqua probabili; in iis fallimur den-
ſitate tenebrarum, aut fallaci aliqua luce
6 ſimili veræ; vnde etiam veriſimilia no-
minantur. Falſæ ergo multorum opinio-
nes, non ad lucem ſunt naturæ, ſumptæ,
quæ neminem decipit; ſed ad tenebras, &
imaginē aliquam lucis captioſam. Que-
madmodum, quæ oculus verè cernit, ex
naturæ luce, cernit: quæ non cernit, ex
imbecillitate ſua non cernit: quæ verò
ficta, & ſimulata pro ſolidis, & veris cer-
nit, ea cum fraude, & deceptione qua-
dam cernit; quæ fit quidem in naturæ lu-
ce, non tamen ex ea ipſa luce, ſed ex re-
bus interiectis luci: Sic cum, aliquo quis
ap-

apparenti fallitur argumento, non eum
decipit naturalis ſplendor, ſed imbecil-
litas ingenij, quæ à plagis illius argumen-
ti extricare ſe ad præſens non valet, extri-
cabitur autem, vbi propiùs erit admota
naturæ lux, maiore ſtudio, attentione,
die ipſa, monitu cuiuſquam, aut doctri-
na. Non ergo lucis naturæ copia quem-
quam fallit, ſed inopia. Quo ſenſu 2.
*met.cap.*1. fortè legiiur: Manifeſtiſſima in
natura ſunt difficilis cognirionis in veri-
tate ſua; non propter ſe, ſed propter nos;
quia diſpoſitio intellectus noſtri ad ipſa eſt
ſimilis diſpoſitioni oculorum veſpertilio-
nis ad lucem ſolis.

Extenuatur tamen, plerumque hebeta-
tur, & ex praua recipientium habitudine,
7 non parua hoc naturale lumen laborat
inopia; præſertim dum in pueritia, ineptā
hauſerimus diſciplinam, exitialique inſti-
tuti fuerimus educatione. Nam tantum
abeſt, quæ à crepundijs didicimus vllo
ætatis auctu euelli, aut ſaltem debilitari
queant, accedente potiſſimum pertinacia,
vt maturrimè potiùs radiceſcant, ſenſim
grandeſcant, demum conualeſcant. Prauè
enim educati à pueritia (2.*met.tex.*14. in-
quit Philoſophus) dicere ſemper volunt
quod aſſueti ſunt dicere, & iudicant in-
conueniens, quod extra illud eſt: atque
ad id ad quod aſſueti ſunt, maximè eſt eis
applicabile animo. Vnde 3. *de doct. chriſt.*
ap. 10. Sanctus Auguſtinus inquit: Si
animum occupauerit alicuius erroris opi-
nio, quicquid aliter aſſeruerit ſcripturam
figuratum arbitrantur. Controuertebatur
idcircò olim (ſatis verò nunc ad rem no-
ſtram) apud Quintilianum *lib. 2. de inſtit.*
*orat.cap.*3. An pueris in inſtituendis, pro-
tinus præceptore optimo eſſet vtendum?
Vbi illorum ſuaſio, qui idoneos rethori
pueros non continuò tradendos eminētiſ-
ſimo putarunt, ſed apud mediocres ſuc-
ceſſiuè eſſet detiēndos, cſtò ſilentio nequa-
quā fuerit prçterita: viguit tamen cçterorū
ſententia, qui meliùs optimis ad imbuen-
dos mittēdos eſſe magiſtris illicò exiſtima-
runt: Ea inducti ratione: Quod apud ipſos
diſcipuli quoque melius inſtituti (ipſe
inquit Quintilianus) aut diſcent quod
inutile non ſit imitari, aut ſi quid errauc-
rint ſtatim corrigerentur: At indoctus
ille, etiam probauit fortaſsè vitioſa, &
placere audientibus, iudicio ſuo coget.
Propter quod Timotheum clarum in arte
tibiarum, ferunt apud Alex. ab Alex. *lib.*2.
*cap.*23. duplices ab ijs, quos alius inſtituiſ-
ſet, ſolitum exigere mercedes, quàm ſi
rudes traderentur. Idipſum profectò ad
Lætam de inſtit. fil. epiſt. 7. *prope med.* Sanctus
Hieronymus ſcribens, etiam grandiori-
bus inſinuauit exemplis; dum inquit:
Vnde, & tibi eſt prouidendum, ne ineptis
blanditijs fçminarum, dimidiata dicere
verba filia conſueſcat; & in auro, atque
purpura ludere, quorum alterum linguæ,
alterum moribus officit; ne diſcat in te-
nero, quod ei poſteà dediſcendum eſt.
Gracchorum eloquentiæ multum ab in-
fantia ſermo matris contuliſſe ſcribitur:
Hortenſij oratio inter paternos ſinus coa-
luit. Difficulter eradicatur, quod rudes
animi perhibuerunt. Lanarum conchylia,
quis in priſtinum candorē reuocet? Re-
cens teſta, diù & ſaporē retinet, & odorē
quo primum imbuta eſt Græca narrat hi-
ſtoria, Alexandrum potentiſſimum Re-
gem orbiſque domitorem, & in moribus,
& in inceſſu, Leonidis Pedagogi ſui, non
potuiſſe carere vitijs, quibus adhuc pa-
ruulus fuit infectus.

Mirandum ergo non eſt, eos qui pau-
lulum literario in ſtudio ſunt progreſſi;
8 aliquibus, circum à malis inſtitutoribus
perceptæ doctrinæ carceres (vt ita dicam)
hærentibus; adeò videri iam metam per-
tigiſſe, vt eorum inutiles ad amuſſim re-
petant ſpeculationes, eoſdem ſequantur
damnatos errores. Hos ſolos duntaxat
dicunt ingenium habuiſſe metaphyſicum,
quaſi ambiguitate nominis, extra hanc
naturam, aliam in quandam nouam, &
inuſitatam credant eſſe translatos. Hinc
quare fit, quod horum ſectatores, vix
audacibus, licet aliàs inexpertis ingenijs,
ſua amplectenda, et retinenda dogmata
proponant. Primùm aſtrictam propter
loquutionem, & ex breuitate obſcuram.
Hinc propter intricatas, & obliquas ſen-
tentias: tum etiam ob immodicas ſubti-
litates, quibus plerumque non exacuunt
ingenia, ſed perturbant, & frangunt; te-
nebraſque, & hallucinationem inducunt
aciei mentis, dum conantur minutias
quaſdam tenuiſſimas oſtendere, & inuti-
les per ſe, & quæ intentionem obtutus
ingenij ſubterfugiant, ac fruſtrentur, non
aliter quidem, quam ſi fila monſtrare
quis vellet rudentum illius nauis, quam
Mirmecides apud Plinium *lib.* 7. *cap.* 21.
fabricatus eſt, apicula contectam: vel
diſpunctiunculas Iliados, quæ ibidem
apud eundem nuce capiebatur. Tales
quippè huius acutę, ac litigioſæ philoſo-
phiæ quidam fuere Libelli, qui nomine
Ariſtotelis (fortè ementito) totam paſ-
ſim legebantur per Galliam: de quibus
tamen apud Dionyſium Petauium *tom.* 1.
*theolog.dogm.cap.*3.*num.*8. ita teſtatur Rigor-
dus: In diebus illis (inquit) legebantur
Pariſijs libelli quidam, ab Ariſtotele, vt
dicebantur, compoſiti, qui docebant
„ Me-

Metaphyſicam, delati nouò à Conſtantinopoli, & à Græco in Latinum translati, qui quoniam non ſolum prædictæ hæreſi (cuiuſdam Almarici *ſcilicet*) ſententijs ſubtilibus occaſionem præbebant; imò & alijs non dum inuentis præbere poterant; iuſſi ſunt omnes comburi, & ſub pœna excommunicationis cautum eſt in eodem Concilio (quod videlicet anno Domini 1204. Philippo Auguſto Rege Francorum Pariſijs habitum eſt) ne quis eos de cætero ſcribere, legere præſumeret, vel quocumque modo habere. Vtinam quoque, illius quodammodò ſententiæ anathematizatæ forent extortæ quorundam opiniones, noſtris, à curioſis, & vanis Metaphyſicis, ne dicam Sophiſtis excitatę temporibus: quandoquidem non tam facilè ad ſupernaturalia tranſirarent; nec ex dogmatibus qualibuſcunque in hac natura, vt cunque obſeruatis, de miraculis, deque ijs, quæ naturam omnem excedunt tam liberè, & audacter diſputarent.

Obſcuratur præterea, & huiuſcemodi lux, iumenque naturæ ſtudiorum negle-
9 ctu, atque ſegnitie. Mente nanque cunctabundi, & in literis valdè oſcitantes, ob ingenij hebetudinem, ſententiarum dictorumque à ſcrutatione maximè abhorrent: Tales enim (2. *met. tex.* 15. inquit Philoſophus) odiunt ſermonem perſcrutatum: quia non ſtatim poſſunt capere. De quibus profectò Commentator addit; Quidam contriſtantur per ſermonem valdè perſcrutabilem; & cauſa in hoc eſt, aut quia intellectus eorum non poteſt retinere, & comprehendere ipſum. Et ipſis impoſſibile eſt, vt addiſcant: aut propter errorem contingentem eis, quia aſſimilant diſputationem cum mercatione. Et credunt quod proteruire in ſermone eſt malum; ſicut malum eſt proteruire in mercatione. Proteruitas quidem in mercatoribus, quædam vilitas, & illiberalitas eſt, pręſertim dum petulanter, & inſolenter ad minimum vſque quadrantem, in ſibi reddenda ratione; commutatiuæ apicem, & rigoroſæ iuſtitiæ immodeſtè attingere ſatagunt. Nam minima non debent eſſe in conſideratione *l. ſcio. ff. de integr. reſtitut. l. 4. in fin. ff. de ædilit. edict.* ex *quibus latè Cluner. conſ.* 182. *num.* 14. & 15. maximè verò apud magnificos; & liberales, quibus ex Philoſopho 4. *ethic. cap.* 3. conuenit duntaxat circa magna verſari. Quarè Statutum, ſiue lex in materia odioſa faciens mentionem de debitore, vel creditore, non habet locum, ſi debitor, vel creditor ſit minimæ ſummę. *Gloſſ. in auth. ſam neceſſe C. de don. ante nupt.* & *in auth. minoris debitor. C. qui dar. tut. poſſ. apud Tuſc. l. M. concl.* 238. *num.* 12. Quę tamen omnia in veris, & perfectis ſcientijs, nullam obtinent veritatem, cùm 1. *poſt. text.* 5. liquidè habeatur: Scire autem arbitramur vnumquodque ſimpliciter, ſed non ſophiſtico modo, qui eſt ſecundum accidens cùm cauſam exiſtimamus cognoſcere propter quam res eſt; quod illius cauſa eſt; & non contingere hoc aliter ſe habere: Vnde nata eſt incredibilis in hominum pectoribus ſocordia, atque inertia, quæ latiſſimè diffuſa, pro dulciſſimo habuit alienis oculis omnia intueri, aliena fide omnia credere: nihil quærere, nihil ſcrutari. Ex qua ſanè ſtultitia, quæ vix puetis, & vetulis videtur credibilis; compertum ab omnibus vndecumque eſt, etiã modò non deeſſe in ſcholis magnos magiſtros, qui quicquid fecerint, ſtatuerint, dixerint vel populi gentiles, vel ſinguli hominum illorum; tanquam verum rectum, bonum accipiunt in luce naturę, & de eò diſputant, & taliter: quod eſſe inſaniſſimum nemo non videt, niſi qui ipſe inſanit. Verum in rebus humanis, tolerabilis forſan eſſet indocta, hæc cenſura: at omnium eſt grauiſſimum, in his, quæ pietatis ſunt. Scinditur illicò velut regnũ luminis: Hoc verum in lumine naturæ; illud in lumine fidei. Quod vtique abſurdum eſt. Nam cùm ſint circa idem recta ratio, & fides (ait Henricus 1. *part. art.* 10. *quæſt.* 2. *num.* 5.) omninò concordant, & ambobus rationabile eſt credere. Quia authoritatem recta ratio penitus non deſerit, cùm ratione conſideratur cui credendum, vt docet Auguſtinus *de vera relig. cap.* 24. Quinimò, vt idem addit, *ſermon. de aſſumpt. cap.* 2. Summa enim ipſius iam per rationem cognitæ perſpicuę veritatis Authoritas; ſine qua non valet authoritas.

Cæterum, cùm Phantaſia, ſiue (quod idem eſt) vis imaginatiua (imaginatio
10 enim græcè; phantaſia dicitur, ſicut imago dicitur phantaſma, vt ex vulgata Ariſtotelis Interpretum 2. *de anima text.* 155 & 162. patet translatione) ſit peculiaris animæ adminiſtra; & intelligentiæ; et rerum ſimulacra, quæ corporis ſenſus dum obiectis ſibi rebus tanquam exploratores imminent; hauſerant priùs; & communi quem dicunt ſenſui, qua poterant fide tradiderant; intuenda proponant, *ex* 2. *de anima à tex.* 153. *vſque ad* 161. Cæterum in hoc tamen præclaro obeundo munere, viribus ſuis tam licenter abutitur, vt ſæpiſſimè recta detorqueat, ordinata confundat, diſſipet ſociata, diſiecta coniungat, obſcuret illuſtria, alta depri-

primat, extollat humilia, omnia ſuſque, deque permiſceat. Qua de re, in quibus dominatur maximè, tyrannidemque præſertim exercet, ita naturæ debilitatur lumen, vt ad certum intellectum veritatis, nullo pacto eos accedere, nec demonſtra-
,, tionibus credere ſinat. Henric.Gandau.1.
,, *par.art.2.quæſt.5.num.8.* Quod vtique non
,, contingit (paulò ſuperius *ibidem num.* 6.
,, ipſe inquit) ex diſpoſitione animæ (cuius
,, ſcilicet naturale lumen circa verum non
,, fallitur, vt dictum eſt.*num.*5.) ſed ex diſ-
,, poſitione corporis, & virium inferiorum,
,, quibus intellectus, vtitur ad ſuam ope-
,, rationem, quoad ſpecierum receptio-
,, nem; vt quanto organum phantaſiæ, &
,, aliarum virium ſenſitiuarum organa ſunt
,, meliùs diſpoſita, vt imagines puriores,
,, ſtabiliores,ordinatiores recipiant, & con-
,, ſeruent, quæ per hoc habiliores ſunt, vt
,, ſpecies intelligibiles ab eis abſtrahantur
,, puriores, ſtabiliores, & ordinatiores;
,, tantò intellectus, mediantibus illis cer-
,, tiùs, & ſimpliciùs intelligat, & è con-
,, uerſo; vt quantò ex indiſpoſitione orga-
,, norum, imagines impuriores fluxibilio-
,, res, & inordinatiores recipiant, & con-
,, ſeruent à quibus habent abſtrahi ſpecies
,, intelligibiles, impuriores, fluxibiliores,
,, & inordinatiores; tantò intellectus me-
,, diantibus illis, minus certè, & obtuſius
,, intelligat. Vnde, vt vult Philoſophus
,, 7. *phyſ.text.*20. Indiſtinctio, inordinatio,
,, & perturbatio motus ſpecierum in phan-
,, taſia, multùm actum intelligendi diſtur-
bant. Hæc proindè Phantaſia, ſiue Imaginatio, mira vanitatis artifex, inuerſis rerum, quas acceperat imaginibus, Centauros, Sphyngas, Geriones, Chymeras effingit. Hæc abſurdiſſimas rerum ſpecies, ingenioſa ſomniorum machinatrix efformat. Hæc prodigioſis rerum ſimulacris, corporis eludit ſenſus. Hæc admirabiles perturbationum animi ſeditiones, motuſque ſollicitat. Hæc mentem mendacibus veritatis laruis excæcat. Hæc homines inaniſſimi obiectu metus, atque mæroris infringit,& animum ſpectrorum terriculamentis exterret. *Martin.Del rio,præ cæteris,diſquiſit.magic.lib.1.cap.3. quæſt.2.* Sed quod maximè ad rem facit inſtitutam: Hæc eſt, quæ non tantum opinionum fallacia, ſed veritatum languore, intellectum peccare facit; imò (& quod deterius eſt) curioſa inutilitate, per inania philoſophiæ noſtram diſtrahit mentem, virtuti,cælo,Deoque ſolummodò natam. Quarè talibus nugis, ſcientiam nullam, ſed potiùs captamus ignorantiam. Nam ſcire quod non prodeſt, & inutile eſt, proximum ignorantiæ videtur: Quando quidem, quod vtile, & proficuum eſt conſequenter ignoratur. Nam à contrariis validū eſt argumentū, per Euerard. *in topicis legalibus loco* 75.*Petr.Andr.Grammar.in dialect.leg.lib.2.loco,à contrarietate,*atque alios apud Barb.*loc.argum.iuriſ.loc.27.num.*43.

Hoc autem præſertim vitio laborant Metaphyſici, dum abſtracti cominus ſe
11 gaudent attigiſſe Intelligentias: ignorant tamen humani intellectus imbecillitatem, & inſufficientiam, cui vix datum eſt, vt eminus valeat ipſas contemplari. Noua, & inuſitata gloriantur ſcire; ſed vſui, quæ noſtro inſeruiunt, ipſos vndecunque latent. Repugnantia delectantur Philoſopherum placita concordare; ſed certam veritatem indagare,manifeſtè negligunt. Alienos plerumque lubet errores refutare; ſed proprios pertinaciter probant. Cæteros percupiunt alta edocere; minimè vero ſe emendare. Omnia noſſe demum ſe iactant: niſi tamen ſe ipſos, indubitanter conuincuntur. Multorum idcircò inutiliumque phantaſmatum tenebris naturę lumen, diuino quod beneficio, eorum relictum eſt intellectui, potiùs obruere,& obſcurare nituntur; quàm
,, veritatis luce fouere, & alere perquirant.
,, Nam prouerb.11. Qui inueſtigator ma-
,, lorum eſt, opprimetur ab eis.Sed vtinam
,, ad ſpeculum, in quo ſimiles contempla-
rentur, mihi adducendi curioſos aliquando diù optata, foret permiſſio; eodem vtique, ſed libenter ipſos afficerem ſcommate, quò ex illis apud Laertium *lib.* 7. *cap.*1. Zeno Citticus quendam lepidiſſimè carpſit rerū nouatorem;dum proprio inſpecto vultui percōtatus eſt ab eodē:an huiuſcemodi ſcilicet proponere cōuenire viderentur inutiles, ac ventoſas quęſtiones.

Me autem minimè latet, quàm libens apud Gellium, *noct.attic.lib.*17.*cap.*12.Phi-
12 loſophus Fauorinus, in has inutiles, ac inopinabiles materias frequenter dicebat.
,, Vel ingenio expergificando (inquit Au-
,, thor) ratus idoneas, vel exercendis argu-
,, tis, vel edomandis vſu difficultatibus:
,, ſicuti cùm Therſitæ laudes quęſiuit, &
,, cum febrim quartis diebus recurrentem
,, laudauit. Lepida ſanè multa, & non fa-
,, cilia inuentu, in vtramque cauſam dixit;
,, eaque ſcripta in libris reliquit. Sed in fe-
,, bris laudibus teſtem etiam Platonem
,, produxit, quem ſcripſiſſe ait: Qui quar-
,, tanam paſſus conualuerit, vireſque inte-
,, gras recuperauerit; fideliùs conſtantiuſ-
,, que poſteà victurum. Idemque præte-
,, reà Poetæ, & Oratores etiam exercuere
non pauci. Exempla ad manus adſunt (& vt cętera ferè innumera ſileam) cuiuſdam Hugbaldi aliàs facundi poetę, elabo-

rata

ſata de caluis in elegia, Carolo Caluo Imperatori dicata, cuius initiales omnes incipiunt à litera C. vbi caluities ſummopere commendatur. Et in Luciani Muſca: Tanta enim ibi induſtria proſequutus eſt omnia, quę de muſca dici; aut cogitari poſſunt, vt vix aliud quicquam in hoc genere magis luculentum reperiri valeat.

Verùm enim verò aliud ad oblectandum, & recreandum: aliud ad deſiccan-
13 dum, & defatigandum humanum ingenium, inutiles, & infructuoſas, viſum eſt ſapientibus eſſe, ſcribere, & pertractare materias. Equidem. Homines, quamuis in turbidis ſint (*orat. 44. ſiue Philip. 2. ſect. 148. num. 39.* inquit Tullius) tamen ſi modo homines ſunt, interdum animis relaxantur. Vnde arcus ſubindè remittendus eſt, cùm ſuæ ingenio feriæ etiam ſint permittendæ, & iocari quandoque liceat, ſed temperanter, & modeſtè. Cui vtrique rei, ex animo, *offic. 1. ſect. 21. num. 103.* his verbis idem aſſentitur Tullius; dicens: Neque enim ita generati à natura ſumus, vt ad ludum, & iocum facti eſſe videamur, ſed ad ſeueritatem potius, & ad quædam ſtudia grauiora, atque maiora. Ludo autem, & ioco, vti illis quidem licet, ſed ſicut ſomno, & quietibus cæteris; tum cùm grauibus, ſerijſque rebus ſatisfecerimus. Quod & Scriptores plurimi, quanquam graues, & ſerij (vt in eorum paſſim voluminibus cernitur) ad refocillandos, & exhilarandos animos interdum accuratè fecerunt. E contra verò oleum, & operam perdunt, quicunque minutas adeò quærunt inutiles ſubtilitates, iiſque impenſiùs ſtudent, vt ingeniorum potiùs, quàm acuant, & foueant, naturalis ipſorum luminis obſcurant vigorem, teguntque fulgorem. Pleraque ſane, & ſuperuacanea acumina, cùm primò audiuntur apparent miranda: at ſi conſideratiùs expendantur, acriorique ſubijciantur examini, agnoſcuntur ſæpè futilia, quę amplam ſpeciem habere videbantur.

Talia quippe illa videntur, quæ à Metaphyſicis, de Deo, Angelis, alijſque
14 rebus pietatis cognoſcendis, quæque diuina quadam ſingulari illuſtratione ad ſummum attingi queunt, ſuperſtiosè indagantur. Quamquam enim, nihil in chriſtiana pietate tam reconditum ſit, nullum adeò ſublime, & excelſum Myſterium, cuius non magnas, & admirabiles rationes ingenium humanum inueniat: nauet tamen quiſque modò operam ſobriè, diligenter, induſtriè omni reiectâ inani ſubtilitate. Quoniam nihil eſt iniquius (*controuerſ. prima lib. 1. propè fin.* aiebat Stoicus) his, qui nuſquam putant eſſe ſubtilitatem, niſi vbi nihil eſt præter ſubtilitatem. Putidi quippè, ac petulantis hominis eſt; In ſcyrpo (vt aiunt) nodum quęrere, præſertim vbi res communis, & ſtylo communi, vt ſæpius occurrit, tractanda eſt. Quare ſuper his argutijs, leuibuſque ſubtilitatibus, idem vehementer excandeſcens Seneca; Lucillo ſuo, *epiſt. 40. circa med.* appoſitè ſcribit. O pueriles ineptias! In hoc ſupercilia ſubduximus? in hoc barbam demiſimus? Hoc eſt, quod triſtes docemus, & pallidi? Hinc ergo fit, quod impia permiſtione, multa in metaphyſicis ſtudijs, catholicæ religionis leui non abſque iactura, turpiter exaugurentur, & è conuersò non pauca gratis inaugurentur.

CAPVT X.

Qui leges in docendo ſuper leges tantùm adijciunt, earum penitùs vim ignorando, atque rationem (quod aliàs nil aliud eſt, quàm plures tenere leges, intelligere nequaquam) Non legum interpretes, ſed ipſarum animati indices ad ſummum, & elenchi nuncupandi videntur. Quorum præſertim hic, ad cenſuram cùm in genere, tùm in ſpecie grauiores redduntur, & reuocantur errores.

SVMMARIVM.

1 *Soli homini, animantibus præ cæteris natura, quodammodò non mater, ſed potiùs nouerca fuit: dum omnibus (eò duntaxat excepto) arma, veſtes, tegumenta, pabula, cubilia, medelas, & id genus plurima, vnde ſe commodè ab aduerſis tuerentur incommodis, ſuppeditauit abundè: ipſum verò ſuo ingenio, & induſtriæ reliquit labori.*

2 *Societas idcircò, rationali animali, ad quam & in hac vita mortali, & in altera illa ſempiterna Deus ipſum inſtituit, profectò eſt peculiaris; adeò vt alterum alterius adminiculo adiutum, ea commodè valeat peragere, quæ ſe ſolo nunquam compleret. Hinc ſociabile animal, omnium ore appellari ſolet.*

3 *Quia verò, magna illa communitas, & ſocietas eſt, quæ ex beneficijs conficitur vltrò, citroque datis, & acceptis: ex ſocietate, vt plurimum vtique beneuolentia oritur. Quæ cùm propenſior ad commoda communiter ſit propria, quàm ad aliena; maximorum tumultuum id cauſa eſſet, niſi eius*

in locum Iuſtitiæ ſucceſſiſſet, quæ auidas comprimeret manus, atque ab hominum conuictu omnem arceret iniuriam.

4 *Ne autem, & ipſa iuſtitia quandoque cæca obrueretur ignorantia, aut prauo impediretur affectu; neceſſe fuit vt Legum vis, ac poteſtas maior eam confirmaret. Atque ità quam mentis ſuæ lumine cordati homines indè intuiti eſſent æquitatem, reciperet quoque (ſi videretur) hominum cætus, confirmaret, & conſtabiliret, magna poteſtate, & pœnarum metu.*

5 *Lex quippè, quæ agendorum, omittendorumque regula eſt, & menſura; cum de omnibus cauere nequaquam poſſit, eius ſtandum eſt interpretibus, & fortè imperitis, qui ſuis in deciſionibus, & conſilijs, leges alias ſuper alias congerendi prorſus ignorant finem. Quod profectò tantummodò eſt plures leges tenere, non plures intelligere.*

6 *Illud ſatis vulgatum prœloquium: Erubeſcimus, ſcilicet, ſinè lege loqui, incidenter exponitur. Quod ſi de crebra rubrica, aut textus plurium legum intelligatur citatione, vtique, qui id exercent opus, legum non erunt interpretes, ſed Indices, & Elenchi. Sin autem (& quod fortè veriſimilius erit) ſine lege: carentiam importes rationis, & modi: qui ſine lege, hoc pacto erubeſcunt loqui; oſtenſores memoriæ non peritiæ ſectatores ſunt. Nam ſenſus, & ratio, anima legis dicitur.*

7 *Sunt propterea quidam, qui non tam imperitia, quàm torporis impulſu, multas leges quidem allegant, quarum fortaſsè rubricas, & ſummaria, vix ſemel, aut bis legerunt: vndè ex ſolo titulo leges citant, cuius prior pars, vtcunque pro eis videtur facere; poſterior autem penitus eſt contraria. Alij verò, innumeris pariter legibus proponunt conflatum ſermonem ad aliquam fulciendam ſententiam, in qua tamen cardo minimè conſiſtit negotij.*

8 *Alij pariter, dum aliquam diffuſam proferunt ſententiam; legem tamen afferunt, in qua tàm longi ſermonis, vix duo, aut tria poſtrema reperiuntur verba. Non ſatis aduertentes, quod non verbis, ſed rebus imponuntur leges. Quos inde quoque ſequuntur, qui falsò leges allegant, eaſque adeò ſimul aggerunt, vt nemo tam lapideus ſit, qui ſingillatim eas excutere ſuſtineat. Vndè fit quod id, quod perperam ab vno citatum eſt, fide illius citatur ab aliò, & fortè peiùs.*

9 *Nec deſunt alij, qui eleg antioris linguæ ſpecie allecti; ſanam catholicam doctrinam, nouis hæreticorum Iuriſtarum libris, in quibus ſæpiſſimè zizania latent prauorum dogmatum, indecenter poſtponunt. Vnde meritò hæreticorum libri, licèt de religione non tractantes, niſi à catholicis quam diligentiſſimè fuerint examinati, à ſacris canonibus prohibentur.*

10 *Omnes idcircò fermè hæreticorum miniſtri ſunt apprimè ſatyrici, & proteruè dicaces, auentque ſæpè ludere, venuſtèque iocos ſpargere in claues Eccleſiæ, & Petri Cathedram, vt per ſacrarum rerum irriſionẽ, turpeſque contemptus, ad effundendam hæreſim ſibi viam communiant. Quarè meritò præfatos retinentes, legentes, ac defendentes libros hæreſi ſuſpicantur infecti; perindeque denuntiari habent, quamquam leni ſuſpicione duntaxat fuerint notati.*

11 *Quamuis itaque vera, & recta iuſtitia, vnica, & indiuiſa ſit: eam tamen, qui ita ignorant, vt falſam pro vera ſtatuant, bimembrem faciunt: ciuilem, ſcilicet, ab hominibus deriuatam; & naturalem, à Deo vtique inditam, & participatam. Cuius diuiſionis, apertè meminit ad Romanos Apoſtolus, eos acriter damnans, qui vt ſimilem ſtatuant, Dei, ac naturæ iuſtitiæ ſubijci repugnant.*

12 *Quarè Dei abiecto timore, veraque iuſtitia excuſſo iugo, contra naturales leges, ſacroſque canones, plerique iudicando, ac conſulendo, non leuiter delinquunt. Quia iudex non quamlibet, ſed veram in ſe retinere debet iuſtitiam. Animi paſſionibus omninò carere; omniaque diligenter inquirere, & ſcrutari tenetur. A ſuperfluis, vt in longum protrahantur cauſæ, iubetur abſtinere. Denique ſententias non præcipitanter dare: crudelitatem euitare: prohibere violentias: & id genus quamplurima, fideliter piéque monetur obſeruare.*

13 *Iudicum, & Aſſeſſorum, ſicut indiuiſum, vel parum differens eſt munus; ita defectus, & vitia habent participare communia. In hoc tamen Aſſeſſores malitia Iudices excellunt; quod Aſſeſſores plerumque magis obſunt conſilio, quàm Iudices authoritate, & potentia, vt varijs, ac plurimis oſtenditur exemplis.*

14 *Quamquam inter eos, qui nec in iudicio agunt, neque defendunt, ſed cauſis duntaxat adminiculum præſtant, vt ſunt Aduocati: & inter illos, qui alieno nomine agunt, & defendunt, de quorum cætu ſunt Procuratores ad lites, magnum intercedat diſcrimen: tamen in vitijs plurimum communicant. Quarè communi, & indiuiſa ſignantur, & cenſurantur nota.*

AD ſocietatem, mutuamque beneuolentiam, & in hac mortali vita, & in
1 altera illa ſempiterna, à Deo nos eſſe conditos, & inſtitutos, eſt profectò qui ambigat nemo. Naturalis enim id manifeſtum

ſtum

ſum præ cæteris neceſſitas facit; cùm ſa-
nè vniuerſis animalibus, variè tegumen-
ta tribuerit, teſtas ſcilicet, coria, ſpinas,
villos, ſetas, pilos, plumam, pennas,
ſquammas, vellera: hominem tantum-
modo nudum, & in nuda humo natali
obijecerit die ad vagitus ſtatim, & plora-
tum: quibus quippè oſtenditur ſolius ſo-
cietatis beneficio, ea ſe poſſe aliquando
poſſidere. Et quamquam omnium loco
diuina illi ratio ſit attributa, cuius illu-
ſtratione, longè plura manuum admini-
culo valeat comparare, vſu tamen multi-
plici, vnus nequaquam implere, & per-
ficere poterit, præſertim in ſolitudine,
non ſine incommodis quamplurimis, &
maximis. Accedit præterea; quod cæteris
naturę, ſponte perſpecta, cognitaque
videntur quę proſunt, quæque nocumen-
to ſunt; aliquibus etiam, induſtria qua-
dam naturali, herbæ quibus medica vis
ineſt notæ ſunt: ſicut vitæ alia neceſſaria
multa, quorum, homini cognitio tantùm
eſt communis, vt quilibet nimirum va-
leat per rationem ex vniuerſalibus princi-
pijs, ad ſingulorum perceptionem, quæ
degendę naturæ creduntur neceſſaria,
peruenire. Quæ vtique, cùm numero-
ſiora ſint, vnus, & ſingularis, propriæ ra-
tionis vi, dubio procul, nequaquam cla-
2 rè, & diſtinctè attinget. Societas ideircò
rationali animali eſt peculiaris, vt alte-
rum videlicet, alterius adminiculo adiu-
tum, ea queat peragere, quę ſe ſolo nun-
quam complebit. Hinc 1. *ethic. 7.* habetur:
,, Homo aptus eſt ad cætus, ſocietatemque
,, natura. Et quid porrò oratio prętereà
ipſa, huic animalium vni duntaxat per-
miſſa, quem in ſolitudine vſum habere
valebit? Etenim reliqua, communi quo-
dam modo, affectiones patefaciunt ſuas;
Canis iram latratu; libidinem Equus, hin-
nitu; maternum amorem Gallina, glo-
citu, & id genus cætera: At homo, ſer-
monis commodo, conceptus animi vni-
uerſos, tantummodo valet explicare. Ex
quibus itaque facilè comperitur, illum,
cæteris quotquot ſunt (etiam quę viden-
tur à congregatione non omnino reuul-
ſa) ſocietatis apprimè capaciorem. In
eccleſiaſte perinde Salomonis 4. ſummè ap-
probatur, præſtare ampliùs eſſe duos,
,, quàm vnum. Habent enim emolumen-
,, tum (inquit) ſuæ ſocietatis; ſi vnus ceci-
,, derit, ab alio fulcietur,

Quia verò 1. *de offic. ſect.* 12. *num.* 56. do-
cente Tullio: Magna illa communitas
3 eſt, quę conficitur ex beneficijs vltro ci-
,, troque datis, receptiſque, quæ mutua,
,, & grata dum ſunt, inter quos ea ſunt,
,, firma devinciuntur ſocietate: Homini
ideircò ſocietatis glutinum addidit etiam
animum ad beneuolentiam manifeſtè ap-
poſitum. At huiuſcemodi inde exorta
beneuolentia, quamquam ex interno ar-
dore foras ebulliat, & ferueat, refrige-
rato tamen ardore illo, intro vt plurimum
ità ſe recipit ad ſe ipſam, vt quiſque te-
nerrimè ſe vnum amet; in alios rigidus,
atque aſper. Vnde maximorum in vita
tumultuum id cauſa eſſet, quando ad ſe,
ac ſuas vtilitates quantùm quiſque, vel
ingenio valeret, vel viribus pertraheret;
niſi in locum mutuæ beneuolentiæ Iuſti-
tia ſucceſſiſſet, quæ auidas comprimeret
manus, atque ab hominum conuictu
iniuriam omnem arceret. Hinc meritò
ibidem Tullius *ſect. 7. num.* 20. Societatis,
& communitatis binas partes facit: Iuſti-
tiam, ſcilicet, & Beneuolentiam; dicens:
,, Iuſtitia, in qua ſplendor eſt maximus, ex
,, qua boni viri nominantur: & huic co-
,, niuncta Beneuolentia, quam eandem, vel
,, benignitatem, vel liberalitatem appellari
,, licet. Sed iuſtitiæ primum munus eſt, &
,, ne cui quis noceat, niſi laceſſitus iniuria:
,, deinde, vt communibus vtatur pro com-
,, munibus, priuatis, vt ſuis. Equidem Iu-
ſtitia, virtus eſt illa omnium domina, cæ-
terarumque regina; à qua in omne ho-
minum genus leges, & iura manarunt:
quæ benefactis honores, & præmia; male-
factis ignominias, & ſupplicia proponens:
ſtudia bonorũ excitat, malorũ improbita-
tẽ exercet: Qua igitur ſublata, non domus
vlla, non ciuitas, non hominum inter ſe
ſocietas, non ipſa denique vniuerſitas re-
4 rum ſtare, ac tueri ſe, vllo temporis ſpa-
tio plenè, ac perfectè queunt. Ideoque
ne cæca interdum, & ipſa obrueretur
ignorantia, aut prauo impediretur affe-
ctu; neceſſe fuit, vt quam ex cuiuſque
animis pellebat, vel tarditas cordis, vel
praua affectio, legum confirmaret vis; &
poteſtas maior. Quamobrem id, quod
ex vſu erat omnium ad quietè, & benè
viuendum permiſſum communi conſen-
ſu ijs, quos cenſebant ſapientiſſimos eſſe,
homines magni iudicij, & quietis, affe-
ctibus; vt ipſi, quam ęquitatem mentis
ſuæ lumine eſſent intuiti ad publicas vti-
litates ederent: eam, ſi videretur, acci-
peret hominum cætus, confirmaretque,
& conſtabiliret magna poteſtate, pœnis,
& metu.

Magni ergò iſti viri, quibus hoc nego-
tium ab alijs erat demandatum, libenter
5 vtique, ſi potuiſſent, æquitatem ipſam
poſuiſſent populis ob oculos, quo nihil
fuiſſet conducibilius congregationibus, ac
ſocietatibus hominum: ſed cùm æquita-
tis directio ſiue moderatrix lex (quæ ſe-

cundum Angelicnm præceptorem *2.2.q.*
90. art.1. eſt regula, & menſura actuum
agendorum, vel omittendorum) de
omnibus cauere nequaquam poſſit *l. non*
poſſunt ff. de legibus. ſtandum, fidendumque
ideòque ſit illius interpretibus, vt fortè
ineptis, & ignaris, qui vel æquitatem
malitioſè fingunt, vel cum iniquitate
ignoranter confundunt: non Artem qui-
dem æqui, & boni, vt ſtatim, *initio iuris*
ciuilis. Ius ipſum finitur; ſed iniqui, &
dupliciti accipimus mali, & quamquã in-
uiti cogimur ſectari. Æquitas nãq; ſimula-
ta, nõ eſt æquitas, & approbata lex, ſed du-
plex iniquitas. *Io. Andr. in cap. vt circa in fin.*
de elect. Iſti vtique in ſuis documentis, &
inſtitutis, leges alias ſuper alias congeren-
di prorſùs ignorant finem, quod eſt plu-
res leges tenere, non plures intelligere:
illud commune, & vſitatum, *auth. de triente,*
& ſemiſſe. §. conſideremus. nobis ſubindè oc-
6 cinendo: Erubeſcimus, ſcilicet, ſine lege
loqui. At quid eſt ſine lege? Si fortè
abſque citatione capituli alicuius legis: &
quid poteſt dici imperitiùs, quid ineptius,
quàm non eſſe loquendum ſine huiuſ-
modi lege! Citant quidem hoc modo le-
ges, ſed non vt Legiſtæ; ſed non aliter,
quàm legum Indices, & Elenchi. Ve-
teres profectò illi æquitatis antiſtites ad-
ducebant interdum placitum aliquod
maiorum ſuorum, qui Iuris magis va-
luiſſent ſcientia, ſed rarò, ſed leuiter, &
magis acquieſcebant ratione, quàm alte-
rius ſententia, atque opinione. Leges
verò multò rariùs: nam de illis conſtabat:
de interpretatione autem earum erat quę-
ſtio. Leges quippè multæ ad vnum pro-
poſitum non ſunt allegandæ, maximè
vulgares; ſed ſufficit ex multis vt allege-
tur vna *l. ſcire §. fin. & ibi Bartol. de excuſ. tut.*
& facit. Gloſſ. ſecundùm Zabarell. in clement.
ſæpè de verb. ſigni. Sin autem (quod & ve-
riſimilius eſt) ſine lege, eſt ſine ratione,
ſenſu, & modo: erubeſcant profectò, qui
ſine ratione, & ſenſu ſemper loquuntur,
& ſine lege, ſuas leges profundunt. Quod
eſt vtique oſtentatio magis memoriæ,
quam Legum explanatio. Legis quidem
ratio, anima legis dicitur. *l. cùm pater. §. dul-*
ciſſimis. de lega. 2. Quinimò ſi legis ratio
vincat legem; poteſt tranſgredi legem
Barto. in prima conſtit. digeſtorum. §. tria ad fin.
per Gloſſ. in l. qua ratione §. licet. de acquir. re-
rum domin.

Quidam prætereà, vt non legerunt le-
ges ipſas, ſed epitomas quaſdam, ac ſum-
7 maria, quas rubricas vocant, atque vtinam
eas omnes, vbi de hoc, aut de illo nego-
tio aliquid legerint dicere, multas leges
duntaxat coaceruare videntur, quas ad
negotia vix applicare valent: in quo præ-
ſertim non paruam, & imperitiæ, & tor-
poris ſui partem vndecunque manife-
ſtant. Legum enim rubricæ, vtique alle-
gari poſſunt, dummodo integræ, & au-
thenticæ ſint. *Specul. de diſp. & alle. §. 6. ver.*
& nota. Rubricæ nanque colligunt ſæpè
priorem legis partem, poſteriorem re-
linquunt. Iſti ex rubrica citant legem,
cuius prior pars vtcunque videtur pro
eis facere, poſterior autem eſt omninò
contraria, ita vt ſuimetipſi gladio crebro
ſe iugulent. Alij autem prolixum ex de-
cem, aut duodecim conflatum ſententijs
proponunt ſermonem, in fine verò adij-
ciunt: Et ad hoc faciunt illa, & illa lex;
cum ea tantum ad vltimam, & quidem
leuiter faciunt ſententiam: in qua tamen
ſententia minimè cardo erat negotij,
Etenim Lex intelligi debet non vtcunque,
ſed ſecundum materiam de qua in titulo
ſub quo eſt poſita. *Barto. conſ. 13. ex facto.*
num. 4. ver item lex illa. lib. 1. Etiam ſi ver-
ba legis ſint dubia, vel æquiuoca *Abbat.*
in ſua q. 1. incip. Angerio. col. 7. ver. cùm autem
8 *illud. circa princ.* Alij pariter, cùm longam,
& diffuſam aliquam proferant ſententiam,
legem afferunt, in qua duo, aut ad ſu-
mum tria poſtrema tam diuturni ſermo-
nis vix reperiuntur verba: non ſatis ad-
uertentes, quod leges rebus; nequaquam
imponuntur verbis *l. fin. & ibi Bald. C. de*
vſuris. in ſpec. de procura. §. 4. ante ver verum.
Quia lex non debet inſeruire de vento, &
eſſe ludibrio, & reddi eluſoria. *Bald. in*
tract. ſchiſma 2. col. in ſpec. de aduoca. §. 6. ver.
porrò de iura. calumn. §. 5. ver. quid ſi reus. &
Rom. conſ. 428. in terminis. n. 12. ver. ijs tamen
non refragantibus. Sunt qui etiam leges om-
ninò falſo citant, & alias ſuper alias impu-
denter, & confidenter: Nam adeò mul-
tas ſimul aggerunt, vt nemo ſit tam fer-
reus, & patiens, qui eas ſingillatim ſu-
ſtineat excutere. At quod malè ab vno
citatum eſt, fide illius citatur ab alijs plu-
rimis, peiùs. Hos autem interdum me-
miniſſe percuperem, quod allegans cor-
rectas falsò, vel falſas leges, & ſtatuta,
de falſo regulariter debet puniri. *Bald. in*
l. 1. in 1. col. ver. not. quod producens. C. de inſtit.
& alij apud Bertach. verb. allegatio. lit. A.

Nec demum deſunt alij, qui linguæ ele-
9 gantioris ſpecie inaniter permoti proba-
tam, & ſanam veterum Iuriſtarum (quo-
rum alias parum refert elegantia ſermo-
nis: cum Iuriſprudentia, non verborum,
ſed rerum ſit notitia, *l. iuſtitia §. fin. de iuſtit.*
& iur.) nouis hæreticorum iuris pruden-
tiæ enormiter poſtponant libris, in qui-
bus ſæpiſſimè latent hæreſum ſpinæ, &
impietatis zizaniæ. Hi profectò miſelli,
omit-

omittendo ſalubria, & viciſſim damnoſa ſectando, ſe, ſuamque conſcientiam, manifeſto exponunt periculo, imminentique iacturæ. Horum nanque librorum lectio hamus eſt, quo ineſcantur imprudentium mentes, illum ſi attigeris, lædit; ſi compreſſeris, necabit. Scintilla eſt cineri doloſo ſuppoſita, ſi ſolum illam aſpexeris latet; ſi commoueris, vrit. Fallax eſt Caphareus, facem præferens ad morum honeſtatem; vt apparet, tutiſſimam; vt eſt, periculoſiſſimam. Meritò quidem anno 1564. vt conſtat *ex Bulla 77. tom. 2. Bullar.* in indice, qui habetur ad calcem Concilij Tridentini, cum reliquis, Pius IV. etiam approbauit regulam ſecundam, in qua prohibentur omnes hæreticorum Libri, licet de religione non tractantes, dummodo à catholicis Theologis, Epiſcoporum, vel Inquiſitorum iuſſu examinati, & approbati non fuerint. Nam ſub ſpecie blanditiarum, venuſtatum, ſimiliumque nugarum, hæretici plerumque ad reſtinguendos omnes pietatis igniculos, & rerum diuinarum ſenſum ſtirpitùs de humanis euellendum pectoribus, huiuſcemodi validis vtuntur captiunculis. Hoc enim primum excogitauit Dæmon, vt per ſacrarum cæremoniarum irriſionem, turpeſque contemptus, ad hæreſim ſpargendam ſibi viam communiret, tum eaſdem iam diſſeminato errore conſtanter retineret. Itaque omnes fermè hæreticorum
10 miniſtri ſunt ineptè ſatyrici, & proteruè dicaces, auentque ſæpè ludere, & rancidos aliquot iocos ſpargere in claues Eccleſiæ, & Petri cathedram, & Summi Pontificis crepidam, & Indulgentias, & Roſaria, & Habitum religioſorum, & Ignem Purgatorium, & ſi quid ſimile. Eo autem quiſque facundior eſt, quo pluribus his condimentis orationem intingit, quibus ſi fuerit deſtitutus, inſtar eſt implumis auiculæ. Ex quibus inferre manifeſtè licebit, quod cùm Hæreſis quædam dicatur labes *clement. 1. §. 1. de hæreſ.* & contagioſa ſicut lepra *ibidem §. verùm 2.* eius, graui ſaltem ſuſpicione, legentes, retinentes, vel typis mandantes præfatos libros, haud parùm reputabuntur infecti; ex traditis per Eimericum *in 2. p. direct. inquiſit. præſertim q. 55. Pennam, ipſius commentat. ibidem. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 6. & alios apud Lezza. in ſumm. verb. hæreſis n. 4.* Perindeque denuntiari habent, quamquam leui duntaxat ſuſpicione fuerint notati *idem Lezz. ibidem n. 5. & remiſſiuè verb. accuſator. n. 7. & alibi*.

At Iuriſconſultorum generalia hacte-
11 nus expoſita vitia (ne cætera aliquando reticendo, ſpecialia ſubdolè obticuiſſe videamur) miſſa quæſumus faciamus. Et vt Iuſtitia virtutum omnium præclariſſima, plurimum in rebus humanis ſplendoris, ac dignitatis obtinet: ſic Iudicum delicta, ſtatim præſentiarum in limine, tanquam dedecoris, & ignominiæ plena, acriori, arctiorique ponenda ſunt examini. Duplicem itaque (vnicam, & veram penitùs ignorantes) Iuſtitiam faciunt; vnam ciuilem, naturalem alteram: quarum apertiſſimè, cùm *ad Romanos* 10. loqueretur Apoſtolus, mentionem fecit, dicens: Ignorantes enim iuſtitiam Dei, & ſuam quærentes ſtatuere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti. Sanctus proinde Zeno Veronenſis Epiſcopus *ferm. de iuſtit. in princ. tom. 2. Bibliot. PP.* hæc diligenter attendens, cauſam deceptionis, eorumque interitus, & exitij, his verbis mirificè expreſſit. Sed cùm de futuro (inquit) nihil opinantes, præſentis tantùm vitæ commoda inſpiciant, falſamque aduerſus veram, pro vera defendunt; ſic vtramque, mediis è manibus, oculis patentibus perdiderunt: Dei, cùm ſtultam putant, quòd laboret diſpendio ſuæ, non dicam facultatis; ſed etiam, ſi opus ſit, & ſalutis, aliis magis prodeſſe, quàm ſibi: Suam, quia quamuis ſit ſapientiæ nomine falsò veſtita; tamen ſuis commodis conſulendo, quod ſine alienis incommodis omninò non poteſt procurari, à quouis verè ſtultiſſimo, negari non poſſit iniuſta. Hinc Dei abiecto timore,
12 eiuſque ſupernæ, ac intemeratæ iuſtitiæ penitùs excuſſo iugo, contra naturales, ac diuinas leges, quicquam malitiæ, aut nequitiæ non eſt, quod intentatum relinquant. Quarè iuſtitiam, & æquitatem in primis parùm nutriunt, eique fauent. Cui profectò iniquitati, id manifeſtè opponitur, quod habetur *in ſpecul. de aduoca. §. 5. ver. commendet autem §. 6. ver. vel tali ad inſtantia, & ver. tali coram Imperatore, & ſequent.* Vt, nimirum, Iudex ſit iuſtus, & æquus, æqualis, medius, & communis ad dexteram, vel ad ſiniſtram. Iudex quippè dici non debet, in quo non eſt iuſtitia. *ibid. de iudice deleg. § 8. ver. item quod eſt in odio & ſequent.* Deindè, Iudices perturbationibus, animique paſſionibus in iudicando ſolent moueri validis, cui proindè, quæ *in clem. 1. §. 1. cum gloſſ.* differuntur, minimè cohærent. Nam (vt ibidem extat) Iudex carere debet paſſionibus animi, quia prece, pretio, odio, vel amore moueri non debet. Vnde acceptio perſonarum, eum nequaquam decet, *ſpecul. de iud. deleg. eodem §. & verſ. item quod eſt odio.* Eique ſolummodo parti inclinandum eſt, cui fauent potiora iura. *cap. ſuborta, & ibi DD. de re iudic.* Præterea negligenter, valdeque oſcitan-

tan-

tanter, ac præfunctoriè cauſas, & iudicia tractant: cùm debeat Iudex cuncta diligenter inquirere, & rerum ordinem indagare, & alienam neceſſitatem ſuam exiſtimare, & delinquentes canonicè punire. *Specul. de offic. ordinarij, §. 3. & tit. de offic. omn. iudic. §. fin. ver. ſecundo videndum, & de reſcrip. præſenta. §. 1. in princ. & de aduoca. §. 6. ver. vel ſic in qualibet.* Nam iudex procedens ſine cauſæ cognitione habetur pro priuato. *Felin. in cap. dilectus col. 1. & 2. de reſcriptis.* Et negligens in cauſis præſertim ciuilibus, tenetur parti, ad intereſſe, *l. 1. C. quomodo, & quando iudex.* Cæterum expertus Iudex, curare quidem debet, ne proceſſus friuolis protelerur exceptionibus. *cap. cum ceſſante de appel. & in l. non ignoret. C. de fruct. & litis expen.* Veruntamen ad ferendam ſententiam, dùm properanter impellitur temerè, & iniuſtè plerumque operatur. Quandoquidem Iudex in ſententiando non debet eſſe ſubditus *l. 2. & ibi DD. C. de offic rect. prou.* Alias voluntas eius præcipitata, dicitur nouerca iuſtitiæ. Clem. *paſtoralis §. verum.* Sicuti probus iudex non debet eſſe nimis crudelis, aliàs remoueri poteſt *l. 1. & ibi Bart. C. de offic. præfec. Vrb.* ſed non in atrocibus criminibus, in quibus ad coercendos malos, expedit exercere ſeueritatem *l. diuus, de re indi. & Alex. in l. ſi præſes de pœnis.* Denique cum Iudicis incũbat officio violentias prohibere, & malis, ac peruerſis hominibus purgare prouintias *l. congruit. ff. de officio præſ.* iuſtitiæ ſanctitati detrahet apprimè, qui calumniatores, aut teſtes inhabiles, & ſubornatos recipit. *Innoc. in cap. cauſam de re iudic. & Bald. in marga. verb. iudex ver.* 50. Eccleſiatum non conſulit, aut præuidet indemnitati *Abb. c. 1. de conſuet: in 2. col.* & (quod deterius) hæc, & id genus ſimilia iniquè peragendo, qui criminis in propatulo, ſe manifeſtat ſocium. Ab omni propterea iudicio, & tribunali, iuſtè arcendus, & abiiciendus eſt. Quia qui ſocius eſt criminis non poteſt eſſe iudex *Gloſ. in l. filium C. de lib. cauſa.* In hoc itaque vehementer inuehitur S. Cyprianus ad Donatum ſcribens, dum inquit: Inter leges ipſas delinquitur: inter iura peccatur.

Iudicum dignitati, Aſſeſſores propius
13 accedere ſolent, quippe, qui eorundem ſocij, ac conſiliarij communiter nuncupatione gaudent, & fruuntur. Aſſeſſor enim is eſt, quem iudicandi, qui poteſtatem habet, ita ſibi aſſociat, vt in cauſæ cognitione aſſideat, & aſſiſtat, ſeque ad decidendum probè, ac diligenter inſtituat *l. 1. C. de aſſeſſ.* Quare, ſicut vtorumque ferè indiuiſum, & indiſcretum eſt munus: ita defectus, & vitia habent vt plurimum participare communia. Malitia tamen in hoc Aſſeſſores, Iudices excedere, & ſuperare ſolent: quia magis prauo obeſſe valent conſilio, quam Iudices authoritate, & potentia. Homulius idcircò (*lib. 7. cap. 2.* teſtante Fulgoſio) optare ſolebat potius malum Principem, & Rectorem, qui bonos haberet conſiliarios, & amicos; quam bonum, qui malos haberet, quibus rerum adminiſtrationem committeret. Nam ſuadere plus eſt, quam compellere. *ff. de ſeru. corrupt. l. 1. §. perſuadere.* Non enim Roboam. 3. *reg.* 12. reſponderet populus. Quæ nobis pars in Dauid, vel quæ hæreditas in filio Iſai. Non vtique lapidibus fuiſſet obrutus Adniam: neque Iſrael recederet à domo Dauid, niſi peruerſum iuuenum conſilium, ipſum Regem impuliſſet Roboam ad augenda, & aggrauanda tributa. Et quidem Nero, quamquam natura crudelis; conſiliariorum tamen ſuorum inſuper inſtinctu, multa contra dignitatem fecit: crebrò cum ab illis audiret: Tu hæc pateris? tu hoc times? ignoras te Cæſarem eſſe? teque illorum poteſtatem habere, non illos tui. *Xephilinus in eius vita.* Ex quibus, & iure quidem, quiſque eorum obligatur ex conſilio fraudulento *ff. de reg. iur. l. conſilij non fraudulen.* Atque interdum pluſquam faciens punitur 86. *diſt. tanta in fin. & 11. diſt. q. 3. quos conſentit.* Et ſæpè ſæpiùs vt Perillus, qui Phalaridi taurum donauit æneum ſuo periit inuentu; ſic aliquoties malum conſilium in caput redundat authoris. Vnde lepidè *lib. 1. in eutrop.* Claudianus cecinit.

Quam benè diſpoſitum terris, vt dignus iniqui
Fructus conſilij, primis authoribus inſtet:
Sic multos, fluuio Vates arente per annos,
Hoſpite, qui cælo monuit placare tonantem.
Inuentas primùm Buſiridis imbuit aras:
Et cecidit ſæui quo duxerat hoſtia, ſacri.
Sic opifex tauri; tormentorumque repertor,
Qui funeſta nouo fabricauerat æra dolori.
Primus inexpertum Siculo cogente Tyranno.
Senſit opus, docuitque ſuum mugire iuuencum.

Quanquam poſtremò inter ſatis inter-
14 ſit perſonas, quæ nec agunt, nec in iudicio defendunt, ſed cauſis duntaxat adminiculum præſtant, quemadmodum in forenſibus ſunt Aduocati. (Aduocati enim ambigua facta cauſarum dirimunt, quæque defenſionis viribus, in rebus ſæpè publicis, & priuatis laſſa erigunt, fatigata reparant. *l. aduocati C. de aduoc. diuerſ. iudic.*) & inter illos, qui alieno nomine agunt; & defen-

defendunt; de quorum cætu ſunt Procuratores, & Defenſores ad lites, & iudicia
„ (Procurator enim eſt, qui aliena negotia,
„ mandato domini adminiſtrat. *l. procurator. ff. de procur. & defenſ.*) Veruntamen, quia in vitijs, defectibuſque quamplurimùm vtrique communicant: communi pariter, & indiuiſa nota paſſim ſignandi, & cenſurandi ſunt. Hi profectò videntur eſſe, qui vt in profeſſione turbulenta clareſcant ad expugnandam veritatem, ore mercenario procedentes per proſtitutas frontes, vileſque latratus, quo velint aditus ſibi patefaciunt crebros; & in Iudicum curiis, inſolubili nexu vincientes negotia, laborant vt omnis quies litibus implicetur, & nodoſis quæſtionibus de induſtria iudicia circumſcribant. Quæ cùm rectè procedunt, delubra ſunt æquitatis: cùm autem deprauantur, foueæ fallaces, & cæcæ, in quas ſi captus ceciderit quiſquam, non niſi per multa exiliet luſtra ad vſque ipſas medullas exuſtus. Sed vt altius videantur iura callere, Trebatium allegant, & Cæſallium, & Alphenum: & Aruncorum, Sicanorumque iam diù leges ignotas, atque ab hinc ſeculis obrutas multis, & ſepultas. Quod & ſi patrem quis ſe finxerit occidiſſe multas ſuffragantes illi abſolutionem lectiones reconditas pollicentur, ipſum præſertim ſi nummatum ſenſerint: adeò vt miſeri non ſemel exclamare cogantur litigantes, quod incertus quidam Author apud Cauſſinum. *de eloquent. ciuil. lib. 12. cap. 19.*

O diræ lites! O iurgia dira Deorum:
O furijs, creboque ſatæ! mortalia ſemper
Continuò, diro laniatu corda ſecantes.

Neglectò nanque Patronatus officio, dum Cauſidici ſunt indocti, clamoſi, iniuſti, rapaces: ſplendorem illius præclari nominis cuius tam honorificè Theodoſij, & Valentiniani Nouella *de poſtulando*, meminit, peſſimis inquinant ſordibus, & fœdant. Eos *in epiſtola ad Ioannem*, vocante, & appellante Sineſio: Homulos impudentes,
„ in omnibus præpoſteros, atque peruerſos,
„ conuiciatores, malorunque architectos.
„ Quoniam: Nec fides integra manet (an-
„ nal. 11. inquit Tacitus) vbi ſpectatur ma-
„ gnitudo quæſtionum, quod ſi in nullius
„ mercedem negotia tueantur, pauciora
„ erunt: nunc inimicitiæ, accuſationes, odia,
„ & iniuriæ foueantur: vt quomodo vis mor-
„ borum pretia medentibus; ſic fori tabes
„ pecuniam Aduocatis, Patroniſque ferat.
„ At de his hactenus; cùm alias *lib. 2. cap. 9.*
„ *10. & 11.* ſuperiùs diſſertum ſit ad ſatietatem.

CAPVT XI.

Qualem vtrumque crus ad ambulandum facultatem exhibet; talem in Medicina experientia, & ratio obtinere ſolent: adeò vt earum altera, vel in Medicis depereunte vtraque; eoſdem, quos hic ipſi præſertim deteſtantur, ſuæ incutere arti coguntur errores.

SYMMARIVM.

1 *Hominem Natura probè docuit vitam ſeruare non tantùm, verùm etiam morbis oppreſſum quantocius ſubleuare. Quare ſicut ad ipſam alendam, quæ ad eſum, quæque ad potum pertinent animaduertit: ita languoribus varijs affectam, quibus eidem ſuccurreret medicamentis modum, atque artem prouidè excogitauit.*

2 *Quia verò eſculentorum varietas, ac multitudo corpus noſtrum, mentemque vehementer opprimunt: ita pariter in ipſa nutritione, non leuem ex illorum nimietate, & abundantia, vita noſtra læſionem, & cladem experiri ſolet. Quam vtique minorem tenuioremque Medicina recipiet, dum ſuis profeſſoribus philoſophicum defuerit iudicium, rerumque vſus, atque experientia.*

3 *Ex quo proindè defectu, omnis error in arte originem trahit: Nam quidam ſolis experientijs, ſuis, vel alienis ita confidunt, vt vbique valere, ac de quocunque firmiter arbitrentur. Qui tamen medendi vſus veluti fallax, & periculoſus, à rationalibus, & exercitatis Medicis communiter reijcitur, & reprobatur.*

4 *Negandum tamen nequaquam eſt, experientijs plurimis totam conflari artem. Sed cùm ſingula experimenta ex alijs, & ſic deinceps conficiantur, ea velle determinare incidere eſt in ambiguam rationem. Quare iudicium cum experientia neceſſe eſt adhibere, vt ſingula in remedijs obſeruentur, quæ videlicet, quando, vbi, quibus, & id genus cætera.*

5 *Acriter idcirco pluribus in locis Empiricos carpit Galenus. Nam medendo conijcere oportet, & robur, & morbi cuiuſque modum, hominis, item naturam, atque ægrotantis in victu conſuetudinem, non ſolùm in cibis, verum etiam in potionibus, ne quicquam ſtultum, & ineptum Medicina operetur. Cum quo adhuc ſtat, vt pauci ſint, qui philoſophica inducantur ratione, plerique verò, qui omnia experientijs committant.*

Quo-

6 *Quocircà factum eſt, vt omnium quæſtuoſiſſima vbique dicta ſit huiuſcemodi ars. Eius tamen maximè caueant profeſſores, ne ſine conſilio, & ratione aliquid in ipſa operentur. Quinimò ſe peccare ſciant, dum non ſolum ſcienter applicant infirmo medicamenta dubia qualia plerumque ſunt empirica; verùm etiam ſi probabilius exiſtiment ea profutura. Cùm meliùs ſit ægrotum relinquere in manu creatoris, & beneficio naturæ, quam ipſum periculo exponere.*

7 *Sunt è contra præterea non pauci, philoſophicis quidem præceptis ſatis inſtructi, ſed vſu artis ferè deſtituti. Hi nimium iuniores ſunt illi, qui vix ex aliqua, proxima in oppida, demiſſi Academia; ad vſum tamen, & opus, inexpertas illicò admouent manus. Nec (& quod deterius eſt) à veteranis veluti tyrones ferunt admoneri, quibus ſe adæquatos, nominis vident honore.*

8 *Tenentur idcircò tales (ſicut & imperiti cæteri) dum ægrotis nocent, lege Cornelia de latronibus, & ſicarijs. Nec mirum quidem ſi per hanc illis comparentur legem: cùm in hoc à latronibus præfatis diſcrepent Medici duntaxat, quod illi in ſyluis, & montibus; iſti verò in vrbibus, & domibus, ſolent inſidiari.*

9 *Vrbium propterea Rectores, & Magiſtratus enixè monentur, qui cùm horum temeritatem, & improbitatem coercere poſſint, & debeant, ipſos impunè, hominum in capita potiùs graſſari ſinant. Hinc profectò ſine dubio eſt, quod eorum nullo pacto deſiſtit iactantia; adeò vt, quòd ſemel ex ijs quiſquam dixerit, ac ſtatuerit, ne ceſſiſſe in congreſſu videatur; omni conatu pertinaciter defendere contendat, eòque obſtinotiùs, quò eſt imperitior.*

10 *Cùm autem ex ijs, quæ hactenus in Medicos, eorumque exercitatam artem fortaſſe nimis mordicus dicta manent; de facili quis ſuſpicari poſſet, aliquem apud inuidos in ipſos quandoque irrepſiſſe liuorem: Nihilominus, omnis adhuc præconcepta penitus ceſſabit ſuſpicio, ſi Medicos nequaquam, aut Medicinam, ſed eorum deteſtabilem carnificinam, apud bonos meritò ſemper odio eſſe habitam mitiùs, æquiuſque dignetur animaduertere.*

11 *Ii quoque Medici valdè vituperantur, qui vulgi duntaxat gratiam, & plauſum ambientes, miſeros ægrotos, vacillanteſque valetudinarios diuturnis remedijs, longiſque obſeruotionibus, non impunè modò, verùm inſuper cum lucro inter mortis metum, & cruciamenta vitæ miſerabiliter conſtituunt, & conſtitutos detinent.*

12 *Sunt demùm aliqui, qui ſtellarum agmen omnium ſanitati ità mancipatum confidentiſſimè credunt; vt nobis in cunctis earum influxus addictè famulari firmiſſimè ponant. Quare non niſi elato benigni ſideris lumine, nec cibum ſumere, aut bibere, vel aliquid aliud agere, quos ſemel ſuſceperunt ad curam, vlla pacto permittant: Vnde meritò redarguuntur.*

13 *Ad Medicos paræneſis; eos benignè hortando, vt ægrotis ſummè velint prodeſſe, minimè verò nocere. Vnde cautè mederi habent, omnia ſcilicet antecedenter ad operationem ſedulò meditando: ne pharmaci experientiam, infirmorum maxima cum iactura (egenarum præſertim) in poſterum ſaltem conuincantur capere.*

CVm ingenij Dei munere; qua ratione
non tantùm vitam conſeruet; verùm
1 etiam, qua via poſſet morbi, occurrentibus ab inuaſionibus ipſam præſeruare;
mentem, & vim inquirendi homo liberaliter ſit adeptus: primum omnium amor
tuendi ſui, quem illi indidit, natura, quotidianis neceſſitatibus, & periclitanti illi
diſcordium humorum concordiæ, cum epulis docuit ſubuenire. Animaduertit
idcircò ante omnia; quæ nam ad ſe alendum, ac ſubſtentandum ſumeret: nempè
quæ ad eſum, quæque ad potum pertinerent; vt vtilia à noxijs diſtingueret, & quemadmodum
paranda, & conſeruanda eſſent, calleret. Inde autem, congruentiæ
illi iam deturbatæ, ne id vel accidat, vt obuiaret, medicaminibus ſuccurrere inſinuauit.
Quandiù enim corpus multis eſſet languoribus, tanquam renaſcenti ſubindè
tyrannidi obnoxium, quæſinit quibus, & ſe muniret aduerſus morbum, ne
inuaderet, & poſtquam inuaſiſſet propel-
2 leret omninò. Quia verò, lib. 2. ſatyr. 2.
Lyrico improperante vate:

——— ——— ———variæ res
Vt noceant homini credas, memor illius eſcæ.
Quæ ſimplex olim tibi ſederit: at ſimul aſſis
Miſcueris elixa: ſimul conchylia turdis:
Dulcia ſe in bilem vertent: ſtomachoque tumultum.
Lenta feret pituita. Vides vt pallidus omnis
Cœna deſurgat dubia? quin corpus onuſtum
Heſternis vitijs, animum quoque prægrauat vna:
Atque affigit humo diuinæ particulam auræ.

In nutritione idcircò, & alimento ipſo; dapum multitudine, ac varietate, vita noſtra haud leuem, paruique ponderis vtique

que cladem recipiet, atque iacturam. Nam
vitium ventris, & gutturis, non modò
minuit ætatem hominibus, ſed vt pluri-
mum aufert, cum Ecclef. 37. apertè ſcrip-
tum ſit: Noli auidus eſſe in omni epu-
„ latione, & non te offendas ſuper omnem
„ eſcam. In multis enim eſcis erit infirmi-
„ tas, & auiditas appropinquabit vſque ad
„ choleram; Propter crapulam multi oble-
runt. Nec minoris diſcrimen exitij pati-
tur præterea hæc, quę hominum morbis
remedium affert medicatrix facultas: nec
à communi corruptelæ peſte redditur im-
munis: dum vel profeſſoribus deeſt expe-
rientia, & vſus rerum; vel philoſophicum
iudicium; quando ab experimentis; acri
„ adhibito iudicio, nata eſt hæc ars, & au-
„ cta. Nam vbi dogmata, & cognitio ſcho-
„ læ philoſophicæ, & excultum ab ea iudi-
„ cium experimenta non regit, caſus eſt, &
„ temeritas Medicina, non ars. *Viues lib. 5. de cauſ. corrupt. artium cap. de medi. propè princ.*

Ex his igitur Medicorum inſcitijs, om-
3 nium errorum fons, & origo in arte ema-
nauit. Quandoquidem multi ſolis expe-
rimentis, vel ſuis, vel ſæpè etiam alienis
adeo confidunt, vt iudicij, & obſeruatio-
nis huius vniuerſalis inopes, & inermes;
experimenta vbique valere firmiter arbi-
trentur; cùm ea tantummodo poſſint in
morbo aliquo fæminæ, quæ viro noceant:
nec idem puero, & ſeni conueniat: bilio-
ſo, & pituitoſo in hieme, & in æſtate; in
hac orbis plaga, non verò in illa. Prima
quidem, dubio procul, fuerunt experi-
menta, vnde collecta ſunt paulatim, quæ
profuiſſent remedia, & medicinæ ars fau-
ſto omine inchoata eſt. Nam vetus val-
dè rudis, & empirica illa fuit: atque ea,
quæ caſu inuenta erant alicui proficua,
epilogiſmo etiam reliquis, qui ſimili mor-
bo laborare videbantur, accommodare
„ ſolebant, vt *lib. 2. cap. 12. n. 2.* ſuperius me-
„ morauimus. Sed quia experientiæ (apud
„ Viuem loco nuper citato inquit Hippo-
„ crates) fallaces ſunt, mutantur ætate, ſe-
„ xu, conſtitutione corporis, loco, tempore:
huiuſmodi medendi vſus veluti periculo-
ſus, & apprimè fallax, communiter à ra-
tionalibus, & exercitatis viris reiectus, &
exploſus fuit: Quia periculoſa experien-
tia eſt niſi tractetur cautè; hoc pacto *claſ. 4. lib. 2. cap. 2. de dignoſ. pulſ. prope med.* ratio-
„ cinante Galeno: Verum quæ ab experien-
„ tia ineundæ rationes ſunt; non perinde
„ faciles. Nam quod eſt in omni expe-
„ rientia, id hic item; ne dum nihil diſtin-
„ guimus, & confusè rem tractamus, offen-
„ damus, periculum eſt. Negandum proin-
4 dè nequaquam videtur: Experientijs plu-
rimis totam conflari artem: Hoc quidem
non ſingulare, ſed commune proloquium
eſt. Sed idem Galenus, qui præ cæteris,
claſs. 1. in iſag. lib. de ſubfiga empirica cap. 2. li-
benter illud probauit; hæc ſcitu digna vl-
terius adiecit. Nam ſicut ex plurimis ex-
„ perimentis, ſcilicet, tota conflatur ars; ita
„ ſingula experimenta ex multis experien-
„ tijs conficiuntur: quas quot eſſe oporteat
„ velle determinare, incidere eſt in ambi-
„ guam rationem, quam quidam Soriticam
„ vocant. Soritas enim (*Rob. ſteph. theſ. ling. lat.* teſte) captioſum, & multiplex argu-
mentandi genus eſt; in quo ex vno con-
ceſſo, ad multas concluſiones connexas
aſſurgimus. Vnde plerumque, ex aliqui-
bus veris, multa falſa deducimus. Iudi-
cium idcircò cùm experientia neceſſe eſt
adhibere, vt ſingula in remedijs obſeruen-
tur: quæ videlicet, quando, vbi, quibus
„ &c. Quandoquidem: Qualem facultatem
„ ad ambulandum vtrumque crus exhibet
„ (*claſ. 5. de compoſ. pharmac. lib. 8. loc. 2. cap. 7.* in-
„ fert Galenus) talem in medicina experien-
„ tiam, & rationem habere; Quia (vt po-
„ ſtea *claſ. 7. metho. medendi lib. 3. cap. 1.* ſcitè
„ concluſit.) Empirici quidem per expe-
„ rientiam inueniri omnia contendunt:
„ nos partim experientia, partim ratione:
„ cùm neque illa inuenire omnia queat,
„ neque ſola ratio.

Acriter ſubindè, huiuſcemodi Empiri-
5 cos, qui omni poſthabito iudicio, & ſe-
mota ratione, medicam totam artem in-
niti putant experientiæ, pluribus in locis
inculcat paſſim ipſe Galenus. Præſertim
autem, *in iſag fragmento quodam aduerſus Empir.* vbi fatuos, ignorantes, impudentes;
magis quam pecude ſtupidos, ac lapidibus
inſenſibiliores appellat. Item *claſ. 5. de theriac. ad piſon. cap. 3.* vbi eoſdem indiſci-
„ plinatos, & irrationales vocat, dum ait:
„ non enim ſic, & nos medicinarum noti-
„ tiam aſſequimur, quemadmodum qui
„ ſe empiricos, ab ſola experientia cogno-
„ minant. Illi enim omiſſa diſciplina, quæ
„ rerum naturam inueſtigat; quoties obla-
„ tos ægros, nulla ratione curant, turpiter
„ profitentur ſe remedia partim ab inſom-
„ nijs, partim à fortuna ſuſcipere. Syndro-
men demum eorum (hoc eſt ſymptoma-
tum; omnium eorum, ſcilicet, quæ præ-
ter naturam ſunt congeriem, vt ipſe *7. claſ. lib. 2. meth. meden. cap. 4. in fin.* diligenter
explicat) carere diſciplina, latè firmiter-
„ que aſtruit *eadem claſ. in lib. Hipp. de vict. rat. in morb. acut. comm. 2. n. 36.* Nam conijcere
„ oportet (loco dicto inquit Hippocrates)
„ & robur, & morbi cuiuſque modum, ho-
„ minis item naturam, atque ægrotantis in
„ victu conſuetudinem, non in cibis ſolùm,

Digitized by Google

,, verùm quoque, & in potionibus. Cæterum, vt cuique ſalus, & ſanitas eſt commendatiſſima, cui ſupra quam dici poſſit ex immodico indulgemus amore, ita fit, vt nemo omnium hominum aliquid ſe ad ſanitatem noſtram faciens profiteatur dicturum, cui non adhibeamus aurem, præſtemus fidem, ſiue ſit à ratione deductum, ſiue experientia receptum, eoque promptius, cùm vrit morbus, & faces doloris ſubdit acerbiſſimas. Cum hoc tamen ſtat, vt homines perpauci ſint, qui philoſophica indueantur ratione; plerique verò, qui omnia (experimentis quibuſdam præmiſſis) profitenti ſanitatem morbi credant, & confidant.

Quo circa, quæſtuoſiſſima hæc vbique
6 facta eſt ars, Nam quid non largiatur homo ſuo tam induſtrio liberatori? An verò ſit vllus tam inſanus, qui pro aſſequenda valetudine, pecuniæ parcat? His tamen ex aduerſo conſtanter reclamant omnes ferè leges, & decreta. Non enim caſu, perſunctoriè, & oſcitanter, morbis præſertim periculoſis applicanda ſunt remedia. Quoniam Medicus, tria ſaltem non ignorare tenetur: Præterita, id eſt vnde infirmitas originem traxerit; præſentia, in quo ſcilicet gradu, & ſtatu ægritudo exiſtat; & futura, hoc eſt, vtrum curabilis, an mortalis ſit. *Cardinal. Florent. in cap. ad aures de ætat. & qualit. &c. apud Bertach. verb. Medicus, & Caiet. in ſummul. de peccatis, item verbo Medicus.* Quod ſanè ſine conſilio, & ratione, vt patet fieri nequit: quinimo peccare Medicum, qui non ſolum ſcienter applicat infirmo medicamenta dubia, vt ferè omnia ſunt empirica, verùm etiam ſi probabilius exiſtimet ea profutura: cùm melius ſit ægrotum relinquere in manu ſui Creatoris, & beneficio naturæ, quàm ipſum periculo exponere, eundem ſcilicet ſupponendo dubitabili medicinæ, latè ſuadent, & doctè tradunt *in cap. tua nos de homic. Innocentius num. 1. Ioan Andr. circa princ. Anton. de Butrio. num. 15. Anchar. num. 3. Ioan. de Ana. num. 5. Abb. in 5. ad vltimum, num. 4. Felin. verſ. poſtremò ſcias. Angelus verb. Medicus nu. 2. Syluest. eodem verbo q. 4. dub. 1.* quos totis ſequuntur viribus, contra quoſdam Theologos defenſores opinionis probabilis, *Sotus lib. 3. de iuſt. & iur. q. 6. num. 32. Suarez. tom. 4. in 3. par. diſp. 26. ſect. 6. num. 32. Villalob. in ſumm. tract. 1. diff. 1. num. 6. Vaſquez in 1. 2. tom. 1. diſp. 64. cap. 4. in fin. & alij permulti apud Fag. in 1. p. 3 decret. cap. ne innitaris de conſt. n. 373.*

Sunt autem è contra non pauci in hac
7 medica arte, Philoſophiæ præceptis vtique ſufficienter inſtructi, ignari tamen vſus, expertes rerū, qui manum curationibus nihilominus audacter admouēt, cùm huius artis ea ſit præcipua pars, non quæ ſcripta ſunt probè intelligere, ac tenere; ſed applicationi aſſueuiſſe, quæ quando in effectione poſita eſt, ac opere; non eſt ſcientis, ſed experti. Quo pacto Galenus *in iſag. de conſt. artis medic. cap. 2.* Medicinam ex effectiuarum artium eſſe numero (cùm opificium aliquod habeat, quod finita actione poſſit oſtendere) aſſeueranter dixit. Hi nimirùm plerumque adoleſcentes, & iuuenes illi ſunt, qui ſpinis quibuſdam, ac philoſophicis captiunculis (ne dicam ſophiſticis deliramentis) inſtructi, nulla peritia herbarum, animantium, elementorum, denique naturæ huius nullis experimentis, & cognitione rerum adiuti, nulla fulti prudentia; iudicio tamen, & conſilio perquàm imbecillo admittuntur ad honores, & continuò ex Academia, in proxima oppida, & vicos ad ponenda rudimenta artis, tanquam manus immitium carnificum; nec vniuerſales vnquam nouerunt canones, nec deductionem viderunt artis ad vſum, nec ipſi ad opus mouerunt manum; iuuenes vtpotè calidi, & confidentes, omnia temeritati caſuum commendant, Admoneri ſe non ferunt tyrones à veteranis, quibus ſe adæquatos vident honore nominis. Quod ſi autem illi moleſti eſſe pergant, eos aggrediuntur rixis, & ſcholaſticis tendiculis, hinc clamore, & peruicacia aſſeuerationis, conuitijs, maledicentia cogunt ſibi cedere ſenes moderatos, & pugnis huiuſmodi deſuetos, victos effronti confidentia, importunitate, odio. Exemplo proindè cuiuſdam, huiuſcemodi inſtituti Medicaſtri, qui arteriam pro vena ignoranter inciderat; *claſ. 7. lib. 5. method. meden. cap. 7.* monet Galenus: Medicis iuuenibus, & inexpertis parum eſſe fidendum. Nec enim quicquam eſt (iam
,, *claſ. 5. lib. 2. de ſimplic. medicam. cap. 13. in fin.* idem dixerat Galenus) quod non au-
,, deant iuniorum Medicorum quidam. Quod vtique temeritati potiùs, quam ſolertiæ creditur tribuendum (Exercitatum nanque in his omnibus, tùm natura prudentem, *claſ. 7. lib. 8. method. meden. cap. 9. in fin.* oportere eſſe Medicum idcircò docet idem Galenus.) Quæ ſanè animi dotes, artiſque prærogatiuæ, vt 6. *habetur metam.*

——— ſetis venit vſus ab annis:
tyronibus, ac incipientibus, rarò profectò cohærere ſolent.

Qua de re, cùm Medicus nouellus, &
8 inexpertus per Angelum *in l. 1. §. pueritiam de poſt. apud Bertach. verb. medicus,* idem præ-

præſuppohatur, ac imperitus: infirmo
proindè nocens, cumque in aliquo lędens,
ad ea omnia cenſetur teneri, ſicut & im-
peritus, quippè qui malas, & ineptas in
primis ægroto præbens medelas, lege cor-
nelia de ſicarijs tenetur, idem Angelus in
l. neceſſarios §. vbi quis. ff. ad ſyllania, & l.
medicas de var. & extraor. cogni. Item per im-
peritiam malè iudicans tenetur pariter,
per *Gloſſ. in l. ex maleficys, ff. de act. & ob.*
l. illicitas. §. ſicut de offic. præſid. l. qua actio.
§. penul. & ibi Flo. cum l. ſequent. & ſequens,
ff. ad l. aquil. Quinimò tunc fit irregularis,
cap. tua nos de hom. & cap. ad aures de ætat. &
qual. Et talis imperitia facit eum teneri de
dolo, cùm aſſerat ſe peritum de arte me-
dendi, & non ſit. *Flo. in l. idem iuris §. mu-*
lionem ad l. aquiliam. per Gloſſ. fin. in l. 2. ff.
quod quiſque iur. Præterea ſi eius culpa pe-
reat ægrotus, tenetur pœna extraordina-
ria circa corpus ſicut Iudex, cuius culpa
perijt quis in tortura, *Gloſſ. in l. 2. ff. quod*
quiſque iur. vt ſupra apud Bertach. verb. medi-
cus. Nec mirum quidem ſi cum ſicarijs,
latronibuſque, per has vt plurimum alle-
gatas comparetur leges, dum vix quic-
quam inter ipſos diſcriminis, *claſ. 4. de*
præcognit. ad Poſthomum cap. 4. ſe inuenire
apertè fateatur Galenus. Inquit enim:
,, Hocque à latronibus differunt, quòd in
,, vrbibus, non in montibus inſidiantur.

Quæ profectò ſi indoctis dicuntur; vt
9 veriſſima ſunt, ità ſummam Magiſtratus
ſocordiam, & negligentiam arguunt, qui
cùm temeritatem improborum coercere
poſſet, impunè eos in capita hominum
graſſari ſinit hoc ſolo munitos titulo.
Quòd Medici ſint. Quaſi quippè ſola pro-
feſſio medicum faciat, & operatio ipſa.
Quæ cùm in his, vt plurimùm praua, &
inepta ſit, eandem ſanè meretur laudem,
quam cuidam inexperto, & inexercitato
medico, Stratonicus feſtiuiſſimè contulit,
dum: Tuam laudo (dixit) experientiam:
quia non ſinis infirmos computreſcere,
ſed ſtatim eos liberas, *Anton in melis par. 1.*
ſerm. 56. Hic tamen, eorum nequaquam
veſana ſiſtit temeritas: cùm enim ex illis
aliqui, de morbo quopiam in commune
conſulunt, qua malignitate, quo liuore
id faciunt, quanto faſtidio, & vultuoſi-
tate accipiunt alienam ſententiam, qua
authoritate, atque aſſeueratione proferunt
ſuam, qua pertinacia tuetur quiſque,
quod ſemel confirmauit, ne ceſſiſſe videa-
tur: idque eo faciunt obſtinatius; quo
ſunt imperitiores: videlicet, non tam ſpe-
ctantium de ſe iudicium veriti ſi quid cō-
cedant, quàm ſuæ ipſorum conſcientiæ,
cui ſatisfacere ſe non putant, niſi omninò
victoriam alijs fecerint dubiam, aut vi-
ctores ſe, aut certè non apertè victos: nam
cedere appellant vinci.

Nollem tamen ex ijs, quæ ex præſcri-
10 pto duntaxat veritatis (nequaquam ve-
rò ex ingenij licentia) hactenus abundè
diſſerui, in Medicos, artemque medicam
me contumelioſè peccaſſe, cuique arbi-
trari aliquandò poſſe licere; nouumque
repente me Theſſalum, Hippocratis ca-
lumniatorem extitiſſe, dignum qui Ga-
leni alterius contumelijs vapularem, ſty-
loque confoderer. Nam oſorem corpo-
ris, ſanitatis euerſorem, vitæ hoſtem, ſa-
lutis inimicum, humani generis parrici-
dam, & planè myſanthropum exclama-
rent quotquot rationem habent, ipſum
herclè, qui talia tam ineptè cogitaret.
Ego etiam homo ſum, & humani à me
nihil alienum eſſe puto. Corpus itaque,
quo me natura circumdedit, vt nobiliſ-
ſimum peregrinationis animæ diuerſo-
rium, qua decet charitate complector:
Firmam illius, conſtantemque valetudi-
nem, vt neceſſariam ad peregrinationem
illam ſumma fide tueor: Vita, quam re-
rum omnium Conditor, mortalibus com-
modauit, non libenter modò vtor; ſed
fruor etiam iucundiſſimè: Artem medi-
cam veneror: Medicos ardenter amo:
Sed corporis carnificinam ſummè dete-
ſtor; cuius gratia, hanc cenſuram ex In-
duſtria peregi. Siquidem Medicos, qui
odio habent, illis parere negligunt, *Galen.*
claſ. 3. comm. 4. in 6. Hippoc. de morb. vulgar.
tex. 8. quod ego maximè, aliquandò ægro-
tus penitùs abhorrui: illud *Eccleſ. 38.* aſſi-
,, duè perhibente mihi conſcientia mea: Da
,, locum Medico: etenim illum Dominus
,, creauit, & non diſcedat à te, quia opera
,, eius ſunt neceſſaria. Quia verò corporis
carnificinam (quam in re medica, vt nu-
per ſum affatus, valdè execror, & oppidò
vitupero) non minùs ignari, hebetes, &
inexperti exercent Medici, quàm vena-
les, & abiecti illi profitentur Circulatores
(ne dicam cruenti carnifices,) qui (vt
,, verbis *loc. cit. comm. 2. tex. 25.* eiuſdem
,, vtar Galeni) Quotidiè in Ciuitatibus cir-
,, cumcurſant, ſola irrationabili exercita-
,, tione vtentes: eos meritò ad præſens re-
darguendos aſſumo.

Hi profectò, eorum ex grege ſunt, qua-
11 les *claſ. 4. de præcog. ad Poſthomum* deſcribit
ipſos Galenus; qui vulgi tantùm gratiam
ambiunt, artis peritia penitùs neglecta.
Nam infirmos, actuque languentes non
modò, verùm etiam valetudinarios, ita
ſuperſtitioſè curant, cautiùſque cuſtodiūt,
vt in hac mortali, & miſerabili vita quaſi
iugi, & diuturno nimis accuratæ circum-
ſpectionis ſtimulo, & laborioſæ non mi-

nùs, quàm inſuetæ obſeruationis cruce, dirè patiantur, crudeliterque torqueri, ac tandem miſerè, infæliciterque tabeſcere. Experiamur itaque, ſi tam minutam, ac religioſam in valetudinis curationem, operam impendant, vt ab vſitatis, conſuetiſque viuentium delicijs, ſuos prohibendo valetudinarios, inter mortis metum, & cruciamenta vitæ, non tantùm impunè, verùm etiam cum lucro ſanitatem, quam ſolidam cupiebant, euertant; & pro vitæ incolumitate, lentę, hoc eſt, moleſtiſſimæ tractum mortis, hominumque lànienam, illis inhumaniter inferant. Quid ſanè in cælo, Sole, vel ad ornatum pulchrius, vel ad maieſtatem nobilius, vel ad oblectationem iucundius, vel ad vtilitatem fructuoſius? Et tamen huiuſmodi portenta hominum, illius radios, vniuerſo terrarum Orbi ſalutares, tanquam vnicis, ſoliſque ſuis tantummodò curandis valetudinarijs, & infirmis funeſtos, declinandos putant. Quòd ſi quando ita, vel ratio, vel neceſſitas, iter eis inſtituendum præſcribat, vt nolentes volentes impingant in ſolem; tunc enim verò, quaſi qui dira omnia expectet, ſimul & fugiat; obuoluto pallio capite, quam celerrimè ipſos iubent proripere ſe ſe, nec antè conſiſtere, quàm extra ſolis tyrannidem vmbræ monitu, ſe videant euaſiſſe. Nec item de Luna ominantur meliùs, dum curioſiùs obſeruant, illius ſcilicet incrementis, & decrementis augeri, aut minui corporis ſiccitatem; alternis cieri motibus humores, atque æſtuari cum mari dolorum aculeos modò crudeſcere, modò retundi.

Sed, & de gregaria ſtellarum plebe [vt
12 vulgaribus, & ignaris, ſaltem apparenter conſultiſſimi videantur] quid amplius dicam? Hanc enim vaniſſimis, & penè magicis Caldæorum characteribus prius mãcipatam animantium ſanitati famulari confidentiſſimè credunt. Quarè non niſi elato benigni ſideris lumine, & ipſis quodammodò ſtellis prægustantibus, cibum capere, aut bibere, quos ſemel ſuſceperunt ad curam, vllo pacto permittant. Domo nunquam egredi, niſi fauſta præeunte ſtellarum luce. Nullumque tandem, aut aggredi opus, aut ingredi ſinunt iter, niſi poſtquam ſiderum oracula conſultò, ac diutiùs ſciſcitati ſint. Lituo prætereà, quidem non augurali, ſed medico, diuerſas cæli plagas partiuntur, & dirigunt; atque illam capiti peſtilentem; hanc exitioſam pectori; aliam ventis obnoxiam ſeuerè denuntiant. Quamobrem Henrico Piſano, Romanæ Eccleſiæ Legato, *epiſ. 4. tom. 3. Bibliot. PP.* ſcribens Arnulphus Epiſcopus Lexouienſis, rem acu attigit, omneque profectò in
„ ipſa tulit punctum, dum inquit: Illud enim
„ hominum genus, quadam auſteritate
„ ſemper notabile, arti ſuæ reuerentiam,
„ ſola ſeueritatis exhibitione conquirit, &
„ quaſi de benignitate vileſceret, infamat
„ omnia, quæcunque miſer patientis appe-
„ titus expoſcit: Vtinam quod ad victualia
„ pertinet, idem nobis vſus, & abſtinentia
„ præberetur, vt ſuſpicionem communica-
„ tio tolleret, & fidem pietas compaſſionis
„ augeret. Ad hæc defectum imperitiæ ſuæ,
„ culpæ ſemper ægrotantium adſcribunt, vt
„ æger & inedia pereat, & calumniæ con-
„ tumelia crucietur. Denique ad mercedis
„ augmentum ſententioſis ſermonibus in-
„ cedentes, gratiam ſibi miſericordiæ diui-
„ næ præripiunt; vt quod miſeratio Diui-
„ na contulit, de eorum videatur diligen-
„ tia proueniſſe. Ex eorum autem induſtria, interim ne ſtomachus ſatietate diſtendatur, ac nauſeet; inanitate contrahitur, & langueſcit: ne caput vaporibus infuſcetur; debilitate deijcitur: ne ſanguis incaleſcat; vino deſtitutus, ſpiritibus contabeſcit: ne cibis onerentur hypochondria, flatibus cruciantur: ne vires opprimantur ingluuie; franguntur inedia: Vno verbo: Ne ſanitas apertè lædatur, per cuniculos proditur, atque conuellitur: & vt argento, medentium referciantur marſupia; diuturnitate curæ languentium extenuantur vitæ. In quibus vtique grauiſſimè delinquere ſolent; & quicquid inde mercedis illicitè receperint, turpiter furantur, *S. Anton. 3. par. tit. 7.*

Aureæ proinde illius Medicos demum
13 Hippocratis, anxiè modò perciperem meminiſſe ſententiæ, quam 1. *de morb. vulgar. tex.* 50. hanc omnibus profitentibus
„ artem conſultò legauit, dicens: Exerceto
„ circa morbos duo: vt proſis; aut ne quid
„ noceas. Quod adeò tamen vulgatum, tritumque apud omnes eſt reputatum, vt
„ *ibidem comm.* 3. ediſſerit Galenus: Hoc ego
„ tenue duxi aliquando, nec Hippocrate
„ dignum: ſiquidem omnibus hominibus
„ cenſui eſſe perſpicuum, quod debet ſpe-
„ ctare in primis medicus, vt ægris commo-
„ det: ſin minùs, vt certè ne incommodet. Verum tamen, re benè perpenſa, eiuſque Axiomatis, vera explorata ratione, altũ, & Hippocrate dignũ cõmẽdauit proloquiũ.
„ Subdit enim. Poſtquam verò non parum
„ multos vidi claros medicos, iure ob id re-
„ prehenſos, quòd vel in mittendo ſangui-
„ ne, vel lauando, vel medicamento dan-
„ do, aut vinum propinando, aut frigida,
„ offendiſſent; cogitaui mecum fortaſsè, &
„ ipſi Hippocrati tale quid vſu veniſſe: neceſ-

Digitized by Google

ceſſariò itaque multis etiam alijs eius æqualibus medicis. Atque exindè omnibus anteuertendum duxi, vt ſi quandò magnum afferam ægro auxilium, antè perſpiciam apud me, non ſolum quantum profuturus ſim, ſi ex ſententia cadat, ſed etiam ne quid lædam. Vnde cautior in poſterum, & eruditior effectus: non in ægroto quidem (vt fortè, non pauci inſolenter audent) medicamentorum vim vnquam eſt expertus, ſed apud ſe, ſuique in penetralibus ingenij antecedenter, ſedulò non ſemel eſt meditatus. Propterea quaſi glorianter inquit: Nihil itaque vnquam inſtitui, quin apud me prius periculum faceſſem, ne quid, ſi votum non obtinerem, offenderem ægrum. Hoc nanque in arte maximè cauendum eſt, ne pauperum præſertim, deſpectorumque hominum vita (vt in Xenodochijs, ac valetudinarijs quamplurimum vſù venire ſolet) ad aliena largiter exponatur euitanda pericula: Quandoquidem, infirmo qui pharmacum præbet, ad ſumendam de ipſo pharmaco experientiam, grauiter iuſtitiam lædit: quoniam de illo, an profuturum, nec ne, ſicut de cæteris; adhuc probabilis, nulla viguit opinio. Quare probabilia omittendo remedia, vt quis adhibeat incerta, lethaliter peccat; cùm vitam languentis iniuſtè manifeſto exponat periculo, ita *Clauis reg. lib. 1. cap. 10. num. 6. Azor. & alij apud Bonac. tom. 2. diſp. 2. de peccatis q. 4. punc. 9. propoſ. vnic. num. 25.* Liceat ergò, & mihi *loco præfato*, cum Galeno aſſerere: Proindè ijs, qui artem addiſcunt ſat ſcio, prodeſſe aut, non lædere indignum viſum iri, vt mihi quondam, quod ab Hippocrate literis mandaretur: at verò Medicantibus iam non dubito, quin eius vis appareat. Quòd ſi quando per vehementis medicamenti vſum temerarium, perimi contingat ægrum: maximè tum ſentient, cuius nunc Hippocrates vim ante oculos propoſuit.

CAPVT XII.

Dum ethnicis nimis indulgendo ſententijs, ſacram dogmaticam, Naturales Philoſophi, in ſcepticam curiosè transferunt diſciplinam; naturæque vires, vanis ſuperſtitionibus augent: veram, & rectam haud parum contaminant, & labefactant Phyſiologiam.

SVMMARIVM.

1 *Sicut ex indubia omnium Veterum vniuerſali ſententia, omnis ſapientiæ cùm diuina, tùm humana, omniumque artium, in quinque libris Moſaicæ legis integra, & vndique perfecta repoſita eſt cognitio: ità in principio Geneſis totam Phiſiologiæ, ſiuè naturalis ſcientiæ comprehenſam eſſe præſertim hiſtoriam, latè oſtenditur, & manifeſtè probatur.*

2 *Cùm autem ea, quæ ex ſacris habentur literis fixa, & ſtabilia ſint, dogmaticæ diſciplina vtique ſortem recipient, eorumque Sectatores, Dogmatici dicentur. Dogmatici enim propriè nominantur, qui de ijs, quæ diſcutiunt firmam, & ſtabilem, ſe inueniſſe gloriantur veritatem. Vnde Dogmaticorum ſecta apud ſcientificos, nobiliorem ſemper aſſequuta eſt locum.*

3 *Philoſophi quamquam ethnici, ſi quid vnquam veritatis indubitanter protulerunt, id ex dogmaticis ſacrarum ſcripturarum teſtimonijs feliciter hauſerunt. Quarè adeò in pretia illa ſacratiſſima habuerunt eloquia, vt ad ea complete noſcenda, ipſos nequaquam nauigare, & transfretare pigeret, vt nonnullorum paſſim comprobatur exemplis.*

4 *Quarè grauiter dolendum eſt, quòd ex noſtris Philoſophis ſacram dogmaticam quidam ad ſcepticam, & pyrrhonaam tam indecorè ſectam tranſtulerint; ſemper ſcilicet quærendo, & hæſitando, ac vt magis, magiſque dubitent, certa, & indubitata poſtponendo: dum aſſiduè vanas, inutiles, ac omninò ſuperfluas philoſophicas proponunt quæſtiones.*

5 *Id etiam cuiuis Philoſopho (ſed chriſtiano præſertim) valdè turpe eſt; ita Platonis, Ariſtotelis, aliorumque firmiter adhærere ſententia, vt quicquid dixerint, irreuocabile decretum ſit apud ipſos. Nam de rebus non tantùm diuinis, verùm etiam humanis, & naturalibus opiniones eos certum eſt habuiſſe complures quidem falſas, quaſdam verò etiam abſurdas, & impias.*

6 *Scepticorum mos antiquorũ erat quidem ſemper inquirere, & hæſitare; nihil autem ponere, ac ſtatuere: ſed dum incredibilia, & inopinata, eis proponebantur, vt poſſibilia, & credibilia haberentur, omne ſtudium, omnemque adhibebant conatum.*

7 *Cùm verò naturales effectus propter latentes eorum cauſas, valdè cognitù videantur difficiles, ferèque incredibiles, & admirabiles: non minus neoterici, & recentes Pyrrhonai, futilibus, vaniſque inducti argumentis, nituntur incautis eos plenè ſuadere, & ab aduerſariorum oppoſitis rationibus ſtrenuè vindicare.*

8 *Ad hos autem naturales inſinuandos, tumdoſque imperceptibiles effectus, ea vtuntur arte, quæ naturalis Magia ſiue ſapientia communiter ſolet appellari, quippè quæ, cùm ſecretior quædam, & abſtruſior*

ſit

ſit ſapientiæ pars , ex vſu quarundam rerũ naturaliũ, occulta cognitione,mira perficiens; à Dæmoniaca Magia in multis videtur diuerſa .

9 *Quia verò adhuc triplex eſt hæc naturalis Magia ; humana ſcilicet , diuina , ſiue angelica , & alia miſta , vtpotè ex rebus naturalibus quandoque malis inſinnata ab Angelis : humana plerumque , & diuina , ſiue angelica , ignauè poſtpoſitis ; vt quoſdam mirabiles , & inopinatos noſtri Sceptici oſtendant , & probent effectus ; tertiam ſuperſtitioſè adhibent , impiè , nafarièque frequentant.*

10 *Quomodò ſanè , huius tertiæ ſpeciei naturalis Magia tradatur , & inſinuetur à Dæmone, dilucidè explicatur; quod tamen peruerſis hominibus tantummodò contingere ſolet , veræque Philoſophia omnino rudibus, atque inexpertibus : Nam vix vlli mortalium , aut pauciſſimis quidem , nec niſi iis , qui acerrimo extiterunt ingenio , abſque Dæmonis auxilio , hanc datum eſt adipiſci Magiam .*

11 *Sunt tamen nonnulli Doctores , qui miranda Magorum opera , excluſis Dæmonibus , ad ſolas naturales cauſas conantur referre,ſed fruſtrà quidem, & infaliciter: nam ſi vera eſſent , & non ſolius Dæmonis duntaxat apparentia virtute, eadem in ſacris literis, diuino miraculo non aſcriberentur . Quarè iſtius magiæ vſus penitus damnatus eſt .*

12 *Sceptici demum noſtrates , in hoc , veteribus videntur oppoſiti , & contrarij : quoniam illi , nihil aſſerendo , aut negando, imperturbationem , & quietem mortalium animis nitebantur afferre; hi verò chymico artificio , verum putantes poſſe formare aurum , humanam perturbant mentem , aſſiduèque inquietant ; vndè Reipublicæ , ac populis , quàm maximè nocent .*

EXactam Geneſeos initio , totius naturalis ſcientiæ traditam fuiſſe metho-
1 dum ; ſacram ſedulo legenti hiſtoriam ,
nullum profectò dubium ineſſe poſſe, fir-
,, miſſimè cenſeo . Quandoquidem , ſi :
Firma eſt ſententia omnium veterum,
,, quam vt indubiam vno ore confirmant;
,, omnium artium , omnis ſapientiæ & di-
,, uinæ, & humanæ integram cognitionem,
,, in quinque libris Moſaicæ legis includi ,
,, vt ob tantorum authoritatem virorum
,, non modo , verùm etiam quia de Moſe,
,, qui in tota domo Dei fuit fidelis , maiora
,, etiam facilè credi poſſunt , quemadmodum *in calce ſui Heptapli* Io. Picus Mirandulanus indubitanter fatetur : Naturalis pariter ſcientia , quæ vniuerſali in illa , ſecundùm Platonicos , & Stoicos apud Ciceronem 1. *academicarum quæſt.* & Plutarchum 1. *de placit. philoſ. cap.* 1. Philoſophiæ diuiſione in naturalem , moralem , & rationalem, ſupremum obtinet locum; inibi præſertim præcontineri debet . Primo enim , ità ſtatim de Cęlo agitur ingreſſu , vt quiſque facilè comperire valeat quàm latè ipſum tendatur, quàm rapidè voluatur : quomodo præ cæteris vno ſiderè omnia compleantur ; cuius quotidiano curſu diei noctiſque ſpatia ſignentur , annuò æſtates , hijemeſque æqualiter diuidantur ; vndeque demùm per tenebrarum , & luminis recurſantes vices operis , & quietis , nobis contingat ęterna reparatio . Commodè prætereà cernet nocturnam Lunæ ſucceſſionem , à Solis occurſionibus leue , remiſſumque lumen mutuantem , & modò occultam , modo toto ore terræ imminentem acceſſionibus , damniſque mutabilem, ſemper proximæ , diſſimilem : Hinc in eo tot aſtra ſcintillantia aſpiciet , & æternum lucentes faces , atque has maiores , minores,iunctas, diſſitas, ſine numero , & innumerum choreas ſuas ducentes,ex quarum leuiſſimis motibus , in nos varij dependẽt influxus, pro vt æquum,iniquumque ſidus inceſſerit . Quod ſi adhuc , regiones ad aeris nos dimittere velimus, puritatem quandam in ipſo contemplabimur , ſed aliter , quàm in Cælo ; incertam , nimirum , ſæpèque ventis, niuibus, grandine , & quàm ſæpiſſimè pluuijs deturbatam . Vnde poſtea illi ignes , & imagines quædam aſtrorum , vt ſtellæ cadentes , horribiles cometæ, atque ardores diuerſorum aſpectuum vt plurimum oriri ſolent . Depicta tanquam in tabula, item , legentibus media in mundi ſede locata prępomitur terra ; florum ; frugum , herbarum , arborum infinita propè multitudine , atque inſatiabili varietate conueſtita , eorumque latenti vigore condecorara , cuius ſanè proſpectu indagare ſpeculariqne cunctis abundè licebit fontium perennitates , ſalubres fluuiorum liquores conſtantiſſimè decurrentium in mare ; ripas viridiſſimo ſemper habitu diſtinctas ; innumerabilia lapidum , gemmarumque ſolida corpora , quæ tam ſæpè ſuffoſſa , tamen ſemper , ac ſubindè reſticuntur . Hominis mirandam ſtructuram. Beſtiarum tum cicurum,tum ſylueſtrium , & ferarum multiplicia genera , ſuo inter ſe paſtu ſegregata , ſua ſocietate conuenientia : Auium modulatiſſimos , & certis propè legibus inflexos ad numerum cantus : abſconditas inſuper , abſtruſaſque penitùs , auri , & argenti eoas venas illas inexhauſtas : & alia id genus innumera . Tandem , in immenſo , ſed ingen-

genti licentia non ſemel æſtuante mare,
inquietis adhuc, & ſine vento fluctuan-
tibus aquis, aſpicere quoque vndecun-
que poterimus, immani, & fidem excé-
denti magnitudine terrentia animalia,
quædam grauia, & alieno ſe magiſterio
mouentia, quædamque velocia, concita-
tis perniciora remigijs, quædam autem
haurientia vndas, & magno præ nauigan-
tium periculo efflantia. Longum pro-
fectò nunc eſſet ire per ſingula: horum
proinde ſufficiat compendiaria hęc enar-
ratio, qua ſatis cenſetur oſtenſum, vni-
uerſam ferè naturalis philoſophiæ ſeriem,
ſacro in illo facilè recludi prophetico va-
ticinio.

Ceterùm, cùm ea, quæ ex ſacris lite-
tis differuntur ibidem ſicut & alibi fixa,
2 & ſtabilia ſint (dicente Domino *Lucæ* 21.
„ Cælum, & terra tranſibunt: verba autem
„ mea non tranſibunt) dogmaticæ diſci-
plinæ vtique ſortem recipient, atque ij,
qui eadem, vt iacent, ſectantur, iurè
Dogmatici nuncupari debent. Dogma-
tici enim propriè dicuntur, qui de iis,
quæ diſcutiunt firmam, & ſtabilem ſe
inueniſſe gloriantur veritatem. *Io. Franc.*
mirand. in exam. verit. doct. gent. lib. 1. cap. 4.
Quæ profectò Philoſophorum Secta,
cæteris alijs vtpotè nobilior, à Galeno,
ſiue (vt plurimis conſultiùs placet) ab
Actio *de Hiſtor. philoſ.* honorificè præfer-
tur. Inquit enim quis quis ille fuerit.
„ Sectæ verò, quas maximè generales exi-
„ ſtimant ii, quibus iſta curæ fuerunt, qua-
„ tuor enumerantur, Dogmatica quæ in
„ multis conſtituta, & ſtabilis eſt: Sceptica,
„ quæ de ſingulis dubitat: Contentioſa quę
„ cauillis ſuperior eſſe in concertationibus
„ ſtudet &c. Miſta, quæ licet multa decreta
„ habeat, de multis tamen adhuc dubitat,
„ nec ita de ſingulis diſputat, vt ea conſti-
„ tuat. Quarè famoſiores, quamquam
ethnici, Philoſophi, ſi quid vnquam ve-
ritatis indubitanter protulerunt, ſacra-
rum literarum iam dogmaticis teſtimo-
nijs firmiter adhæſerunt. Veriſſima id-
3 circò illa, & ſacratiſſima eloquia ab hu-
juſmodi Philoſophis, magno adeò in pre-
tio habita ſunt, vt ad ea cognoſcenda na-
uigatint, ex alijs verius, quam peregri-
nationibus ſuſceptis, vt illa in ipſa pro-
callerent. Ea de cauſa petiit Ægyptum
Orpheus, & à Moſaicis didicit monumen-
tis vnum eſſe Deum qui coli deberet ab
omnibus; ea propter eorum, quæ anteà
docuerat cecinit palinodiam præclaro
hymno, & hac de re Muſæum admonuit.
Thales pariter Ægyptum inuiſit; eodem
ſe Pythagoras, & Democritus contule-
re; nam & multò ante Philadelphi tem-
pora (vt Ariſtobolus, & Euſebius, & alij
meminere) Lex Moyſi in græcam lin-
guam (non exactè quidem vti poſteà per
duos, & ſeptuaginta Interpretes gratia
Ptolemæi) ſed vtcunque fuerat conuerſa,
vt pateret quoquo modo græcè ſcienti-
bus. Certè quacumque via potuit in
Moſaica doctrina Plato tam eſt verſatus
(ſi Numenio pythagorico ſtandum puta-
mus) vt nihil aliud ſit ipſe Plato, quàm
Moyſes atticè differens. Et ſi noſtro Iu-
ſtino, & Philoſopho, & Chriſti Martyri,
omnia indè præcipua fuſius dogmata tra-
xerit, ſed Areopagi metu, fabulis obte-
xuerit. Plura quoque indè illum, & tra-
xiſſe, & inquinaſſe non dicit modo, ſed
duobus libris probat Euſebius. Diuus
autem Ambroſius cùm alia de Platone,
tùm illud præſertim affert *in lib. de bono*
mortis, quod ſuos illos Iouis hortos, ex
canticis Salomonis acceperit. Ariſtote-
lem quoque, à iudæo quodam viro, &
multa, & egregia didiciſſe, Clearchus pe-
ripateticus, *in lib. de ſomno memoria*, pro-
didit. Et Theopraſtus atque Porphyrius,
ex Hebræis multa laudauere, vt facilè vi-
dere eſt apud Euſebium, ea ipſa ex parte
referentem. In nouo quoque teſtamento
multi inſudarunt Philoſophorum, idque
laudauerunt multi, vt Amelius platoni-
cus, & alij. De qua re, quoniam à mul-
tis, & præſertim à Io. Pico Mirandulano
(ex cuius eruditiſſimis monumentis *lib. 1.*
examin. vanit. doct. gent. cap. 20. præſentia hau-
ſimus, & mutuati ſumus) pleraque, &
varia ſcripta manent: nunc innuiſſe pauca,
quam explicuiſſe multa, ſit ſatiùs.

Grauiter ïdcircò doleo, moleſtèque
fero, vt hac dogmatica ſacra relicta ſe-
4 cta, totam Phyſiologiam, ad Scepticum,
ſemperque hæſitabile, vel ſaltem ex vtro-
que miſtum, nonnulli ex Philoſophis
tranſtulerint inſtitutum. Quod enim
catholicæ fidei iam fauente lumine fir-
miter ſtatutum, & indubium tenetur, con-
trouertunt adhuc, & de poſſibili ſaltem;
ſi nimirum aliter potuerit eſſe in ſcholis
proponunt acriter diſcutiendum: Hi ſa-
nè ijdem ferè videntur eſſe, ac illi fuerint
olim, quos Pyrrhonæos à Pyrrhone Au-
thore, Scepticos græcè, hoc eſt quæſito-
res, & conſideratores Antiquitas nuncu-
pabat. De quibus præſertim, 11. *noct. at-*
„ *tic. cap. 5.* Gellius hæc verba texuit; Nihil
„ enim decernunt, nihil conſtituunt; ſed
„ in quærendo ſemper, conſiderandoque
„ ſunt quid nam ſit omnium rerum, de quo
„ decerni, conſtituique poſſit. Ac ne vi-
„ dere quoque planè quicquam, neque
„ audire ſe ſe putant, ſed ita pati, afficique,
„ quaſi videant, vel audiant: eaque ipſa

„ quæ

quæ affectiones iſtas in ſe ſe efficiant, qualia, & eiuſmodi ſint contantur, atque inſiſtunt. Non ſecus planè quidam ex noſtris, ità non verentur quoque philoſophari. De mundo nanque (vt talium quæſtionum aliqua ſaltem exhibeamus exempla) quamquam ſacra dogmata indubitanter ſtatuant ipſum habuiſſe principium; quærunt tamen, an ſententia eorum, qui eundem faciunt æternum, vera, & ſtabili philoſophia adhuc poſſit tueri. De omnium compoſitione corruptibilium rerum 2. *Geneſ.* pro rato habetur, ipſas ex aliqua formata, & determinata conſtare materia: Nam de homine dicitur; Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ. De arboribus & plantis; hæc ſcripta reperiuntur: Produxitque Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum viſu, & ad veſcendum ſuaue. De cæteris verò animalibus ſubditur: Formatis igitur Dominus Deus de humo cunctis animalibus terræ, & vniuerſis volatilibus Cæli. Et de muliere demum legitur: Et ædificauit Dominus Deus coſtam, quam tulerat de Adam, in Mulierem; nec tamen quoſdam pudet acriter decertare, ſi ex atomis (quæ humi ad ſummum minutiſſimæ, ac volantes ſunt pulueres) coaleſcant potiùs, diuerſimodò combinatis? Sed innumeris miſſis alijs, de quibus etiam noſtrates Pyrrhonæi, nihil de ſuo ponendo, diutius inquirunt; vel quicquam ſi fortè ſtatuant, illicò cæteri contraria ſentiunt; quod vtique veritatem non eſt indagare, ſed falſa falſis magis intexere, cum ex Galeno *claſſ. 2. libell. de cuiuſque anim. peccat. cognit. &c. cap.* 1. Philoſophorum inter ſe pugnantes ſententiæ vt veræ omnes ſint neutiquã fieri poſſit: at omnes forſam mẽdaces eſſe nihil prohibeat: ijs quidẽ (vt iam diximus) vndecunq; relictis, id tantũ referã, quod ad ſaluandam Platonis (vt aiunt) & Ariſtotelis ſententiã (fortè non ſatis fideliter perceptã) excogitauit quidã Ferchius, aliàs perdoctus, & eruditus Philoſophus *veſtig. 6. lib. 1. cap. 2.* apud Maſtrium, & Bellutum, tùm *de generat. & corrupt. diſp. 5. q. 2. art. 2. tum de anima diſp. 1. q. 10.* dum immortalitatis priuilegium ſoli animæ rationali à Creatore conceſſum, vt ex illo *geneſis 2.* Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ &c. Catholica docet Eccleſia, alijs quoque formis quamquam materialibus, ſit tribuendum; manifeſtè diſputandum proponit.

Hinc me minimè latet nonnullos olim fuiſſe; quinimò adhuc extare non paucos,
5 qui diuina (vt aiunt) Platonis, & Ariſtotelis ingenia, vberrimamque cunctarum rerum ſcientiam cum excellenti eloquentia coniunctam vſque eò ſunt admirati, & amplexati, vt eos veluti numina, deoſque Philoſophiæ colerent, eorumque philoſophica decreta, tanta animi aſſenſione complecterentur; vix vt crederent quicquam eſſe poſſe probabile. Fuit hæc quondam (vt *in Pythagora* refert Laertius) Pythagoræorum vanitas, atque ſuperſtitio; quibus inſtar omnium rationum erat Præceptoris authoritas, & vt quid vis facilè promptèque crederent, ſatis erat, id dixiſſe Pythagoram; nefaſque putabant, cur illud, ità eſſet velle requirere. Hoc autem cuiuis Philoſopho (præterquam in rebus Fidei) etiam infame. Quid enim turpius, quàm vnius, vel alterius hominis, qui labi potuerunt, & verò in rebus magni momenti non ſemel lapſi ſunt, decreta omnia pugnaciter defendere, ac mordicus tenere, & quaſi tempeſtate delatos in eorum doctrinam tanquam ad ſaxum aliquod inhærere? Quid fædius, quam multas Platonis, & Ariſtotelis ſententias coaceruare, qui de rebus quoque naturalibus, & humanis, & non tantum diuinis, opiniones eos habuiſſe certum eſt complures quidem falſas, quaſdam verò etiam impias, & abſurdas; & in his puerilibus nugis, primas ſapientiæ ſuæ partes collocare? Quid igitur magis à Philoſophiæ grauitate, dignitateq; remotũ, & alienũ eſſe poteſt, quam Philoſophũ, ideſt, amatorem ſapiẽtiæ, quẽ ad hanc, rerum omnium vniuerſitatem animo perluſtrandam, atque contemplandam ſolutum, & liberum decet, vnius, vel alterius hominis, non omnium mortalium ſapientiſſimi, quaſi vile mancipium, & ſeruum effici pecus? Non quidem, vt exindè propter nonnulla, quæ in Philoſophorum libris, à decretis, ſanctitateque noſtræ religionis reperiuntur aliena, tanquam animorum peſtem, ex hominum præſertim Chriſtianorum ſocietate, totam eorum philoſophiam, vt quidam peruerſi homines, alias ſuperius citati, dixerunt, reijciendam, & exterminandam vnquam putauimus: Sed quia, vbi diuinæ aliquando complacuit Clementiæ, per Prophetarum oracula, nobis ſynceram, & firmam pandere veritatem, impium quidem, ingratumque cunctis videndum eſt, hominum propter mẽdacem traditionem eam petulanter repellere, & peruerſè amplecti falſitatem.

Sed vtinam, Sceptica duntaxat conten-
6 ti diſciplina, ethnicorum quamquam in gratiam, inutilia, ſemper dubitando, & hæſitando quærerent; nunquam verò, curioſitate allecti, vana præterea, & impia ſta-

ſtatuendo, ſuperſtitioſè ſuaderent. Sceptici quidem, vt iam dictum eſt ſuis in altercationibus indifferenter ſe habent, nihil videlicet, de hoc affirmando, & de contrario quicquam vice verſa, negando: propterea, *in Iag. libel de opt. docen. gene.* tradit Galenus quod: Vetuſtiores exiſtima-
„ bant hanc doctrinam deſinere in epo-
„ chen. Epochen autem appellabant qua-
„ ſi dicas ſuſpenſam ſententiam, nihilque
„ definientem: quod eſt, nulla de re epro-
„ nuntiare, nec aſſeuerare certò. Sed dùm incredibilia tamen, & portentoſa nobis diſſerenda ſe offerunt, toto conatu, toto adhibito ſtudio, ea ſtatuere, ac defendere ſatagunt. Nam: Mos eſt Scepticorum (*aduerſus Mathem. ex duob. de philoſ. lib. 1. aduerſus logic. vbi quæritur an ſit aliquid, quo iudicetur verit. in fin.* inquit Sextus empiricus) Ea, quæ creduntur non defendere,
„ contentos autem eſſe communi anticipa-
„ tione, ſeu præſumptione, tanquam ſuffi-
„ cienti probatione: ea autem, quæ incredi-
„ bilia videntur defendere, & ad fidem fa-
„ ciendam eorum, quæ digna ſunt vt ad-
„ mittantur; pares vires vnumquenque ad-
„ ducere.

7 Cæterùm, ad rem noſtram, cùm omnes naturales effectus (de quibus præſertim naturales diſcutere habeat Philoſophi) tam occultè ipſa moliatur Natura, & tam abſcondita noſtris exhibeat oculis, vt alicuius vix intellectus ſumma perſpicacitas, illius operandi (leniter licet, ac moderatè) valeat attingere modum: mirabiles idcircò plerumque apparent, & rudibus ſaltem, & inexpertibus ſæpè redduntur incredibiles. Quis nanque capere omninò ſe iactat, qua virtute, artificio, & induſtria, tam ſplendida, tam ſpecioſa Cælorum moles tot lucentium ſignorum, veluti picturis vermiculata, tot facibus colluſtrata, totque mirandis influxibus referta; aliquando ſic variè elaborata nobis potuerit emergere? Quis vnquam obſcuros tramites, quos, folijs arbores ad induendas, floribus ad decorandas, fructibus ad fæcundandas, natura latenter carpſerit, indagare, & explorare præſumet? Quis demum tot variæ animantium ſtructuræ, colorum tot ſpecies, fontium tot liquores, eſcarum tot ſapores, gemmarum tot virtutes, vnde fluxerint, quo vehiculo prodierint, ſe penitus ignorare, non apertè reſtabitur? Hinc *claſ. 1. de vſu part. corp. human. lib. 15. cap. 6. in fin.* Galenus
„ eruditè inquit. Quod igitur hæc omnia
„ Natura affabrè faciat, declarat ſingulorum
„ vſus: inuenire autem ipſius facultatem,
„ qua hæc efficit, humani Ingenij captum
„ ſuperat: cum homines, ipſam poſſe aliquid
„ omninò certe non credant, niſi planè ſæ-
„ pè fuerint conſpicati. Non ergo mirum, ſi Sceptici quoque noſtri, & audaces Pyrthonæi horum omnium latentes cauſas, mirandoſque effectus, futilibus quibuſdam, vaniſque tantummodò inducti argumentis, tam libenter, & promptè, incautis ſuadere, & ab oppoſitis tam conſtanter, ſtrenuèque tueri vndecunque nitantur.

8 Eam in hoc propterea vſurpant Facultatem, quam naturalem Magiam, ſiuè Sapientiam, Dæmoniacæ ad differentiam, vniuerſaliter appellant. Hæc enim nil aliud eſt, quam (vt *in libell. de magia cap. 3.* ipſam deſcribit Pererius) ſecretior quæ-
„ dam, & abſtruſior Sapientiæ pars, quæ oc-
„ culta quadam cognitione, ex vſu quarun-
„ dam rerum naturalium mira perficit. Qua vtique naturali peritia, ſi quis rectè, ſed occultè vteretur, Magus, vulgò communiter diceretur, & non niſi Dæmonum auxilio talia facere crederetur, cùm tamen naturalia penitùs eſſent opera illa; & naturaliter naturalibus à cauſis totaliter profecta. Quare à Dæmoniaca quàm maximè diſcriminatur. Dæmoniacam nanque, non modò chriſtiana religio *cap. quanti clerici 26. q. 5.* ſed omnes leges, omnis benè inſtituta Reſpublica damnat, & execratur *C. lib. 9. tit. 18. de maleſic. & math. per totum.* Hanc autem omnes ſapientes, omnium cæleſtium, & diuinarum rerum nationes appetunt, & amplectuntur. Illa artium fraudolentiſſima: hæc altior ſanctiorque philoſophia. Illa irrita, & vana: hæc firma, fidelis, & ſolida. Illam quiſquis coluit ſemper diſſimulauit (quod in authoris eſſet ignominiam, & contumeliam:) ex hac ſumma literarum claritas, gloriaque antiquitus, & penè ſemper petita. Illius nemo vnquam ſtudioſus fuit Philoſophus, & cupidus diſcendi bonas artes: ad hanc Pythagoras, Empedocles, Democritus, alijque innumeri diſcendam nauigauere: & id genus diſcrepantiæ cæteræ, quas *in ſua apolog. propè princ.* diffusè adducit Io. Picus Mirand.

9 At quia huiuſcemodi naturalis Magia, vt ibidem docet Pererius, triplex inuenitur adhuc: humana, ſcilicet, quià humano ſtudio, & diligentia comparatur: altera diuina, quæ per reuelationem, vel à Deo, vel ab Angelis bonis percipitur: tertia Dæmoniaca, quam Dæmones tradunt ijs hominibus, qui ſe Illis impia ſocietate, & fœdere deuinxerunt: humana quandoque relicta, quam fortè Sceptici noſtrates non benè callent, vel Inſufficientem conſultiùs reputant; Deo, & Angelis, illuſtrationem ſuppeditantibus, & præbenti-

bus nullam;vt quoſdam tamen mirabiles,
& inopinatos oſtendant, & probent effe-
ctus: tertiam ſuperſtitioſè adhibent, &
impiè nefarièque frequentant.
Huiuſcemodi autem naturalis Magiæ
10 *lib.de ſacrif. & magia in fin.* manifeſtam
Proclus facit mentionem, dùm de Sa-
cerdotibus, & Magis Ægypti loquens,
talia confeſſus eſt; dicens: Quamobrem
ab ijs, atque ſimilibus, recipientes pri-
mum potentias Dæmonum cognouerunt
videlicet, eſſe proximas rebus, actioni-
buſque naturalibus: atque per hęc natu-
ralia, quibus propinquant in præſentiam
conuocarunt. Deinde à Demonibus, ad
ipſas Deorum vires, actioneſque proceſ-
ſerunt, partim quidem docentibus Dę-
monibus addiſcentes, partim verò indu-
ſtria propria, interpretantes conuenientia
ſymbola, in propriam Deorum intelligen-
tiam aſcendentes; ac denique poſthabitis
naturalibus rebus, actionibuſque, ac ma-
gna ex parte Dæmonibus, in Deorum ſe
conſortium receperunt. Et quidem non-
nunquam, hanc à Dæmonibus diſcunt
Magiam homines. Sic enim Magos Pha-
raonis eam didiciſſe, *Vigint: vnius ſent. lib.*
ſent.4. cum omnibus Patribus teſtatus eſt
Auguſtinus. Imò ferè, qui hanc ma-
giam tenent, cùm ſint homines minimè
probi, & Philoſophiæ, aliarumque libera-
lium doctrinarum, rudes, & imperiti, vt
paulo ſuperiùs diximus; non dubium eſt,
quin vel ipſi, eam artem à Demonibus
didicerunt, vel ab his, quibus Dæmones
tradiderunt. Vix nanque vlli mortalium,
aut pauciſſimis hercle, nec niſi ijs, qui
acerrimo extiterint ingenio, ac diuturni
temporis diligenti vſi obſeruatione, talis
contingere poteſt naturalis Magia. Hinc
ergo fit, vt hac ſuperſtitioſa initiati arte,
temerè ſe iactent, lapidum, mineralium,
herbarum, plantarum, & aliarum id ge-
nus rerum virtutes inſanabiles illicò poſ-
ſe morbos abigere; alios, magna interca-
pedine diſtantiæ poſita, repente curare;
vulnera præcauere: cruciatus, & torturas
impedire: carceres, & vincula pro libito
reſerare: homines inuiſibiles reddere: ſo-
lida corpora penetrare: grauia, mirabili
quadam facilitate attollere, ac in aere ſi-
ſtere; metamorphoſim exercere: recondi-
tos indagare theſauros; atque alia ſimilia
paſſim apud Authores enarrata portenta;
quæ cùm naturæ limites excedant, expli-
citum, vel ſaltem implicitum cum Dia-
bolo fœdus, & conſortium indicant.
Non verò me fugit, Petrum Appo-
11 nienſum, Cardanum, maximè autem
Pomponatium in libro de incantationi-
bus apud Pererium *loc.cit.cap. 4.* eiuſmodi
Magorum opera excluſis Dæmonibus, ad
ſolas naturales cauſas, adhuc conatos eſſe
referre, ſed fruſtrà quidem, & infæliciter:
Nam ſi talia vera eſſent, & Dæmonis
aſtu tantummodo non apparentia, ſacris
in literis præfata magnalia ſolius Diuinæ
potentię miraculo aliàs non eſſent aſcrip-
ta. Vſus idcircò naturalis huiuſcemodi
magicæ artis indifferenter, etiam omni-
bus inhibetur, vt communiter ſentiunt
Theologi, & Canoniſtæ. Quandoquidem
eam exercentes, euidenti ſe exponunt pe-
riculo in graues ſæpè labendi errores. Iniu-
riam Eccleſiæ inferunt, ſuo præcipuo cum
aduerſario, familiare commercium reti-
nendo. Tandem, Deo grauiſſimam con-
tumeliam impingunt Belzebub conſu-
lendo, quaſi non ſit omnipotens, atque
hominibus abundè non prouideat. De-
terrentur propterea obiurgationibus, diris
& repentinis pœnis 19. & 20. *Leuit. ac Deu-*
teron. 16. non ſemel. Cuius profectò rigi-
dæ animaduerſionis cauſam profert Philo
Iudæus *lib.de ſpecialibus legib.* dicens: Non
ſinit noſter legiſlator procraſtinari veneſi-
corum ſupplicia, ſed abſque mora vult
exigi, quod dilatio, noxijs opportunita-
tem peccandi præbeat, cæteris metum af-
ferat, exiſtimantibus, quicquid illorum
vitæ accedit, ſui ſecuritate decedere. Id-
circò ſicut viperas, ſcorpios, aliaſque ve-
nenoſas beſtiolas, priuſquam mordeant,
aut ſaucient, aut etiam ſe commoueant,
ſine mora ad primum aſpectum occidi-
mus, præcauendo naturalem eorum ma-
litiam priuſquam noceant; eodem modò
huiuſmodi homines plectendi ſunt, qui
magicis ſuis artificijs, & maleficis artibus
incautos homines non ſolum errore im-
plicant, ſed in graues calamitates intru-
dunt. Mirabilia quippe virtus, & poten-
tia patrandi, quam ſibi temerè tribuunt, &
iniuſtè tales vſurpant, ſolius Dei, ac Ieſu
Chriſti eſt innata, & abſoluta proprietas,
vt paſſim Theologi docent; qui ſolus, &
vnus fuit, cuius vocem, & imperium fe-
bris ardores, aquæ intercutes, & veterno-
ſæ, fœdæ vitiligenes, corporiſque omnes
cruciatus fugiebant, cuius tactu, vis ſan-
guinis profluenter ebullientis, repentè
conſiſtebat, & cuius iuſſu omnes ſanaban-
tur languores. Solus, & vnus fuit, ad cuius
caſtigationem inſana ſe coercebāt maria,
procellarum turbines, & tempeſtates ſi-
lebāt, qui furentis elementi terga leuiſſi-
mis paſſibus impunè calcabat, vndis ipſis
ſtupentibus, & ſe ad Conditoris famula-
tum abijciente natura. Solus, & vnus
fuit, qui inferorum vectes, mortiſque re-
pagula, potentiſſima voce, refregit, & poſt
tertium diem funeris rediuiua cadauera

ex

ex pollinctorum faſcijs expediuit. Vnus, & ſolus fuit, qui mentis humanæ latebras, abditoſque receſſus permearet, & quid quiſque animo volueret, quid conſilij agitaret, diſcuſſis ſimulationis integumentis, explicatiſſimè peruideret. Vnus denique, ſoluſque, potens vbique opere, & ſermone, pauper in noſtris, diues in ſuis.

Scepſcos demùm (ſi fidem tutam Sexto
12 empirico, *Pyrrhoniarum hypot. lib. 1. cap. 12.*
» adhibere velimus) ſcopus vnicus, & finis
» profectò fuit: imperturbatum mentis, ſci-
» licet, ſtatum, & quietem introducere. Nam
» ille (inquit) qui ambigit de ijs, quæ ſe-
» cundum naturam bona, aut mala ſunt, ne-
» que fugit quicquam, neque perſequitur
» acri ſtudio; proptereaque perturbatione
caret. Sed noſtri nihilominus Sceptici, id haud parum abhorrent: quinimò, vt mentē vehementiùs perturbent, & inquietudinibus magis, magiſque vexent; actiua applicandò paſſiuis, nullo habito reſpectu ad circumſtantias, & loca, per chymicam artem, non equidem, vt impleant (vt ſæpè Alchymiſtæ delirant) ſed, vt veriùs, exhauriant crumenas, verum, & probatum aurum, etiam conati ſunt efficere, & formare. De hoc autem in alterutram minimè audeo inclinare ſententiam, vt Scepticorum ſectam, me aliquando, vel inuitum ingreſſum fuiſſe manifeſtè fatear. Id tamen libenter, & ex animo amplector quod ſenſati Dogmatici eruditè docent. Artem videlicet chymicam, licet aliàs ſit vtilis, atque in pharmacis apprimè neceſſaria: in hoc tamen, vt aurum nempè conficiat, idque firmiter polliceatur, vanam eſſe, ac Reipublicæ noxiam, & oppidò exitialem. Nunquam enim, aut rariſſimè præſtat quod ſpopondit, quamplures inde ea deluſi ſpe, ad extremam redacti ſunt pauperiem: adulterinæ in fraudem Principis expendendæ pecuniæ, iniquis anſam præbet; & medicamina, dum pro vero in ipſis laruatum infunditur, & miſcetur aurum, languentium in iacturam, turpiter labefactat.

CAPVT XIII.

In ſupputationibus, ac diuiſionibus, vt ſeruetur iuſtitia, & rixæ euitentur, & cōtentiones, Arithmetica & Geometria probè adinuentæ fuerunt: ſed Auaritię ingenio, numeros, figuraſque ad parcitatē, tenacitatem, vſuram, fraudem, dolum, ſuperſtitiones, & veneficia; deprauati Arithmetici, & Geometræ iniquè, ac indebitè non verentur quandoque applicare.

SVMMARIVM.

1 *Quantitas, quam conſiderant Mathematici, in diſcretam, & continuam diuiditur communiter. Primam ſcrutantur Arithmetici, quorum eſt agere de numeris, ac de paſſionibus, proprietatibus, proportionibus, & proportionalitatibus eorum: ſecundam autem examinant Geometræ, quorum intereſt perfectè ſcire quid linea, quid ſuperficies, & corpus ſit, nec non figuræ, quæ indè reſultare ſolent. Vnde Arithmetica, & Geometria, duæ ſpecies atomæ ſunt, quibus tota completur, & abſoluitur Matheſis.*

2 *Ad varios autem vſus cùm in pace tùm in bello, vtraque facultas inſtituta fuit: hic tamen earum finis proximus, & particularis non eſt, ſed tantùm remotus, & communis. Proximus itaque, & particularis eſt rixas, & contentiones comprimere, quæ doloſæ ſupputationis nequitia, vel iniuſtæ diſtributionis fraude plerumque oriri ſolent. Nam Arithmetica propter mercaturas à Phœnicibus, & Geometria, ne fines, & termini agrorum ex alluuione Nili turbarentur, ab Ægyptijs inuenta, & inſtituta ſunt.*

3 *Multiplex quidem iniuſtitia eſt: veruntamen illa quaſi antonomaſticè iniuſtitia dicitur, qua amplius, quam par eſt homines ſibi iniuſtè ſumunt. Hęc enim ſocietates diſſoluit, amicitias diſrumpit, affinitates elongat, vt nonnullis oſtenditur exemplis. Et niſi Arithmetica, ac Geometriæ præſcripto Auaritiæ compeſcerentur cupiditates, diræ, & cruenta bella minimè ceſſarent.*

4 *Sed nihilominus: tantùm abeſt, vt per has artes Auaritiæ aliquando extinguatur fomes, vt potius ipſamet Auaritia, ſub ementita illarum ſpecie, ipſum augeat, & accreſcat, rixaſque foueat, & enutriat. Quare vitia hæc non ſunt artis, ſed artificum, & profeſſorum, qui auaritia preſſi, artem iniquè fœdant.*

5 *Auaritiæ, ſeu illiberalitatis hæ à Philoſopho aſſignantur ſpecies: Parcitas, nimirum, Tenacitas, Cymibilitas, Vilitas, Meretricium, Vſura, Ludus, Latrocinium, & id genus ſimilia: quibus in primis quidam peruerſi Arithmetici enormiter videntur ſuos polluere numeros: Parcitate quidem, Tenacitate, & Cymibilitate, dum dati, & accepti ita adæquant rationes, vt etiam ea quæ iure debent cautè, magnaque cum difficultate ſoluant.*

6 *Vilitate verò, & meretricio: dum Arithmeticæ artem ad ſeruilia, & inhoneſta trahunt: Vſura præterea, cum ex debitorum ſyngraphis, quibus rationarij eorum libri maximè ſcatent, ita numeros multiplicant, ac reduplicant, vt præter menſtruas, trien-*

tes, quadrimenſtruas, duplas, quinquagenas, centenas, ſeſquialteras, hemiolias, ac ſeſquicentenas, nihil aliud reperiatur, vſuras.

7 *Ludo quoque ſuos contaminant numeros; dum ex Taxillorum, Alearumque ludo, vnde & ipſi numeri originem trahunt, ſorti fortunæque omninò cedendo, per eoſdem iniuſtas diuitias ſibi parare curant, atque alienas percupiunt exhaurire pecunias. Latrocinio demum, item numeros ſatis commaculant, dum tot in ludo æquè enumerentur crimina, quot in ipſo alearum, taxillorumque combinantur puncta:*

8 *Quare merito Numerarij, ſeu Computatores (vulgò Computiſtæ) ceù improbi, iniqui, rapaces, voraces, fraudulenti, ac verſuti ſæpiſſimè notantur in legibus. Quinimò, ne conſortio ſuorum Actuariorum amplius eorum excreſceret malitia; Arcadius, & Honorius A.A. ipſos Actuarios, à Numerariorum ſocietate omninò diſcedere ſtrictè præceperunt.*

9 *Imperatores proinde aduerſus ipſorum fraudes, verſutias, ſutelas, quibus in damna Reipublicæ, tributorum rationem, exactioneſque, torpore, ac ſegnitia negligebant; vel infirmiores per colluſionem prægrauabant; plurimas cautiones, & multas commiſerunt.*

10 *Nec item tamen exinde Geometræ afficiuntur pudore, dum turpis cupidine lucri, blandas fraudes, maloſque interdum, in agros diuidendo non ſemel nituntur adhibere dolos. Malus nanque dolus nil aliud eſt, quam Machinatio quædam, alterius decipiendi cauſa cum aliud agitur, & aliud ſimulatur.*

11 *Fraudem, malumque dolum, mundo, & hominibus Auaritia peperit. Quare inter Auaritiæ filias iure numeratur. Sunt quidem huiuſcemodi hæ filiæ: Proditio, ſcilicet, Fraus, Fallacia, Periuria, Inquietudo, Violentia, & contra miſericordiam Obduratio.*

12 *Multipliciter autem, cum menſurando, tum latifundia diuidendo ingenioſa Geometræ adinueniunt delicta. Nam vt plurimum falſis, & iniuſtis ad hoc vtuntur menſuris. Quare, vt eorum occurreretur fraudibus, non ſolum Aedilium muneris fuit menſuras exigere; verùm etiam publicas menſuras, & pondera Romæ in Capitolio ſeruari.*

13 *Deindè, quamquam locorum perſonaliter inſpectio fiat, in modi tamen renunciatione, vt plurimum falſum dicunt: vnde Leges contrà illos, iubent actionem dari, aliaſque inſuper comminantur pœnas: cum dolus nequaquam impunitus remanere debeat.*

14 *Quia verò nullum eſt officium tam ſanctum, atque ſolemne, quod auaritia non comminuere, atque violare ſoleat: ea inducti aliqui vani, & curioſi Mathematici, illam admirabilem, & excelſam Arithmeticæ, ac Geometriæ myſticam artem, cuius laudes iam ſuprà magnificauimus, polluere, & infamare contendunt. Ponitur idcircò exemplum præ cæteris de numero ternario, qui omnium perfectiſſimus eſt, & myſteriorum plenus, quem valdè tamen ſuperſtitiosè labefactant.*

15 *Ternarium numerum primi polluère Gentiles, cuius auſpicio, preces, & libamina tertiò paſſim repetebantur: exindè verò, Dæmone duce, ad cunctas peruenit nationes. Quocirca ipſo ſuperſtitiosè vtebantur in luſtrationibus, & purificationibus cum hominum, tùm aruorum: & in Manium ſacris maximæ efficacia reputabatur.*

16 *Cenſebatur etiam idem ternarius numerus incantationibus, maleficijs, amuletis, & ligationibus aptiſſimus, vt latè oſtenditur exemplis de tractione nauis, erucarum necatione, deſputatione in medicinis &c. Quamobrem ab his ſuperſtitionibus, nec excluduntur Geometræ, cum numeri etiam geometricis ſoleant copulari figuris, vt de numeris linealibus, ſuperficialibus, ſolidis, triangularibus, quadratis, quadrangularibus, pyramidalibus &c. patet omninò.*

QVantitatem, quo mentis aciem tanquam
in ſcopũ Mathematici prętendere ſolẽt,
1 in diſiunctam, & coniunctã ſecari *o. categor.*
„ ſcitè docuit Philoſophus, dicẽs: Quantorũ
„ aliud deiunctum eſt, aliud coniunctum;
„ & partim ex partibus conſtant, quæſitum
„ quendam inter ſe habent, partim ex iis,
„ quæ non habent. Eſt autem deiunctum, vt
„ numerus, & oratio: continuum, vt linea,
„ extremitas, corpus, & prætereà locus, &
„ tempus. Primam planè ſcrutantur Arith-
metici; cum Arithmetica, teſte Platone
„ *in gorgia propè princ.* circa paris, impariſque
„ cognitionem, quot vtraque ſint, quæ nu-
„ meri propria paſſio videtur, tota occupe-
tur. Secundam verò, *dialog. 7. de repub. vel de iuſto. prope med.* eodem dictante Platone, exactè Geometræ conſiderant. Hinc ibi-
„ dem egregiè Ficinus inquit: Arithmetica
„ enim circà puros verſatur numeros: &
„ Geometria circà puras dimenſiones,
Quandoquidem illa de numeris venatur, quid par, & impar non tantùm ſit; verùm etiam quid pariter par, & quid pariter impar. Paris prætereà numeri, quid ſuperfluus, diminutus, & perfectus ſit: Imparis veró, qui metiens, & communicans, multiplex ſuperparticularis, multiplex ſuperpartiens: minoris, & maioris inæqualitatis, propriè vocentur: Ac tandem de eorum proportionibus, & proportiona-

tionalitatibus, peracutè differit. Iſta porrò
(Geometria videlicet) quid dicatur pun-
ctum, linea, ſuperficies, corpus, angulus,
circulus, ſemicirculus, ſphæra, diameter,
iſoſceles, ſcalenum, amblygonium, oxigo-
niũ, quadratum, rombus, romboides, pyra-
mis, conus, cylindrus, cubus, & id genus ad
menſurandum ſpectantes, eruditè oſtendit,
& pandit, figuras. Quamobrem his duabus
tantummodò facultatibus, propter vni-
tatem principiorum cuiuslibet atomis ip-
ſius veluti binis ſpeciebus, tota abſoluitur,
& completur Matheſis; vt *in arbore virt.*
*num.*30. diligenter animaduertunt, & no-
tant Patres Salmanticenſes. De qua etiam
re, (licet rudiori Minerua) *lib.2.cap.*14.*n.*1.
quædam ſuperius diximus.

Ad varios itaque vſus cùm in pace, (vt
ibidem per totum ferè caput, iam ſatis
2 oſtenſum eſt) tum in bello (vt ſtatim ex
ſententia clarè inſinuabitur Platonis) vtra-
que facultas inuenta, & inſtituta eſt. Inquit
enim 7. *de repub. propè med.* Neceſſariam
,, ergo numerorum cognitionem militi eſſe
,, dicemus, vt & numerare, & computare
,, valeat: maximè omnium ſi modò ad or-
,, dinandas acies omninò rudis eſſe non de-
,, bet. Er de geometria, paulò ſubdit infe-
,, rius: Quatenus enim ad bellicam rem con-
,, fert, eatenus certè nobis conuenit. Nam
,, ad caſtra ponenda, regionem occupandam,
,, colligendas turmas, vel etiam ſpargendas,
,, & ad cætera machinamenta, quibus circa
,, acies, vel in obſidione, vel itinere vti ſo-
,, lent, permultum intereſt Geometricus ne
aliquis ſit, an non. Iſte tamen earum finis,
& ſcopus, non proximus quidem, & pe-
culiaris; ſed (vt loco nuper citato *num.* 4.
iam diximus) præcipuus ad ſummum
(quamquam remotus, & communis) eſt.
Peculiaris autem, & proximus (niſi teme-
rè rear) nil aliud profectò exiſtet, quam
rixas, & contentiones ſedare, quæ doloſæ
ſupputationis nequitia, & iniuſtæ diſtribu-
,, tionis rapacitate, vt plurimum oriri ſo-
,, lent. Regnum à gente in gentem *Eccleſ.*
,, 10. transfertur, propter iniuſtitias, & iniu-
,, rias, & contumelias, & diuerſos dolos:
Arithmetica nanque propter mercaturas
(ne ſcilicet, mercium pecuniarumque
permutatione, iniqui fænoris, mendacij-
que aliqua vnquam conſurgat ſuſpicio)
à Phænicibus prouidè inuenta fuit. *Strabo*
geograph. 17. Geometriam verò, Herodo-
rus *lib.*2. Diodar. *lib.* 2. & Strabo vt ſupra,
arbitrantur ortam, nec aliundè illatam, vt
annua Nili alluuione agrorum fines tur-
bante, eius terræ accolæ, per æquas di-
menſiones litigia, & controuerſias, prorsùs
arcerent.

Multiplex, dubio procul nequaquam
ſimplex malorum, & peruerſorum reperi-
3 tur iniuſtitia: Enixè idcircò *pſal.* 118. orat
Propheta, vt non dominetur ſui hæc, aut
illa; ſed omnis iniuſtitia: verùntamen vi-
tium animi apud Stobeum *ferm.* 18. illam
præſertim nuncupauit Philoſophus, quo
amplius, quàm par eſt, homines ſibi ſu-
munt. Hæc enim ſocietates diſſoluit: ami-
citias diſrumpit: affinitates elongat: Ea ſa-
nè excitante, & paſtores Abraham, & Loth
ſtrepuerunt rixæ, *Geneſ.* 13. Inter paſtores
Geraræ, & paſtores Iſaac inſonuerunt iur-
gia. *ibidem* 26. Inter Laban, & Iacob, diu-
turna incaluerunt diſſidia, *ibidem* 31. Et niſi
benè perpenſo Arithmeticæ, ac Geometriæ,
hæ auaritiæ cupiditates compeſcerentur
præſcripto dira, & cruenta minimè ceſſa-
rent bella.

Sed quid iniquiùs ſecula noſtra præbent?
4 Quid turpiùs? Quid fædiùs mortalibus affe-
runt. Tantum enim abeſt, egregijs his Ma-
thematicis artibus auaritiæ fomites ali-
quando extingui, aut ſaltem poſſe ſedari,
vt laruatis earum potiùs paludamentis ipſa
auaritia induta, odia, rapinas, rixas, iurgia
paſſim introducat. Hoc idcircò ordine 7.
*de benef. cap.*10. ſub Arithmeticæ typo, ip-
ſam inculcat Seneca, dicens: Quid agis
,, auaritia &c. Video iſtic diplomata, & ſyn-
,, graphas, & cautiones, vacua habendi ſi-
,, mulacra, vmbras quaſdam auaritiæ labo-
,, rantis, per quas decipiant animum, ina-
,, nium opinione gaudentem. Quid enim
,, iſta ſint? Quid fænus, & Kalendarium, niſi
,, humanæ cupiditatis extra naturam quæſi-
,, ta nomina? Quid ſunt iſtæ tabulæ, quid
,, computationes, & venale tempus, & ſan-
,, guinolentæ centeſimæ? Et *epiſt.* 88. his
,, geometricis vſibus, eandem ſic mirificè
,, carpit. Metiri me Geometres docet lati-
,, fundia: potiùs doceat qumodò metiar
,, quantum homini ſit ſatis &c. Quid mihi
,, prodeſt ſcire agellum in partes diuidere, ſi
,, neſcio cum fratre diuidere? Quid prodeſt
,, colligere ſubtiliter pedes iugeri, & com-
,, prehendere etiamſi quid decempedum ef-
,, fugit, ſi triſtem me facit vicinus potens, &
,, aliquid ex meo abradens? Doces me quo-
,, modò nihil perdam ex fructibus meis? at
,, ego diſcere volo, quomodò totos hilaris
,, amittam. Paterno agro, inquit, & auito
,, expellor. Quod? ante auum tuum quis
,, iſtum agrum tenuit? Cuius non dico ho-
,, minis, ſed populi fuerit expedire potes?
,, Non dominus iſto, ſed colonus intraſti.
,, Cuius colonus es? ſi benè tecum agitur,
,, hæredis. Negant Iuriſconſulti quicquam
,, vſu capi, quod publicum eſt:. Publicum
,, eſt hoc, quod tenes, quod tuum dicis.
,, Publicum eſt, & quidem generis humani
&c. Hæc tamen vitia nequaquam ſunt ar-
tis,

tis, ſed artificum, & profeſſorum, quorum
inſatiabilis ſuror, poſtquam quæſitis incu-
buerit opibus; non expletur adhuc, ſed, de-
ſiderio habendi ſemper angitur, & crucia-
tur. Nam eget ſemper (*epiſt. 3. paſch.* in-
quit Theophilus Alexand. *tom. 3. Bibliot.*
„ *PP.*) qui auarus eſt: neſcit menſurā, cui tan-
„ tū deeſt, quod habet quantū quod non ha-
„ bet: vnam duntaxat habens menſurā extrà
„ mēſurā ſemper inquirere. Mathemata ve-
rò ex ſui natura ita ſe habent nequaquam.
Quandoquidem, & ſi Sextus Empiricus
paſſim aduerſus Mathematicos, Sceptico-
rum more, plurimum hanc artem falſita-
tis redarguit (cum apud ipſum ſatis erro-
neum ſit, numerum poſſe intelligi ex ad-
ditione, aut ablatione vnitatis: eique ad-
ditionem aliquam dari poſſe; punctum eſ-
ſe indiuiſibile: lineam, & ſuperficiem pro-
funditate carere, & id genus innumera)
Platonis nihilominus ad illius ponendam,
tuendamque integritatem, & excellentiā,
nobis abundè ſufficiat ſententia, ſupe-
riùs *lib. 2. cap. 14. num.* 4. ſummoperè ce-
lebrata,

Cùm itaque Illiberalitatis, Auaritiæue
ex Philoſopho 4. *Ethic. cap.* 4. Quampluri-
5 mæ aſſignentur ſpecies: quoſdam in pri-
mis abiectos, perditoſque minimè pudet
Arithmeticos, earum ſingulis (vt rixas
magis excitent, & diſſidia vehementius
foueant) ſuos numeros turpiter, & inde-
corè paſſim adaptare. Huiuſcemodi ergò
ibidem inueniuntur notatæ: Parcitas, ni-
mirum; Tenacitas: Cymibilitas, ſeù Aui-
ditas, quamquam in minimis, & abiectis:
Vilitas: Meretricium: Vſura. Ludus: La-
trocinium; & id genus ſimilia. Nam Par-
citatem, Tenacitatem, atque Cymibilita-
tem planè exercent, dum longis, & fle-
xuoſis algorithmis, ita dati, acceptique
adæquant rationes, vt eorum, quæ alijs
etiam iure debent, ſatis cautè, aut magna
cum difficultate præbeant. Vnde Philo-
„ ſophus ibidem, inquit: Qui his nominibus
„ appellantur parci, tenaces, auidi, omnes
„ deficiunt, & deſunt in dando; ſed aliena
„ nec appetunt, nec volunt accipere: quo-
„ rum alij id faciunt bonitate quadam, re-
„ rumque turpium fuga. Vilitatem autem,
6 & Meretricium expreſsè committunt;
dum numerorum artem, vtpotè nobiliſ-
ſimam turpis lucri gratia, ad ſeruilia, &
inhoneſta trahunt. Nam ſicut qui vilia,
& obſcæna aliquandò ſectantur, turpia
de illis duntaxat, & reprobata lucra ma-
nifeſtè reportant, ita qui tabulas, ſuppu-
tationeſque ſuas, humilibus, & abiectis
rebus inſeruire permittunt, id ſanè, quod
ſummè honorabile, & honeſtum eſt, ad
ſeruilia, & inhoneſta contumelioſè tan-
tummodò transferunt. Vſuram præctereà
maximè fouent; cum ex debitorum ſyn-
graphis, autographiſque, quibus ratio-
narij eorum libri maximè ſcarent, ita nu-
meros multiplicant, ac reduplicant, vt
illud Meſſeniorum meritò recantare li-
ceat:

Eſt Pylus antè Pylum: ſiquidem eſt Py-
lus altera ſanè

Quod ità *opuſcul. de vitand. fœner.* commu-
tauit Plutarchus:

Vſura, vſura prior, vſura altera ſanè eſt:
Quandoquidem menſtruas, trientes, qua-
drimenſtruas, duplas, quinquagenas, cen-
tenas, ſeſquialteras, hemiolias ſiue ſeſcu-
plas, ſeſquicentenas &c. (de quibus 1. *tom.
C. theod. tit. de vſur.* Iacobus Gothofredus
ad ſatietatem differit) præter vſuras, inibi
reperitur nihil.

Ludo quoque quamplurimum fauent;
7 cùm numerus, & numeri computatio ex
Platonis ſententia *in Phædro. ſeù de pulchro
propè fin.* vna cum Talorum, Alearumque
ludo, à quodam Dæmone nequam, cui
nomen Theut; infauſto omine traxerit
originem. Taxillorum enim ludus, oſſa
quædam ſunt, numerorum varijs diſtin-
cta punctis, quæ in octo ſignaculis, ſiue
arithmeticis olim conſiſtebant figuris, in-
ter quas vna Steſichoria nomine, hoc eſt
Octonaria, teſte Alexandro, *3. genial. cap.* 21.
præcipua erat: aut duodecim, vt modò
etiam cernitur, ſtigmatizabantur vnitati-
bus. Quibus calculis, ſorti, fortunæque,
illiberales, & auari omninò cedendo, in-
iuſtas diuitias ſibi parare curant, & alienas
percupiunt vndecunque exhaurire pecu-
nias. Quarè, loco nuper citato probè
„ ſcribit Philoſophus: Aleatores, fures, &
„ latrones eſſe illiberales, eò quod in turpi
„ lucro verſentur, omnia faciant cauſa quę-
ſtus. Quod item, numeris, nec vllo pa-
cto erit contentiones reprimere, ſed innu-
meris diſſidijs, omnibuſque criminibus
impiè, ac petulanter habenas laxare: his
carminibus ſtudioſè ludente Hoſtienſe
tit. de exceſſib. prælat; dum inquit:

Hæc cum taxillis ludendo crimina fiunt:
Eccleſiæ ſpretus, vſuraque, ſiuè rapina,
Scandala, vel nugæ, blaſphemia, ſeu fa-
ciendi
Furti doctrina, violentia, crimina falſi,
Et mortis cauſa, deceptio, perditioque
Temporis, & deſiderium corruptio iunget
Iſtis prædictis adulatio, vitaque turpis.

Ex quibus demùm, inter auaritiæ ſpecies,
nouiſſimo diſpoſitum loco peruerſi, cor-
ruptique Arithmetici etiam conuincun-
tur indecorè exercere latrocinium. Cùm
tot crimina (authore D. Anton. *in ſumm.
tit. 1. cap. 23. §. 6.*) taxillorum in ludo ęquè
nu-

Digitized by Google

numerentur, quot in taxillis puncta com-
binantur.

Optimo proindè iure, quos penes pu-
8 blicarum rationum conſiſtit notitia, & ra-
tiocinia præſtant, quique *lib.* 12. *C. tit.* 50.
Numerarij olim dicebantur (nunc autem
ex Iſidoro 9. *ethimol. cap.* 3. Computatores,
ſiuè Computiſtæ vulgo nominantur) ceù
improbi, & iniqui, non ſemel, ſed quam
ſæpiſſimè notantur in legibus. Nam *l. ex
aula C. de priuil. eorum qui in ſacr. palat milit.*
Numerariorum faſtus, vel rapaces quæ-
ſtus, *l.* 1. *C. de numerar.* Vorax & fraudu-
lentum numerariorum propoſitum, *l.* 8.
C. theoſ. eodem tit. Ne dignitas, fraudibus
faciat vmbraculum, *l.* 15. *eius .C. & tit.*
Quorum ob fraudes hæc dudum formā
proceſſit, *l.* 6. *eod. loc.* Qui publicarum ra-
tiones ciuitatum verſutis fraudibus lace-
rare didicerunt, *l.* 7. *eod. loc.* Fraudum ſua-
rum ſutelas, *l.* 11. *eod. tit.* Si in aliquo frau-
dum ſcelere fuerint deprehenſi, *l.* 9 *eod. loc.*
Vt edant rationem torporis, atque ſegni-
tiæ, & ſimilia indè paſſim diſertè leguntur.
Quę omnia vtique ſatis oſtendunt ab vna
parte, quanta fuerit in Numerariorum
genere grauis, & odioſa nequitia. Quæ ne
Actuariorum adhuc amplius excreſceret
conſortio, Arcadius. & Honorius Impe-
ratores, *l. ne diutiùs C. de numerarijs*, ſtrictè
pręceperunt; ipſos Actuarios à Numera-
riorum ſocietate omninò diſcedere: quia
Numerariorum, videlicet, factionibus,
& tumultibus opportunos maximè ſe ſe
præberent; vt cæteroquin opportuni fue-
re, teſte Sexto Aurel. Victore apud Iaco-
bum Gothofredum *in C. Theodoſ. præfato*
,, *tit. comment. legis* 14. Tantum (inquit) Actua-
,, riorum in exercitu factiones vigent, vt
,, arduum petentibus, militia patraretur.
,, Genus hominum, præſertim hac tempe-
,, ſtate, nequam, venale, callidum, ſedi-
,, tioſum, habendi cupidum, atque ad pa-
,, trandas fraudes, velandaſque quaſi ab na-
,, tura factum, annonæ dominans, eoque
,, vtilia curantibus, & fortunis oratorum
,, infeſtum, prudens in tempore his largien-
,, di, quorum vecordia, damnoque opes
,, contraxerit.

Imperatores idcircò (alia ex parte) ad-
9 uerſus Numerariorum fraudes, verſutias,
ſutelas, quibus in damna Reipublicæ tri-
butorum rationem, & exactionem torpo-
re, & ſegnitia negligebant; vel infirmio-
res per colluſionem prægrauabant, has
cautiones, mulctaſque commiſerunt: ni-
mirum, vt conditionales eſſent, *C. theo-
doſ. de numer. l.* 7. *&* 8. & conditionis vilio-
ris, *dic. l.* 7. *&* 11. Sic vt ſi publicas ratio-
nes laceraſſent; reque exigente, tormen-
torum conditioni, tormenti aculeis, atque
lacerationibus ſubiacerent, *l.* 4. 6. 7. 9. *&*
11. ſeù per tormenta fraudes eorum dete-
gi poſſent, *l.* 7. immò, & inde factum, vt
exacto nondum officio cingulum militiæ
adipiſci non poſſent, *l.* 7. *&* 8. (quod mu-
tatum à Valentiniano Seniore, quoad
numerarios præfecti prætorio, *l.* 11.) Item,
vt maioris militiæ dignitatem ambire, ſeù
aſſequi vetarentur, *l.* 13. Quin, & dome-
ſticorum militiam affectare vetiti, *l. vlt.*
durante item officio quicquam emere,
vendere vetabantur, *l. damus*, *l. principes*,
l. omnis, *l. numerarij tit. de ijs, quæ adminis.*
quarum prior iungenda eſt, *l.* 4. *hoc titulo*,
poſtrema, *l.* 13. ob eandem cauſam, &
biennales tantum erant, *l.* 4. poſteà quin-
quennales, *l.* 6. *&* 8. tandem triennales,
l. 9. 13. *& vlt.* finitoque officio, vno an-
no vacare, & in prouincijs reſidere eos
oportebat, vt incurſantium querelas ex-
ciperent, *l.* 6. quod biennio poſteà immu-
tatum, *l.* 9. eundemque actum appetere
ampliùs non poterant *l.* 16. *&c.*

Nec propterea Geometræ (vt ad alte-
10 ram Matheſis ſenſim deſcendamus ſpe-
ciem) quibus in finium regundorum iu-
dicio *C. lib.* 3. *tit.* 39. *l.* 3. agrorum poſſeſſio-
numque commiſſa eſt menſura; exinde
afficiuntur pudore, retrahuntur ignomi-
nia, erubeſcunt dedecore, dum item ini-
qui cupidine lucri, auaritięque impulſu,
blandas fraudes, maloſque interdum non
ſemel nituntur adhibere dolos. Eſt qui-
dem malus dolus (vt docet Angelicus
2. 2. *q.* 55. *per totam*) vitium Prudentiæ per
exceſſum oppoſitum. Quia Aſtutia, Sa-
gacitas, Dolus, Fraus, & id genus alia,
falſam prudentiæ præ ſe profectò ferunt
imaginem, Atque ideò *ff. de odio malo l.* 1.
,, *in prin.* inquit Vlpianus; Dolum malum
,, Seruius quidem ita definit; Machinatio-
,, nem quandam, alterius decipiendi cauſa,
,, cùm aliud agitur, & aliud ſimulatur. Et
,, ſubindè addit; Labeo ſic definit: Dolum
,, malum eſſe omnem calliditatem, fallaciam,
,, machinationem, ad circumueniendum,
,, fallendum, decipiendum alterum adhibi-
,, tum; Quæ omnia quandam ſapiunt fal-
,, ſem carnalem prudentiam.

Verùm enim verò, his parùm, vel ni-
11 hil obſtantibus, hoc vnum indubitatum
manifeſtè recipitur, quòd Fraudem, ni-
mirum, & Dolum mundo, & hominibus
Auaritia peperit. Qua de re, 31. *moral.*
cap. 17. eas D. Gregorius, inter auaritiæ fi-
lias prouidè diſpoſuit, Cuius rei cauſam
2. 2. *q.* 118. *art.* 8. affabrè adduxit Angeli-
,, cus, dicens: Quia cum auaritia, ſuper-
,, fluus ſit amor habendi diuitias; vel exce-
,, dit in retinendo; & ex hac parte oritur
,, Obduratio contra miſericordiam: vel ex-
cedit

,, cedit in tecipiendo; ſed hoc dupliciter:
,, vno modo ſecundum quod eſt in affectu,
,, & ſic ex auaritia oritur Inquietudo: alio
,, modo poteſt conſiderari in effectu; & ſic
,, in acquirendo aliena vtitur quandoque
,, vi, quod pertinet ad Violentias; quando-
,, que autem dolo, quod quidem ſi fiat in
,, verbo Fallacia erit, quantùm ad ſimplex
,, verbum; Periurium autem, ſi iuramenti
,, addatur cõfirmatio. Si autem dolus com-
,, mittatur in opere, ſic quantum ad res erit
,, Fraus; quantùm autem ad perſonas, erit
,, Proditio, vt patet de Iuda, qui ex auari-
,, tia prodidit Chriſtum. Vnde ſeptem ex
Gregorio enumerantur *loc. nuper cit.* Proditio, ſcilicet, Fraus, Fallacia, Periurium, Inquietudo, Violentia, & contra miſericordiam Obduratio.

Multiplieiter antem, tum menſurando,
12 tum latifundia diuidendo, Doli, frau-
diſque Geometræ, ingenioſa perſcrutantur crimina. Vt nanque, ſplendidioribus magis, magiſque offerentibus ſuis largitoribus faueant, iniuſtis, mendacibuſque in Magni Theodoſij *l. 19. C. theod. de ſuſcept. præpoſ. &c.* contemptum, & iniuriam, minimè verentur vti menſuris. In vniuerſum ſanè etiam olim, vt negotiatorum ſolitis occurreretur fraudibus, non Ædilium modò muneris fuit, exigere menſuras, quod docet Perſius *ſatyra* 1. vt eruditè in *C. theod. loc cit.* notat Iacobus Gothof., ſed etiam Romæ publicas menſuras, & pondera in Capitolio eſſe ſeruata, ad quorum modum priuatorum menſuræ, ſi quando controuerſia eſſet, exigerentur, antiqua monumenta apud eundem Gothofredum, apertè teſtantur. Quarè In-
,, ſcriptio illa adhuc ab eodem citatur: Imp.
,, Cæſare Veſp. VI. Coſ. T. Cæſ. Aug. F.
,, IIII. Menſuræ in Capitolio. Hinc adeò
Amphora capitolina, aliæque menſuræ, de quibus Fannius *in carminibus de ponder. & menſ.* ita ſcribit.

Amphora fit cubus, quam ne violare liceret,
Sacrauere Ioui, Tarpeio in monte Quirites.

Quo circa vt fraudare cupientibus, fraudandi Theodoſius Auguſtus etiam adimeret poteſtatem: iuſſit ibidem menſuras, & pondera in ſingulis ſtationibus publicè collocari.

Sed: Magni animi nihilominus eſt Aua-
13 ritia (liceat & mihi cum Seneca *lib. 1. de
ira. cap. 16. in fin.* liberè loqui) quam nec leges cohibent, nec pœnarum ſeueritas minimè terrent. Hinc Iuuenalis, *ſatyra* 1.

——— ſed qua reuerentia legum?
Quis metus, aut pudor eſt vnquam propetantis auari?

Iura quidem *ff. ſi menſor. falſ. mod. dixe.* ſtrictè iubent agrorum menſoribus (quibus *C. finium regund. l. 3.* datum eſt perſonaliter adire loca, vt patefacta veritate, Iudici referendo, controuerſorum finium terminetur litigium) quòd nullo pacto in modi renunciatione falſum dicant; aliàs actionem contra illos comminantur dari, vt *ibidem l.* 1. expreſsè habetur: & tamen, ſi pinguiora indè ſortiantur emolumenta, longè ſecus ac res ſit, doloſè plerumque teſtantur. Nam vt ibidem idem monet Iuuenalis:

Falſus erit teſtis, vendet periuria, ſumma
Exigua, Cereris tangens aramque, pedemque.

Falsò idcircò Menſoribus, quod oculis perſpexerunt, manibuſque contrectauerunt referentibus, condignæ non deſunt pœnæ: cùm lata ipſorum culpa, ibidem Dolo compararetur, qui impunitus nequaquam remanere debet, *Card. in clem. 1. de foro comp.* Quod ſi in diuiſionibus rerum id quoque contingat, certò ſciant per *l. maioribus C. communia vtriuſque iudicij &c.* Ei, qui dolo tunc deceptus eſt, eſſe prorſus ſubueniendum.

Quia denique *1. amor. elegia* 10. ad rem
14 Naſone concinnè canente:

Non habet euentus ſordida præda bonos:

Numeri, pariterque figuræ, quibus Arithmetici, atque Geometræ ad deprædandas paſſim iniuſtas vtuntur diuitias in præiudicium artis infauſtos, miſerandoſque vt plurimum quoque inducunt effectus. Quandoquidem, inter auaritiæ malos, exitialeſque euentus, peiorem eo nullum extare arbitror, dum ſua videlicet peruerſitate, quamquam altiora, etiam
,, proſternere contendit auaritia ipſa. Vnde
,, ſatis appoſitè, *pro quintio ſect. 4. n. 26.* dixe-
,, rat Tullius: Nullum eſſe officium tam
,, ſanctum, atque ſolemne, quod non aua-
,, ritia comminuere, atque violare ſoleat.
Idem autem profectò ad trutinam, aliqui pertentant curioſi, ac vani Mathematici, dum ſuperſtitioſis numeris, figuriſque ſuis excelſam illam, & admirandam Arithmeticæ, ac Geometriæ myſticam artem (de qua ſatis *lib. 2. cap. 14. ferè per totum* dictum eſt ſuprà) tollere, & omninò è medio conantur abolere, aut ſaltem vt impiam infamare. Quod autem ita contingat, contumelioſèque fiat, citrà puluerem omninò id erit oſtendere. Indubitatum propterea iam nanque ſit: Numerorum quemquam myſticas, & varias adhuc præcontinere in ſe ſignificationes. Hoc enim præ cæteris inſinuauit diſertè

Petrus

Petrus Bongus Canonicus Bergomenſis; ad quem, ne præſens extra numerum, menſuramque nimis excreſcat opus, id auentes inueſtigare, ex animo remitto. Ad examen duntaxat liceat, pro mille vnum reuocare ternarium, quippè qui omnium imparium primus eſt numerus, quaſi reditus ad vnum, atque principium: Perfectiorque vtique eſt pari, cum illum comprehendat, minimè ab eo comprehendatur. Quarè ad myſticas, & reconditas ſignificationes, eo nihil eſt vberius. Quoniam, ei præ cæteris contingit, vt inter duo ſumma medium, quo vincitur, accipiat; & propter medium, ſui ipſius vinculum intra ſe poſſideat, & propter centrum circulare exiſtat; & propter comparationem extremorum ad medium, vniuerſi ordinis initium ſit, atque principium. Hinc 1. *cæli text.* 2. aiebat Philoſophus: » Magnitudinis, ea quidem, quæ ad vnum » eſt diuiſibilis; linea eſt: quæ verò ad duo, » ſuperficies: & ea, quæ ad tria, eſt corpus. » Atque præter has, nulla alia prorſus eſt » magnitudo, propterea quod ipſa tria om» nia ſunt, & ipſum ter in omnem partem » ſe fundit. Nam vt Pythagorei inquiunt, » ipſum omne, ac omnia, tribus ſunt defi» nita: Finis enim, & medium, & prin» cipium, vniuerſi numerum habent, hæc » autem triadis.

Has profectò naturales eſto myſticas ter-
15 narij numeri, atque alias ſignificationes, impia ſuperſtitione, primi polluère Gentiles: Exinde verò, Dæmone duce, cunctas ferè nationes eadem fœdauit contagioſa lues. Apud ipſos nanque ternarius hic numerus ſacer, & potentiſſimus erat; vtpote plurimum conferens ad cæremonias Deorum, & religionis; cuius auſpicio & preces, & libamina terniò paſſim repetebantur. Quò maximè ſpectat illud Theocriti in Pharmaceutria.

Ter libo, ter & hæc pronuncio myſtica
verba.

Et Valerij Flacci *in Argonauticis*:

Ipſe ter æquoreo libans carcheſia patre.

Ternario pariter in purificationibus vtebantur ſæpiſſimè: ter enim aſpergebantur, qui luſtrationis aqua irrorabantur, *æneid.6.*

Idem ter ſocios, pura circumtulit vnda,
Spargens rore leui, & ramo fœlicis oliuæ.

Quin etiam cum fierent luſtrationes arnorum, ter hoſtia circa fruges agebatur, *vt 1. georg.*

Terque nouas circum fælix eat hoſtia
fruges.

Maro expreſsè docet. In ſacris etiam feralibus, eiuſdem menſura numeri, ordineque, quam multa item peragebant: nam Deæ Mutæ 2. faſtorum, ita litatum canitur.

Ecce anus in medijs reſidens annoſa
puellis,
Sacra facit Tacitæ, nec tamen ipſa tacet.
Et digitis tria thura tribus ſub limine
ponit.

Sed & fato functum proprio nomine tèr clarùm inclamabant, fortaſſis quod ad nihil æquè, ac ad proprium nomen citiùs expergiſcamur; ad quod ſi vitalis aliquis adhuc calor incluſus lateret, vitæ ſignum aliquod daretur. Quod ſi ne tum quidem ſe proderet ſpiritus vitalis, de eo conclamatum dicebant. Quæ vtique *Æneid.* 6. Deiphobi, & *ibidem* 11. Pallantis in parentalibus, fatis fuiſſe commendantur obſeruata.

Fuerat præterea ternarius Incantationi-
16 bus, Maleficiis, Amuletis, & Ligationibus aptiſſimus numerus. Hinc *Bucolic. eglog* 8. Saga illa profert,

Terna tibi hæc primum triplici diuerſa
colore
Licia circumdo, terque hæc altaria circum
Effigiem duco: Numero Deus impare
gaudet.

Et paulò poſt.

Necte tribus nodis ternos Amarylli colores.

Quinimo Herodianus *lib.* 1. receſet Claudiam Veſtalem, vt ſe ab impudicitiæ ſuſpicione expurgaret, integritatemque ſuam, manifeſto aliquo exemplo comprobaret; nauim in qua Cybeles vehebatur, cingulo ſuo tenui poſt affatum ternarium, quo voluit pertraxiſſe. Nec inſuper prætereundum videtur, quod Columella *lib.* 10. memoriæ prodidit: Beſtiolas illas maleficas, quæ Erucæ nuncupantur, enecari, ſi mulier, menſtruoſa, ſolutis crinibus, & nudo pede vnamquamque areolam ter circumuenerit. Et Plin. *natur hiſt. lib.* 28. Terna deſpuere deprecatione in omni medicina, morem olim extitiſſe narrat. Idque genus tandem paſſim apud Authores inueniuntur non pauca: vnde Scholiaſtes in Theocriti *idil.6.* affirmat huiuſcemodi vſum ſua etiam ætate in mulieribus perduraſſe, quæ inuidiam abominantes, in ſinum expuere ſolebant. Vtinam autem hæc, aliaque permulta adhuc non frequentarentur ſuperſtitioſa: quandoquidem tot in Mathematicos punitiones, & pænæ haud eſſent comminatæ *C. de maleſ. & mathem. & cæteris ſimil. per tot.* Quarè ab eiſdem pænis, nec tandem excludendi, eximendique vnquam cenſeantur Geometræ, cùm numeri, etiam ſoleant

geometricis copulati, identificarique figuris. Hic quidam eorum à Mathematicis lineares, ſuperficiales, ſolidi, triangulares, quadrati, pyramidales &c. paſſim nuncupari ſolent. Sed de his ſatis.

CAP. XIV.

Muſicorum laſciuis ex veſtibus, diſſoluto riſu, ac flexuoſo, & erratico greſſu; non tam grauia, quàm varia eorum, vt plurimum deteguntur vitia.

SVMMARIVM.

1 *Muſicam hominibus maximè eſſe conſentaneam, non ſolum ex Ficini oſtenditur ſententia, verùm etiam ex eo colligitur, quòd vocis attollendæ, deprimendæque, ac diſponendæ per tonos, modos, & moram, quis eſt qui non concentui, & harmoniæ aures libenter præbeat?*

2 *Aſſidua tamen Muſices oblectamenta, animũ veluti nimis emollientia, non ſatis commendauit Plato. Qua fortaſsè ratione nonnulli permoti eam, eiuſque melodiam penitus abominati ſunt: vt de Ægyptiis, Bione Boryſthenite, Ariſtotele, Alcibiade, & Anthiſtene quidam ſcripſerunt.*

3 *Talium tamen intentio nunquam Muſicam fuit vituperare; ſed malorum profeſſorum vitia reprehendere. Nam ſi tam libenter amplexamur Philoſophiam, quæ rigidè temperat animi motus, & perturbationes imperioſè coercet: multò magis Muſicam recipere debemus, quæ non per vim nobis imperat, ſed cum voluntaria quadam perſuaſione eadem efficit, quæ Philoſophia.*

4 *Tota ergo huius honeſtiſſimæ iacturæ artis referenda eſt in quoſdam, qui veterem faſtidientes Muſicam, nouam quandam excogitauerunt mollem, ac laſciuam, quæ ad vitiandos mores apprimè videtur idonea. Nam Muſicæ mutatio, idem eſt ac morum variatio, quæ vtique Reipublicæ ſatis reputatur periculoſa.*

5 *Quarè hæc noua, & laſciua Muſica, occulta quadam, & tecta ſuperbia præſumptione aſſeclas, & ſectatores ſuos, ad ſtuporem proteruos, & arrogantes facit; ità vt cæteros ſpernant, toruoque intueantur lumine. Quòd ſi quis fortè eos, quamquam leuiter in aliquo offenderit; exilia, carceres, vulnera, cædes protinus minitantur.*

6 *Ipſos tamen increpandi facilis, & vtilis inſinuatur modus: ſi ſcilicet maiora alia vitia, quæ hæc noua afferre ſolet Muſica (quorum profectò nulla eſt penuria) eorum ante oculos interdum proponantur. Nam ſi talia aliquandò benè perpenderint, facilè ab ipſis abſtinebunt, ac ventoſam, quæ turgent proteruiam, penitus repellent, & abjicient.*

7 *Cum autem ex amictu, riſu, ac greſſu, mores plerumque percipiantur hominis: oculis ad viuum idcircò objicitur noſtris, aliquis huius artis peritus, optimè indutus, ac phaleratus; ex quibus profectò ornamentis, de qualitate ipſius aliquid conjecturare licebit. Nam cum anima diuerſorium ſit corpus; ex iſtius apparatu de hoſpitis conditione, non pauca valebimus indicare.*

8 *Libido venerea, ibi maximè moratur, vbi veſtium mollities, opumque luxus, ac deliciæ vehementius abundant; cuius rei cauſa eſt, quia mollis veſtis diſſoluit rigidam animam, & aſperum corpus, delicatum reddit: adeò vt luxurioſus, nullus ſibi placeat, niſi aureo, ſericoque ornatu vndecumque reſplendeat.*

9 *In hoc autem ij præſertim Spadones, qui ſe non caſtrauerunt propter regnum cælorum; ſed vt hominibus placerent, maximè peccare ſolent. Quinimò apud Ethnicos, illorum olim tanta erat obſcœnitas, vt ad inhoneſtas, & impudicas concinendas cantiones, in conuiuijs, ac tripudijs, ſuam potiſſimùm præſtarent operam. Quarè eorum, vt plurimùm infanda, & execranda libido, ſeueriſſimis inde legibus coercita, & abolita meritò fuit.*

10 *Sed non minora ex ſyncruſio, & effuſiori Muſicorum riſu vitia conjecturanda videntur. Id enim ridendi genus nebulonibus, & paraſitis quam maximè conuenit: præſertim cùm riſus, & fames ex eadem radice prodeant. Vndè adagio fertur: Bonus Muſicus, bonus cupediarius.*

11 *Huiuſcemodi autẽ famelica hominum natio, ad fruges, & dapes conſumendas, vtpotè nata, ſemper quærit alienum edere cibum, nihilque metuit magis, quàm ne triſti domicænio laboret. Quare vt plurimum ebrietate confecta, vilia, & indigna de ſe præbet exempla.*

12 *Cùm verò ex gulæ vitio innumera vitiorum agmina ad conflictum animæ producantur; ex nimia, & aſſueta crapula, varij etiam ludendi modi oriri ſolent; præcipuè apud impudentes, & diſſolutos Muſicos, alearum, taxillorumque ille deplorabilis luſus, vnde in Deum, Sanctoſque blaſphemia, in proximos diſcordia, ac infælices rixæ ſæpè ſæpiùs conſurgere ſolent.*

13 *Tandem, valdè ſcandaloſum, & execrabile eſt, theatralibus, & animoſis canticis Dei polluere Eccleſiam, & profanare. Quarè hus cantilenas, choreiſtaſque ſymphonias, meritò ſenſit Beatus Iuſtinus Martyr, ab Eccleſijs penitùs eſſe abijciendas. Vnde*

ſacris

Digitized by Google

ſacris cantoribus, vtilia canendi exhibentur præcepta. Talia verò, quæ modò vanorum Muſicorum ab Eccleſia, arcenda colliguntur vitia, ex eorum vtique vago, & inconſtanti, ſatis deprehenduntur greſſu.

MVſicam apprimè conſentaneam hominibus eſſe, atque amicam: ea prę|ter, quæ *lib. 2. cap. 15. num 7.* ſuperius retulimus; Ficini ſententia, & ratio ſumoperè probant. Diſſerens nanque, *comm. in Platonis conuiu. cap. 9. prop. med.* de Muſicæ, Amoriſque delicijs, inquit: Nullis enim alijs oblectamentis tam aſſiduè operam impendere poſſumus, quàm Muſicę, vocumque delinimentis, pulchritudiniſque illecebris. Reliqui enim ſenſus citò replentur: viſus autem, & auditus diutiùs voculis, & pictura paſcuntur inani. Neque enim horum ſenſuum formiores ſunt voluptates; verùm etiam humanæ complexioni cognatiores. Vocis ſanè attollendæ, deprimendæque, ac diſponendæ per tonos, modum, & moram, quis eſt, qui non amicè audiat, ijſque oblectetur abundè? In eis nanque ductum celertimè ſpiritum, libratum veluti pennis, atque in ſublime promiſſum; mox aut ad ima deuolutum, aut retrorſum à medio curſu reprehenſum; ante expectatum, preſſum, firmatum, reuocatum, circumactum veluti turbinem, ac verſatum; vt non ore, ſed torno elaboratum, retundatumque quiſque crediderit: non ſine mentis ſtupore, laxis nunquam auribus, vndecumque excipimus. Vnde pręterea duritate aliquandò blandiſſima dulcedinis ſatietati conſulere: improuiſa demiſſione vocem introrſum flectere, & ſurda quadam titillatione prouehere, ac verè in ſinu canere: exultantem cantus hilaritatem, fractis identidem numeris, & quaſi mæſtitia temperare: denique ſonum illidere, implicare, explicare, ſuſpendere, variare, producere: ſuſpirijs, trepidatione, modulatione, minuritione, concentu variare, magna cum ſuauitate; non ſemel meditando, contemplamur.

Quibus verò, conſueto vſu receptis, &
2 quamquam communi voto, penitus non excluſis: aſſidua tamen Muſices oblectamenta, animum veluti nimis emollientia; non ſatis, *dialog. 3. de republ. prope fin.* ipſe commendauit Plato, dicens: Quicunque permittit vt Muſica animum ſuum aſſiduè circumſonans occupet, & demulceat; perque aures veluti per infundibula harmonias infundat, quas ſupra commemorauimus, ſuaues, blandas, molles, ac flebiles, atque ætatem ſuam in modulis animum delinientibus conſumit: is primum quidem, ſi quid iracundum habebat, tamquam ferrum demollit, & vtile ex inutili, duroque efficit. Quando autem incumbit diutius, magis demulcet: poſt hoc iam liquefacit animum, & reſoluit, donec diſtillando exhauriat animoſitatem omnem, excindatque tanquam neruos ex animo, ex quo animum quaſi ſegnem militem efficit. Qua fortaſſe ratione permoti, Muſicam, eiuſque concentus abominati, & execrati ſunt plurimi. Hinc vna cum ſaltatione, Ægyptijs apud quos, pueri nec Paleſtræ, nec Muſicæ vacabant, ſeuera lege inhibita fuit *Alex. gen. lib. 2. cap. 25.* Bion Boryſthenites, eam pro ludo habuit *Laert. lib. 4.* Et Ariſtoteles interrogatus, quid de ipſa ſentiret? protinus reſpondit: Iouem neque canere, neque citharam pulſare: Senſerat enim hoc ſtudium parum vtile hominibus eſſe, quo Dij non etiam delectarentur *Bruſon. lib. 4. cap. 17. In lacon. apopht.* de Alcibiade etiam propterea ſcribit Plutarchus, quod Philoſophiæ præceptis imbutus, voluptates, ac indecoras artes aſpernatus eſt, diſciplinas autem liberas ſemper amplectebatur: Lyram, hoc argumento reycicbat, quod vocem hominis imitaretur: Plectrum, quòd habitum, formamque liberalem immutaret in illiberalem: Tibiam duplici nomine damnabat, & quòd ſic mutaret oris habitum, vt vix à familiariſſimis agnoſceretur qui caneret; & quod homini propriam adimeret vocem, loquendique facultatem eriperet. Nemo enim Tibiam inflare, & loqui ſimul poteſt. Et de Archidamo ibidem ſubdit; quod cùm quidam Citharædum prædicaret, eiuſque in canendo admiraretur facultatem, appoſitè dixiſſe: Heus vir optime, quid honoris, ac præmij abs te ferent boni viri, cùm tantoperè commendes Citharædum? Citharędum nanque, cuius ars non Reipublicæ, ſed voluptati ſeruit, adeò non cenſuit laudandum, vt nec inter bonos viros duceret habendum. Et vt demum alia mittamus innumera; Muſices ex nimia duntaxat excellentia, Iſmeniam malæ frugis, & inutilem, Anthiſtenes exiſtimauit hominem; quia eos minimè poſſe euadere bonos autumabat viros, qui tantum operæ huiuſcemodi artibus impenderent. *idem Plutarchus in Pericle.*

Verùm enim verò, ij ad ſummum co-
3 nati ſunt docere Muſicam, non eſſe ad fælicitatem, diſciplinam neceſſariam, ſed potiùs noxiam ex eo, quòd malè audirent, ac vituperarentur quæ apud Muſicos ſunt; quod nimirum præcipuæ rationes mereantur reprehenſionem. Ideoque in labefactandis Muſicorum hypotheſibus (*cap. 22. aduerſ. mathem.* inquit Sextus Empiricus)

 exi-

existimarunt etiam labefactatam eſſe Muſicam. Non enim oportet ob ſactam, & eneruatam Muſicorum vitio noſtri temporis Muſicam, in veterem, & ſeueram inuehi, & de ea detrahere, cùm etiam Athenienſes, apud eundem Empiricum *loc. cit.* quibus magnæ fuit curæ moderatio, ac temperantia, Muſicę honeſtam accipientes grauitatem, eam vt diſciplinam maximè neceſſariam tradiderint poſteris. Quare ſi olim, quibuſdam fractis modis, & effæminatis numeris aliquando emolliebat, ſicut & nunc effæminat Muſica; nihil hoc ad veterem, & virilem. Si enim nullis, vel ſaltem paucis renuentibus votis, recipimus Philoſophiam, quæ humanam caſtigat vitam, & temperat; animique motus & perturbationes coercet, ac reprimit: multò magis recipienda eſt Muſica, quæ non per vim nobis imperat, ſed cum voluntaria quadam perſuaſione, idem efficit, quod Philoſophia.

Tota ergo huius honeſtiſſimę iacturæ,
4 & vilipendia artis, eò referenda ſunt, quod impudentes, & diſſoluti Muſici, antiquam, veteremque in Rerumpublicarum, ac Regnorum perniciem, ſtomachantes Muſicam, quandam nouam, ſatiſque laſciuam ſegniter excogitauerunt, qua vtique ad vitiandos, & corrumpendos mores, nihil deterius tolerari poteſt. Et quidem Vetus (*dial. 4. de republi. propè princ*) ſcitum Platoni fuit: Muſices mutationem Reipublicæ periculoſam eſſe. Iuuenes nanque, nouis modulationibus illecti, animo diſtrahuntur, virtutes negligunt, & à rebus ſerijs auocantur. Cui deinde ex animo, 2. *de legib. ſect.* 177. *n.* 38. & 39. his verbis Tullius ſummoperè adhærere videtur. Aſſentior enim Platoni (inquit) nihil tam facilè in animos teneros, atque molles influere, quam varios canendi ſonos, quorum dici vix poteſt quanta ſit vis in vtramque partem. Nanque, & incitat languentes, & languefacit excitatos, & tum remittit animos, tum contrahit: ciuitatumque hoc multarum in Græcia interfuit, antiquum vocum ſeruare modum quarum mores lapſi ad mollitiem pariter ſunt immutati cum cantibus: aut hac dulcedine, corruptelaque deprauati, vt quidam putant: aut cùm ſeueritas eorum ob alia vitia cecidiſſet, tum fuit in auribus, animiſque mutatis etiam huic mutationi locus. Quamobrem ille quidem ſapientiſſimus Græciæ Vir, longeque doctiſſimus, valdè hanc labem veretur: Negat enim mutari poſſe muſicas leges, ſine mutatione legum publicarum.

Hæc itaque noua (ne dicam mimica, &
5 theatralis) Muſica; ſubdola quadam inprimis, & tecta ſuperbiæ præſumptione, aſſeclas, ſectatoreſque ſuos ad ſtuporem proteruos, & arrogantes prodit. Arrogantia ſiquidem, quædam filia ſuperbiæ eſt, qua quis multum ſe exiſtimat; cęteros quos infrà ſe videt, deſpicit; & quibus non conſulendo, loqui, ſed vix dominando dignatur 74. *diſt. cap.* 1. Hi nanque ob virulentum illius faſcinum artis, ſi fortè, cuiuſdam ex potentioribus tutelam, fauoremque fuerint adepti; Iouis in germen iactant illicò ſe eſſe mutatos, cùm eiuſdem ad ſummum ſandalia videantur dicendi. Obuios proinde toruo intueantur lumine, ſeque cùm nimio plus ſe ament; magnificè circumſpectant; artificioſo incedunt greſſu; ambiguas (ſi modo loquantur) reddunt voces; omnes præ ſe contemnunt, ac veluti mures, aut muſcas, aut culices eſſe arbitrantur cęteros. Quod ſi quis temerè, quam leuiſſimè pepulerit, ſi tetigerit, ſi minimo verbo ſuſpicati fuerint offenſos, non quidem ſunt exorabiles, ſed cædes, exilia, diuturnoſque ſtatim minitantur carceres; atque vt vno afflatu multa præſtringam, quia magis ſibi placent, quam in machæra Peleus, ſæpè criſtas attollunt, numquam, aut raro ſuo ſe metiuntur pede.

Hanc tamen ipſos monendi facilem, ac
6 perutilem D. Gregorius *cura paſtor. p. 3. admon.* 9. ingenioſè retulit, & oſtendit methodum, dicens: Tunc enim proteruos melius corrigimus, cum ea, quæ benè egiſſe ſe credunt, malè acta monſtramus, vnde adepta creditur gloria, inde vtilis ſubſequatur confuſio. Nonnunquam verò, cum ſe vitium proteruiæ minimè perpetrare cognoſcunt, compendioſius ad correctionem veniunt, ſi alterius culpæ manifeſtioris, & ex latere requiſitæ improperio confundantur; vt ex eo quod defendere nequeunt, cognoſcant ſe tenere improbè, quod defendunt. Eodem quippè pharmaco (vt ipſe ſtatim addit) ad ſanandum Corinthios, vſus eſt quoque Apoſtolus. Nam cùm illos proteruè aduerſum ſe inuicem videret inflatos, adeò vt alius Pauli, alius Apollo, alius Cephæ, alius Chriſti eſſe ſe diceret: inceſti culpam in medium deduxit, quæ apud eos, & perpetrata fuerat, & incorrecta remanebat. Vnde 1. *Corinth.* 5. ſcribit: Omninò auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes; ita vt vxorem patris aliquis habeat. Et vos inflati eſtis: & non magis luctum habuiſtis, vt tollatur de medio veſtrum, qui hoc opus fecit. Quare cùm plurima adhuc profeſſorum recens Muſica nobis exprobranda, deteſtandaque vitia proponat, atque delicta: ſi ea benè, ſe-

ſedulòque, vt par eſt, ipſi perpenderint, & protinus ab eis cauebunt, & ventoſam, inanemque qua turgebant proteruiam, vndecunque repellent, & abijcient.

Verùm enim verò; ſi: Amictus corpo-
7 ris, & riſus dentium, & ingreſſus hominis
,, enunciant de illo. *Eccleſ.* 19. Ex veſtium
,, luxurie, cachinnorum deformitate, inceſ-
ſuſque leuitate, grauiores inde reliquos Muſicorum defectus, quibus minimè timeſcere, ſed maximè erubeſcere habent, ipſis facilè improperare valebimus. Prodeat interim concentus huiuſce, melodiæque peritus, optimè quis indutus, cui veſtis textu tenuis, tactu mollis, viſu varia; galerus Caſtorum ex villulis in alteram aurem depreſſus; pallium pendulum, alteri brachio ſubiectum, in alterum reiectum; artificiosè perfoſſus, & feneſtratus thorax; ad collum gemmatus torques; ad narium excrementa, vultuſque extergendum ſudorem, reticulum tenuiſſimo lino, minutiſque elaboratum maculis, venuſtè famulentur, & obediant. Non ne inſuper vnguentorum fragrantia, nouitateque aſpectus commouebit populum; & facto ſilentio, ipſum mirabundi aſpicient omnes? Quòd ſi adhuc gratus capillorum color, ſplendiduſque nitor, arabicis obunctus guttulis, vel pectinis acuti dente tenui diſcriminatus illuceat; minimè deinceps verebitur, etiam calamiſtrata fronte, virilitatis vigorem pluribus modis, mendicatoque cultu, in habitum fæminarum, deliciaſque paulatim emollire. Sed proh fatuitas! Quam grandis inſania! Quo enim vberius his nugis, vaniſque ornamentis huius conditionis homines copioſi fuerint, & illuſtres; eò vehementius deriſi, & contempti, ex omni conuentu penitus eijcientur bonorum. Etenim, cum animæ diuerſorium corpus ſit à natura conſtitutum; ex eius quidem ornatu, ac veſtium ſupellectili, de hoſpitis conditione, motumque propenſione, facilè non tam conijcere, quam multa poterimus iudicare. Quid igitur tam mollia, & ſumptuoſa in Muſico portendere vnquam poſſunt indumenta? Auguſtum amabo, Suetonio teſte, apud Cornelium à Lapide in *Eccleſ.* 19.
,, audiamus Cæſarem. Veſtitus (inquit) in-
,, ſignis, ac mollis, ſuperbiæ vexillum eſt,
nidusque luxuriç. Sed hactenus iam de ſuperbia; modo luxuriæ liceat ad vitium, ſuo etiam properare improperio.

Venerea ſiquidem, omniſque carnis
8 effrænata libido, Seneca in Hipp. *act.* 1. ca-
nente:

——— in penates tatius tenues ſubit
Hæc delicatas eligens peſtis domos:

Sed ibi tutius inhabitat, & nidificat, vbi veſtium mollities, opumque luxus, ac deliciæ vehementius vigent; Eodem iam ibidem præcinente Vate:

Quis quis ſecundis rebus exultat nimis
Fluitque luxu, ſemper inſolita appetens;
Hunc illa magnæ dura fortunæ comes
Subit libido——— ——— ———

Cuius rei inde cauſam neruosè, hoc eſt
more ſuo. apud Maſcard. *roman. differ.* 14.
,, adducit Chryſoſtomus, dicens: Mollis ve-
,, ſtis diſſoluit rigidam animam, & ſi frigi-
,, dum corpus aſſumat, & aſperum, facilè
,, per huiuſmodi mollitiem delicatum red-
,, dit, & fragile. Adeo vt nullus luxurioſus
ſibi placeat, ſi non auro, ſi non argento, ſi non gemmis, & margaritis prætereà vſquequaque illudat. Vult enim omnia ſibi vndique ſurgere, nobilibus gazis, formis nouis, operibus barbaricis.

Hanc autem Spadones, & Eunuchi illi
9 (minimè qui ſe caſtrauerunt propter re-
gnum Cælorum *Matth.* 19. ſed quibus ab hominibus, ob vocis duntaxat delicias, aut venuſtatis gratia, cremaſteres ſunt auulſi;) veſanam ſumptuosè induendi, liberamque vtique ſibi permittunt licentiam. Nihil ſanè in eis, mollia, & venerea præter loquitur vox fracta, facies meretricijs coloribus inſignita, nunquam ingenua, ſed opulenter ficta; riſus, mores emendicati, & coacti, inceſſus perfluus, delicatus, & languidus idem profectò teſtantur. Hinc meritò antiquitus ex Petronij Arbit. *ſatyr. cap.* 23. Spatalocinæ didicebantur: Canit enim:

Huc huc conuenite nunc Spatalocinædi,
Pede tendite, curſum addite, conuolate planta,
Femore facili, clune agili, & manu procaces,
Molles, veteres, Deliaca manu receſi.

Ad inhoneſtas quippè, & impudicas concinendas cantiones in conuiuijs, ac tripudijs, ijs olim vtebantur Ethnici: Quo ſpectat illud Plauti in *Sticho ſcena vlt.*

Lepidam, & ſuauem cantionem occipito cinædicam,
Vti perpruriſcamus vſque ex vnguiculis

Quorum exinde quanta etiam fuerit apud eoſdem infanda libido, *cap.* 79. *ibidem* ſatis petulanter ex veſtium vſu pandit præſertim, & colligit idem Petronius, carminibus hiſce:

Querit ſe natura, nec inuenit. Omnibus ergo.
Scorta placent, tractique enerui corpore greſſus.
Et laxi crines, & tot noua nomina veſtis.
Quæque virum quærunt——— ——— ———

Quamobrem Conſtantius, & Conſtans A. A. *C. ad leg. Iul. de adult. &c. l.* 31. verbis modeſtiæ cauſa quanquam elegantiſſimis; huiuſ-

Digitized by Google

huiuſcemodi tamen in eos ſeueriſſimè de-
,, creuerunt edicta: Cum vir, ſcilicet nubit
,, in fæminam viris porrecturam quid cupia-
,, tur, vbi ſexus perdidit locum? vbi ſcelus
,, eſt id, quod non proficit ſcire? vbi Venus
,, mutatur in alteram formam? vbi amor
,, quæritur, nec videtur? iubemus inſurgere
,, leges, armari iura gladio vltore, vt exqui-
,, ſitis pœnis ſubdantur infames qui ſunt, vel
,, qui futuri ſunt rei.

Sed haud minora ex ſyncruſio, effuſio-
10 rique riſu in Melicis indicantur vitia, cùm diducti, latique oris ſonitu ita ſtrepunt, & quatiunt, vt aerem non modò, verùm, & menſas, & triclinia commoueant. Id enim ridendi genus nebulonibus, & paraſitis, qui nimia naturalis caloris voracitate acti, epulas inde exortam ad ſedandam famem, auidiſſimè inhiant, ſummoperè conuenit. Fames nanque *2. de anima text.* 28. calidi, & ſicci appetitus dicitur. Quod ſi præterea, eiuſdem vi caloris (expleta, & ſaturata ingluuie) thoracis, & diaphragmatis, præſertim vehemens ſuccedat dilatatio, immoderata proinde abundat lætitia, magnoſque in cachinnos præcipites ruunt; vt ex Galeno *de anatom. viu. propè princ.* paſſim Medici docent. Qua de re; cùm diſſolutus riſus, inexorabiliſque voracitas ex eadem radice prodeant; lætis ad exceſſum, inſolenterque iucundis Modulatoribus, Lyriſtibus, ac Citharædis, abiectum illud, plebeiumque iure licebit impingere ſcomma, quo apud Mannuccium *in adagijs*, Archidamus Zeuſippi filius quendam iactabundum, non tam iocosè, quam ſagaciter ſcripſit: Bonus videlicet cantor, bonus cupediarius. Quaſi eiuſdem fuerit hominis aures delectare cantu, & palatum cupedijs. Valdè tamen turpe eſt, ac indecorum, non quidem Plautinam in ſcenam, *Sticho act. 2. ſcen.* 1. famelicum Gebaſimum, ſed magnorum virorum in circulum, huius inclytæ, ac nobiliſſimæ artis aliquem venire, cernere profeſſorem, cui Muſices ſpoliato decore, Gnatonis, Paraſitique maximè induto vilitate, idipſum poſſit tribui, quod voraci illi plautino aptè tributum fuit; nimirum.

Ni verè perierit, ſi cænaſſet Domi.

Huiuſcemodi nanque famelica hominum natio ad fruges, & dapes conſumen-
11 das, vtpotè nata, & quique alij id genus fuerint reperti, quaſi mures alienum ſemper edunt cibum; ſuo verò ſucco, ſi ros non cadit, tanquam Cochleæ frugaliter viuunt: vna demum illos alit, ac ſuſtinet cænatica ſpes; nimirum hoc illi negotium vnicè curant, nihilque metuunt magis, quam ne triſti domicænio laborent. Paraſitis idcircò ſuæ domi cænare; inſtar mortis eſt, ac deteriùs. Vndè ibidem legitur:

Nulli negare ſoleo, qui eſum me vocant.

Sed ne collatiui propterea huiuſcemodi ventres placantur vnquam; oppleas tu illos licet, continuò tamen, fame fauces lippiunt. Vſque adeò ſemper eis adhærent fames, & ſitis, vt tali longè proclamari vitio, non tam famelici, quàm famoſi viuant. Quo ſanè loco, mihi nequaquam prætereunda videntur ea (cùm noſtram mirificè faciant ad rem) quæ de conuiuijs, verriniſque tripudijs in ipſum Verrem *lib. 5. orat. 10. ſect. 241. num.* 28. non minus lepidè, quàm ſatyricè deſcribit Tul-
,, lius. Itaque (inquit) erant exitus eiuſ-
,, modi, vt alius inter manus è conuiuio,
,, tamquam è prælio auferretur: alius tan-
,, quam occiſus relinqueretur; plerique
,, fuſi ſine mente, ac ſine vllo ſenſu iace-
,, rent; qui vis vt cùm adſpexiſſet, non
,, ſe Prætoris conuiuium; ſed vt cannen-
,, ſem pugnam nequitiæ videre arbitrare-
,, tur. Ita profectò, poſt riſum potum, & epulas, non ſine iniuria, ex iactura artis diſſolutis, ac petulantibus Muſicis plerumque ad amuſſim euenire ſolet.

Quia verò (vt *in* 1. *Reg.* 10. *lib.* 5. *cap.* 1. *poſt med.* docet Gregorius). Ex vno gu-
12 læ vitio, innumera vitiorum agmina ad conflictum animæ producuntur: varij apud ipſos exindè iocandi, ludendique (ſuggerente crapula) etiam conſurgunt ingenioſi modi: non vtique ex iis aliquis quinque *l.* 15. *C. de religioſis, & ſumpt. funer. &c. §. deinde verò ordinent &c.* Athletarum exercitio permiſſis, Comonbelon, videlicet, Comondiaulion, Rhindalca, Cayron, & Ecperuſam: hoc eſt ſecundum Gloſſ. (nam Alciatus *lib. 1. præterm. verb. Ludus* nihil certi docet, in hoc eſſe ſtatuendum) Ludus vbi lapis in longum proijcitur; Ludus vbi lapis, vel palus in breue ſpatium proijcitur; Ludus vbi equites currendo in terram, rem proijciunt; & Ludi denique alij, vbi pondus dentibus eleuatur: Sed damnoſus, & exitialis Alearum, Taxillorumque ille, vbi ineptiſſimi clamores, ſtulta gaudia, iræque, auribus ſæpè ſæpiùs percipiuntur ridiculæ, & colliſis minari dentibus, altercari, fremere, viciſſim interim caput ſcalpere, vngues rodere, & ad ſummum omnia facere, quæ vel prætereuntibus, vel adſtantibus riſum excutiunt, oculis quotidiè contemplamur. Sed & præterea (quod omnium deterrimum eſt) in Deum, & Sanctos quamplurimos, ibi bla-

blaſphemias, & probra faciuntur ſacrile-
ga, quibus abundè ante omnium ſcele-
rum facies, infælices huiuſcemodi Ludi
ſcatere ſolent. Propterea in ipſos, cæte-
roſque id genus peruerſos, & execran-
dos homines, *loco citat.* §. 1. *&* 2. ſacræ
armantur Leges, quarum hic quenquam
(ſaltem vt magis terreant) quæſo non pi-
geat condigna auſcultare motiua. Sic
,, enim Iuſtinianus Auguſtus. Alearum
,, vſus antiqua res eſt, & extra opera pu-
,, gnatoribus conceſſa. Verùm pro tempo-
,, re prodijt in lachrymas multa millia ex-
,, tranearum nationum ſuſcipiens. Qui-
,, dam enim nec ludentes, nec Ludum
,, ſcientes, ſed numeratione tantum pro-
,, prias ſubſtantias perdiderunt, die, noctu-
,, que ludendo, argento, apparatu, lapidi-
,, bus, & auro. Conſequenter autem ex or-
,, dinatione blaſphemare, ideſt Deo male-
,, dicere conantur, & inſtrumenta confi-
,, ciunt. Commodis igitur ſubiectorum
,, proſpicientes, hac generali lege decerni-
,, mus, vt nulli liceat in publicis, vel pri-
,, uatis domibus, vel locis, ludere, neque
,, inſpicere &c. Sed de hoc ampliora per-
ſcrutari cupientes D. Marcum Antonium
Sabellium Mutilianenſem Rotæ Crimi-
nalis apud Sereniſſimum Magnum Etru-
riæ Ducem prouidum Auditorem, *tom. 3.*
lib. 10. §. 22. ſumma Diuerſ. tract. lit. L. ſedu-
lò ne tædeat aliquando perlegere: eò nan-
que vberiùs, & breuiùs rem acu in hac
materia vix neminem attigiſſe, haud te-
merè cenſeo.

Nunc demùm, Muſicorum ex choro
quiuis peragilis, & dexter ſiue Pſaltes,
13 ſiue Phonaſcus, etiam proſiliat in ſce-
nam; nec vnquam (vt ſpectetur curio-
ſiùs) aſſueto reliquorum hominum gra-
diatur more, ſed in latus, vel obliquè
feratur, vel altero paſſu in contrariam
ſe ſe vertens partem, eaſdem repetat, quas
nuper reliquerat geſticulationes, adeò vt
in via, ſicut nullam habuit quo tenderet
metam, ita non eat, ſed erret; non vltra
pergat, ſed repedat; omniaque com-
plear, quæ corporis mendicatæ venuſta-
ti expediri abuſu reputantur: Non proin-
dè tamen ,, ſeueras eorum penitus eua-
dent cenſuras. qui has, ſimileſque, ad
flexuoſas chorearum vertigines, acceden-
tes, motiones, Cinædorum, Pantomi-
morumque inter euidentia ſigna, paten-
tiaque indicia indubitanter reponunt.
Hæc nanque præ cæteris, *libell. de phyſion.*
cap. 6. aſſignauit Philoſophus, dicens:
,, Ambulationes duplices, hæc quidem cir-
,, cumclinantis, aliâ verò lumbos tenen-
,, tis, & oculorum circumſpectiones, qua-
,, lis fuit Dionyſius Sophiſta. Equidem
,, perfluus ille inceſſus, ac nutabundus, qui-
,, que modulos quoſdam videtur ſeruare,
,, hominis ſolius eſt omninò diſſoluti, &
,, ab honeſti, rectique ratione, non ſine
,, aliorum ſtomacho ſetiantis. Hinc (ſuis
indigna ne quandò appareant authoribus
opera) tot inhoneſtæ ex eis prodeunt,
emanantque modulationes ad venereas
potiùs excitandas delicias, quàm deprauа-
tos aptæ, idóneæque ad dirigendos mo-
res: ob quas in poſterum, non minora
honeſtati, ac modeſtiæ parantur exitia;
adeò vt Tyndaris Laconiæ Regis Vxor,
non ampliùs Cycni ſuauitate cantus cor-
rupta, vna reperiatur Læda, ſed centum,
ſed mille. Hoc tamen etiam ferendum
cenſerem, profanis ſi, ſcilicet rebus lo-
ciſque tantummodò hi canendi impuri,
citharizandique diſcretè à Profeſſoribus
aptarentur moduli; niſi ex ſcenis, conui-
uijſque adhuc impunè quandoque ſacra
transferrentur in Templa. Id ſanè appri-
mè turpe eſt, ac indecorum; theatrali-
bus, ſcilicet, canticis, & mimicis ſym-
phonijs Eccleſiam Dei, Domum vtpotè,
& orationis Locum, *Matth.* 21. polluere,
ac profanare. Non enim alicubi, ampliùs
canentium, pſallentiumque audiuntur
chori, ſed choreæ, ac tripudia, ita vt ad-
ſtantes ad ſaltus, & impuras maximè com-
moueant geſticulationes, minimè (vt à
Senioribus antiquitùs religiosè fuerat in-
ſtitutum) ad pietatem, & deuotionem.
Interrogatus idcircò *quæſt.* 107. Beatus Mar-
tyr Iuſtinus, de ea, quæ Chriſtianorum
Eccleſias Muſica decet: Aſſuetas Ethni-
corum ſcenis fides, cantuſque inanimo-
rum organorum, cum ſaltationibus, &
crotalis, ab Eccleſia perpetuò ſenſit
eijciendas, quòd hæc mentem emolliant,
& efferueſcentes irritent cupiditates: Con-
tra, cantum ſimplicem ſine fuco, & tot
vocularum inflexionibus, relinquat. Sed
vtinam, & in hoc cantu, quem planum
vulgò nuncupant, & firmum, vanis
etiam, leuibuſque non vterentur can-
tiunculis: etenim haud paucos ex neote-
ricis pudet ſacrotum concentuum mo-
deratoribus, ſuis in adinuentis adhuc tri-
tas; ac per viculos à cerdonibus decanta-
tas plerumque imitari nænias; quod vti-
que valdè diſſonum, ac repugnans, vti-
libus cenſetur documentis, quæ. 2. *de in-*
ſtitut cleric. cap. 48. Rabanus Maurus *tom.* 10.
Biblioth. P. P. eccleſiaſticis humaniter re-
,, liquit Præcentoribus: Pſalmiſtam autem
,, (inquit) & voce, & arte præclarum, il-
,, luſtremque eſſe oportet, ita vt oblecta-
,, mento dulcedinis, animos incitet audito-
,, rum. Vox autem eius non aſpera, vel
,, rauca, vel diſſona, ſed canora erit, ſua-
uis,

Digitized by Google

„ uis, liquida, atque acuta, habens ſo-
„ num, & melodiam ſanctæ religioni con-
„ gruentem; non quæ tragicam exclamet
„ artem, ſed quæ chriſtianam ſimplicita-
„ tem in ipſa modulatione demonſtret: ne-
„ que quæ muſico geſtu, vel theatrali arte
„ redoleat, ſed quæ compunctionem ma-
„ gis audientibus faciat. Quamobrem; ſi ex vago apoſtatæ Iuliani, & flexuoſo greſſu, Magnus Nazianzenus *orat. 2. in eundem.* Quale malum, Romanorum terram tunc nutriret, veluti argumento coniecit aperto: Quale ergo damnum, vniuerſali Dei Eccleſiæ Muſicorum id genus allaturum erit expectandum, qui greſſus item ex impudentia, cantus mollitiem, obſcænitatemque, non tam infauſtè portendunt, quam ſacris in locis petulanter exercent?

CAPVT XV.

Eadem cum Muſicis non modò participant Poetæ libidinum vitia: ſed adhuc eis præſtant, rigida mordacitate linguæ.

SVMMARIVM.

1 *Harmonicam, & metricam muſicam inter ſe maximè cohærere, non tantùm Tullij authoritate; verùm etiam Poetæ, & Cantoris communitate nominum, & iconum ſatis oſtenditur, & probatur: præſertim cùm ſe mutuò quamplurimùm iuuent.*

2 *Connexorum, & cohærentium, quia idem eſt iudicium; Muſicorum, & Poetarum eadem quoque vitia erunt, ac defectus. Quare ſicut Muſici, laſciuiæ valdè ſunt addicti; Poetæ pariter, tali nequaquam labe vndecunque carebunt. Quin, ipſà, eò redundabunt, & abundabunt magis; quò vehementiùs animos, verba, quam voces, & ſonus commouere ſolent. Laſciua vnde Poeſis à plurimis reiecta, & reprobata fuit.*

3 *Eam tamen ſibi licere, acriter defendunt nonnulli impudici Poetæ: & qualem Deo, Pudicitiæ, ac Religioni inferant parum animaduertentes iniuriam: bonos mores corrumpere, & iuuenum innocentes animos, ad turpia, & obſcæna pertrahere, vel ſaltem allicere pertinaciter enituntur. Hinc iſtis conſultius veteres, vt talia euitarent pericula, non ſemper Venerem impudicitiæ Deam pingebant laſciuam; ſed vt plurimum honeſtam, & pudicam. Quod ſi fortè expediret, eius templà, & ſimulacra condere, vrbium extra mœnia, valdè cautè ſituabant.*

4 *Addunt præterea in ſui tutelam; audientium, ac legentium animis, eorum non eſſe finem inſerere vitia; ſed inde potiùs ſuauiter, vrbanéque amouere: falluntur tamen haud parum: Nam impuritas, quæ ad ſummum quædam vrbanitas in exceſſu eſt, vera non eſt vrbanitas, ſed ſcurrilitas, & immoderata feſtiuitas.*

5 *Falsò, apparenterque Sapientium, commenta hæc proindè tantummodò ſunt: Nam cùm ij fortè animaduertant, ſe, ea ingenij excellentia eſſe deſtitutos, quæ ad amplexum virtutis ducere poteſt; vertunt ſe ad eam ingenij ſpeciem, qua vulgi ſaltem, diſſolutorumque hominum mens, & animus capi poteſt. Quod vtique grauiter à ſanctis, & doctis exprobatur Viris.*

6 *Quare nec audiendi ſunt obſcænorum carminum Scriptores, dum iactant, ſe, quamquam improba carmina edant, probam tamen, & pudicam ducere vitam. Quandoquidem ſi libri ſunt Scriptorum liberi, & liberorum eſt, parentum imitari, & exprimere mores; ratione, & exemplis oſtenditur plurimis, ipſos non pudicam, ſed valdè (aliquandò ſaltem) & diſſolutam profeſſos fuiſſe vitam.*

7 *Parentum in liberos, quia regia poteſtas, & authoritas eſt; non ità eos tenentur diligere, vt tantùm bono, & vtilitati conſulant propriæ, ſed filiorum præſertim, & communi: aliàs principatus authoritatem, in tyrannidem commutarent. Quare laſciui Poetæ, non tantùm ſui nominis apud populares gloriam; ſed librorum maximè ſuorum apud ſapientes homines quærere debent; ne ſcilicet, laſciuiæ ob fœditatem perpetuitatem amittant, & aliquandò miſerè pereant.*

8 *Secùs itaque facientibus, nec ius paternum, nec regium competere poteſt: quorum vtrinque refert, non modò regere, ſed & emendare, & ſibi corripere ſubiectos, ne deteriores, peioreſque fiant; vt ieſus Dei præſertim exemplo, à quo omnis habetur paternitas, omninò patet. Quare hortantur, & admonentur laſciui Scriptores, ne quendam imitando Heliodorum Tricenſem, nolint ſuos corrigere, & emendare libros; ſed potiùs magni Bruti inſtar, ſua authoritate, & ſententia, huiuſcemodi eorum filios, ſeuerè puniant, & caſtigent.*

9 *Eos proindè aduerſus inſurgunt œcumenica, & ſacra non tantum Concilia: Sanctique Patres; verùm etiam ethnicorum, ac gentilium Philoſophi. Quin etiam Poetæ ipſi, qui miſeranda ob tales obſcænitates, ad viuum conati ſunt repræſentare exitia. Quarè eſto aliquando contigerit diſſimiles parentibus procreari filios; nunquam verò moribus difformem, ac repugnantem edere orationem.*

Rectè

10 *Rectè ſanè Poetæ aſſimilantur, & comparantur Apibus, quippè quæ minimè feriunt, niſi irritatæ, cùm vtique pungentium carminum aculeis, niſi iniuria laceſſiti, & iſti pungant. Sed vtinam & omnes ibi ſiſterent, nec vlteriùs nonnulli, in inſontes, & innocuos gratis, & ſine cauſa acriter reſilirent.*

11 *Poetis tamen, quanquàm ad ſtuporem in alienam contumeliam venuſtis, neutiquàm inuidendum eſt: tùm, quia peſtifera vis eſt ad nocendum: tùm quia obtrectandi libertas, non tam praua, quam periculoſa eſt res. Quare geſticulatoria ſuper funes mimicorum arti rectè aſſimilari ſolet, quæ quidem excitat plauſus, & ſtupores; ſed tandem ſinit in lacbrymas, & in ruinas.*

12 *Omnes quapropter abhorrent, & cauent ſatyricos Poetas, eorumque ſales, vt de Calliſthenis patet euentu ab Alexandro occiſo. Idcircò in ipſos omnes reclamant leges, ſæuaſque minitantur pœnas. Nam qui detrahit, aut iudicat fratrem ſuum, detrahit legi, aut iudicat legem.*

HArmonicam, & metricam inter ſe aptiſſimè cohærere muſicam; id fortè præ-
1 clarè innuit, quod *in origin. apud Tullium 4. tuſculan. quæſ. in ſect. 209. num. 3.* grauiſſimus Author recenſuit Cato, dum ait: Morem apud maiores hunc epularum fuiſſe, vt deinceps, qui accumberent canerent ad tibiam clarorum virorum laudes, atque virtutes. Ex quo (ibidem protinus ſubinfert Tullius) perſpicuum eſt, & cantus tum fuiſſe reſcriptos vocum ſonis, & carmina. Igitur (vt iam ſuperiùs *lib. 1. tuſcul. ſect. 149. num. 4.* idem accuratè dixerat) Et Epaminondas Princeps, meo iudicio, Græciæ, fidibus præclarè cecinisſe dicitur; Themiſtoclesque aliquot ante annis, cum in epulis recuſaſſet lyram, habitus eſt indoctior &c. Quod ita ſanè adhuc pro comperto, indubioque tenetur, vt tàm carminum, quàm vocum modulatores, promiſcuo nomine, paſſim ab omnibus nuncupentur Cantores. De metricis enim *4. georg.* dicitur:

Hæc ſuper aruorum cultu, pecorumque canebam.

De harmonicis autem *Faſtor. 3. num. 78.* legitur:

——— ad certos verba canenda modos.

Hinc etiam communes vtrique apud Ripam *iconolog. p. 2.* Pictores ingenioſè proprias aptarunt icones. Earum nanque cultus per ipſos, ſtatuſque indifferenter fuit. Lyram, videlicet, ſiniſtra; ſetis intentum arcum (quem è bellorum terrore, ad Muſarum voluptates tranſtulit ars, proque plectro eſſe iuſſit) dextera ſuſtinere: oloribus vndique circumſepiri, lauroque coronari; atque orcheſtram, pretioſo inſtratam tapete magnificè, ſumptuoſèque inſiſtere. Quinimò ita ſe inuicem munire, & fulcire ſolent, vt ſicut: Cantus vocis plurimum iuuat, ſociata neruorum concordia. *Quintil. lib. 5. in fin.* ità carminum, verborumque, ſuaui adhibita venuſtate, vehementer confert. *In Timæo enim circa med.* ita docet Plato. Nam ad hæc ipſa (mentis, ſcilicet, ad vagas, erraticaſque comprimendas diſcuſſiones) ſermo pertinet, plurimumque conducit, omniſque muſicæ vocis vſus, harmoniæ gratia eſt tributus. Atqui & harmonia, quæ motiones habet animæ noſtræ diſcurſionibus congruas, atque cognatas, homini prudenter muſis vtenti non ad voluptatem rationis expertem, vt nunc videtur, eſt vtilis: ſed à Muſis ideo data eſt, vt per eam diſſonantem circuitum animæ componamus, & ad concentum ſibi congruum redigamus.

Quamobrem, ſi cohærentium, conne-
2 xorumque idem eſt iudicium, *l. 3. iudicio contrario, ff. de contrar. act. tutel. l. proinde ff. ad l. aquil. l. cùm actum ff. de negot. geſtis. cap. tranſlato de conſtit. cap. præterea de offic. deleg.* Quia connexa, vnum & idem eſſe exiſtimantur. *l. quod conclaue ff. de damno infe.* Muſicos, & Poetas, iiſdem quoq; laborare vitijs haud perperam comperiemus; eoque fortiùs, quo iſti carminibus; illi verò ſimplici ſono, animum vehementiùs, intimiuſque commoueant, & afficiant. Verba enim, ideo inſtituta ſunt, vt per ea quiſque ſuas in alterius mentem, atque notitiam præferat cogitationes. *Bertach lit. V. n. 90.* Vnde, & Poeti (vt iam ſuperiùs *lib. 2. cap. 15. nu. 9. 14. & 18.* breui exarauimus ſty⟨l⟩o) hoc præſertim vitium obijci ſolet: quod eius, ſcilicet, inter mortales, nullus penè ſit vſus, niſi in numeris liberè laſciuientibus, animos adoleſcentium pelliciat, obſcænæque aucupio voluptatis irretiat. Adeò vt Philoſophorum alij ex artibus ciuium bono repertis, Poeticam ſerio, & conſtanter excluſerint. *Plato 2. de republic.* Alij, volumina de Poetis cautè legendis, audiendiſque conſcripſerint, negauerintque indicendos in eorum opera adoleſcentes, niſi certis anteà præceptis, quaſi aduerſus venena remedijs inſtructi eſſent *Plutarchus de audien. poetis.* Et quidem? Hæc illa lues, & peſtis lutulenta, fædaque eſt, ex qua ad peccandum inuitamenta, & ad libidinem faces indeficienter accipimus; vnde malis deinde actos noſtrates animos intemperijs, circæoque, neſcio, quo poculo de rationis ſtatu deturbatos, in pecudis mores, ſordeſque ſubindè traducimus. Propterea: Fornicarij cantus (*homil. 38. in Matth. apud Io.*

,, *Dradæum loc.com.l.C.* aiebat Chryſoſtomus)
,, multò magis, quam ſtercora ſunt abomi-
,, nabiles,

Et tamen licere ſibi huiuſcemodi exitia-
le malum, adhuc etiam in hoc candore
3 caſtiſſimæ Religionis noſtræ, non pauci
proteruè, petulanterque exiſtimant: Nec
intelligunt (quanquam tam claro, ſynce-
roque illuſtrati lumine) quam vili ſe, ſor-
didoque negotio ſædè contaminent, quàm
inſanii cultu mortalium animos ſeruituti
Dæmonum impiè mancipatos habeant,
quam plagam pudicitiæ, quam cladem re-
ligioni, quam contumeliam Principi om-
nium Deo nefariè moliantur? Pudicitia
nanque (*in ipſius ſermone tom.2. Bibliot. PP.*
,, inquit Sanctus Zeno) Pelliferas odit blan-
,, ditias carnis inimicæ; & quicquid ingeſſe-
,, rit mundus voluptatis, aut muneris, totum
,, reſpuit, præſumens totum ſe habere, ſi pu-
,, ra ſit. Neminem ſædè deſiderat, nec vlli
,, ſimiliter ſe deſiderabilem præſtat. In ſuo
,, ſtatu omni loco, omni tempore manet,
,, plus honeſtati conſulens, quàm vtilitati.
Illi proindè, qui Veneris libidinum, volup-
tatumque Deæ, olim vel ſigna fundebant;
vel ad viuum fingebant, non ita demum
ſemper ea fabricabant, quin ijs ſimulacris
vti etiam homines poſſent ſine vlla pudici-
tiæ iactura, ad ædium ornatum; aut fulci-
mentum. Hinc *in ſympoſio non longe à princ.*
rectè duplicem Venerem excogitauit Pla-
to, verecundam vnam, inuerecundam al-
teram. Quinimo *lib.1.cap.7.* Vitruuio teſte
idcircò Etruſcorum diſciplina, iubebatur
extrà mænia fanum Veneris collocari, vt
nihil in vrbe aduerſus caſtimoniam, adole-
ſcentibus verſaretur ob oculos. At verò,
qui impudicæ Poeſeos ſimulacra inuere-
cundè, imprudenterque concinnatá, &
quæ ad omnem turpitudinem fabrefacta
proponunt: quem denique vſum relin-
quunt intuentibus, niſi vt eorum aſpectu,
cultuque violatę ſemel hominum mentes,
deſerta honeſtare, abiecto pudore, in re-
gnum, complexumque voluptatis, quo
nihil eſt inimicius virtuti, miſerè transfu-
giant? Itaque ad rem noſtram religioſis his
documentis, ibidem idem Sanctus Anti-
,, ſtes ſubindè mouet; dicens: Si ergò exul-
,, tet gloria eius ſæpè in gentibus (quamvis
,, illic fructuoſa, vel vera eſſe non poſſit, quia
,, ſub impudico prædone verſatur) quantò
,, magis debet eſſe glorioſior in populo Chri-
,, ſtiano, qui eius ſanctificatori inuiolabili
,, deſeruit Deo? Nam ſi Eccleſia, idcò Chri-
,, ſti ſponſa eſt, quia pudica: ideò iugo tha-
,, lami cęleſtis honorata, quia etiam poſt nu-
,, ptias manet poſtmodum virgo perpetua,
,, nos, qui naſcimur de tanto coniugio, om-
,, nifariè adniti debemus, quemadmodum
,, proſapiæ noſtræ nobilitatem, non relatio-
,, ne tantùm, ſed etiam fide ſimilitudinis ap-
,, probemus.

In ſui tutelam dum turpia nauiter, im-
penſèque, feſcennina ſcribunt licentia,
4 adhuc adducunt voluptuarij Poetæ; ani-
mis, non eſſe finem inſerere vitia, ſed
inde potiùs ſuauiter, vrbanèque amoue-
re; cùm Venuſini *2. epiſt.cap.1.* disertè ha-
beatur.

Os tenerum pueri, balbumque Poeta fi-
gurat.
Torquet ab obſcænis iam nunc ſermonibus
aurem.

Adduntque, Hominem non facilè ad vir-
tutis celſitudinem pertrahi, ſi arduum per
iter, inuioſque ſaltus id ipſi proponatur
obtinendum: ſatiùs fieri, ſi per amæna
priùs diuerticula tranſuerſis vijs eò dedu-
catur: imò niſi huiuſmodi ſubindè illece-
bris in itinere firmetur, redire ſenſim ad
ingenium, ac ſæpè numero ad ima deuol-
ui: Quarè hæc blandimenta, vrbanitateſ-
que tandem potius honeſtati deſeruire,
quam turpitudini fauere. Ingenioſè ſanè,
ſatiſque ſapienter, niſi (*vt in 8.* inquit Mi-
,, nutius) Apud eos tota impuritas vocare-
,, tur vrbanitas: quod tamen veri ſapientes
oppido reijciunt, nec deſinunt ſtomacha-
ri. Impuritas nanque (quę ad ſummum
vrbanitas quædam in exceſſu eſt) non vr-
banitas quidem, ſed propriè ſcurrilitas vi-
detur dicenda *2. eth. cap.7.* dictante Philo-
ſopho: In iucunditate, qui modum quen-
,, dam adhibet, is feſtiuus, ſeu vrbanus ha-
,, bendus eſt, effectio, vrbanitas, & feſtiui-
,, tas: at, quæ modum egreditur, ſcurrili-
,, tas; & in quo ipſa ineſt ſcurra dicitur.
5 Commenta ſanè fictè ſapientium hæc tan-
tummodo ſunt, quique hiſce ſimulatio-
num inuolueris tegunt, & quaſi velis qui-
buſdam obtendunt ſtyli petulantiam atq;
improbitatem ſui. Nam cum iſti animad-
uertant, ſeque ea ingenij excellentia, no-
bilitateque deſtitutos intelligant, tantùm
vt operis moliantur, quod ſummis, atque
imis gratum, in virtutis complexum recta
mortales ducat; dant ſe in alteram viam,
& conquiſitis canoris ad oblectandum
nugis, iiſque arma inter, amoreſque tur-
piter ac ſædè illitis; ſic eam hominis par-
tem, quæ facilis captu eſt, alliciunt,
titillantque; ſic ſe in vulgi manus, atque
animos, homines facti ad ingenium vulgi,
pertinaciter inſinuant; vt quam expectare
Poetæ laudem, ab ingenij ſui infælicitate
non poterant, eam ſe ſuffragio plebis, ſor-
didiſque hiſce blanditijs delinitæ, impetra-
turos facilè ſperent. Hoc autem, iam
non eſt ingenia ſanare, & ad virtutem dul-
citer, ſuauiterque allicere: ſed ad oblecta-
menta

menta prædiſpoſitos, & inclinatos animos turpitudine fabulæ ita incaleſcere, vt meras cum virijs voluptates auidè, ſitienterque eo magis hauriant. Quod ægrè ferens Beatus Martyr, & Epiſcopus Cyprianus. *2.epiſt.2.prope med.* de hac morum pernicie, iuſtiſſima querela in obſcænos, & impudicos Tragædos ità grauiter eſt inuectus: Adulterium diſcitur dum videtur, & lenocinante ad vitia publicæ authoritatis malò, quæ pudica fortaſſe ad ſpectaculum Matrona proceſſerat; de ſpectaculo reuertitur impudica.

Nequaquam igitur (ab ijs præſertim, quibus ſolæciſmus magnus, & vitium eſt
6 turpe quid narrare) obſcænorum carminum audiendi ſunt impudici Scriptores, qui vt cenſuras excutiant, malunt, quam corripi, Martialis illud *epig.1.num.4.* petulanter proferre.

Innocuos cenſura poteſt permittere luſus:
Improba ſiqua mihi eſt pagina, vita proba eſt.

Quandoquidem, ſi ex Philoſopho *9. ethic. cap.7.* ſæpe didicimus: Studioſas Poetarum lucubrationes, partus vocari: nec magis à Parentibus liberos, quam à Poetis ſuos amari libros: hinc vbi aliquid in eis inuenitur obſcæni, ſuſpicari fortè valebimus: Partum eſſe parenti ſimilem, nec potuiſſe ex impuro, turpique ingenio pulchriorem, nobilioremque ſobolem procreari. Quod ſi hoc aliundè conuincere non liceat, præſentia ſaltem exempla, non de leui probabunt. De antiquioribus idcircò Poetis (vtpotè cæterorum in hac arte magiſtris) has effrænatas libidines, & impudicitias, diuerſarum paſſim ſolent afferre gentium Hiſtoriæ: Menandrum, ſcilicet, Athenienſem comædiarum ſcriptorem, in mulieres ob amorem, inſanum euaſiſſe. *Suidas*: Mulieroſum Euripidem fuiſſe, *lib.13. cap.27.* ſcribit Athenæus. Sapphum Lesbiã, amore Phaonis captam; cum ille eam abhorreret, animi impatientia, ſe de Monte Leucade in mare præcipitaſſe, *2.triſt.* teſtatur Ouidius. Impuriſſimos ſcortatores, *lib.13.cap.8.14.22.25.& 26.* appellauit idem Athenæus, Dioclem: Pherecratem: Eunicum, aliàs Philyllum: Alexidem. Eubulum: Diphilum comicum; Sophoclem tragicum: Antimachum Colophonium: Lamynthum Mileſium: Mimnermum. Hermeſianactem; & Alemanum: quod pariter vitium exinde ſortiti ſunt Poetarum quamplurimi, vt ipſi de ſe impudentiſſimè, ſuis periactant in carminibus. Sed, quod tandem deterius eſt, Pæderaſtiæ (nefandæ quidem libidinis) vitio, notarunt Orpheum Tracium, *Ouid.10. metam.* Coconium, *Valer. Max. lib.1. cap.1.* Cratinum Athenienſem, *Rauis text.* Pindarum, *Athenæus lib. 13. cap. 27.* Euripidem, *Ælian. lib.13. variar. hiſt.* Alcæum, *Horat. 1. carm.* Aliique cæteros non paucos: quorum profectò illecebris, & impuritatibus, non vitæ probitas, atque honeſtas (vt ipſi falsò ſe iactant) ſed improbitas, ac licentia ſatis manifeſtatur, & colligitur. Nam: quemadmodum (apud Maximum Tyrum *ſerm.15.* Romulus dictitabat) Vas fictile ſono, & tinnitu: ſic homo, ſermone agnoſcitur, & probatur.

Cæterùm, quia: Parentum in liberos inſtar Regis poteſtas, & authoritas eſt: di-
7 cente Philoſopho *8. ethic.10.* Quæ patri eſt cum liberis ſocietas regalis poteſtatis formam obtinet: patri enim curæ ſunt ſui liberi. Hinc etiam Homerus, patrem Iouem vocauit, eo quod regnum paternum, imperium eſſe debet. Laſciui proinde Poetæ obſcænorum codicum procreatam proſapiam, ob illi inſertam imaginem, ſuique ſimilitudinem, nequaquam ità tenentur diligere, vt bono proprio tantummodò conſulant, filiorum autem (ſuarum nempè lucubrationum) aut oſcitanter incumbant decori, aut penitùs negligant vtilitatem, atque ita Principatus authoritatem, ignauiſſimè vertant, & commutent in Tyrannidem. Trangreſſio autem regni (ibidem inquit Philoſophus) Tyrannis eſt. In vtraque enim vnus gubernat; ſed plurimum inter ſe differunt. Tyrannis enim proprium quærit commodum; Rex verò eorum, qui ab eo reguntur. Non enim eſt Rex, niſi per ſe ſufficiat, & cunctis bonis excellat. At qui talis eſt, nullius indiget. Non ergò hic quæret vtilitatem propriam, ſed eorum, qui ab eo reguntur. Scribunt autem hæc ipſi turpia, non vtique ingeniorum ſuorum editam vt perennent prolem: ſed (cùm præclarè, honeſtèque agere, mentis ob inopiam illis plerumque, ex nuper dictis, ſit fortè negatum) vt vulgo ſaltem, perditorumque hominum expetitas ſibi laudes adſciſcere queant; atque adeò filiorum minimè, ſed vt ipſorum ibi calamo tam turpes ſemel ſculpſerint obſcænitates. Etenim *lib. 10. epig. 1.* dictante Martiale.

—Chartis nec furta nocent, nec ſecula præſunt:
Solaq; non norunt hæc monumenta mori.

Hoc autem in filios, nec ius paternum, nec regium eſt, quorum vtrinque ex
8 amore (vt docet Ægidius Romanus *2.p,2. lib. de regimin. princ. cap.3.*) rectè intereſt, non tam regere, ſed & ſibi corrigere, & emendare ſubiectos, adeò vt iure in ineptos,

hebeteſque parentes illud Terentij *Adelph. act.1.ſcen.1.* recantare liceat:

——— Hoc qui nequit,
Fateatur neſcire imperare liberis.

,, de ipſo nanque Deo: Ex quo omnis pa-
,, ternitas in cælis, & in terra nominatur,
,, *Epheſ.3.* nonne apertè ad *Heb.12.* legitur;
,, Quem diligit Dominus caſtigat: flagellat
,, autem omnem filium, quem recipit? ex
,, eo ſcilicet (vt *lib. de ira Dei cap.20.* eruditè
,, docet Lactantius) Quia fugitiui, & abdi-
,, cati liberè viuunt, & qui ſub diſciplina
,, patris, aut domini ſunt, ſtrictius, & fru-
,, galius! Quamobrem, impudicorum li-
,, brorum obſcæni Parentes Heliodori Tri-
ccenſis, imitatores amabò non ſint, qui
(*hiſtor. Eccleſ. 12. cap. 43.* referente Nicepho-
ro) epiſcopali maluit cedere dignitati,
quàm æthiopicam hiſtoriam, ob quam
adoleſcentium multorum in diſcrimen
conijciebatur pudicitia, aut emendare, aut
flammis abolere: ſed Magni Bruti potiùs
heroicam ſectentur virtutem, qui vt per-
duelliones ingenuè mulctaret filios: Exuit
,, patrem (*lib.5. cap.8.* inquit Valerius Ma-
,, ximus) vt conſulem ageret. Sic enim,
,, *Deuter. 21.* præcipitur in contumaces, &
,, proteruos filios. Si genuerit homo filium
,, contumacem, & proteruum &c. apprehen-
,, dent eum, & ducent ad ſeniores ciuitatis
,, illius, & ad portam iudicij &c. lapidi-
,, bus eum obruet populus ciuitatis; & mo-
,, rietur, vt auferatis malum de medio
,, veſtri, & vniuerſus Iſrael audiens perti-
,, meſcat.

Hinc eſt, quod velint, nolint obſcæno-
rum Scriptores, non tantùm grauiſſimis
9 ſanè ſanctionibus, fæda aduerſus hæc vo-
lumina, Sacra Æcumenica inſurgunt Con-
cilia: Tridentinum præſertim, *reg. 6.* San-
cti Patres, ex quibus Hieronymus (vt cæ-
teros mittam) *cap.5. Amoſ.* dicens: Non
,, debemus ſequi fabulas Poetarum, ridicu-
,, la, & portentoſa mendacia, quibus etiam
,, Cælum conantur; & mercedem ſtupri
,, inter ſidera collocare; Verùm etiam ex
,, Ethnicis, Philoſophus ipſe, qui *lib.7. cap.*
,, *vlt.* præcipit in politicis, obſcænitatem vt
omnem ab vrbe procul habeat Legislator,
pœniſque coerceat adoleſcentes, ne in foro
tabulas, aut ſigna ſpectent impudica: neue
in Theatro fabulas obſcænas audiant;
proindè curent etiam, atque etiam Ma-
giſtratus, ne vſpiam locorum ſtatua vlla,
vel pictura turpium facinorum imitatio
conſpiciatur. Nam cùm impuriſſimi
quique etiam Deorum ſpectaculis hiſce,
,, relati eſſent in ſcena; Quiſquis ea feciſſet
,, (*1 conf. cap.16.* addit Auguſtinus) non ho-
,, mines perditos, ſed cæleſtes Deos videba-
tur imitatus. Veruntamen Poetas ipſos
idcircò audiamus, quorum aliquis, Te-
rentius ſcilicet, *Eunuc. act.3. ſcen.5.* quid
boni ex his aſpectibus aliquandò enatum
ſit, Populo Romano, eleganter narrauit
in ſcena. Adornabat itaque ſe, ad flagi-
tium adoleſcens quidam cum tabula foriè
ſuſpectans, in qua cum Danae facinus Io-
uis (protritum vulgò commentum) non
melior, quam Poeta, Pictor expreſſerat,
exarſit continuò miſer, ſecumque repu-
tare ſic cepit.

Deum ſe ſe in hominem conuertiſſe, atque
per alienas tegulas.
Per impluuium veniſſe clanculum, fucum
factum mulieri;
At quem Deum? qui templa cæli ſumma,
ſonitu concutit:
Ego, hoc homuncio non facerem? ——

Fecit igitur, Iouiſque exemplo, & quaſi
hortatu; Poetæ certè ductu, ſcelus hone-
ſtè perſuaſit ſibi. Quarè libenter etiam in
obſcæna canentes idipſum dicerem, quod
de Leucippo atomorum inuentore forti-
tuitorumque furore *lib. de ira Dei cap. 10.*
,, Lactantius protulerat; nimirum: Quantò
,, melius fuerat tacere, quam in vſus iam
,, miſerabiles, tam inanes, habere linguam.
Nam impudicis, ac laſciuis ingenijs; vti-
liùs quidem eſſet, diù decora ſterilitate la-
borare: quam obſcæna ſcribendo, tam im-
pudicæ, & inhoneſtæ prolis; veros, &
vnicos (ſed ineptos, & proteruos tamen)
,, parentes reputari. Contingit enim (*in*
,, *proem. variar.* inquit Caſſiodorus) diſſimi-
,, lem filium plerumque generari: ora-
,, tio diſpar moribus vix vnquam poteſt
,, inueniri; Eſt ergo iſta certior arbitrij pro-
les.

Verùm enim verò (vt tandem de fumo
ire properemus ad flammam, & morbo
10 addamus morbum) nequaquam inſanire,
aut delirare videntur, qui Poetarum in-
genium, melliferis nituntur aſſimilare, &
æquiparare Apibus: Nam ſicut hæ, niſi
irritentur dulcedinem ferunt, & innocuæ
ſunt; irritatæ verò aculeos infigunt: ita
Poetæ, vbi non læduntur, nulla quippè
hominum natio ſuauior, & innocentior,
eſt; laceſſiti autem adeo vleiſcuntur, vt
vel ad mortem adigant, & inducant. Nam
præter id, quod de Archiloco apud Pinda-
rum, *ode 2. pythior.* legitur, quippe qui Epo-
dum ex trimetris, & dimetris canens eo
commento Lycambem cum tribus filiabus
compulit ad laqueum; *lib.8. variar. cap.1.*
teſtatur Muretus fuiſſe ætate Poetam, qui
tam ſeueris verſibus, inimicum præſtrin-
xit, vt interierit præ dolore. Sed vtinam,
iniuria aliquando affecti, in Sontes reſili-
rent duntaxat, cæteros præterirent autem.
excuſabiles quippè quodammodo fierent.
Nam

Nam 3. *de arte amandi. non procul à fin.* dici-
tur.
Quoslibet extinctos iniuria ſuſcitat ignes.
Sed innocuis, & inculpatis indiſcriminā-
tim detrahere neutiquam decet, aut ab
ingenuis aliquandò probatur. Quando-
quidem (Bacchide, Lachetem apud Te-
rentium *in hecyra actu. 5. ſcena 1,* ſic allo-
quente)
Offerre iniuriam alicui immerenti impiū eſt,
Hanc tamen impietatem ità Poetarum
nonnulli ſibi conferunt, redduntque do-
meſticam, & familiarem, vt inſtar Scor-
,, pionis (cuius ſemper cauda in ictu eſt,
,, *Plin.lib. 1.cap.25.*) ad pungendum, ferien-
dumque, mordacia ſcommata in promptu
habent. Quamobrem eorum ſingulis,
illud Venuſini, *lib. 1.ſatyr.4.* arridere vide-
tur;
——dummodò riſum
Excutiat ſibi, non hic cuiquam parcet amico,
Præſertim cum Lucillij (qui vt ſentit Pli-
nius *in præfat.operis.* Primus condidit ſtyli
,, naſum) in ſe transfuſum; præferant inge-
,, nium. Hinc idem ibidem addit Poeta:
Et quodcumque ſemel chartis illexerit,
omnes,
Geſtiet à furno redeuntes ſcire, lacuque,
Et pueros, & anus ——
At hoc ſcribendi genus, quanquam feſti-
uiſſimum quidam prædicent; Quintiliano
tamen ingenuo, & probo viro. *6.inſt.c.3.* mi-
,, nimè placet; dū inquit: Longè abſit propo-
,, ſitum illud; Potius amicum, quàm dictum
,, perdidi: Quia (vt poſteà ſubdit) Inhumana
,, videri ſolet fortunæ inſectatio; vel quia cul-
,, pa caret, vel quia recidere etiā in ipſos, qui
,, obiecerit, poteſt. Primum itaque conſide-
,, randum eſt, & quis, & qua cauſa, & apud
,, quem, & in quem, & quid dicat. Nam
,, aduerſus miſeros (vt inferius concludit)
,, inhumanus eſt iocus.
Poetis idcircò, alienam in contume-
liam, quanquam ad ſtuporem venuſtis;
11 nequaquam inuidendum puto; quia:
,, Peſtifera vis eſt valere ad nocendum. Se-
,, neca *lib. 1.de clemen.cap.3.* Et conuitiorum
aculeis, omnibus execrabiles eſſe ſolent.
Vnde idem Lyricus 2. *lib. epiſt.1.* in licen-
tioſos Feſcenninos, ità ad Auguſtum ſcri-
bit:
——Quin etiam Lex
Pænaque, lata, malo, quæ nollet carmine
quenquam,
Deſcribi: vertere modum formidine fu-
ſtis.
Ad benè dicendum, delectandumque reda-
cti.
Obtrectandi nanque libertas non tam per-
uerſa, quàm periculoſa eſt. Habet qui-
dem ſtatim initiò audientium plauſus, &
,, clamores: quia; Obtrectatio, & liuor pro-
,, nis auribus accipiuntur. *Tacitus hiſt 1.* ſed
,, finit in lachrymas, deſinit in mærores.
Schænobeticæ Circulatorum arti, haud
diſſimilem, ad Luperchum *lib. 9. epiſt. 26.*
,, proinde Plinius ſcripſerat iunior. Vides
,, (inquit) qui per funem in ſumma nitun-
,, tur, quantos ſoleant excitare clamores,
,, cùm iam, iamque caſuri videntur? Sunt
,, enim maximè mirabilia, quæ maximè in-
,, ſperata; maximèque periculoſa, quæ gran-
,, di ſunt ſubiecta diſcrimini. Irreparabilia
12 ſanè, infælicium multorum poſſent hic
fusè recenſeri exitia: ſed vnum pro mille
ſufficiat, quod Magni Alexandri Præce-
,, ptori Calliſtheni (vt cum Stoico *Suaſiar.1.*
,, ad amuſſim loquar) accidit, quem occidit
,, propter intempeſtiuè liberos ſales. Quā-
,, brem, hos ſatyricos Zoilos, ferè omnes
abhorrent; & vt idem Lyricus *1. ſatyr. 4.*
concinnè, lepidèque canit:
Omnes hi metuunt verſus; odere Poe-
tas.
Fænum habet in cornu: longè fuge ——
Plutarchus autem *in Craſſo.* huius prouer-
bij originem indicans; ait: A bobus, qui
,, cornu petunt prouerbium eſſe natum,
,, quorum cornibus, Romani ſolebant fæ-
,, num appendere, vt ſibi ab eis cauerent ho-
,, mines in via fortè occurrentes: narratque
,, Sicinnium quendam de Craſſo dicere ſo-
litum, fænum eum habere in cornu. Sed
vtinam, & hoc ſignum, ad hos peruerſos
euitandos homines, laceſſitis aliquandò
ſufficeret iniuria; ab eis protinùs cauerent
exindè, & ab imminenti potiùs honeſta
fuga, quam turpi æmulatione, ſubtrahe-
,, rent ſe periculò. Quia, ſicut *prouerb.* 24.
,, dicitur, Cum detractoribus non commi-
,, ſcearis: ita *Iacobi* 4. legitur: Nolite detra-
,, here alterutrum fratres mei. Qui detrahit
,, fratri, aut qui iudicat fratrem ſuum, de-
,, trahit legi, aut iudicat legem. Leges autē
in Satyricos detractores, eorumque ſcripta,
ſæuiſſimè armantur, & atrocibus, diriſ-
que pænis, ad vltimum ſupplicium vſque
(dummodò tamen crimen in eorum irro-
gatum ſcriptis talem pænam meruerit)
ipſos coercent. Apud Marc.Ant. Sabelli-
cum, ſumm. *diuerſ.tract. tom.3.l.L.§.2. nu.6.*
& alios &c.

CAP.

CAPVT XVI.

Genethliaci Aſtrologi; dum futura certò, & infallibiliter præſagire nituntur; aperta falſitate, ſuperſtitioſa diuinatione, & ſacrilega impietate laborare penitùs conuincuntur.

SVMMARIVM.

1 *Licet Noſſe tempora, & momenta, quæ in ſua Cæleſtis Pater repoſuit poteſtate, iam planè determinatum ſit, noſtrum non eſſe: Quidam tamen nugaces homines, plurimis ex brutorum prædictionibus inducti; non verentur aſſerere, futurorum præſcientiam, hominibus adhuc non eſſe denegatam; ſed eò magis illis collatam, quò cæteris animantibus, dignitate præſtant, & ipſa excellunt. Vnde veritatis à ſcopo, valde videntur aberrare.*

2 *Arduum, quinimò impoſſibile eſt infallibiliter prænuntiare futura præſertim, quæ Deus nos latere abſolutè voluit; quod pluribus oſtenditur rationibus, ad varia ducentibus inconuenientia. Quare ab omnibus ferè oppoſita confutatur ſententia, ex catholicis non modò, verùm etiam ex ethnicis, & infidelibus.*

3 *Non tamen, ex hoc; cœleſtium hæc in inferiora naturales negantur influxus, cùm omnibus conſtet, aerem ex Cœli conditione, vel turbatum, vel placidum, ſe ipſum inſinuare in mortalium corpora, ex quorum deindè afflatu, incluſi animi inſpiratos, aliquo modo, accipiunt affectus. At, ſidera, quorum tantummodò eſt inclinare, ad rectas, aut impias violenter cogere cupiditates; id ſanè penitus reijcitur, & exploditur.*

4 *Quamobrem, dùm Genethliaci putant hæc ità neceſſariò euenire vt aliundè, non ſolum moraliter, ſed etiam phyſicè, & naturaliter impediri non poſſint: fallacia, & mendacio quam maximè laborare, apertè conuincuntur; cùm ipſa, hoc nobis quotidiana præſtet experientia, oſtendatque, in rebus etiam, in quibus maximè valere ſolet Aſtrologia, nunquam, aut rarò eorum prædictionibus effectus, euentuſque reſpondere.*

5 *Nonnullis ſatis oſtenditur exemplis: circà aeris ſerenitatem, & pluuiam, Genethliacos Aſtrologos grauiter eſſe mentitos: Ex quibus vtique Prudentes conijcient, eò magis ipſos mentiri potuiſſe, dum rationalium creaturarum fata conati ſunt rimari; cùm eæ Cœlo minus ſubiaceant, & ſubdantur.*

6 *Cum varijs; ac validis in oppoſitum huiuſcemodi fautores artis premantur rationibus, ad experimenta confugiunt; quibus ſatis intemperanter ſuam tuentur, & extollunt ſententiam. Hinc remiſſiuè plurima obiter præferuntur apoteleſmata. Ex quibus ad ſummum colligendum putabitur; non minorem certitudinem, & veritatem ſecùm ferre Aſtrologiam, quàm cætera anilis, vanaque ſuperſtitionis artes; cùm ex multiloquio, etiam ipſa rectè quandoque vaticinentur, more quidem ſtultorum, qui ex eo plerumque prophetant, quòd plurima proferunt, & identidem iactant.*

7 *Sorte propterea, vel Dæmonis aſtu interdum futura præſagire ſolent Aſtrologi: Nullam decentius, ſumma iuſtitia pœnam exigente, quam, vt qua diuinæ veritati ſuperba ingenia non ſubduntur, vanis deinde vani Mathematici mendacijs, & fidem, & libertatem obligent ſuam. Quod item remiſſiuè ex oppoſito totidem alijs oſtenditur apoteleſmatibus, quibus aſtronomicarum figurarum mendacia, contrarij detegunt, manifeſtantque euentus.*

8 *Iudiciariam Aſtrologiam, Diuinæ literæ, ac Sacri Canones, ſuperſtitioſæ diuinationis ponunt ſub ſpecie. Tunc enim ſolùm quis dicitur diuinare, quando ſibi, indebito modo, futurorum vſurpat prænuntiationem, vt Genethliacis contingit Mathematicis, dum ex falſa opinione putant, aſtra diuinæ, & humanæ non ſubdi voluntati, atque exinde infallibiliter ſe poſſe præuidere contendunt omnes futuros euentus.*

9 *Quamobrem, ex hac pernicioſa, & ſuperſtitioſa arte, contra veram, & chriſtianam pietatem, Eccleſiæ hoſtibus omnia ſuppeditantur arma. Hinc enim ad malam religionem; hinc ad hæreſes: hinc ad perditos mores: hinc ad irreuocabilem malitiam: hinc ad omnem ſacrilegam impietatem præceps, & facillimus datur, & paratur lapſus: adeò vt non tantùm diuinarum, humanarumque legum varietas: miraculorum, ac portentorum ſublimitas: virtutum, vitiorumque bonitas, & malitia: verum etiam, & ipſa humanati Verbi voluntaria paſſio, & interitus, ſiderum neceſſitati, ac fatu ab eius fautoribus impiè tribuantur.*

10 *Varia tandem (quamquam non omnia, ſed præcipua ſaltem) Summorum Pontificum, Epiſcoporum, Theologicarum Vniuerſitatum, & Imperatorum, Genethliacos in Aſtrologos, eorumque artem commemorantur Decreta; quibus, Ciuitatibus, & Regnis hi peruerſi homines, inutiles, & noxij iudicati ſunt. Talibus idcirco legum conditoribus, immenſæ referenda ſunt grates, quod communem hanc peſtem, & vaniſſimam curio-*

ſita-

ſitatem de medio abſtulerint, Hydram hanc extinxerint, Harpias eas expulerint, quorum conſortio faſcinantur homines, nitor obſcuratur fidei, bona ingenia ſæpiſſimè deluduntur.

QVamquam nulli mortalium certam futurorum notitiam contulerit natura, 1 cùm ſcriptum ſit *act.* 1. Non eſt veſtrum noſſe tempora, vel momenta, quæ Pater poſuit in ſua poteſtate: Quidam tamen vani, & nugaces homines ſagaciter obſeruantes, ſibi atque indifferenter omnibus, tam altè ab ipſa natura inſitam eſſe ſciendi cupiditatem, tamque effrænatè eos in diuinationem ferri, vt præſcientiæ enixè quandoque affectent excellentiam: Firmiter ſuadere audent, quod cum ſapientiſſimus huius vniuerſi molitor Deus volucribus, cæteriſque animantibus, neſcio quas præſenſiones inſeruerit, quibus aeris (vt ita dicam) ſeditiones; cæli grauitatem, ac ſerenitatem, & ſibi præuideant, & alijs, certo corporis motu, prædicant: Homini quoque vtpotè naturæ miraculo, imminentia ſibi, alijſque vel commoda, vel diſcrimina à ſideribus ſaltem, cælique aſpectu, certò ediſcere poſſe, non debet denegari. Ex ijs idcircò (aiunt) expectandam eſſe fælicitatem, & ijs vitæ genus, & mortis arbitrium. Quàm autem (hac ſola inducti ratione) veritatis aberrent à ſcopo, necnon ſtultos, creduloſque callidè decipiant; his documentis *tom.* 13. *Bibl. PP. in Eccleſiaſ. cap.* 10. (vt cæteros mittam) mirificè expreſſit Olympiodorus Monachus, dicens: Quis autem nobis, ea, quæ poſt ſunt renuntiabit? hoc eſt, futura: vt puta, num filios genituri ſumus, an genitos iam liberos amiſſuri: nobis ne in patria, an apud exteros moriendum ſit: exiguo ne ſpatio, an contra longinquo futuri ſimus in vita? Idcirco qui ſolliciti ſunt hęc reſcire, vel per auguria, vel per naturalis diei obſeruationem, vel per mendaces alias huiuſmodi diuinationes: & qui cætera demum ſcire affectant, quorùm habere certam cognitionem non poſſumus; in vanum laborant, inutilemque ſibi deſumunt operam. Hæc autem fermè cuncta ſtultis contingunt, proptereà quòd minimè norunt pergere in Ciuitatem: hoc eſt, optimæ conuerſationis normam ſibi proponere; neque perſequi volunt Eccleſiæ ſimplicē fidem, pulchramque pergere in ciuitatem, ſupercæleſtem, ſcilicet, Ieruſalem, cuius opifex, & author eſt Deus.

2 Difficile quidem valdè eſt ventura infallibiliter annuntiare: quinimò, quæ Deus non latere aliquandò ſtatuit arcana, eorum impoſſibile eſt velle contendere publicationem: Nam quis eſt (*ſuaſior.* 4. ſcribit Seneca) qui futurorum ſcientiam ſibi vendicet? nouæ oportet artis ſit, qui iubente Deo canat, non eodem contentus ſit vtero, quo imprudentes naſcimur; quandam imaginem Dei præferat, qui iuſſa exhibet Dei. Sed prænarrata adhuc fingamus vera eſſe, & hac in arte minimè poſſe errari: vndè tamen tantum ſideribus in corpora noſtra, imò mentes, imperium? Num commune, qui ſubeunt prelium, ſimulque extinguuntur, omnes ſub eodem cæli ordine erant nati? Num ſi nauis peritura eſt, nullos vectores accipiet, niſi quos naſcentes, aſtra naufragio damnauerint? Non ne ſub ſidere omni, illi producti, coeunt in aciem, nauigium onerant, & diſpares ortus, vna morte coniungunt? Quid autem cum in prædonem quis incidit? eadem perinde aſtra, quæ viatorem, dum naſceretur, ferro prædonis mancipabant; ipſique prædoni, diù fortaſſe anteà nato mentem, vimque dederunt, vt aliquando hunc vellet, & poſſet occidere? Cùm quis demùm ædificij ruina obruitur, an quia erat in aſtris, vt eum ſua domus ſepeliret afflictus eſt murus; an quia afflictus eſt murus hunc ſubiectum moles oppreſſit? Eadem de dignitatibus ratio ad quas per ſuffragia aſcenditur. Num enim ſidera, quæ alicui adfuerunt naſcenti, promiſeruntque dignitatem, alijs mortalibus potuerunt imperaſſe, qui ſub ijs nati nòn ſunt, & ex quorum tamen ſuffragijs deſtinatæ dignitatis conſtat effectus? Has autem, ſimileſque ineptias latè recitant, & ſugillant præ cæteris S. Baſilius *lib. 6. exameron. propè med.* & & Cęſarius S. Gregorij Nazzianz. frater *tom.* 11. *Bibliot. PP. dialog.* 2. *interrog.* 109. & 110. Sed latiſſimè vterque Picus; quos, vt omnis in præſenti arceatur prolixitas, in ipſorum conſulendos libris, haud inutile cenſeo. Phauorini cuiuſdam acuti, quamquam ethnici Philoſophi apud Gellium *noct. attic. lib.* 14. *cap.* 1. vnica, ſed præclara, omninò contentus ſententia, dum inquit: Diſciplinam iſtam Chaldæorum tantæ vetuſtatis non eſſe, quantæ videri volunt: neque eos principes eius, authoreſque eſſe, quos ipſi ferant: Sed id præſtigiarum, atque offuciarum genus commentos eſſe homines eruſcatores, & cibum, quæſtumque ex mendacijs captantes, atque eos, quoniam viderent terrena quædam inter homines ſita cæleſtium rerum ſenſu, atque ductu moueri, quale eſt, quod oceanus, quaſi lunæ comes, cum ea ſimul ſeneſcit, adoleſcitque: hinc videlicet, ſibi argumentum ad perſuadendum parauiſſe, vt crederemus omnia rerum humanarum, & parua, & maxima, tanquam ſtellis, atque ſi-

de-

„ deribus euincta duci, & regi.
Nec inde tamen ſuſpicandum cenſeo
3 eorum, quæ ſuperius *lib. 2. cap. 16. per tot.* dicta, & aſſerta manent, palinodiam nunc ignauiter me recantare velle, & in contrarium iam prolatam cupere commutare ſententiam: cum omnibus conſtet, aerem ex cæli conditione vel turbatum, vel placidum, ſe ipſum inſinuare in mortalium corpora, ex quorum deinde afflatu incluſi animi inſpiratos affectus accipiunt: Hæc enim profectó non nego, ex eiuſdem cœli in iſta terrena imperio eſſe, adeo vt non multum repugnem, ſi aliquo coniiciatur modo, eos, qui ex mitibus aſtris hauſerunt lenitatem victuros, fortuna ab ijs diſpari, quos grauia, & turbulenta ſidera in feruidiora ſtudia agunt: vel quibus placidum cælum hilaritatem infuderit, gratiori conſuetudine placituros, quàm homines acceptum Saturnum acri, & moleſtia ſolitudine contemplantes. Sed hoc abijcio, valdeque deteſtor: Sidera, videlicet, quæ tantummodo impellere credo, ad rectas, aut impias cupiditates violenter cogere: ex eorum aſpectu, & contemplatione, certó prænuntiari poſſe quid hominem in vita maneat, vel quem finem ſtatuerit Deus: & res denique liberas, fortuitaſque, huic neceſſitati ſiderum vel inepté, vel impiè dari. Hoc enim peſſimæ ſuperſtitionis ingenium, & artificium eſt. Nam quæ libertas mortalium, ſi à præſcripto ſiderum non poſſunt recedere? Ad quid ergo Deum rogare, ipſique vota perſoluere, ſi nequit, aut non vult quod de nobis per ſtellas ſemel ſtatutum eſt inflectere, aut delere? lacturam vnde humanæ liber-
„ tatis, diuinique muneris miſerè, inceſ-
„ ſanterque deploro: cùm ſcriptum ſit *Iſaia*
„ 44. Ego ſum Dominus faciens omnia, ex-
„ tendens cælos ſolus, ſtabiliens terram, &
„ nullus mecum. Irrita faciens ſigna diui-
„ norum, & ariolos in furorem vertens.
„ Conuertens ſapientes retrorſum, & ſcien-
„ tiam eorum ſtultam faciens.
Quamobrem, dum hæc humana, ad
4 aſtrorum autumant Genethliaci motus dirigi, penituſque regi; nec alias eſſe parcas, quæ naſcentibus fata diſponant; quin ex eorum inter ſe conſortio quoad frugum vbertatem, aut internecionem, quam plurima euenire; ſicut ſingula mortalium corpuſcula, inde vitam, cupiditates, læta, triſtiaue indifferenter ſortiri; fallacia, & mendacio quam maximè comperiuntur laborare. Hinc meritò, homerica qui carmina allegoricè, figuratèque exponunt, per illam Icari fabulam, qui factitijs pennis, cælo tenuiore, ſe committens in mare præcipitatus eſt; cæli hos rimatores aſtabrè deſignarunt, qui pennis temerariæ profeſſionis in ipſum ſe ſubſtollentes, cum de cæleſtibus ſuis dogmatibus, quibus quid prædicturi ſint ſublimari videntur, mendaciorum in pelagus, fallaciarumque profundum præcipites ruunt. Nec alijs horum euentuum, vel teſtimonijs egerimus, vel coniecturis, cùm ipſa hoc nobis quotidiana præſter experientia, in re præſertim, in qua ſicubi poteſt apprimè valere ſolet Aſtrologia, aeris videlicet, de mutationibus prædicendis, pluuia, ſiccitate, æſtu, frigore, ventis, grandine, terræmotu, in quibus adeò falſi, eius deprehenduntur ſeduli ſectatores, vt nullus ferè vnquam diei ſtatus illorum prædictionibus reſpondeat.
Sed harum, vt prædictionum nonnul-
5 los inanes feramus euentus: Meminit quidem nuper feſtiuiſſimè *lib. 2. recreat ſapient. cap. 13.* P. Daniel Bartolus, quantum nobis Toloſæ vſum ſuper hoc dederint quidam Mathematici, qui nos die quadam copioſiſſimos præſagibant expectare imbres, quam totam tamen lucidiſſimus ſol, & clariſſimam, & sereniſſimam reddidit. Hinc appoſitè ſanè 4. *exameron. cap. 7.* huius
„ vanitatem vituperans artis, & Chriſtianæ
„ Religionis efficaciam plurimum com-
„ mendans D. Ambroſius, inquit: Aerem
„ quoque nonnulli etiam docti, & chriſtia-
„ ni viri allegauerunt, Lunę exortu ſolere
„ mutari: ſed ſi id mutationis lunaris qua-
„ dam fieret violentia, ad omnes ortus eius,
„ obtexeretur nubibus cælum, pluuiæ fun-
„ derentur. Denique cum ante hos dies eſ-
„ ſet ſermo de pluuia, quæ forte vtilis di-
„ ceretur, ait quidam: Ecce Neomenia da-
„ bit eam. Et quamuis cupidi eſſemus im-
„ brium, tamen eiuſmodi aſſertiones veras
„ eſſe nolebam. Denique delectatus ſum,
„ quod nullus imber effuſus eſt, donec pre-
„ cibus Eccleſiæ datus manifeſtaret non de
„ iuitijs lunæ ſperandum eſſe, ſed de pro-
„ uidentia, & clementia Creatoris. Et cætera id genus innumera: ex quibus profectò, qui ſuam fidem iſtis cælorum vouerunt, mancipaṛuntque curioſis interpretibus, in libertatem facilè inde exire valebunt, ſi forte perpenderint, eò magis ipſos potuiſſe mentiri, quo rationalium etiā creaturarum futura contendunt certò ſe potuiſſe præſagire. Siquidem, ſi de nubibus, aeriſque mutationibus tanta, & talia mentiti ſunt; quid de hominum, & populorum fatis, infallibilis veritatis erunt prædicturi; cum hæc præſertim cælo ſubiaceant minus, ac difficilius, longèque laborioſius præuideantur.
Cùm autem validiſſimis, id genus nu-
6 gaces homines, ſuæ de vanitate, fallacia-
que

que artis premantur, calcenturque ratio-
nibus (quas ne iam ab alijs actum agere
iterum videar, ex induſtria ſubticeo) ad
experimenta confugiunt, & ſi quid fortè
illis contigerit, quod eorum ſatis deſtitu-
tæ fauere arbitrentur ſententiæ, id intem-
peranter valdeque abundè periactant, &
extollunt. In hoc autem opus ad opus
præ cæteris nauiter impendit Excellentiſ-
ſimus Mathematicus, Dominus Lucas
Gauricus Geophonenſis Antiſtes, qui vt
palam faceret per varios ſequutos caſus,
quemlibet Genethliacum de futuris poſſe
commodè vaticinari euentibus, per ſex
diſtinctos tractatus quarundam Ciuitatum
Oppidorum, Summorum Pontificum,
Cardinalium, Prælatorum, Imperatorum,
Regum, Principum, Illuſtriorumque Vi-
rorum, Biothanatorum hoc eſt violenta
ſtrage peremptorum, & Azemenatorum,
hoc eſt in aliquo corporis membro, vitia-
torum; veridica Schemmata, & Apoteleſ-
mata graphicè diſtribuit. Ar verùm id-
circò hanc eſſe artem, quia futura eius
quandoque prædicant Sectatores, & inde
ſequantur effectus: eodem pariter argu-
mento vtique concludenter valebimus
probare, quamcunque aliam anilis, vanæ-
que ſuperſtitionis artem veram, & infalli-
bilem eſſe. Siquidem nulla eſt, quamquam
nobis fortuitam, temerariamque confixe-
rimus, ex qua ſi iugiter prædicemus, præ-
nuntiemuſque, aliquando non accidat,
quod ex ea prædictum, & auguratum eſt.
Sic enim ex Ariſtotelis placito, *probl. ſec.
30.* docent Philoſophi fatuos, atraque bili
tumultuantes, futura interdum affari,
quia videlicet plurima proferunt, & iden-
tidem iactant.
Quare vt ad reſtim fortaſſe funiculũ ad-
7 deret *4. confeſſ. cap. 3.* huiuſcemodi liberale,
fidumque à quodam non minus medica,
quã mathematica Sene erudito arte, ſe ab-
ſtuliſſe reſponſum, his verbis palam teſta-
tur Auguſtinus, dicens: Reſpondit ille,
„ vt potuit, vim ſortis hoc facere in rerum
„ natura vſquequaque diffuſam. Si enim de
„ paginis Poetæ cuiuſpiam longè aliud ca-
„ nentis, atque intendentis cum ſortè quis
„ conſuluit, mirabiliter conſonus negocio
„ ſæpe verſus exiret; mirandum non eſſe
„ dicebat, ſi ex anima humana, ſuperiore
„ aliquo inſtinctu, neſciente quid in ſe fie-
„ ret, non arte, ſed ſorte ſonaret aliquid,
„ quod interrogantis rebus, factiſque conci-
neret. Conſulant nanque in hac præſer-
tim, qui hæſitant fide vel Eudociam Au-
guſtam, vel Probam Falconiam percele-
bres fœminas, quarum vna ex Homero,
de Chriſto, altera ex Virgilio-Centonibus,
de vtroque Sacro Teſtamento, mira ex-
cerpſerunt, & patentia teſtimonia. Aliam
præterea, & fortè longè tutiorem, horum
veracitatis euentuum *5. de ciuit. cap. 7.* idem
Auguſtinus protulit rationem, dum in-
„ quit: His omnibus conſideratis, non im-
„ meritò creditur. cùm Aſtrologi mirabili-
ter multa vera reſpondent, occulto inſtin-
„ ctu fieri ſpirituum non bonorum, quo-
„ rum cura eſt, has falſas, & noxias opinio-
„ nes de aſtralibus fatis inſerere humanis
„ mentibus, atque firmari, non horoſcopi
„ notati, & inſpecti arte, quæ nulla eſt. Hoc
enim, non ſolùm, à malignis fieri poſſe
ſpiritibus, diuina ſapientia ſinit, ſed illud
etiam, vt quod falsò fuerat prædictum,
opere implens verum efficiat. Nullam ſa-
nè decentius ſumma iuſtitia pænam exi-
gente, quam, vt quæ diuinæ veritati ſuper-
ba ingenia non ſubduntur, vnius deindè
nebulonis, & ſycophantæ mendacijs, & fi-
dem, & liberratem obligent ſuam. Hæc
itaque, quanquam, hoc pacto, in prædi-
ctionibus aſſequuta ſint veritatem, non
tamen omnia putanda ſunt ex Tripode di-
cta: cum Sixtus ab Hemminga, author cla-
riſſimus *in lib. de aſtrolog. ration. & exper. refu-
tata, apud Cauſſinum, in ſua obſer. aſtrolog.* etiam
ex oppoſito, varias fuſius adduxerit, & ob-
ſeruauerit genituras, & apoteleſmata,
quorum quædam in viris valdè illuſtribus
fuerant detecta, & infælicia; in mediocri-
bus autem, & infimis hominibus fauſtiſſi-
ma, ac pulcherrima; quibus vtrique, falſi
argui conuincique poteſt Iudiciariorum
Aſtrologia. vide ſuperius *lib. 2. cap. 16. n. 14.*
Propterea, non immeritò Pontificum
8 in Decretis, cauſ. *26. q. 3. & 4. cap. 1.* Ge-
nethliaci Mathematici, Auguſtini autho-
ritate, ſub pernitioſa ſuperſtitione com-
prehenduntur, eorumque ars inter vanæ
Diuinationis ſpecies (quæ explicito, vel
implicito ſaltem Dæmonis abſque pacto,
2. 2. q. 95. à 2. teſte Doctore Angelico,
vix percipi poſſunt) paſſim collocatur.
Per Diuinos nanque, ſacris in paginis, cùm
Deuteron. 18. tùm *Micheæ 3.* catholici Do-
ctores non tantùm, verum etiam Aue-
nazra, & Achinas aſtrologi, ac Iudæorum
magiſtri; apud Io. Picum *4. de rer. prænot.
cap. 8. in fin.* Aſtrologos præſertim, & qui
Iſaiæ 44. fælices, & infælices horas obſer-
uant, plane intelligi ſentiunt. Nec huius
ſententiæ ſufficiens pręterea, & valida
quoque deficit ratio. Quia cum huiuſ-
modi vanæ facultatis periti, ac ſapientes,
ſiderum motu aſpectuque diligentiſſimè
futura rimentur: ſibi quod diuinum eſt,
ac ſupernum imprudenter vſurpant *Iſaiæ*
„ *41.* ſic exprobrante: Annuntiate, quæ ven-
„ tura ſunt in futurum, & ſciemus quia
„ Dij eſtis vos. Atque ita Diuinitate ſe

plenos eſſe fingendo, & aſtutia quadam fraudulentiæ hominibus ventura pronuntiando, ſuperſtitioſa profectò Diuinatione laborant. Etenim *loco nuper citat. d. 1.* inquit Angelicus: Tunc autem ſolùm quis dicitur diuinare, quandò ſibi, indebito modò vſurpat prænuntiationem futurorum euentuum. Non itaque ſanè, ſiderum ex aſpectu, tanquam in ſuis proprijs, & per ſe cauſis (vt par eſt) omnes hi futuros præcognoſcere queunt Aſtrologi, euentus; ſed naturales, ac neceſſarios duntaxat, vt Eclypſes, Nouilunia, Plenilunia &c. aut ad ſummum coniecturaliter Siccitates, Pluuias, Ventos, & id genus ſimiles (niſi tamen aliàs impediantur) effectus. Nam liberi, & contingentes, ex Diuina, aut humana omninò pendent voluntate; cuius corporeis, & inferioribus nequaquam eſt ſubijci, & ſubdi cauſalitatibus. Hinc vtique indebito, & inordinato procedunt modo, cùm ex vana, & falſa inducantur duntaxat opinione. Diuinationi autem, quæ ex opinione falſa, vel vana procedit, ingerit ſe operatio Dæmonis, vt hominum animos implicet vanitati, aut falſitati, vt eruditiſſimè, *ibidem a. 5.* ſubdit Diuus Thomas.

Quamobrem, non eſt profectò vndè impijs, iuratiſque Eccleſiæ hoſtibus plus
9 copiarum, pluſque armorum aduerſus ſuppeditetur veritatem, quàm ex hac vana, & nugaci arte. Hinc enim ad malam religionem: hinc ad hæreſes; hinc ad perditos mores: hinc ad irreuocabilem malitiam; hinc ad omnem ſacrilegam impietatem præceps, & facillimus eſt lapſus. Et quidem; vnde ſe potiùs veram aduerſus religionem armabit impietas, quàm vt eam, legeſque omnes, ſiderum conſtellationibus omninò ſubijciat? Id ſanè *2. apoteleſmaton* Ptolomæus apertè docuit, dum aſſeueranter dixit, quòd apud hanc gentem illud Numen, apud aliam aliud coleretur, non aliundè natum, quàm ex varia aſtrorum, imaginumque natura populis, & gentibus illis hoc imperitante? Vnde itidem tam ſeuera in orthodoxam vnquam fidem Hæreſis parabit tela, quàm vt Diuina miracula, ad cælum contendat eſſe referenda; quemadmodum de Moyſis tranſitu per mare rubrum ſicco veſtigio cum populo Dei; Iordaniſque contrario receſſu, apud Ioannem Picum *2. in aſtrolog. cap.* 5. aliqui temerè arbitrati ſunt? Vnde denique ad licentioſam viuendi rationem, & ad omnem patrandam malitiam commodius congeminabuntur vires, quam idipſum cum Tragico, *in oct. prope fin.* turpiter decantare,

Regitur fatis mortale genus:

& neceſſitati cæleſtiumque influxuum præſcriptioni cuncta imputare? Nam male viuere volentes (*in quæſt. ex vtroque mixtim, tract. de futuro. num. 123.* inquit Auguſtinus) ipſi ſibi fata conſtituunt. Quòd ſi tamen dicatur, non eſſe hoc artis vitium, ſed profeſſorum in ipſa ſua profeſſione errantium; fatebor etiam; quamquam ſi ferè omnes illius ſectatores, vt plurimùm videantur eaſdem ſortiri vanitates, parum abſit, vt culpa in artem ipſam, verè, & certè non referatur; quæ adhuc eò grauior, turpiorque reputabitur, quò impiùs, & iniquiùs ipſum quoque cælorum factorem, & Dominum, qui *Iſaiæ* 53. oblatus eſt, quia ipſe voluit; apud eumdem Mirandulanum ibidem *lib. 5. cap.* 14. ſub determinata ſtellarum genitura ponunt eſſe paſſum, & violenta Crucis nece, coactè interemptum.

Diuinis idcircò innumeris miſſis ſanctionibus, quæ per Prophetarum oracu-
10 la in hanc ſuperſtitioſam paſſim acriter reclamant artem; Pontificia, & Cæſarea, quanquam non omnia, aliqua ex præcipuis tamen (Aſtrologorum ad ignominiam) adducam Decreta, quibus profectò palam inſinuari poteſt, quantùm Legiſlatores eam ſint abominati vanitatem. Nam *in Decreto, cauſa 26. quæſt. 2.* Diuinandi ars penitus Chriſtiano repudianda, fugiendaque proponitur: definiturque, Chriſtianam, & veram pietatem, Mathematicos ipſos, & Planetarios expellere, atque damnare. In Decretalibus item iunioris Gregorij, anathema pronuntiatur Aſtrologis ſub Aruſpicum nomine. In Toletana Synodo (quod & meminit Ioan. de Turre Cremata *in ſumma Eccleſiæ*) aduerſus Aſtrologiam ità ſancitum eſt; Si quis Aſtrologiæ, vel Matheſi exiſtimat eſſe credendum, anathema ſit. Item 1. *quoque cap. de ſortilegijs* cauetur ne aliquibus in rebus quis diuinationes aliquas obſeruare præſumat. *In 2. eiuſdem tituli cap.* decernitur; Præsbyterum quendam grauiſſimè erraſſe, nec modicam peccati maculam contraxiſſe, propterea quòd ex Aſtrolabij inſpectione, furtum cuiuſdam Eccleſiæ recuperare quæſierat, tametſi bono zelo, & ſimplicitate feciſſet. Eſt & Articulus Pariſienſis Theologicæ facultatis aduerſus ſuperſtitiones hunc in modum promulgatus; Quòd, ſcilicet, inire cum Dæmonibus pactum tacitum, vel expreſſum non ſit Idololatria, vel eius ſpecies, & apoſtaſia, error. Leges quoque Ciuiles, acerrimas pœnas huiuſmodi ſuperſtitioſis propoſuere. In Iuſtiniani

etenim

etenim Principis *C. tit. 18. de Maleficis, & Math.* Mathematicam artem damnabilem eſſe, & omninò interdictam, aſſeritur: ſubditurque Conſtantini decreto *l. 5.* Pœnam capitis impoſitam ei, qui Aruſpicem, aut Mathematicum conſuluiſſet. *Et l. 6.* Si quis in Cæſaris comitatu Mathematicus deprehenſus fuiſſet, & conuictus, pœnis equulei deportabatur. Quin genus hoc hominum, Prudentes legum poſitores, tam exoſum habuerunt, vt cùm eſſet cautum, ne ſocius, & particeps criminis accuſare poſſet, Mathematicus exciperetur: quod & Gulielmus, cognomento Speculator, inter legum interpretes eximiæ authoritatis, *tit. de accuſator.* meminit. Ante Iuſtinianum verò Vrbe Roma ignominioſè expulſi ſub Tiberio, ſub Vitellio, ſub Diocletiano, ſub Conſtantino, ſub Gratiano, ſub Valentino, ſub Theodoſio, & vel profeſſionem deſerere, vel eius pœnis luere ſunt coacti, vt paſſim in ipſorum apud Authores legitur geſtis: Adeò idcircò inutiles, & noxij ciuitatibus ſemper iudicati ſunt. Qua de re, talibus vtique Principibus, mundique Rectoribus, eadem certò, quinimò conſultiùs magnifica eſſe cenſeo aptanda verba, quæ Ioanni Franciſco Pico Mirandulæ, & Concordiæ Domino (vt 4. *eiuſdem Epiſtolarum lib. propè med.* diſertè habetur) Ioannes Baptiſta perhibuit Mantuanus, ita ſcribens: Quòd patrui
„ lucubrationes contra Aſtronomos editas
„ ſtudio, & induſtria tua excribraueris, de-
„ bent omnes viri tam indocti, quam do-
„ cti publicè gratulari, & ingentes gratias
„ vobis, hoc eſt, tibi ac Patruo ſemper
„ exoluere, qui communem hanc peſtem,
„ & vaniſſimam iſtam curioſitatem de me-
„ dio abſtuleritis, Hydram hanc extinxeri-
„ tis, Harpyas eas expuleritis, quibus ho-
„ mines faſcinantur, nitor fidei obſcuratur,
„ bona ingenia deluduntur. Vide ſuperius
„ *lib. 2. cap. 16. num. 13.*

CAP. XVII.

Venatorum typo, myſticè Dialectici notantur: Sed non minùs curando iſti, quàm negligendo illi errant, Venationis præcepta.

SVMMARIVM.

1 *Admiſſa Dialectica ſuperiùs explicata vtilitate; apertè non videtur ratio, cur à multis huiuſcemodi ſit exprobrata Philoſophis Ars, Et cur ab Epicuro, inutilis: à Zenone palearum, & ſtercorum menſura: ab Ariſtene, viarum lutum: à Clitomacho, mutabilis Luna: à Gryſippo, iuuenile ſtudium: ab Ageſilao, alearum ludus: & à Carneade, Polypus; tam ſcurriliter ſit nuncupata.*

2 *Vnde eorum ſenſus, & finis, non nudis ex verbis, ſed ex mente, & intentione attendendus eſt, quæ tantummodò fuit, ab illorum Dialecticorum fugere argutijs, & cauere griphis; quorum meminit Apoſtolus, ad Coloſſenſes, ita ſcribens: Videte, ne quis vos decipiat per Philoſophiam, & vanam fallaciam.*

3 *Quarè nullus aliàs negare poteſt; omnem præcipuam Philoſophorum curam, in rebus dialecticis maximè ſemper extitiſſe, vt ferè omnes non tantùm teſtantur Stoici, verum etiam Hippocrates, Galenus, Ariſtippus, Euclides, cæterique antiquiores, & præſertim Peripatetici omnes. Quinimò nec ipſe Chriſtus Dominus, Apoſtoli, & Patres, ab ipſa ſe penitus abſtinuerunt.*

4 *Sophiſticam è contrà (Dialecticæ, ſcilicet partem illam, in qua, nec ad melius viuendum, nec ad commodiùs diſcurrendum, quicquam vtile inuenitur) ferè omnes abominati ſunt; adeò vt Sapientes Ægyptij, illius turgidos aſſeclas, hieroglyphico Suis, ænigmaticè expreſſerint. Sicut enim Porci oblectantur luto, vitamque in ipſo degunt: ita Sophiſtæ, nihil illuſtre, nihil purum, nihil limpidum amant. Vndè ab omnibus ſedulò euitantur, & à prudentium, cœtibus, & congreſſibus meritò exploduntur.*

5 *Hanc tamen ſophiſticam partem, multi ex noſtratibus Dialecticis, pro viribus non verentur ſectari. Quia magis ſapientes ſe videri ſtudent, quàm eſſe, pecuniarum, honorumque gratia. Eorum proindè verſuta ingenia, verſatili leuitate elata hùc, atque illùc volitantia; in nugis, & quiſquilijs maximè triumphant; in ſerijs verò, & grauioribus rebus haud parum hebeſcunt.*

6 *Meritò à Platone ferarum venatori comparatur Sophiſta. Quemadmodum enim ſolicitus venator, vt feras cubilibus excutiat hùc, illùcque diſcurrit, ſurſum, ac deorſum; ita vagus ſophiſta, vt gloriæ generoſo puluere, in capturam hominum plurimum ſordeſcat, impauidam ad pericula mentem parat, nullis parcit laboribus, nihilque penitus intentatum relinquit.*

7 *Tria proindè venatoribus dantur præcepta: nimirum, explorando diſcurrere; ſagaciter inſequi; nec ignauè deſiſtere. Quorum interim vani Dialectici, ſiuè potiùs*

Digitized by Google

Sophiſtæ, obſeruando primum non leuiter peccant. Nam dum venatorum more omnia veſtigant, & inſtar venaticorum ſubodorantur canum, (conſequentia ſcilicet, antecedentibus curioſè connectendo; quid ex quo efficiatur, aut apparenti, aut probabili argumentatione, neceſſariò tamen concludendo). Non ex rerum veritate, ſed ex hominum opinione ſumunt iudiciam: quarè occupantur ſuperfluis, cùm illis nequaquam proſit ſcire, quod inutiliter ſciunt.

8 *Peccant etiam Dialectici, dum item venatorum more, argumentorum captiunculis, ita ſagaciter irretiunt incautos, vt quidem, non arti, ſed calliditati, & aſtutiæ, tota, arguendi tribuatur victoria. Nam huiuſmodi furtiuum, & ſubdolum venandi genus, nec etiam pro ferarum venatoribus, ſatis à Platone probatur.*

9 *Sagacitas quanquam (impropriè ſaltem) aliqualis ſit ſpecies Prudentiæ; illi tamen vehementer opponitur. Nam ſicut à propria, & ordinata deficiendo prudentia, Imprudentia, Temeritas, Inconſideratio, Inconſtantia, & id genus illi contraria reſultant vitia: ita ipſam excedendo, Aſtutia, Fraus, Dolus, & Calliditas, nec deſinunt, nec deficiunt.*

10 *Talis autem fictitia, & ſimulata Prudentia (ſi qua tamen prudentia eſt) carnis Prudentia, Deo maximè inimica, appellanda eſt. Nam eorum tantummodò eſt qui prima, veræ prudentiæ vix attigerunt elementa. Vndè, vitium potiùs eſt nuncupandum, animo illi prorſus auerſum, cui generoſitas, & ſinceritas alta, & optima magnificè ſuadent.*

11 *Explorata itaque fera, præceptum illud (ignauiter, ſcilicet, non deſiſtendi) adeò venatoribus neceſſarium eſt, vt eo neglecto, & totam negligere venationem neceſſe ſit. Nam cùm per ipſam bellicum maximè excitetur, & exercitatur robur, omnis ignauia, quæ vniuerſa opponitur fortitudini, ab ipſa tollenda & adimenda eſt. Alter enim, opera, & retia quilibet venator ignauiſſimè perdet.*

12 *Nihilominùs tamen, non minùs, curando peccant Dialectici, quàm Venatores tenendo hoc ſalubre præceptum. Nam quid turpius eſt, in diſſertationibus dialecticis, adeò velle fortiter poſſidere, & concludere aduerſarium, vt in omni ſcientiarum genere ſuperiorem reddere, quiſque ſe poſſe credat? Quandoquidem illi potiùs nihil ſcire videntur, & ignauia maximè premi, qui per omnem diſciplinarum circulum ſuperbè volitant, & cæteros omnes longè cæutire temerè arbitrantur.*

13 *Quàm autem decipiantur, & à recta aberrent ratione hi ſatagentes Thraſones; ex cuiuſdam Attali irriſione licebit colligere; qui Ardelionis (hoc eſt inertis, & pigerrimi ſerui, in auem Ardeolam fabuloſè conuerſi) apud Poetas conſequutus eſt nomen. Nam qui per omnes ſe putant ſcientificas poſſe liberè vagari facultates, & omnium ingenia ſagacitate, vno quaſi pugno valere comprehendere: non quidem generoſæ, & expertæ fortitudini; ſed ignauiæ, deſidiaque illud vulgatum Emblema, per Ardeolam, peanatumque ſeruum expreſſum; potiori ratione videntur portendere.*

EA ſiquidem, quàm ſuperiùs *cùm lib. 2. cap. 17. tùm lib. 3. cap. 19.* meminimus
1 maximè, Dialecticæ data, & vtili admiſſa commoditate, vnde Tullius. *2. de fin. ſect. 105. num. 72.* (quòd ipſa præterea temeritatem, & ignorationem, omnibus tollat à rebus) etiam virtutem dixerat: Non eſt profectò, cur rectè ab Epicuro non tantùm, verùm & à Zenone nonnulliſque alijs Philoſophis, *irrideatur* illa, tamque peſſundetur acerrimè. In ea ſanè, ibidem apud eundem Tullium *lib. 1. ſect. 62. num. 63.* Nullam vim exiſtimauit eſſe, nec ad meliùs viuendum, nec ad commodiùs differendum, Epicurus ipſe. Zeno verò (*vt ſerm. 80.* enarrauit Stobeus) tum iuſtis menſuris, quæ non triticum, nec aliquid quidpiam alicuius pretij, ſed paleas, & ſtercora metiuntur: tum aranearum telis, quæ muſcas ad ſummum recludere habent ſcurriliter comparabat. Ibidem vlteriùs legitur apud eundem Stobeum, ab Ariſtene, luto viarum Dialecticam eſſe aſſimilatam: quia, vt illud inutile cùm ſit, alios etiam tranſeuntes proſternit; ſic iſta cùm parum proſit, ſuis etiam, incautum, argumentis adoriatur: Item Clitomachus Lunæ mutabilitati lepidè appropriauit. Quemadmodum (inquit) Luna creſcendo, ac minuendo pro ratione temporis ſe mutat: ſic Dialecticus, nunc refutando, nunc concedendo ſe flectit. Gryſippus (*lib. 7. cap. 3.* teſtante Laertio) talem artem, iuuenile appellauit ſtudium. Argeſilaus, alearum ludum, qui non ſine delectatione decipit, *Stob. vbi ſupra.* Et Carneades Polypum aſtruxit ad amuſſim imitari. Quandoquidem ſicut ille cyrrhos ſuos auctos induſtriè deuorare ſatagit; ita Dialecticus grandior, & peritior factus, ſuas refellit, & refutat opiniones. *idem Stobe. ſerm. 82.* Quibus prætereà, alijſque ſexcentis exemplis, vt ipſius Dialecticæ petulantiam oſtentent, & vanitatem; antiquorum non modò, ve-

rum

rum & recentiorum paſſim ſcatent, & abundant paginæ.

Verùm enim verò, hæc, & id ſimilia ſcommata genus, ſuæ ſi fortè reddantur
2 incudi; nemo certè manebit in biuio, in eos duntaxat iactata fuiſſe Dialecticos, à quorum griphis, inanibuſque cauere, & fugere argutijs ſuos Coloſſenſes *cap.2.* enixè monebat Apoſtolus, Dicens: Videte ne quis vos decipiat per Philoſophiam, & vanam fallaciam. Tantùm proindè in primis abeſt, vt Epicurus, veram & ſynceram aliquando damnauerit, & reijecerit Dialecticam, vt *lib.*10. dictante Laertio, quandam ſemper retinuiſſe viſum ſit diſſerendi, & argumentandi artem, quam licet Logicam, aut Dialecticam non appellauerit, ſed cæterorum Philoſophorum morè Canonicam dixerit: Libros tamen argumenti Logici, de Sectis, ſcilicet, de Iudicio, aut Principio, & Canone multos, & varios deſcripſit. Quinimò, eò quòd percontanti ſibi, quid nam eſſet apud Heſiodum Chaos, ex ſola explicare ſophiſtica diſciplina non potuiſſet, eius Sectatores vehementer eſt abominatus. Nec aliorſum prætereà, illo Zenonem Citticum ſtoico collimare voluiſſe dicto, vnquam videtur putandum. Quamuis enim omnia eius monumenta perierint, aſſertę tamen veritatis quiddam à Platone, apud quem, Parmenides ſignificat Socratem in dialecticis, à Zenone fuiſſe inſtitutum, licebit attingere. Zenonianæ quidem Logicæ, Platonis in dialogis continentur multa: vt in Parmenide, rei qua de agitur ortum, motum, accidentia, interitum; ideſt cauſas, quibus res generatur, & effectus, & adiuncta, accidentia, & oppoſita, quibus res corrumpitur, & interit. Item Comparatorum genera, ſimile, diſſimile, maius, minus, par. Item, de Genere, & Specie, atque Ideis plurima ibidem diſputatio eſt; vt in Sophiſta, & Politico de Genere rurſus, & Specie, de toto item, & parte; ſicut de Diuidendi, & Definiendi ratione, & lege. His enim duobus Platonis dialogis, Socrates, à Zenone, Logicis diuidendi, & deffiniendi præceptis informatur. Vndè *lib. 7. cap. 1.* rectè concludit Laertius: Laudandum meritò Zenonis eſſe ardens ad Dialecticam ſtudium, in qua adeò profecit, vt multa etiam arti & præclara addiderit. Cæteri verò quid ſenſerint Philoſophi, quorum rectè diuidendi, deffiniendi, & argumentandi finis, & ſcopus tantummodò colere fuerat ſtudium; non ex illorum indifferenter verbis, ſed ex inconcuſſa mente, & intentione, eruendum eſt. Verba enim non ſunt curanda, ſi conſtet aliter de mente. *l. quoniam indignum C. de teſt. l. 1. & 2. C. commun. de lega. vbi Bald. apud Bertach. lit. V.* & id genus plurima apud Sabell. *ſum. diuerſ. tract. lib.*10.§.9.*per totum*.

Et quis vnquam cordatè negare pote-
3 rit, omnem præcipuam illorum, aliarumque curam in dialecticis ſemper extitiſſe perfectam, & conſummatam: Id ſanè *in Brut. ſeſſ.* 175. *n.* 43. clarè, & apertè retulit Tullius, dicens: Hoc idem in noſtris contingere intelligo, quod in Græcis, vt omnes ferè ſtoici, prudentiſſimi in diſſerendo ſint, & id arte faciant, ſintque architecti penè verborum: iidem traducti à diſputando ad dicendum, inopes aperiantur. Præſtitit hoc præſertim ex Græcis Pergamenus Galenus, qui cum ſe logicis Philoſophorum decretis cognoſcendis dediſſet; animaduertit non modo ſectarum cum ſectis alijs, in logica theorica, diſcordiam; ſed ſingularum inter ſe ſectarum diſſenſionem eſſe: in Paripateticis logicis nonnullam; in Academicis maiorem; in Stoicis, maximam. Itaque nulli Sectæ ſe præcipuè addixit, ſed electiuus tantum; vt è ſingulis ſcilicet eligeret; quæ placerent. Quamobrem, cùm logicas ſectas omnes cognouiſſet; ſcripſit de ſuo iudicio (non ex Ariſtotelis arbitrio) de Demonſtratione libros quindecim, aliaque permulta, quæ vel pacis incendio, vel amicis donata, vel furto ſublata, perierunt. *Geſnerus, in eius vita.* Sed & ipſum adhuc præceſſerant, non pauci: vt Hippocrates Cous, quem idem Galenus 5. *method. cap.* 10. omnium methodorum authorem fecit, licet non omnia methodicè ab eo, in arte medica, pertractata aſtruerit. *lib.*6.*cap.*4.*& lib.*9.*cap.* 8. *ac in t. hiſt. Philoſoph.* Socratem facere videtur non ſolùm Ethicæ inuentorem, ſed etiam Logicæ profeſſorem, cum ait: Dialecticam facultatem perfectè animaduertit. De Ariſtippo verò omnibuſque illius ſectatoribus Cyrenaicis, locus eſt apud Laertium, *in eius vita*: quod Logicam, propter eius ſummum vſum attingebat. Euclides item Megaricus, totaque eius ſucceſſio, Logicam in primis arripuit: Et eius diſcipulus Eubulides Mileſius, hos dialecticæ reperit modos: Mentientem, ſcilicet Latentem, Occultum, Soricem, Cornutum, Caluum, & conſimiles alios. *Plutarch. in vitis decem orat.* Nec demum alij defuerunt innumeri, vt *in vitis Philoſ.* paſſim teſtatur Laert. qui pariter Dialecticæ arti, ardentem non ſemel præſtarunt amorem. Quin etiam, & ipſe Chriſtus Dominus, Apoſtoluſque illius præ cæteris Paulus (vt *tom.*7.*lib.*1. *contra Creſcon. gramm. à cap.*15. *vſque ad* 20. latè probat, & oſtendit.

Augu-

Auguſtinus) peracutos, inuincibileſque
Iudæis, ſe dialecticos ſemper exhibuerunt.
Sophiſticam è contra, Dialecticæ ſcilicet partem illam, in qua nec ad melius vi-
4 uendum, nec ad commodius diſcurren-
dum quicquam (vt Epicurus inculcabat
ſuperius) penitus inuenitur, ità ferè omnes
reijciunt, vt *Eccleſ.37.* diſertè habeatur. Qui
„ ſophiſticè loquitur odibilis eſt: in omni
„ re defraudabitur. Non eſt enim illi data à
„ Domino gratia: omni enim ſapientia
defraudatus eſt. Verè quidem is præpon-
derat ſtercora: muſcas capit: limoſa pro-
ſternit via: flectit mutabilitate: inutilita-
te faſtidit: delectatione decipit: opinio-
numque ſuarum refutatione Polypum
imitatur, vt iam appoſitè enumerati im-
properabant Philoſophi. Hinc itaq; Olym-
piodorus Monachus *in Eccleſ.cap.8.tom 13.
Bibliot. PP.* hæc pauca, quanquam magni-
„ fica iure protulit verba. Qui nequaquam
„ ſapiens fuerit, effræni tamen vultu, im-
„ pudentiam præ ſe tulerit: hoc eſt, qui
„ contentioſis ſermonibus, captiunculiſque
„ ſophiſticis ſe ſe efferat: redargutus, im-
„ pudentiæ pænas dabit, odioque habebi-
tur. Odibiles idcirco apud Sacerdotes
Ægyptios, inſipienteſque Sophiſtæ omni-
nò fuerunt: Nam cum illi præſtabiliſſimi
viri (*hieroglophyc. 8.* Valeriano teſte:) Ni-
„ hil æquè (vt ille inquit) abhorrerent,
„ quàm inanes eorum nugas, & cauilloſas
„ verborum argutias, argumentorumque
„ decipulas in naturæ viribus indagandis;
„ eiuſmodi notę homines per Suis hierogly-
„ phificum ſignificarunt. Eodem intellectu
„ apud Hæbreos, ſuillam abſtinere præce-
„ ptum ait Philo, admonitoſque nos, ea di-
„ uina lege, vt Sophiſtas euitaremus, per
„ euitabilem huiuſmodi animalis impuri-
„ tatem: Illi enim, acutiſſimis tantum, ac-
„ curatiſſimiſque rerum diſtinctionibus,
„ quod per bifidam animalis vngulam in-
„ terpretatur, quaſi luto inhæſitantes, ita
„ illis adhæreſcunt, vt indè nunquam auel-
„ li poſſint, ſed ad extremam vſque ſene-
„ ctutem, ibidem computreſcunt: nam &
„ Porci, nihil illuſtre, nihil purum, nihil
„ limpidum amant; ſed turbida tantum,
„ ſpiſſa, & ſordida, & fæculenta ſectantur:
hincque his præcipuam ſtatuunt volupta-
tem. Nequaquam proindè immeritò
apud Epiphanium *lib.3. tom.1. hæreſ.76.* in-
ſipiente pro heterodoxo, Antiochiæ de-
prehenſus, indèque, omnibus tanquam
exoſus, euitabiliſque eiectus fuit quidam
Aetius Syrus; qui primùm aurifaber, de-
indè ſophiſticis, ita addictus ſtudijs, vt
omnes vinceret, ac ſuperaret; Nam, *vt
2. de Doctr. Chriſt. cap.31.* ait Auguſtinus.
„ Sunt multa, quæ appellantur ſophiſma-
„ ta, falſæ concluſiones rationum, & ple-
„ rumque ità veras imitantes, vt non ſolum
„ tardos, ſed ingenioſos, & minus diligen-
„ ter attentos decipiant.

Hanc tamen minimè abominantur, ſed
præcipites potiùs noſtrates partem proſe-
5 quuntur Dialectici; dum munerum præ-
ſertim, obſequiorumque cauſa, ſapien-
tiores, quàm præſtat, videri ſe ambiunt,
vehementerque percupiunt. Plato enim
in Hippia maiori (interprete Ficino) Sophi-
„ ſtam vocat eum, qui ſe ſapientem videri
„ magis, quàm eſſe ſtudet, pecuniarum,
„ honoriſque gratia. Eorum itaque verſu-
ta ingenia, verſatili leuitate deſultoria,
hùc, atque, illùc volitant; in nugis, &
quiſquilijs triumphant; in ſerijs tamen,
& grauioribus rebus, non parum hebe-
ſcunt. Ea inſuper rerum inuentio, quam
expeditè, atque in omnem argumentan-
di exprimunt occaſionem: illa celeritas
animi transferentis ſe in omnem partem,
omnia vbique rimantis, omnia colligen-
tis: ea demum mentis feracitas, produ-
centis tam multa, tam varia, tam apta
rebus, tam opportuna temporibus, tam
decora perſonis; ſi non ex falſo, ex appa-
renti ſaltem verò, non temerè cenſentur
prodire. Plauſum proindè captant dun-
taxat, bullatas paſſim proijciunt ſenten-
tias, aurium ad ſummum carnifices fiunt,
indè exigendo mercedem, vndè nuda
præter verba, nil aliud commodi exhibe-
6 re valuerunt. Quare appoſitè, *in ſophiſ.
ſiue de ente prope fin.* Ingeniorum hanc ar-
tem nuncupauit ipſe Plato, venationem,
„ dicens: Conſtat ò Theætete, ſophiſticam
„ facultatem appellandam eſſe artem, quæ
„ in conciliando, comparandoque verſa-
„ tur; animaliumque greſſibilium, & ter-
„ renorum, domeſticorumque Venatio eſt:
„ hominum videlicet priuata captura ob
„ nummorum mercedem; & iuuenum di-
„ uitum, atque nobilium, opinione virtu-
„ tis, diſciplinæque irretitio. Quemadmo-
dum enim ſollicitus Venator, vt feras
cubilibus excutiat, hùc, illùcque diſcur-
rit, ſurſum, deorſum: duris obſeptos
dumis horrentibus perrumpit aditus: pen-
dentium rupium, montiumque iuga ſu-
perat, nihilque refugit arduum: ita qui-
dem ſolers Sophiſta, vt gloriæ generoſo
puluere, in capturam hominum pluri-
mum ſordeſcat, impauidam ad pericula
mentem parat; nullis, quanquam exan-
tlatis parcit laboribus; nihil penitus in-
tentatum relinquit; nihilque demum ex ſe
pręter effrenatũ imperium, quo inſignis, &
ſpectabilis fiat, ſua ſibi indoles miniſtrans;
adulterinæ tantummodò audaciæ, fortitu-
diniſque ſigna, & prodigia profert.

Tria

Tria verò, quam maximè bonum decere Venatorem, *in Lache, ſeù de fortitudi-*
7 *ne circa med.* ſatis ſtudioſè, idem tradit
„ Philoſophus Plato dicens; Bonum vena-
„ torem decet explorando diſcurrere, & ſa-
„ gaciter inſequi, neque ignauè deſiſtere,
Niſi enim ferarum ad obſeruandas latebras, huc, illucque vagetur, callidè fugaces ſectetur; & inuentas fortiter, viriliterque detineat; nec id vnde quærit inueniet; neque quæſitum vnquam adipiſcetur; & inuento aliquandò fruetur. Proindè nihilominùs peccant, vehementerque delinquunt Dialectici illi, qui vt venatici canes, opportunis in vijs, diligentiùs, quàm par eſt, omnia veſtigant, & ſubodorantur; ac deinceps (conſequentia, ſcilicet, antecedentibus connectendo; quid ex quo efficiatur, aut apparenti, aut probabili argumentatione concludendo; vndè poſteà, ſingula indubitanter definiunt, circumſcriptèque comprehendunt) omni ex parte indeſinenter rimantur. Non quidem (vt alibi dictum eſt) me penitus latet, Iudicium mentis amuſſim, & regulam eſſe: approbationem, videlicet, & probationem rationis; quæ poſtquam in veri diù laborauit inueſtigatione, tum ipſum Iudicium quaſi cenſor, quid aptum ſit, quid ex quoue naſcatur, quid cuique ſit conſequens, quid alienum, quid repugnans, quid conſentaneum circumſpicit, explicatiſſimèque diſſoluit: ex hominum tamen nequaquam opinione, ſed ex rerum duntaxat veritate ſumendum, ferendumque eſt. Apparens enim illa rerum veritas, quam noſtra fabrefecit, & finxit opinio, delicatiſſima quidem, & tenuis eſt: contactu diſpergitur, comprehenſione diffluit, interque digitos collabitur, quaſi
„ aquam pugno ſtrinxerimus. Eſt enim
„ infirma ſemper, atque incerta opinio,
„ (1. *poſt. cap.* 26. *text.* 44. inquit Philoſo-
„ phus) viſque, ac natura ipſius in hac in-
„ firma aſſentione continetur. Hinc eſt,
quòd non tantùm, horum per ſingula vagantium Dialecticorum peccat intellectus opinionum fallacia, & veritatum languore, ſed vt plurimum etiam inutilitate. Vndè curioſitas, & inutilitas mentis, ſapientibus parùm arridet, potiùſque prohibenda, quàm fouenda eſt: Scire quippè quod non prodeſt, proximum eſt ignorantiæ. Velle illud ſcire, iam eſt enim ſtultitiæ infamia. Iam nocet ſcire, quod non prodeſt; impedit quod prodeſt: incommodum, eſt commodi oſtaculum, & noxia ſunt contemptus ſalutis. Fieri
„ quandoquidem non poteſt (*variar.* quem-
„ admodum *lib. 2. cap.* 27. pulchrè ſuadet
„ Ælian.) vt qui rebus nullius pretij ope-
„ ram diligentem nauat, poſſit magnis,
„ & præclaris vllis negotijs vacare. Cùm
„ enim omnis cogitatio in iſta conferatur,
„ neceſsè eſt, vt ea negligat, quæ reuera
„ ſunt admiratione digna.

Extrà organum item quoque Dialecti-
8 ci ſunt, dum Venatorum more, argumentorum captiunculis, & inſidijs, ità ſagaciter proſequi, & irretire incautos ſtudent, vt minimè virtuti, & arti, maximè verò calliditati, & aſtui omnis adepta referatur victoria. Hoc enim furtiuum, & ſubdolum venandi genus, quanquàm latiorem veluti rem, vno nomine comprehenſam, 7. *de legib. propè fin.* aliquandò receperit, & admiſerit Plato; planè tamen, omnibuſque numeris perfectum, nec vnquam dixit, nec penitus commen-
„ dauit. Ait proindè. Pedeſtrium ergò ve-
„ natio, vobis ſola relinquitur, ſed nec dor-
„ mientium, quæ vicibus quibuſdam inter-
„ poſitis fit, nocturnaque vocatur, & ocio-
„ ſorum hominum eſt, laude digna habe-
„ tur. Neque etiam, quæ in laboris remiſ-
„ ſione fit, & retibus laqueiſque, non con-
„ ſtantis animi viribus, ferarum domat
„ atrocitatem. Sola ergo quadrupedum
venatio illa reſtat omnibus optima, quæ equis, canibus, corporis viribus agitur. Nam quibuſcunque diuina curæ eſt fortitudo; ij quadrupedes omnes curſu, vulneribus, teliſque, manu propria venando vincere debent. Quòd ſanè; ſi ſagacitate, ac fallacia, ferarum exercita adeò nos ſtomachatur venatio, vt ſeruilis magis, quàm libera, à tam celebri reputetur viro: quid igitur turpius, & indigniùs dialecticis in congreſſibus, technis, & fraudibus erit, quàm homines capere, & he-
9 betare? Eſt tamen Sagacitas (ſiuè Dolus, ſiuè Calliditas, ſiue dicatur Aſtutia) quædam ſtudioſa, & conſiderata Prudentia; cùm in aliquo vſu rationis, ſaltem cum ipſa ſimilitudinem habeat. 2. 2. *q.* 55. *à* 8. (Prudentiam ſiquidem, animi eſſe habitum, vera cum ratione coniunctum. 6. *Ethic. cap.* 5. *&* 1. *magn. moral. cap.* 34. definiuit Ariſtoteles) Quarè, ſicut à propria, & ordinata deficiẽdo prudentia, Imprudentia, Temeritas, Inconſideratio, Inconſtantia, & id genus illi oppoſita vitia ſimilia inoleſcũt. 2. 2. *q.* 53. *per tot.* eandem pariter excedendo, ibidem, *quæſt.* 55. *per tot.* Aſtutia, Fraus, Dolus &c. penitùs non adimuntur.

Horum autem Dialecticorum vitioſa
10 prudentia (ſi qua tamen prudentia eſt) Prudentia carnis, quæ *Rom.* 8. Deo inimica eſt, ad ſummum videtur vocanda. Siquidem haud parum circà vltimum, & ipſa deordinatur finem, dum ſui ſemper aſſe-

aſſeclæ ſint in inſidijs,& alienam inſcitiam
ſpeculentur attentè, vt hinc ſuas captent
vtilitates. id, quòd ſi ipſis fortè ſucce-
dat ſub manus, ibi verò quandiù, aucu-
pati ſunt, veræ, ac primariæ Prudentiæ
opinionem apud imperitos adipiſcuntur,
quanquàm id, vix ſit vmbra Prudentiæ,
nedum ſimilitudo. Quoniam, nec alium
quenquam tali appellatione dignum cen-
ſemus, quam illum, qui ex ijs, quæ vtilia
ſunt ſecernere poteſt vtiliora, ex oppor-
tunis maximè opportuna, è multis bonis
eligere optima,& conuenientiſſima. Nam
illa falſa Prudentia, cuius modò aliquot
ſpecies ex D. Thoma, ſufficienter com-
memorauimus, eorum tantummodò eſt,
qui prima huius virtutis elementa atti-
gerunt, nec dum ad ſolidam Prudentiam
perducti ſunt. Nec ſanè vera Prudentia,
ex aliena imperitia, ſocordiaue vllam
captat laudem, aut commoda: hoc po-
tiùs eſt negocium malitiæ, ſiue ſubdolæ
calliditatis, & ingenioſæ nequitiæ, quæ
peruersè componit ſe in imitationem
Prudentiæ. Hæc ſæpè eſt origo praui con-
ſilij. Hæc eſt earum ferarum propria
dos, quibus neque vim Deus attribuit,
neque eas vllo armauit aculeo; ſed ſolas
ipſis conceſſit inſidias callidas,& verſutos
dolos. Non enim calliditas eſt prudentia,
ſed ſimia prudentiæ, & habitus rationis
deprauatæ, ad fallendum, & nocendum
erectæ. Callidus vtique eſt is, qui dum
ingenio ſubdolo in aliorum abutitur per-
niciem ſæpè ſeipſe, ſuis compungit acu-
„ minibus. Qui enim in altum mittit la-
„ pidem, ſuper caput eius cadet, & plaga
„ doloſa, doloſa diuidet vulnera: & qui fo-
„ ueam fodit, incidet in eam: & qui ſtatuit
„ lapidem proximo ſuo, offendet in eo: &
„ qui laqueum alij ponit, peribit in illo;
Eccl 27. Sic itaque (Callidus dicitur, quod
eius animus ſicut opere manus, vſu con-
caluit. Certè callere (apud Robert. Ste-
phanum, teſte Sipontino) nihil ferè eſt,
quàm ſcire: ſed plerumque plus ſcire,
quam ſcitu ſit opus, eaque peritia, ſicuti
ſpiculo alienam ſimplicitatem figere. Vi-
tium proinde calliditas eſt, animo illi
prorsùs auerſum, cui generoſitas, & ſin-
ceritas alta, & optima ſuadent. Vnde
Tullius *offic.1. ſect.9. n.41.* inquit: Memi-
„ nerimus autem etiam aduerſus infimos,
„ iuſtitiam eſſe ſeruandam. Eſt autem in-
„ fima conditio, & fortuna ſeruorum, qui-
„ bus non malè præcipiunt, qui ita iubent
„ vti, vt mercenarijs ad operam exigen-
„ dam,& iuſta præbenda. Cùm autem duo-
„ bus modis, ideſt aut vi, aut fraude fiat
„ iniuria: fraus quaſi Vulpeculæ vis Leonis
„ videtur; vtrumque alieniſſimum ab ho-
„ mine: ſed fraus, odio digna maiore.

Ab inſequutura tandem ignauiter non
deſiſtendi præda (vt nuper præmiſimus)
11 platonicum, ſuis venatoribus, noniſſi-
mum emanauit præceptum; quod adeò
aptum, opportunumque videtur; vt eo
neglecto, & totam deficere venationem
adhuc neceſſe ſit. Huc ſanè collimat, &
tendit huiuſcemodi tantummodò artis
inſtitutum, vt militaris videlicet excite-
tur, & exerceatur fortitudo. Rege enim
Perſarum, idcircò exeunte venatum, (vt
in libello, vbi viris militaribus venationis
exercitium plurimùm commendauit, ip-
ſe memorat Xenophon) Epheborum di-
midia pars viciſſim ab eo educitur, non
alia de cauſa, niſi quod bellicarum rerum
hæc meditatio veriſſima videtur eſſe. Cō-
ſuefacit nanque ad ſurgendum diluculo,
& ad frigora, caloreſque perferendum,
atque etiam ad itinera, & curſus exercet.
Prætereà ſagittis, iaculiſque beſtiam pete-
re neceſſe eſt, vbicunque inciderit. Sæpè
etiam acui animum in venatione opor-
tet, obijcienti ſe feroci aliqua fera (nam
quæ ſeſe offerunt beſtiæ ferieudæ ſunt) ab
ijs autem cauendum, quæ in venantem
irruunt; adeòque non facilè quis repe-
riat, quid nam eorum, quæ bellum habet,
à venatione abſit. Bellicæ autem fortitu-
„ dini, ſicut & cuilibet roboris exercitio
„ maximè reluctatur ignauia. Fortitudini
„ ſiquidem contraria ſunt ignauia, & iuſti-
„ tiæ iniuſtitia, inquit Tullius *2. de inuent.*
ſect.82. n. 165. Quare niſi venator fortitu-
dini, ac ſolicitudini æquè conſulerit; at-
que inertem à ſe omninò reſpuerit igna-
uiam, operam & retia ignauiſſimè per-
det.

Verùm enim verò, non minus curando
peccant Dialectici, quàm Venatores te-
12 nendo hoc ſalubre præceptum (quæ enim
in vno genere conueniunt, in alio dede-
cent maximè, vt de ſtatu virginali,& co-
niugali gratia exempli, communiter do-
cent DD.) ſunt proindè eorum quidam
nugaces, & vani oſtentatores (quo pro-
fectò hominum genere, nullum aliud im-
pudentiùs, ac inutiliùs) quippe qui in diſ-
ſerendo omnia tenere, & adeò poſſidere
ſe iactant; atque veluti pugno, omnium
ingenia iam ſuo acumine fortiter, viri-
literque potuiſſe concludere perientant;
vt nullius artis, ac diſciplinæ, quam ex
omnibus adduxeris facultatibus in me-
dium ignaros, & inexpertos, vel aliquan-
do fateantur inuitos. Et quid enim tam
reconditum, & obſcurum (vt ipſi aiunt)
eſſe poteſt in rerum arcanis, quod illi ſua
induſtria, miraque ſui ingenij ſolertia,
atque agilitate non ſint exactè complexi?
Tanta

Digitized by Google

Tanta eſt horum hominum, tàm malè feriatorum impudentia, tamque inſolens proteruia; vt cùm oculis (vt dicitur) cornicum auſi ſint configere, nemini debeat eſſe mirum, ſi de rebus, quas maximè compertas habent, contra omnes ſententias, & iudicia pronuncient audaciùs, & quàm par eſt iniquiùs. Tum enim videas eos, ſuam opinionem, elato ſupercilio tueri accuratiùs, ſic, vt periculum ſit ſi coneris eos de cauſa deijcere, ne ſua effrænata licentia, in te impenſiùs ſæuiant, quam velles, acriùs inuehantur, ſuaque Stentorea, & vocaliſſima loquentia, te, tuaſque rationes inuidiosè traducant apud imperitum vulgus, tibi omnem reſpondendi libertatem eximant. Illi quidem nihil neſciunt, qui tam ſeriò per omnem diſciplinarum circulum peruolitarunt, vt eorum iudicio, vel ipſe Plato cæcutiat, Ariſtoteles ineptiat, Cicero garriat, Aquinas deliret, & Peripatetici omnes miſerabiliter errent. Quoniam, vt *in Andr. prol.* feſtiuè ludit Terentius:

Faciunt næ intelligendo, vt nihil intelligant.

Quàm autem decipiantur, & à recta aberrent ratione, hi ſatagentes, & nimis
13 operoſi Ardeliones; hoc ex tali appoſito, & ipſis adiuncto cognomine, neminem pigeat, tædeatque aucupari. Ardelio nanque (vt in Attalum Martialis *lib2. epig.6.* lepidiſſimè inuehitur) Homo inquietus hùc aque illùc ſemper volitans, ſaliens, manus iactans, togam modò deijciens, modò deponens, & omnibus negotijs (nullum tamen abſoluens) ſe immiſcens, dicitur. Idem vndè Poeta:

Declamas bellè, cauſas agis, Attale, bellè:
Hiſtorias bellas, carmina bella facis.
Componis bellè mimos, epigrammata bella:
Bellus Grammaticus, bellus es Aſtrologus
Et bellè cantas, & ſaltas Attale bellè;
Bellus es arte lyræ, bellus es arte pilę.
Nil benè cùm facias, facis attamen omnia bellè;
Vis dicam quid ſis? magnus es Ardelio.

Quarè hi vani, & ambitioſi Sophiſtæ (vt ipſos veriori, & propriori nomine vocem: Sophiſta enim ille eſt, vt *in Protagoræ initio* loquitur Plato; „ Qui rationes ad ſapientiam pertinentes colligit. „ Et conſequenter per omnes ſcientificas vagatur facultates; cùm Sapientia *1. reth. cap.20.* ſit multarum rerum, & admirabilium ſcientia) nequaquam prouidi, bonique amica, & ſalubria Venatoris adhuc tamen recipient præcepta; cum adeò falsò, fictèque recipiant, vt ignauiæ, & deſidiæ potiùs, vetiuſque portendere ſymbolum, ſe prodant. Nam ſtellaris Ardeola, ſiue Aſteria auis (vndè Ardeliorum, quo cognominantur, deriuatur nomen) à quodam pigro, & inutili ſeruo in ipſam fabuloſè conuerſo *9. de hiſtor. animal. cap.19.* teſte Philoſopho, dicta, & nuncupata fuit. Quorum demum *Emblemate* 84. ſic eleganter meminit Andreas Alciatus, dicens.

Ignaui, Ardeolam ſtellarem effingere ſerui,
Et ſtudia, & mores, fabula prima fuit.
Quæ famulum Aſteriam volucris ſumpſiſſe figuram
Eſt commenta: fides ſit penes hiſtoricos.
Degener hic veluti, qui ceuet in aere Falco eſt,
Dictus ab antiquis vatibus Ardelio.

CAPVT XVIII.

Dialecticis, Rhetores, neglectis rationibus, veritatis iudicium ità debilitant, & extenuant; vt falſa confirment, vera reijciant, & nugacis Sophiſtæ, mendoſique potiùs Aſſentatoris munus, onuſque ſuſcipiant.

SVMMARIVM.

1 *Quanquam Rhetorica nullo determinato in genere occupetur, ſicut cæteræ artes occupari ſolent; Dialectica tamen maximè æquipollet, eiuſque vera communiter nuncupatur propago. Et ſi in aliquo; ad ſummum in hoc videntur differre, quod apertius, & fuſius Rhetorici loquantur; Dialectici verò ſtrictius, & frugalius. Vndè iſti pugno, illi autem palmę eiuſdem aſſimilantur manus.*

2 *Vtraque proinde Ars veritatis indagandæ, publicandæque maximè detinetur ſtudio; diuidendo ſcilicet, & componendo, Dialectica; decernendo verò, & iudicando, Rhetorica. Valdè tamen Rhetorici; Dialecticis tenentur; cum veritatis indagandę, inueniendæque, Dialectica, duntaxat ſit inſtrumentum.*

3 *Semota itaque ab eloquentia, veritate, abiectiſque à nobis dialecticis præceptis, nutat etiam, & vacillat tota dicendi ars: nam ex veritate abundè depromitur quicquid in vera Orationis ſtructura conſentaneum, & neceſſarium eſt, cum omne id ipſa ad ſtuporem ſuppeditet.*

4 *Sed ea quoque de cauſa Dialectica, & Rhetorica coincidere præterea videntur; quod ex*

vtraque facultate ſui Sophiſtæ infeliciter exorti, & enati ſunt, qui ſicut in dialecticis rebus, ad communem omnium perniciem, artis ſuæ theſauros impudenter prodigunt: ità & in rethoricis, ſuas ſibi demandatas partes impensè exequuntur.

5 *Eorum vero argumentis, ſiuè potius ineptijs, licet ratio, vel iudicium ad aſſentiendum ſit velox; dicendorum tamen carentia expertæ veritatis inefficax, & inexpertum omninò ſe reddit. Vndè loquaces ad ſummum, & verboſi tales dici poterunt; eloquentes verò, Rhetareſque nequaquam. Cum ex rerum veritate, & cognitione, maximè redundet, & floreat Oratio.*

6 *Ex hac autem incognita, & ignorata dicendorum veritate, multa Rhetoribus adhuc imputantur abſurda; præſertim cum ea commendanda ſuſcipiunt, quæ aliàs maximè vituperanda eſſent: & ea aggrediuntur tuenda, quæ potius abolenda, & deſtruenda forent. In multos quippè vſus, ſe lingua diſpergit: cum aliquando ſæuiat vt beſtia, currat vt flumen, fluctuet vt profundum. Sicut paſſim plurimi Declamatores teſtantur, dum ex academijs, forenſes ad cauſas ſuam iniuſtè transferunt eloquentiam.*

7 *Valdè quippè vtilis, & commendabilis in Scholis mos ille antiquitus declamandi, & orandi fuit: Cum veteres ſapientes de virtutibus, & vitijs, ethicas (lydio tanquam lapide) ſuas controuerſias tantummodò prabarent. Sed circa Demetrij Phalerei tempora frequentari cœperunt controuerſiæ illæ fictæ ad imitationem fori, & à Romanis forenſes cauſæ nuncupatæ; quæ deindè ſenſim ad multorum perniciem maximè inualuerunt.*

8 *In quo etiam dicendi genere fatendum eſt, à veteri vſu ſummè diſcrepare noſtratem adhuc eloquentiam. Nam veteres illi in forenſibus controuerſijs ſuam ità exercebant linguam, & vocem, vt à ſoliditate, & ſeueritate iudicialis nunquam recederent materiæ. Recentiores verò minimè pudet, etiam capitis in cauſis futilia, & leuia miſcere. Quod valdè curiales dedecet Declamatores.*

9 *Secatur idcircò vniuerſa Rhetorica in duas ſpecies: in philoſophicam, ſcilicet, & popularem, ſiuè adulatoriam. Quarum etiam diſtincti aſſignantur fines; cum illa ad commune bonum audientes conducat; iſta verò, animorum veriſimiles concitationes tantummodò impetrare ſtudeat. Vndè prioris ſpeciei valdè commendatis ſectatoribus, alterius grauiter obiurgantur profeſſores, licet indifferenter non omnes; ſed præſertim ij, qui tantum vt placeant, ſiuè bonum, ſiuè malum aliquid fuerit, contendunt ſuadere.*

10 *Quia verò Oratores noſtrates adulatoriæ, & populari plurimum incumbunt Rhetoricæ; eorum eloquentia, vitium illius nunc facta cenſetur, cuius duntaxat animus, cuicunque ſeruitio expoſitus, ſibi impetrauit, omnia ſua dicta, & facta agere ad alienum arbitrium, & indè compendia tractare. Quod maximè adulatorum, & aſſentatorum profectò character eſt.*

11 *Nonnulla memorantur improperia, quæ in hos inanes, mendaceſque iaciuntur aſſentatores. Nam ea quidem dicere, qualia non ſunt, ſed qualia cupiunt, vt audientibus appareant; merum mendacium, mera impoſtura, merum præſtigium eſt. Cum à natura rei in his figmentis ſemper, vel augendo excedatur, vel minuendo deficiatur.*

12 *Pudeat idcircò non paucos, qui aliquando mentiri, vel in vtramque partem dicere; bonum aſſeueranter docent maximè decere Oratorem. Nam boni Oratoris in vtramque partem mendaciter dicere nequaquam officium eſt, ſed ad ſummum Sophiſtæ, & Adulatoris.*

13 *Rhetoricam propterea ciuilis, & legalis propaginem eſſe ſcientiæ, apertè docuit Philoſophus. Cum ad bonum ciuitatis, vtraque ità ſolerter conſpirare videatur, vt ſi qua lex, aut inueterandus mos aliquando ponendus, vel amouendus eſt; ad eloquentis alicuius operam prouidè confugiatur. Quod vtique non vagantis, & inſtabilis, ſed firmiter conſulentis, officium, & munus eſt.*

14 *Quamobrem diligenter cauendum eſt; ne probitatis expertibus, dicendi copia quandoque tradatur. Nam Rhetores nequaquam tunc faciemus, ſed quædam furentibus arma, ineptiſſimè potius miniſtrabimus.*

NVllo determinato in genere quanquam Philoſophus 1. *Rhet. cap.* 2. inſinuauerit
1 occupari Rhetoricam (cum vis oratoria cæterarum ex oppoſito artium, id circa duntaxat, quod illi ſubſtratur, minimè ſit inſtituta, ſed in omni re poſita, & collocata indifferenter diſcurrat, & vagetur) Dialecticæ tamen, vt ibidem habetur, æquipollet quam maximè, eiuſque vera nuncupatur propago. In hoc enim ad ſummum diſcriminari inter ſe videntur, quod apertius, & fuſius Rhetores; Dialectici verò ſtrictius, & frugalius loquantur. Qua fortaſſe ratione (apud Tullium 2. *de fin. sect.* 67. *num.* 17.) Citticus Zeno, Dialecticam pu-
,, gno; Rhetoricam autem eiuſdem, palmæ
,, comparauit manus. Zenonis eſt hoc ſtoi-
,, ci (ſcripſerat ipſe) omnem vim loquendi,
,, vt iam antè Ariſtoteles, in duas tributam
,, eſſe partes, dicere: Rhetoricam palmæ; Dia-
,, lecticam pugno ſimilem eſſe dicebat, quod
,, latius loquerentur Rhetores: Dialectici au-
,, tem compreſſius. Et quidem, iſtarum
2 vtraque ſi rectè perpendatur facultas, veritatis,

tatis, indagandę, publicandæque maximè deſſuetur ſtudio: Diuidendo ſcilicet, & componendo Dialectica: decernendo verò, & iudicando Rhetorica, *vt paſſim in phæd. vel de pulch.* Plato ſæpiſſimè docuit. Quamobrem, vt ipſemet clarius oſtenderet, eiuſdem manus, hoc eſt, eiuſdem ferè muneris; dicendi Artem eſſe palmam, & volam; *ibidem paulò poſt med.* ità eleganter ſubdit: Veram dicendi artem abſque veritate, neque eſſe aliquam, neque vnquam fore. Tenentur itaque ſummè Rhetores ipſi, Dialecticis: cum ab illis planè doceantur, vniuerſum tribuere in partes, latentia explicare definiendo, obſcura explanare interpretando, ambigua primum videre, deinde diſtinguere, poſtremo habere regulam, qua vera, & falſa iudicantur, & quæ quibus propoſitis ſint, quæque non ſint conſequentia, vt *in Bruto, ſect.178. num.60.* diligenter animaduertit Tullius. Propterea ingenioſè Ficinus *argum. in eodem dialog. propè fin.* Platonem ſic epilogando, dicit: Præcepit, vt à Dialectico facultatem diſcat diuidendi, atque componendi, quem eſſe vult præcipuum veritatis indagandæ, inueniendæque inſtrumentum.

Hac itaque dicendorum veritate ab
3 eloquentia ſemota abiectiſque, quibus ipſa facilè indagatur præceptis; nutare iam indè cæpit omnis vera, & perfecta Rhetorum ars, magnæque in dies ingeniorum inclinationes factę ſunt; donec poſtrema in hæc tempora deſitum eſt, quibus viuæ, ac ſpirantis effigiem eloquentiæ propè nullam tenemus, vmbris tantùm, eiuſque vanis imaginibus vtimur. Indè ſanè, ex indeficienti veluti penu abūdè depromitur quicquid in Orationis ſtructura maximè deceat, quidque ſimul, quo verbotum lumine, quo ſententiarum colore, illuminari ſcienter, & diſtingui peropportunè poſſit. Hincque cordatè animaduertitur pręterea, quomodò non cauſæ, non perſonæ, non temporis ſemper, & vbique, coloris eiuſdem tractus; idem, vnumque duntaxat, & ſimplex congruere queat orationis, & concitationis genus: quid, quibuſque in cauſis, aut orationis partibus acutè, conciſèque dicendum ſit: quid ſubtiliter, & enucleatè, quid callidè, quid placidè, quid ſedatè: quo nihil in definiendo, ratiocinando, docendo poſſit eſſe limatius: quid contrà granditer, incitatè, contentioſè, ſplendidè, quo nihil augendis, cumulandiſque ſententijs, ad illuſtrem verborum, & rerum ornatum cumulatius augeri, nihil exaggerari poſſit elatius. Ipſa nanque præfata omnia, ad ſtuporem adminiſtrat veritas; adeò vt inutilis, & vana dicendi quælibet ſit facultas, vbi dicendorum veritas penitus ignoratur. Hinc in *Phædro, ſeu de pulchro paulo poſt med.* ipſe Plato præclarè ſic infert: An non neceſſe eſt, cum qui rectè dicturus ſit, veram in ea re, de qua loquatur intelligentiam habere? Quoniam, vt ibidem Socrates, apud eundem addit inferius: Quicunque veritatem (inquit) ignorat, & opinionibus ducitur, dicendi quoque facultatem, vt videtur, inertem exhibet, atque ridiculam.

Sed illud præterea (ædibus adhuc, vt maneamus in noſtris) minimè prætereundum,
4 ſed maximè notandum putatur: ea potiſſimum de cauſa Dialecticam, & Rhetoricam, eodem planè loco etiam habendas eſſe, quod ex vtraque ſui Sophiſtæ infeliciter exorti, & enati ſunt. Genus quippè hominum turbulentum, ac fallax, ad ipſam perdendam veritatem, prauiſque animos ad imbuendos opinionibus, infauſto ſidere progerminatum duntaxat. Qui ſicut in dialecticis (vt antecedenter differebamus) ad communem omnium perniciem, artis ſuæ theſauros, non tam libenter conferunt, quam prodigunt impudenter: ita in Rhetoricis, non ſe omninò ignauiter deſerunt, ſed ſtrenuè, atque conſtanter demandatas ſibi partes, ſtolidè ingenioſi, impensè exequuntur. Hinc illæ inſidioſi, vibratique ſermonis argutiæ ad ſimpliciorum animos implicandos: hinc genus illud præſtigiarum cauillationibus, verſutijſquè conflatum: hinc verborum aucupia, & tendiculæ literarum: hinc labyrinthi nexus, effugia, ludificationes: hinc contortæ, & aculeatæ periodi: hinc denique ſolertiſſimæ nugæ, quibus ruſticorum, aut inexpertorum iuuenum mentibus callidiſſimi ineptiarum artifices illi imponunt. Quibus
5 proindè, cùm ratio, & iudicium duntaxat ſit citum, dicendorum autem expertitæ carentia veritatis, inefficax, & rude: loquaces ad ſummum, atque verboſi eſſe poterunt, eloquentes verò, rhetoreſque nequaquam. Quandoquidem veram, & propriam eloquentiam voco, Abſolutam Expreſſionem eorum, quæ, mente, ſecundum rei concipimus veritatem aptis, atque commodis verbis (quod poſitum eſt in perfecta cuiuſque linguæ cognitione, cum connexione congruenti ſermonis, & rationibus appoſitis) quod eſt iudicij non ſolum acutiſſimi, ſed etiam ſolidi, ac circumſpecti. Id profectò, eleganti ſermone, *1. de orat. ſect.86. num.20.* iam dudum expreſſerat Tullius, dicens: Ac mea quidem ſententia, nemo poterit eſſe omni laude cumulatus Orator, niſi erit omnium rerum magnarum, atque artium ſcientiam conſequutus. Etenim ex rerum cogni-

„ cognitione effloreſcat, & redundet opor-
„ tet Oratio; quæ, niſi ſubeſt res ab Ora-
„ tore percepta, & cognita, inanem quan-
„ dam habet eloquutionem, & penè pue-
„ rilem. Nam ſicut de Lucio Catilina,
lib. de eius coniurat. in princip. benè expreſ-
ſit Salluſtius: *Satis eloquentia, ſapientia
parum*: ita alijs de multis, repetendum
idipſum iuuabit, ſi eos in narrando fa-
cundos, in argumentis poſteà fractos,
& pueriles cernamus. Oppidò proindè
miratur Plato, loco ſuperiùs adducto;
dum quiſque conatur Orator boni, ma-
lique ignarus, horum tamen naturam,
conditionemque, cæteris ſedulò ſuade-
„ re. Inquit enim: Quando igitur Ora-
„ tor boni, malique ignarus, Ciuitati ſi-
„ militer affectæ ſuadeat, non Oratione
„ in vmbræ animi laudem, tanquam equus
„ illa ſit, compoſita; ſed de malo tan-
„ quam bonum id ſit, differens; vulgi-
„ que opiniones aucupatus, mala facere
„ pro bonis, inducat: qualem putas, Ora-
„ torem huiuſmodi ſegetem, quam ſeuit
„ meſſurum?

Ex eadem prætereà incognita, & di-
cendorum ignorata veritate, eiuſque ſpre-
6 tæ indagationis ſtudio, adhuc Rhetori-
bus grauiora, deterioraque quampluri-
ma imputantur abſurda, cùm ea præſer-
tim commendanda ſuſcipiunt, quæ aliàs
forſitan vituperio laborarent infando,
aut tuenda aggrediuntur, quæ abolitio-
ne potiùs, & deſtructione indigerent.
Non quidem ſatis caleo in quantos ſe
vſus verſatilis lingua diſpergat. Cùm
enim voluerit ſæuit vt beſtia, currit vt
fluuius, fluctuat, vt profundum. Et (vt
cætera D. Iacobo. *cap.* 3. veriora remittam
Apoſtolo) quamcumque fucatis verbo-
rum imaginibus pingit ſpeciem, veri
adſtipulatione repræſentat. Sed hoc pe-
nitus haud ignoro, quòd ſi vlteriùs,
elaborato quandoque fulciatur eloquen-
tiæ artificio, eadem petulantiùs patra-
re ſtudet, quæ ſummè in rebus abomi-
natur iuſtitia, & in iudicijs horret in-
corrupta æquitas. Quarè meritò elegan-
ti metro 2. *triſt. circa med.* conqueritur Poe-
ta, canens:

Diſcitur innocuas, vt agat facundia
causas
Protegit hæc ſontes, immeritoſque
premit.

Teſtantur id quotidiè in roſtris ſtrepitan-
tes, ac tumultuoſæ Declamationes, quæ
non amplius, domeſticæ exercitationis
gratia inſtitutæ: ſed ex academijs, ad
contentioſas cauſas, diſceptationeſque
forenſes nunc iniuſtè videntur tran-
ſlatæ.

Vetus autem ille declamandi, alter-
candique mos, ſolemnis quàm fuerit
7 olim, ex varijs ſcriptoribus abundè iam
liquet: cuius ſiquidem vtilitas maxi-
ma, mirabiliſque fuit: nempè quòd
tunc, lydio quaſi lapide ſcripta ſua pro-
barent. Quoties enim apud multitudi-
nem dicimus, facilè experimur num fæ-
lix ſit inuentio, num diſpoſitio concin-
na, modò appoſita eloquutio: & quan-
quam taceant auditores, ex illorum ta-
men vultibus intelligere fas eſt, album,
an atrum (quod aiunt) calculum, reci-
tantibus, aut dicentibus, nobis adij-
ciunt. Hinc veteres Sapientes ex mora-
li parte Philoſophiæ, vt virtutum vi-
tiorumque laudes, & vituperia collige-
rent, omnem declamandi ſuam pete-
bant materiam, (*lib. 2. contron. 3.* dicen-
te Seneca, quod: Declamabat Naſo con-
trouerſias ethicas.) Donec exindè, cir-
ca Demetrij Phalerei tempora frequen-
tari cæperunt in ſcholis controuerſiæ il-
læ, à Romanis (Cicerone puero) vſur-
patæ, forenſeſque cauſæ, ac controuer-
„ ſiæ dictæ. (Fictas ad imitationem fori
„ materias apud Græcos dicere, circà De-
„ metrium Phalerea inſtitutum. Latinos
„ dicendi præceptores, extremis L. Craſ-
„ ſi temporibus cæpiſſe, *lib. 2. cap. 4.* Quin-
tilianus, ex Cicerone, docet). Huius
autem iam dudum elapſæ rei; poſtquam
Neronem Cæſarem, primo imperij an-
no, publicè declamatorem fuiſſe, cum-
que Oratorum quamplurimos eſſe ſe-
quutos, breuiſſimo ſtylo deſcripſerat; di-
ſertè, latèque meminit, *de clar. Rhetor.
num.* 30; Suetonius Tranquillus, dicens:
„ Sed ratio dicendi, nec vna omnibus, nec
„ ſingulis eadem ſemper fuit: quandò va-
„ rio modò, quiſque diſcipulos exercue-
„ runt: Nam & dicta præclarè, per om-
„ nes figuras, per caſus, & apologos, ali-
„ ter, atque aliter exponere: & narratio-
„ nes tum breuiter, & preſsè; tum latiùs,
„ & vberiùs, explicare conſueuerant: in-
„ terdum Græcorum ſcripta conuertere,
„ ac viros illuſtres laudare, vel vitupera-
„ re: quædam etiam ad vſum communis
„ vitæ inſtituta, tum vtilia, & neceſſa-
„ ria, tum pernicioſa, & ſuperuacanea
„ oſtendere: ſæpè fabulis fidem firma-
„ re, aut hiſtorijs demere, quod genus
„ Theſin Græci vocant: donec ſenſim
„ hæc exoleuerunt, & ad controuerſiam ven-
„ tum eſt.

Quo proinde in genere, adeò immuta-
8 tam eſſe, & ego fateor forenſis contentio-
nis rationem, vt à veteri valdè diſcrepare
videatur hodierna adhuc curialis loquen-
tia. Nam quemadmodum Author *Dia-*
logi

logi de Oratoribus, apud Ioannem Hamaburgium *in animaduerſ.ad ſatyric. Petron. Arbit.propè princ.* diſertè teſtatur: Ad hæc ef-
,, ficienda, veteres intelligebant opus eſſe,
,, non, vt fictis controuerſijs linguam modo,
,, & vocem exercerent, ſed vt his artibus
,, pectus implerent, in quibus de bonis, &
,, malis, de honeſto, de turpi diſputatur.
Vnde poſtea, id recentia ingenia (non pauca faſtidire conſueta) diuerſa à forenſibus cauſis pertractare methodo, imò ad mera deflecti nugamenta aliquando compulſa ſunt. Præſertim ſanè, dum eruditionis vt conſequantur famam, quadam prurigine ardent, vel plura citandi, quæ ad inanem potius oſtentationem, quàm cauſæ ad robur attinent: vel exquiſitam vernantis ſtyli laſciuiam componendi, varias expoſitionis colligunt figuras, quæ non magis leuitatem, quam orationis frigiditatem, auditoribus ingenerant. Quid enim tam frigidum, atque alienum, quàm vel in diſcrimine capitis, aut fortunarum, ambitioſo genere orationis ſe ſe oſtentare, & Pedium illum Blæſum de quo Perſius *ſatyr.1.* planè imitari, qui ſacrilegij, & peculatus poſtulatus à Cyrenenſibus, cauſam capitis dicens, non ſe oratorijs, ac iuridicis defendit lacertis; ſed Neroni placiturum ſperans, leuia carmina, & faciles verſus in Senatu recitauit? Ipſum inde, ſic meritò exagitauit Poeta, canens:

Fur es; ait Pedio Pedius quid? crimina raſis
Librat in antithetis, doctas poſuiſſe figuras
Laudatur bellum hoc, hoc bellum? an Romule ceues?
Men moueat quippè, & cantet ſi naufragus aſſem
Protulerim? cantas cum fracta te in trabe pictum
Ex humero portes? verum nec nocte paratũ,
Plorabit, qui me volet incuruaſſe querela.

Superuacaneum equidem non modò, ſed & maximè puerile videtur, nugacibus cauſis in foro exordia adtexere, trahereque diffuſius, & in tranſitionibus, ac perergis luxuriare, quæ omnia ludentium ſunt potius declamatorum, quam negotioſorum hominum: ad eoſque pertinentia, qui longos amant circuitus, & diem (vt aiunt) dicendo eximere. Pulchrè autem de hac re *Satyricon.1.* ſic monet Petronius Arbiter.
,, Hæc ipſa (inquit) tolerabilia eſſent, ſi ad
,, eloquentiam ituris viam facerent: nunc
,, & rerum tumore, & ſententiarum vaniſ-
,, ſimo ſtrepitu, hoc tantum proficiunt, vt
,, cum in forum venerint, putent ſe in alium
,, terrarum orbem delatos. Et ideò ego ado-
,, leſcentulos exiſtimo in ſcholis ſtultiſſimos
,, fieri, quia nihil ex ijs, quæ in vſu habemus
,, aut audiunt, aut vident.

9 Hac etiam fortaſſe de cauſa (vt in *Gorgia, ſeu de Rhetorica* adnotauit Ficinus *argumento*) binas in ſpecies, in philoſophicam, ſcilicet, & popularem, ſeu adulatoriam, vniuerſam rhethoricam rectè ſecuit Plato: illam idcircò apprimè commendans, quia veritati adhæret, & fauet: hanc verò ſummè vituperans, quia veritati quandoque nocet, ſæpèque repugnat. Quandoquidem illius finis eſt, certis, rerum, verborum, morum rationibus audientes ad commune bonum perducere: alterius autem per coniecturas turbæ veriſimiles, concitationeſque animorum, quodcumque libuerit impetrare. Talis tamen adulatoriæ Rhetoricæ, non omnes indifferenter redarguit ſectatores; ſed eos duntaxat, qui ad id incumbunt aſſiduè, vt quicquid libuerit, quacunque valeant ratione audientibus perſuadeant, abſque delectu; id eſt, ſiue malum, ſiue bonum, ſiue falſa ſit ratio, ſeu vera, vel commiſeratio, vel concitatio, vel coniectura. Nam ſicut apud Tullium *de amicit.ſect.113. n.91.* Adulatio,
,, vitium eſt leuium hominum, atque falla-
,, cium ad voluntatem loquentium omnia,
,, nihil ad veritatem: ita popularis, & adu-
,, latoria rhetorica, apud Platonem, *eodem in*
,, *dialogo*, nil aliud putatur, quàm Studium
,, quoddam, non artificioſum quidem, ſed
,, ſagacis animi, aptique natura, atque pote-
,, ſtas, ad humanam conſuetudinem ſibi con-
,, ciliandam.

10 Quia vero, quidam noſtrates, nequaquam videntur Oratores, ad id ſemper, quod optimum eſt verba dirigere, idque duntaxat ſpectare, qua oratione, Ciues ex eorum verbis quàm optimi queant euadere, in quo Rhetoricæ philoſophicæ, maximè typus reſplendet; ſed popularem, & adulatoriam profitendo, auditorum gratiam plurimum captantes, commodo præſertim neglecto communi, aucupantur, proprium: Horum indè eloquentia, vitium illius nunc facta ad ſummum cenſetur, cuius animus, cuicunque ſeruitio expoſitus, ſibi imperauit omnia ſua dicta, & facta agere ad alienum arbitrium, & inde compendia tractare. Hoc ipſo profecto charactere, adulatorum mores, qui ſe totos componunt, finguntque ad eorum geſtus, ac motus, quibus blandiuntur: *2. epiſt.3.* Petrus Damianus, copioſè ſatis ex-
,, preſſit, dicens: Quis ambigat eum; cum
,, detur occaſio, fauorabilius Dominum
,, ſuum verbis obtinere, vt eum blanda poſ-
,, ſit adulatione mulcere; atque eius animum
,, capiat, quod ſibi magis placeat callidus
,, obſeruator explorat, oculis gliſcit, geſti-
,, bus innuit, feſtiuitatem ſereni cordis præ-
,, tendit, pendet ad nutum, vt ſic Herile præ-
ceptum

ceptum tanquam ſibillinum os, Phæbi præſtoletur oraculum. Ire iubetur? euolat. Stare præcipitur? ſilicem repræſentat. Si Dominus feruet, ipſe ſudat. Si ille æſtum, hic cauma conqueritur: at ſi vel leuiter frigeat, hic neceſſe eſt, tremefactus viſceribus obtorpeſcat. Si ille dormire vult, hic accediatur. Si ſatur eſt, hic ructare compellitur: ſicque non ſuus nihil aliud loquitur, quã quod illi placere ſuſpicatur.

Quare hos in Chamaleontes, qui vtpo-
11 te (vt naturales tradunt) præter album, omnes imitantur colores: hoc eſt, pręter ingenuitatis, omnes in dicendo profitentur artes, ſatis licenter fremunt, & ſuperciliosè indignantur nonnulli, arbitrantes eo nocentiores eſſe, quo hinc indè facundiores. Vndè Vlyſſes, eo ſolo nomine, quod dicendi eſſet peritiſſimus, ab Horatio 1. *carm.* 6. appellatur ſubdolus, & duplex: à Virgilio, *æneid.* 2. ſcelerum, inuentor. *Æneid.* 6. Hortator ſcelerum: paſſim ab Homero, callidus, & verſipellis. Imò, inter ſuperos, qui eloquentiſſimus erat, is ſcelerum machinator, egregiè fraudulentus fingebatur. Fuit is Mercurius, quem furandi artificem fabulantur Poetę; quia dicendi peritia cæteris anteibat, quò idem Lyricus 1. *carm.* ſpectauit, vbi ipſum vocat:

Callidum quicquid placuit iocoſo.
Condere furto.

Hinc cauſam arripuit quoque Lucianus *in Anacharſide*, vt in totum Oratorum genus acriter inueheretur, hoc vnum cauſatus, multa eos machinamenta capiendis Iudicum animis comminiſci. Hinc Lacedæmonij (quod *lib.* 2. *cap.* 17. refert Fabius Quintilian.) ſua ex republica Oratores eiecerunt, quaſi præuiderent, ex ſceleratiſſimis hominibus certam ſuæ Ciuitati ruinam affuturam. Athenienſes verò, ſi non omnino ablegarunt, certè mutilam, & reciſam dicendi poteſtatem reddiderunt. Siquidem in Areopago Oratores inhibebant, ne commiſeratione, & amplificatione vterentur, quæ duo, acerrima tela ſunt oratoriæ artis. Propterea, tantorum virorum fretus iudicio Picus Mirandulanus, *Epiſtola ad Hermolaum*, quæ *in* 9. *lib. Politiani*, affabrè inuehitur, in ipſos Oratores, ſeu, vt verius ipſemet putat Veteratores, ſuperbis dictis incurrit. Quod aliud (inquit) eſt Rethoris officium, quam mentiri, decipere, circumuenire, præſtigiari? Oratorum enim eſſe poſſe pro arbitrio, quæcunque velint tollere, abijcere, amplificare, extenuare dicendo, demum res ipſas, magicis quaſi viribus eloquentiæ in quam libuerit faciem, habitumque transformare, aut non qualia ſuoptè ingenio, ſed qualia voluerint non fiant quidem, ſed cum non ſint, eſſe tamen audientibus appareant: hoc totum eſt ne aliud, quam verum mendacium, mera impoſtura, merum præſtigium, cum à natura rei ſemper, vel augendo excedat, vel minuendo deficiat; & fallacem verborum concentum, veluti laruas, & ſimulachra prætendens, auditorum mentes blandiendo ludificet?

In primis igitur Stoici faceſſant: quia
12 licet alias ſint aſperrimi morum cenſores, improbè tamen confitentur (vt *lib.* 12. *cap.* 2. tradit Quintilianus) facturum aliquando bonum Oratorem, vt mendacium proferat. Nam ſi (vt inquiunt) ad hoc, vt ægros à morbo recreemus, multa fingimus, multa fabulamur, multa non facturi pollicemur, vlla ſine nota vitioſitatis: Cur, vt auertamus graſſatorem à viatore occidendo; hoſtem à patria expugnando; iniquum iudicem, ab inſonte puniendo; non vtemur mendacio, non moliemur fraudes? Præſertim cùm alia via nulla eſt bona nobis debita exigendi, mala nobis intentata propulſandi, nam, ſi officijs flectere non poſſumus aduerſarium, officijs illudamus. Faceſſant item Academici, qui (vt *ibidem* idem addit Quintilianus) bonum, aiunt, Oratorem ita debere eſſe comparatum, vt eandem cauſam, ſiue illa iuſta ſit, ſiue iniuſta, ſuſcipiat in vtramque partem ventilandam. Vnde Carneades eiuſdem familiæ alumnus, cum Athenis Romam legaretur, ampliſſimo conſeſſu pro iuſtitia diſſeruit; poſtridiè contra iuſtitiam; tam paribus ſemper eloquentiæ præſidijs, vt in neutra actione vinci, in vtraque vincere videretur: adeo vt meritò 2. *de orat. ſect.* 123. *n.* 161. de illo dicat Tullius, eius tam fuiſſe incredibilem vim dicendi: Vt nullam vnquam rem defenderit, quam non probauerit; nullam oppugnauerit, quam non euerterit. Boni nanque Oratoris, & Rhetoris, in vtramque partem mendaciter differere minime officium eſt (cùm ex ſuperius dictis Sophiſtæ id adhuc ſibi retineant) Sed de his rebus poſſit dicere, quæ res ad vſum ciuium moribus, ac legibus conſtitutæ ſunt, cum aſſenſione auditorum, quoad eius fieri poterit. Author
13 rhetor. ad Hereun. *lib.* 1. *ſect.* 1. *n.* 3. Quamobrem, non ineptè, ſed valdè ſapienter exiſtimauit, ſcriptumque *Rhetor.* 1. *cap.* 1. reliquit Philoſophus: Rhetoricam Ciuilis ſcientiæ etiam propaginem eſſe, adeoque vnum ſibi vtramque, finem propoſuiſſe; vt Rhetores ſua ætate, ciuiles ſe magiſtros appellarint, ac pollicerentur auditoribus ſuis, adminiſtrandarum vrbium rationem; quod apud Platonem *in Gorgia*, Gorgias ipſe facit, & ſequutis deinde temporibus, Tullius,

lius, Quintilianus, alijque, conſcriptis voluminibus, profeſſi ſunt. Illud enim certè conſtat: ad bonum, ſcilicet, ciuitatis, vtramque ita conſpirare, vt ſi quis à ciuili ſcientia mos inducendus, tollenduſque ſit: ſi lex ferenda, aut abroganda: ſi tributum aut in capita, aut ex cenſu, aut extra ordinem imperandum; ſi expeditiones ſumendæ, ſi bella continuanda, ſi deditiones faciendæ, ſi induciæ, ſi fœdera paciſcenda, confirmanda, reſcindenda: ad eloquentis alicuius operam, confugiat, illum in priuatis congeſſibus conſultorem habeat, illum in publicis ſuaſorem retineat: quod vtique non vagum, & leuem requirit Oratorem, ſed firmum, & inuariabilem, vt conſtat.

Quibus de cauſis diligenter cauendum
14 eſt, ne probitatis expertibus, dicendi copiam aliquando tradamus; nam Oratores nequaquam creabimus, ſed furentibus potius, quædam arma ſubminiſtrabimus.
„ Quod ſi: Haud ineptè quidam apud Fran-
„ ciſcum Petrarcham *dialog.9.de eloquen.* ſtul-
„ ti, atque furioſi gladio eloquentiam æqui-
„ parant: & improbus homo, & errans co-
gitat ſtulta *Eccleſ.* 16. dicendi facultatem
huiuſcemodi præſtando peruerſis Oratori-
bus, id ipſũ profectò turpiter exercemus &
„ mala per multa patrari permittimus. Nam,
„ Poſtquam commoditas quædam praua
„ (1. *de inuentione, ſect.42.n.3.* aiebat Tullius)
„ virtutis imitatrix ſine ratione officij, dicen-
„ di copiam conſequuta eſt: tum ingenio fre-
„ ta malitia, peruertere vrbes, & vitas homi-
„ num labefactare aſſueuit. Atque huius
„ quoque exordium mali quoniam princi-
pium boni diximus, explicemus. Trado hercle enſem in amentis manus; quæ vtique ſtrages? quæ calamitas? quæ laniena? quæ carnificina conſequetur? Haud ſecùs: fac vt aliquis vir improbus, eloquentiæ præceptis imbuatur, Orator quidem non erit, ſed reipublicæ euerſor, pacis profligator, templorum depopulator, ſanctitatis violator, omnium ſcelerum, omnium flagitiorum artificioſus machinator, & architector.

CAPVT XIX.

Hiſtoria tunc grauiter tabeſcit, & hebetatur, cum Prudentiæ, quam ſanè gignit; contraria ab Hiſtoricis, vitia aluntur abundè.

SVMMARIVM.

1 *Prudentia, quæ cum Politica, ciuilique ſapientia vnus, & idem habitus eſt; duplicem tamen rationem, & efficaciam continet. Quarum prima vniuerſalium cognitione pollet; altera verò, quæ à prima tanquam riuus deriuatur à fonte, ſingularium rerum particulariumque directionem habet. Quarè vt ſic, & abſolutè definitur Prudentia, quod ſit Animi habitus cum ratione coniunctus, qui vim habeat ad gerenda ea omnia, quæ pertinent ad vitam degendam.*

2 *Ad ipſam autem aſſequendam Salomon, homines, quibus tantummodo permiſſa eſt pluribus hortatur documentis. Ex quibus illius munus proprium eſſe deducitur; in conſilio rei exhibere: bona malaque diſcernere: & omnia, quæ in humana vita diligenda, fugiendaque ſunt, prouidè ſuppeditare.*

3 *In præuidendis propterea, præcauendiſque malis vt euitentur, bonis vt obtineantur, hæc potiſſimum reſplendet; cùm ex præuidendo, Prudentia appellata ſit. Viri vndè prudentes, eſſe continuò dicuntur in ſpecula, vt inde futura proſpiciant, ne quid fortè, nec opinantibus veniat, quod noxium ſibi, totique reipublicæ futurum ſit.*

4 *Scrutatu tamen, & inuentu ita difficilis eſt, vt vix alicubi, inueniri queat. Mundana namque, & conſueta illa hominum Prudentia, non quidem Prudentia, ſed larua Prudentiæ, eſt, cum ſemper, vel plerumquè in alterius damnum, & perniciem ſit intenta valdeque propenſa.*

5 *Quod vt facilè percipiatur, manibuſque contrectetur noſtris; & quid enim in hiſtorijs, annalibuſque legitur, quod à fictis, & ementitis prudentibus probè ſit factum? Quid non potiùs ſubdolè? Quid non fraudulenter? Corrupti largitionibus in Dominos notantur ſerui; veneno armati in Patronos liberti, & id genus quamplura, quæ vtique non contigiſſent, ſi vera Prudentia, humanam notitiam quandoque non lateret.*

6 *Maximè quidem ad veram ſcrutandam, & inueniendam Prudentiam confert illa quam moralem dicunt, Philoſophia. Vbi ſiquidem latè docetur quid ſit finis, quid extremum, & vltimum bonorum omnium; quot ſint virtutum, quotque vitiorum genera; quibuſquè modis illas aſſequi, ab his declinare poſſumus: & quo demum modo, rationis imperium ſenſibus imponere, frænoſque inijcere oporteat cupiditati.*

7 *Talis autem Philoſophiæ, non infima pars illa eſt, quæ nuncupatur Hiſtoria. Nil enim aliud ea eſt, quam exemplorum Philoſophia. Hiſtoria namque, vt vitæ magiſtra eſt, rerum geſtarum narratione, non minus vitam moralem inſtruit, quam id ſortiatur morum Philoſophia. Quinimò, eò quidem ſuauius, quò varia rerum notione dulcius operatur,*

8 *Cùm autem, tali delectatione, ac ſuauitate omnes ſummoperè appetant Prudentiam ine-*

Digitized by Google

uenire, & iuuentam docere: hinc eſt quod non amplius ſapientes tantum, Reges, Feciales, & Principes ad texendas, conſcribendaſque ſe ingerunt Hiſtorias; verum etiam omnes, licet de triuio homines exiſtimantes hoc genus facillimum, & vnicuique valdè eſſe familiare, ad hanc artem inconſideratè, valdeque præcipitanter ſe applicant.

9 *Valdè tamen difficilis ars hiſtorica eſt, cùm plures, & graues in Hiſtorico ſupponantur eruditiones. Quamobrem eius quilibet negligendo leges, & præcepta, non quidem illam, quam tradere intendis obtinebit Prudentiam, ſed vel meras narrabit fabulas, vel ſaltem priuatiuam imprudentiam, quæ (ratione, ſcilicet, annexa negligentiæ) quoddam peccatum eſt; impudenter, turpiterque ad ſummum adipiſcetur.*

10 *Inter præcipua vitia, quæ ſub imprudentia continentur ſuperiorem locum obtinet temeritas, ſiue præcipitatio, dum ſcilicet per memoriam præteritorum, intelligentiam præſentium, ſolertiam futurorum, ratiocinationem, & docilitatem quaſi per gradus non deſcenditur regulatè ad operandum. Qui ſanè gradus, niſi & in Hiſtoria cautè, & diligenter ſeruentur, non quidem Prudentia quam ſpecialiter intendit Hiſtoria, ſed Imprudentia maniſeſtè fiet.*

11 *Aliud etiam ſub imprudentia continetur vitium, quod ſanè inconſideratio dicitur, à quo cauere quam maxime decet Hiſtoricos. Nam cum narratarum rerum, verè exiſtant indices, incredibilia teſtari non debent: & nugas proponere, aut deprauatum oſtendendo iudicium, deteriora amplecti, ac reſpuere meliora, omnino prohibentur.*

12 *Quia verò Hiſtorici quamplurimi grandia ſpondent, quæ tamen mutata ſententia, planè non perficiunt, vel a propoſitis, & promiſſis ſaltem valdè comperiuntur aliena: altero ſub imprudentia contento, nimirum inconſtantiæ, & mutabilitatis vitio plerumque laborant: Nam cum ex defectu rationis, à bono tunc recedant propoſito, nec id ſequantur, quod verè bonum eſt, ſed id duntaxat, quod ſibi inordinatè placet: imprudentes, ſenſibuſque plurimum indulgentes, haud parum ſe prodire contendunt.*

13 *Cum hactenus ſemper in communi diſſitum, & loquutum ſit; nec vnquam vllius ſignatè, & in particulari appoſitus, & notatus ſit lapſus: modo exponitur ratio, quare cuiuſdam Scriptoris neceſſe fuerit, defenſionis gratia, in ipſum hoſtiles aliquando retorquere ſagittas; quippe qui apparentibus, & quæſitis rationibus (contra ius tamen hiſtoricum) vehementer commotus, Seruitanam inſontem familiam, grauiter vulnerare non eſt veritus.*

14 *Inculcat itaque primo loco: Scriptorem Seruitas valde decipi, & hallucinari, Villam Caphagij, vt Diuæ Annuntiatæ Conuentum aſtruant antiquiorem, pro ſui Ordinis prima ſede ponenda: proindeque etiam in reliquis (cum rem pertractent propriam) illis parum, aut nihil eſſe credendum. Sed quidem in caſſum iſte vibratur ictus, cum primum ſit falſum; & contrarium in cæteris, leges, exempla, & ipſe, quod maius eſt, aliquando ſentiant.*

15 *Deſpotica deindè, nimiæque authoritatis ipſos Patres, propria licet in Eccleſia, reos culpandos plerumque facit, eum patronatus ius nullum in ipſa, illis competere dicat. Nec minus Benoziorum Academiæ Pictorum, Sculptorum, & Architectorum, donando Sacellum, eos inurbanitatis, & ingratitudinis arguit. Sed primum Diui Antonij Lando emendatur dictum: ſecundum autem facilè præcluditur: cum in dubijs, & forsè temerè excogitatis, nulla firma, & certa ſit tuenda ſententia.*

16 *Tertiò tandem, eoſdem ſugillat Patres; veluti rotundi chori deformatores; Votiuarum Statuarum demolitores, & antiqui nobiliſque Tabernaculi inconſideratos alienatores. Quibus tamen aſſertis, in oppoſitum obijcitur multorum in Architectura peritorum conſilium: imminens ruina, mortiſque periculum; & rei translatæ, minor, & inferior vtilitas; quibus profectò ea omnia licere probatur.*

17 *Reſpondetur tandem cuidam ſuppreſſa, ac ſuſpicatæ imputationi. Ex quibus ſanè, aliiſque omnibus, quiſque optimè colligere poterit: an hæc illa ſint elogia, quibus ipſe, nulli detrahere ſpoponderat, adeo vt ſuperfluæ hæ omninò fuerint defenſiones; licet ſemper cum moderamine inculpatæ tutelæ exhibitæ, & allatæ?*

QVi virtutum in ordine collocant Prudentiam; ciuili Sapientiæ (nullò interuento errore) ipſam proximam ſtatuunt,
1 ac reponunt. Politica nanque, ſiue ciuilis ſapientia, propria illa eſt, quæ hac
Prudentiæ nomenclatura paſſim deſignatur. *Sexto Ethic. cap. 8.* optimè vndè dicitur:
„ Sunt, & ciuilis ſcientia, & Prudentia
„ iidem animi habitus. Huius nihilominus
„ (vt aiunt) duplex, eſt efficacia, & ratio.
Prior eſt veluti aſpectus mentis, oculus intellectus, & inter dotes animi eo loco, quo viſus apud alios ſenſus. Hæc illa vtique eſt, quæ vniuerſalium cognitione pollet, eaque re, omnibus rebus, vt Architectonica, præſes, ac Legislatrix præeſſe dicitur. Ex hoc autem ingenuo fonte, particulatim hauritur quicquid ad actiones pertinet, hoc eſt, quicquid in qualibet re præcipi debet. Definitur idcircò vt ſic,

&

Digitized by Google

& abſolutè. 1.*magnor. moral. cap.*34. hoc pa-
„ cto . Prudentiam , ſcilicet , eſſe habitum
„ animi,vera cum ratione coniunctum,qui
„ vim habet ad gerenda ea omnia,quę perti-
„ nent ad vitam degendam.Tunc autem ſe-
„ quitur illa altera Prudentiæ ſpecialior ra-
tio , quæ ſicut riuus ex illa deriuatur vni-
uerſali præfata: & quoties hæc Virtus ſe ſe,
hac forma conſpiciendam , cognoſcen-
damque præbet ; tunc compertiſſimum
eſt , eam eſſe præcipuam humanæ imbe-
cillitati adiutricem:dum huius vnius ope,
ſibi quiſque , ſuiſque rebus opportunè
proſpiciat . Nec enim alia Virtus , ſingu-
lis rebus ſuos ordines , ſuas menſuras ,
ſuos modulos magis aſſignat , quàm iſta:
quippè quæ hominum eſt gubernatrix ,
omniumque rerum prouidentiſſima diſ-
penſatrix . Quod vtique totum , his apud
Stobeum , *ſerm. de prudent.* ad Aphalum ,
Iamblicus expreſſit verbis , dicens : Pru-
dentia Virtutum princeps eſt , reliquiſque
„ omnibus vtitur ; atque ipſarum ordinem,
„ modum , & occaſionem in præſentia,tan-
„ quam oculus quidam mentis vndequa-
„ que lucidiſſimus , oſtendit . Generatur
„ ergo hæc primum à ſyncera , perfectaque
„ mente , atque ſic genita , in ipſam men-
„ tem intuetur , à qua perficitur , modum-
„ que,& exemplar indè ſibi pulcherrimum,
„ omnium ſuarum actionum habet . Quod
„ ſi quæ nobis etiam cum alijs intercedit
„ communitas , ea maximè , virtutis huius
„ gratia conſiſtit ; & per hanc in primis aſ-
„ ſimilamur . Huius beneficio bona , &
„ vtilia , honeſta , & turpia diſcernimus ,
„ factaque conuenientia iudicamus , &
„ emendamus .

Ad hanc idcircò intelligendam Virtu-
tem ; doctis Salomon paſſim , ſuis nos
2 adhortatur Parabolis *prouerb.*1. Ad cogno-
ſcendam cor inclinandum ſuadet , 2. Ad
ſciendam ſuauiter excitat.4.Poſſidendam
proponit, *ibidem* . Amicam vocandam
iubet 7. Eius per viam ambulandum im-
perat. 9. Acquirendam deſiderat. 16.Cu-
ſtodiendam præbet 19. Hominum ſerua-
tricem , & cuſtodem vocat. 2. Domorum
robur , & fortitudinem nominat 24. Et
affluentem illa , beatum dicit , & prædicat
ibidem . Quarè bonorum in diſtributione ,
Primas Prudentiæ deberi nemo negauerit,
qui lucernam hanc animæ , virtutumque
nutricem , & aurigam optimè nouerit.
Hinc natura ipſa , quæ dentes hiante rictu
Leoni dedit : Tauro ferire cornu : Equo
allidere calce : Lepori valere curſu : Pru-
dentiam duntaxat elargita eſt homini. Hęc
enim hoſtem opprimit : anteuertit infor-
tunium : canit triumphum ; diſſipatum
animi ſtatum colligit , & componit: fræno
concupiſcientiam , & inferioris animæ
motiones coercet : rationis imperium in-
ſtaurat: actiones laudabiles efficit: animum
ad Dei nutum moderatur, & voluntatem.
„ Munus nanque eius eſt (*in lib. de viro bono ,*
„ *& fœlici* , pulchrè Architas Pythagoreus
„ aliquando dixerat) in conſilio res exhibe-
„ re, bona , malaque diſcernere , & omnia ,
„ quæ in humana vita diligenda , fugien-
„ daque ſunt : pręſentibus omnibus bonis
„ honeſtis vti , benè conſueſcere , opportu-
„ nitates percallere , ſermone , & opera ſa-
„ gaciter vti , rerum omnium vtilium ha-
„ bere experientiam , & memoriam . In
3 præuidendis proptereà , præcauendiſque
malis vt euitentur , bonis vt obtineantur
hæc Virtus potiſſimum elucet : Ex præui-
dendo vtique appellata eſt Prudentia .
*Tullius.*1.*de leg ſect.* 168. *num.* 60. Quando-
„ quidem : Quæ multò antè præuiſa ſunt
„ languidius incurrunt . *Annæus de conſolat.
ad Marcum cap.* 9. ſapidè monet . Secùs
verò longè grauius ſolent efficere , quæ
præter expectationem accidunt . Quarè
viri prudentes dicuntur eſſe continuò in
ſpecula , vt *Philipp.*7 *ſect.*212.*num.*19. de ſe,
deque Senatoribus alijs,qui prudentiâ ſin-
gulari rem adminiſtrabant , intellexerat
Tullius , dum dixerat : In hac cuſtodia
„ tanquam in ſpecula collocati ſumus . Vt
indè ſcilicet , futura proſpiciant , ne quid
fortè , nec opinantibus veniat , quod no-
xium ſibi, totique reipublicæ futurum ſit.
Vndè meritò ad viuendum , & videndum
omninò perutilem , & neceſſariam eſſe .
„ *Baruch.*3. his dictis affatim legitur : Diſce
„ vbi ſit Prudentia , vbi ſit virtus , vbi ſit
„ intellectus ; vt ſcias ſimul vbi ſit longitur-
„ nitas vitę , & victus , vbi ſit lumen ocu-
„ lorum , & pax .

Verum enim verò , inuentu itâ diffici-
lis , adcò ſcrutatu perardua adhuc iſta re-
4 putatur Prudentia , vt ſtatim ibidem idem
„ adijciat Propheta . Quis inuenit locum
„ eius, & quis intrauit in theſauros eius &c.
„ Iuuenes viderunt lumen , & habitauerunt
„ ſuper terram;viam autem diſciplinæ igno-
„ rauerunt , neque intellexerunt ſemitas
„ eius,neque filij eorum ſuſceperunt eam;à
„ facie ipſorũ longè facta eſt.Mundana nan-
que , & conſueta plerumque hominum
Prudentia , non quidem Prudentia , ſed
larua Prudentiæ eſt: vel ad ſummum falſa,
fraudulentaque Prudentia , quam velut
improbam , & à iuſtitia remotam , veri
ſapientes communiter reijciunt, vtpotè in
alterius damnum, & perniciem intentam.
Et ſi qui eam ſequuntur , & amant ; nihil
penſi habent ius , & æquum violetur ;

dummodò ſuæ cupiditati faciant ſatis, &
commodis ſuis tantummodò conſulant.
Imitantur perindè peruersè Prudentiam,
fraudibus quærunt, quod apertà vi, &
fortitudine non poſſunt aſſequi; idque
per fas, & nefas. Quod ſi quod ambiunt
minimè aſſequantur, Leonis exuuio vul-
pinum aſſuendum eſſe, nimirum quod ho-
neſtis actionibus effici nequit, fraude ten-
tandum eſſe ignauiter docent. Hinc ita-
que, in familijs facilè oriuntur noxæ, in
foro malitiæ, in pactis, conuentiſque do-
li, in amicitia præſtigiæ, in bellis cędes,
vbique calumniæ, & id genus non pauca;
quæ præter illam, quam nuper hoc libro
cap.17.num.9. Calliditatem, & Aſtutiam
5 diximus, nullam aliam præ ſe ferunt Pru-
dentiam. Sed ad eorum prætereà (vt adhuc
cominus capiamus prouinciam) accedamus
Annales, aut Hiſtorias: Quid vſquam,
tales apud has annoſas vulpes ſyncerè, ho-
neſtèque factum legimus? quid non po-
tiùs ſubdolè? quid non veteratoriè? quid
non fraudulenter? Corrupti largitionibus
in Dominos notantur ſerui: veneno ar-
mati in Patronos liberti: & quibus deerant
inimici, per amicos faciliùs oppreſſi: diſ-
fidentium in morem, facinus occultatum:
pietas ſceleri prætenta: oratio plena di-
gnitatis, expers fidei: inuidia in occulto,
adulatio in aperto: ac preces, ora, & la-
chrymæ ſimulandi artem vſque ad conui-
rium virtutis edoctæ. Quas profectò quis
leget præſtigias, & fraudes, dubitare ſin-
gulis in rebus non incipiet; ſuſpectos ha-
bere ſociorum mores; ſuorum fidem ve-
reri, anceps conſilij paſſim teſtitare; vn-
dique ſe aduerſus improbitatis opinionem
circumſpicere; à fronte, à tergo, à lateri-
bus timere; nulli mortalium fidere? Quæ
vtique, nequaquam fient prudens homi-
num vita, rerumque ciuilium perfectus
ſtatus; quouſque vera, & ſalutaris Pru-
dentia, quandoque ab oculis elongabitur
noſtris, noſtramque mentem, ac noti-
tiam penitus vndecumque latebit.

Cæterùm, ſi perfecta, & vera Pruden-
tia (*vt in princ.* diximus) vim maximè
6 habet ad ea gerenda, quæ ad vitam per-
tinent degendam: facilè ipſius adibit la-
tebras, locum reperiet, defodiet theſauros,
quicquid ad ciuilem vitæ inſtitutionem,
rectamque agendi regulam vtiliſſimum
erit. Hinc optimè faciet ad rem Philoſo-
phiæ pars illa, quam moralem in ſcholis
communiter appellant; in qua profectò
de rebus expetendis, fugiendiſque abun-
dantiùs diſſeritur: vbi latè quoque doce-
tur, quid ſit finis, quid extremum, quid
vltimum bonorum omnium; quod vnum
intueri, quo omnes actiones, omnes co-
gitationes, omnia conſilia referri oporteat;
quot ſint virtutum, quotque vitiorum ge-
nera; quibuſque modis illas aſſequi, ab
his declinare poſſumus; quo modo ratio-
nis imperium ſenſibus imponere, frænoſ-
que inijcere oporteat cupiditati, poſtre-
mo (quo nihil pulchrius, nihil præclariùs
optari poteſt) quibus motibus, inſtitutis,
legibus, temperandæ ſint ciuitates, qui-
bus illæ modis fundari, atque inſtitui;
quibus augeri atq; amplificari, quibus de-
nique copioſiſſimæ, locupletiſſimæ (vno
verbo) beatiſſimæ effici poſſint. Quod
ſingillarim. 5.*tuſcul.ſect.*228.*num.*5. perpen-
dens? Tullius, ſtupore oppreſſus, ſic tan-
dem fatur. O, vitæ Philoſophia dux:
„ O veritatis indagatrix, expultrixque vitio-
„ rum: quid non modo nos, ſed omninò
„ vita hominum ſine te eſſe potuiſſet? Tu
„ vrbes peperiſti, tu diſſipatos homines, in
„ ſocietatem vitæ conuocaſti: tu eos inter
„ ſe primò domicilijs, deinde coniugijs, tum
„ literarum, & vocum communione iun-
„ xiſti: tu inuentrix legum, tu inuentrix
„ morum, & diſciplinæ fuiſti: ad te confu-
„ gimus, à te opem petimus. Cuius enim
„ potiùs opibus vtamur, quam tuis, quæ,
„ & vitæ tranquillitatem largita nobis eſt, &
7 terrorem mortis ſuſtuliſti! His tamen mi-
„ nimè reclamantibus, ſed communi voto
conceſſis; dum huiuſcemodi Philoſophiæ
diſputatrix pars iudexque morum; tem-
porum teſte, ac nuntia vetuſtatis cum
Hiſtoria componitur; ſanè animaduerten-
dum cenſeo, in vtraque extremum eſſe,
finemque vtrique propoſitum, inſtitutio-
nem vitæ in hominum ſocietate pruden-
ter, ac fortiter agendæ. Sed quanquam
ambæ ad hunc finem peruenıant; alia ta-
men, atque alia via. Philoſophia quidem
firmis, de virtutum, vitiorumque natura,
diſſertationibus: Hiſtoria verò compen-
dio, & exemplis. Vnde meritò (vt ſu-
periùs *lib.2.cap.19. num.2.* iam animaduer-
timus) exemplorum Philoſophia ab Hali-
carnaſſeo antonomaſticè dicta fuit. Quan-
doquidem, ſi Hiſtoria, vt vitæ magiſtra,
continenti rerum geſtarum narratione
moralem vitam inſtruit; clam non minus
id agit, quàm ſi crebra, apertaque conſi-
liorum ſubiectione, homines hortaretur.
Quinimmò eò quidem ſuauiùs, quò varia
rerum notitia dulciùs operatur. Quo pa-
cto clarius, & doctius *in præfat. lib.1. anti-
quit.* Diodorus Siculus, his verbis expreſ-
„ ſit. Itaque ad vitę inſtitutionem vtiliſſi-
„ ma Hiſtoria cenſenda eſt, tum iunioribus,
„ quos lectio diuerſarum rerum, antiquio-
„ ribus æquat prudentia; tum verò ætate
ma-

„ maturis ; quibus diuturna vita rerum
„ experimenta ſubminiſtrauit . Adde ,
„ quòd priuatos viros imperio dignos ef-
„ ficit ; Imperatores ob immortalem glo-
„ riam , ad præclara facinora impellit :
„ milites propter laudem , quæ mortuos
„ ſequitur promptiores efficit ad pericu-
„ la pro patria ſubeunda : improbos ti-
„ more infamiæ à malis facinoribus de-
„ terret .

Qui autem , emolumentis , & com-
modis metiuntur omnia , hac allecti vti-
8 litate , facilè propterea putant adeò Hi-
ſtoriæ narratione , auditionene , exa-
ctam Prudentiam ſibi , alijſque poſſe
promereri , vt in ipſos , *de hiſtor. ſcriben.*
„ dixerit Lucianus : Planè facillimum ,
„ ac promptum , & cuiuſuis hominis eſ-
„ ſe exiſtimant Hiſtoriam conſcribere , ſi
„ quis modò exponere verbis poſſit , quod
„ vtcunque in mentem venit . Non enim
idcircò Reges amplius Hiſtorias condunt,
Principes , Feciales , ac Duces , vt 12. *hi-
ſtor. in fin.* refert Polybius , ſed plerumque
triuiales homunciones , ciuitatis fæces ;
perditi , & abiecti nebulones , thraſones,
garrulæ fæmellæ , famelici , indigenteſ-
que hyppodidaſcali , & ſi quis auidus pe-
cuniæ blandus aſſentator , vel inuidus
detractor alienæ laudis , aut vituperij
mordax fuerit declamator . Creſcit pro-
indè in dies magis , magiſque eorum nu-
merus , qui , quæ noctù ſomniant , hæc
ipſa manè lucem videre illicò publican-
do geſtiunt , occaſionemque annalium ,
decadam , ephemeridamque vndique
venantur . Nullus nanque hodiè morta-
lium , aut moritur , aut naſcitur , aut ali-
quid meditatur , quin illi extemplo chro-
„ nicas , hiſtoriaſque cudant . Quarè : Qui
„ hiſtoriam conſcribunt (idem ibidem aie-
„ bat Polybius) multa peccandi , nullum
„ finem faciunt . Hinc quotidiè eorum in
ſcriptis tot ſcatent , epitheta inepta , inu-
tiles circumſtantiæ , mendoſæ chrono-
graphiæ , languidæ deſcriptiones , frigidæ
digreſſiones , futiles , & incredibiles nu-
gæ , adeò vt hiſtorica facultas , Platoni-
co vocabulo (quamquam in alio verbo-
rum ſenſu , vt *in argumento de iuſto* , notat
Ficinus) magis fabula , quàm rerum ve-
ridica ſit appellanda narratio . Itaque
haud ſemel accidit , vt horum editæ in-
numeræ lucubrationes vix in manibus
hominum veniant , quòd aut exploſi
iam anteà Scriptoris nomen , aut pro-
digioſi veſtibulum operis , ſtatim lecto-
res plurimum abſterreat . Coguntur qua-
propter exindè , velint nolint , ſua ma-
lè properata volumina , alto diſſimula-
re ſilentio ; vel vt in volnera , & tuni-
cas Scombris turpiter dare ; aut in vi-
cum (vt Lyricus 2. *epiſt.* 1. venuſtè ludit)
deferre

——— vendentem thus , &
odores ,
Et piper , & quicquid chartis amicitur
ineptis

Quamobrem , nequaquam ſanè , huius
Scriptores ſobolis , primoribus labris iſtam
9 guſtarunt artem ; neque extremis (vt di-
ci ſolet) digitis abdita , & retruſa illius
attigerunt vnquam : Quandoquidem hoc
„ genus ſcribendi : Neque eſſe ex facilli-
„ mis , neque ex ijs , quæ componi negli-
„ genter poſſunt (*de hiſtor. ſcriben.* aiebat Lu-
„ cianus) ſed ſi quid aliud ex ijs , quæ ora-
„ tione traduntur , cura opus habet ; hoc
„ certè habere ; ſi quis (vt Thucydides ait)
„ Hiſtoriam quaſi perpetuam poſſeſſionem
„ adornet . Itaque Tulliana contra illa de-
cantata præcepta , non modò inſurgunt
(quorum *ſuperiùs lib. 2. cap. 19. à numer. 9.
vſque in fin.* ſatis abundè meminimus) ve-
rùm etiam cautam illam , & neceſſariam
arcent Prudentiam , quam in hominum
conſeſſum inferre contendit principali-
ter Hiſtoria . Ea enim data , (vt fortè
ſomniant) ſcribendi facili libertate ; ne-
gligunt exindè cætera , quæ vitam no-
ſtram eruditè monent , & tale ſtudium
quam maximè decent . Non enim cu-
ræ in Hiſtoricis quicquam illorum eſt ſty-
lus , quò dictandum ; ordo , quò proce-
dendum ; cauſa , quà narrandum ; tran-
ſitio , quà digrediendum ; tempus , quo
metiendum ; ſenſus , quo interpretan-
dum ; intentio , quà diſcernendum , &
id genus innumera , quæ ad rectè texen-
dam , eruditam haud parum conferunt
Hiſtoriam . Ea de re : celebris apud Gel-
lium *noct. attic. lib. 5. cap.* 18. Sempronij
„ opinio fuit dicentis : Nobis non modò
„ ſatis eſſe video , quod factum eſt , id pro-
„ nuntiare : ſed etiam , quo conſilio , qua-
„ que ratione geſta eſſent demonſtrare &c.
„ Scribere autem bellum , quo initum
„ Conſule , & quomodò confectum ſit ,
„ & quis triumphans introierit , ex eoque
„ libro , quæ in bello geſta ſunt iterare ;
„ non prædicare autem intereà , quid Se-
„ natus decreuerit , aut quæ Lex , roga-
„ tioque lata ſit , neque quibus conſilijs
„ ea geſta ſint iterare ; id fabulas pueris
„ eſt narrare , non Hiſtorias ſcribere . Si-
quidem huiuſcemodi quæſita è contra-
rio , & affectata ſcribendi negligentia ,
dum rebus etiam in hiſtoricis introdu-
citur paſſim , & admittitur , Impruden-
tiam ſaltem priuatiuam apertè , lateque

portendit, quæ licèt ex propria ratione
(vt 2.2.*quæſt.*53. *artic.*1. docet Angelicus)
minimè ſit defectus, & vitium oppo-
ſitum Prudentiæ: ratione tamen inex-
cuſabilis negligentiæ, peccatum quod-
dam Prudentiæ oppoſitum, & ſpecies
Imprudentiæ contrariè acceptæ, quæ
opponitur Solicitudini (vt ibidem ex-
plicat Caietanus) omninò eſt. Ibi enim
verè datur carentia Prudentiæ, quam
,, non tantum Hiſtoricus, ſed: Quilibet na-
,, tus eſt, & debet habere, inquit Diuus
,, Thomas.

Sub hoc præterea Imprudentiæ vitio;
hæc adhuc alia ad internecionem vſque
10 *artic.* 3. 4. & 5. contra Prudentiam acri-
ter pugnare ibidem enarrantur. Teme-
ritas, nimirum, ſiue Præcipitatio: In-
conſideratio, & Inconſtantia. Quæ ſi in
Hiſtoria aliquandò valuerint; vtique ip-
ſa, quam nititur inſinuare Prudentia;
protinus ad ima calcabitur, peſſumque
ibit. Temeritatem autem, ſiue Præcipi-
tationem, à celerrimo corporis motu,
deſumpta metaphora, hoc quidem pa-
cto, nauiter explicat idem Diuus Tho-
mas. Nam ſicut qui corpore labitur,
citóque ruit, omnem illicò tranſit in-
tercapedinem, nec per gradus deſcen-
dit; ſed vt plurimum ſui motus infer-
nam priùs (vt ita dicam) obtinet par-
tem, quam ſupernam relinquat: ita in
,, animæ motu; Si quis feratur (inquit ip-
,, ſe) ad agendum per impetum volunta-
,, tis, vel paſſionis; pertranſitis neceſſa-
,, rijs gradibus, erit Temeritas, & Præ-
,, cipitatio. Sed ad rei vberiorem, ple-
nioremque notitiam, non pigeat quæ-
ſo ea ad amuſſim recolere, quæ mira
eruditione, ac facundia, ſuperiùs his
,, verbis quoque præmiſerat. Summum
,, autem animæ eſt ipſa ratio: imum au-
,, tem eſt ipſa operatio per corpus exer-
,, cita. Gradus autem medij per quos
,, oportet ordinatè deſcendere ſunt Me-
,, moria præteritorum, Intelligentia præ-
,, ſentium, Solertia in conſiderandis futu-
,, ris euentibus, Ratiocinatio conferens
,, vnum alteri, Docilitas per quam ali-
,, quis acquieſcit ſententijs maiorum; per
,, quos quidem gradus aliquis ordinatè de-
,, ſcendit rectè conſiliando. Hi ſanè gra-
dus, etiam in re præſertim deſiderantur
hiſtorica, ne ſecùs indè ſuccedat furia-
lis Temeritas, ſeù contrà Prudentiam
inepta Præcipitatio. Præteritorum in
primis requiritur Memoria: Intelligen-
tia deindè præſentium; & Solertia futu-
rorum: quandoquidem Prudentia, cui
maximè inſeruit Hiſtoria; *ſerm.*4. *ad Fra-*
,, *tres in Erem.* Docet quomodò præſentia
,, (inquit Auguſtinus, ſiuè alter extiterit
,, author) quandò præteritorum recorde-
,, ris, & quomodò futura prouideas. Ra-
tiocinatio verò, ſiuè narratorum colla-
tio: quià neceſsè eſt (vt 2.*de orat.ſect.*114.
,, *numer.* 63. tradit Tullius.) De conſi-
,, lijs ſignificare quid Scriptor probet.
,, Docilitas tandem in ſententijs acquie-
,, ſcendo maiorum; quia in Hiſtoria
,, ſcribenda: Malignus, & iniquus eſt,
,, qui in deteriorem partem coniectu-
,, ras facit. *de malignit. Herod.* ſcribit Plu-
tarchus.

Nec minoris cladis (ſub vno Impru-
dentiæ miſſæ vexillo) Inconſideratio, ſci-
11 licet, & Inconſtantia quandoque Pru-
dentiæ inferent damnum; ſi negligen-
do illa præſertim ea, ex quibus rectum
in diſcernendo prodit iudicium; à pro-
poſito, & conſiderato, iſta recedendo
bono, defectum aliquem notabilem in-
,, uoluant: Nam ſicut Præcipitatio eſt ex
,, defectu circà actum conſilij, & Incon-
,, ſideratio circa actum iudicij (*loc. cit. ar-*
,, *tic.*5. inquit Angelicus) ità Inconſtantia
,, circa actum præcepti. Quæ vtique om-
nia Imprudentiam illam, quæ Pruden-
tiam tollit, & abijcit, indifferenter por-
rendunt. Cùm autem hiſce vitijs, ad
expetitam ex Hiſtoria eruendam pruden-
tiam, nequaquam aliqui carere videan-
tur Hiſtorici: aut meras (vt ſuperiùs di-
ximus) narrabunt fabulas, aut neceſſa-
riam prudentiam, legentes ſaltem mi-
nimè docebunt. Inconſiderationis id-
circò, acriter *in Actio*. ipſos arguit Pon-
tanus; dum narratarum rerum rectum
ferendo iudicium idoneos iudices, Hi-
ſtoricos appoſitè conſtituit. Inquit ſa-
,, nè. Illud rerum ſcriptori ſeruandum
,, maximè, atque in tota rerum ſerie, vt
,, pro locis, rebus, occaſionibus, Iudicis
,, ipſe perſonam induat, & laudet, con-
,, demnet, admiretur, deprimat, miſe-
,, reatur &c. Quarè hac inconſideratione
decepti; incredibilia teſtantur, vel nu-
gas proponunt, aut deprauatum oſten-
dendo iudicium, deteriora vberè ample-
ctuntur, reſpuendo meliora. Vndè (*loc.*
,, *ſuperius adduc.*) Quartum ſignum pono in-
,, genij (dixerat Plutarchus) in Hiſtoria
,, ſcribenda, parum æqui, cum duo, vel plu-
,, res, vna de re ſermones feruntur, deterio-
,, rem amplecti.

Imprudentes item, quidam etiam in-
conſtantes Hiſtorici, quam maximè fient,
12 auditoreſque ſuos, vitij ad culmen
huius ſecum paulatim trahent, qui gran-
dia ſpondent, quæ tamen (mutata ſen-
ten-

tentia) plenè non perficiunt, vel à propoſitis ſaltem, apprimè comperiuntur aliena. Hos enim idcircò, *de hiſtor. ſcriben.* meritò ſic redarguit Lucianus. „ Alios etiam reperies, qui prœmia ſplendida, tragica, & ſummoperè prolixa componant, quo ſperes te, quæ ſequuntur omninò miranda eſſe auditurum: at corpus ipſum Hiſtoriæ paruum, & ingeneroſum ſubtexunt &c. Statim igitur Auditores inclamant ipſis illud: Parturiuit mons &c. Hi nanque, cùm ex defectu rationis à bono recedant propoſito, nec id ſequantur, quod verè bonum eſt; ſed quod duntaxat ſibi inordinatè placet: Imprudentes, ſenſibuſque plurimum indulgentes, haud parùm ſe prodire contendent. „ Sicut enim omnis rectitudo rationis practicæ (*loc. citat. artic.* 5. inquit Angelicus) pertinet aliqualiter ad Prudentiam: ita omnis defectus eiuſdem, ad Imprudentiam pertinet. Qua de re, cum Hiſtoria, rerum geſtarum narratione, ex dictis, ad Prudentiam inſtituat: Prudentiam verò ſic peruerſa iſtorum fraus imitetur, vt ſub honeſtatis aliena ſpecie, fœdiſſimæ vtilitatis vias vbique doceat: fiet indè, vt etiam Hiſtoria facta callidior, atque mendacior; ſcriptores ſuos, eoſdem omninò ſuſcepiſſe errores (de quibus ſupra ex Tullio, *lib.* 2. *cap.* 19.) apertè teſtetur.

Optabam herclè, & quidem enixè; harum lucubrationum multiuagum placidè
13 tandem adimplere curſum: cum nulli nocendi, plurimos iuuandi, mihi duntaxat inſtitutum fuerit. Nauiter idcircò, à notis, & certis penitus abſtinui delinquentibus, & errantibus perſonis: ſolis ignotis, & innominatis (eorum ſcilicet, ad correctionem increpando vitia) vtpotè ſatiatus, & contentus. Etenim ſatis, &: Illud ſcio „ (vt cum Stoico *in princ. epiſt.* 29. apertè loquar) alicui me profuturum, ſi multos admonebo ſpargenda eſt manus. Non poteſt fieri, vt non aliquando ſuccedat multa tentanti. Fruſtratum me tamen, vel inuitè fateor: dum idipſum etiam (infauſto quidem omine) quod de Araxis Fluuio, 3. *de ſitu orbis cap.* 2. olim ſcripſerat Pomponius, mihi adamuſſim acciderit. Nam ſicut ille', Tauri latere aliquando demiſſus, placidus, & ſilens, labitur, ac fluit; „ cum autem in aſperiora venerit: Hinc, atque illinc rupibus preſſus (inquit Author) frangit ſe ad oppoſita cautium, atque ob id, ingenti cum murmure, ſonanſque deuoluitur adeò citus, vt qua ex præcipiti caſurus eſt, vltra quam canalem habet euehat vndam, plùs iugeri ſpatio ſublimis, & aquis pendentibus, ſemetipſum ſine alueo ferens. Ita ſanè: niſi præſenti huic monitorum decurſui, aliqua aliàs (ne dicam Capillos) obſtitiſſent ſaxa; iterum atque iterum, per clementiæ, ac tolerantiæ campos tacitus, & vix elaberetur fluens. Quia verò, quidam Atticus, vt dicitur, aduena (ex eorum videlicet numero, qui nuper ſcribendi in munus ità admiſſi ſunt, vt ſuperiores nitantur eijcere) in Seruitarum florentinos lares, ſtateram notanter, grauiterque eſt tranſgreſſus: tacitum incitauit currentem, vt Stentore adhuc fieret aliquando clamoſior. Etenim defendere, & tueri ſua Natura ipſa docuit, *l. vt vim ff. de iuſtit. & iur. vbi paſſim Doctores*.

Is itaque (cuius, vt verecundiæ parcatur, parcendum videtur, & nomini) cele-
14 bre florentinum Virginis Annuntiatæ Cænobium, non leui preſſit pede, dum monumentorum ſuorum hallucinationis prauæque intelligentiæ, *pag.* 26. *lin.* 11. aſpera redarguit lingua, & damnat Scriptores. Non enim ij (quorum aſſertiones, purioris indagandæ veritatis ſpecie *pag.* 262. *lin.* 25. exinde ſe tantummodò, ſedulum examinatorem promittit) primam ſui Ordinis ſedem vnquam (vt aſſeruit) in Villa, ſomniarunt conſtituendam eſſe Caphagij: quinimò tantum abeſt à veritate, vt ipſe Gianius, qui cæteros collegit, *annal. cent.* 1. *lib.* 1. *cap.* 10. *& in tract. de Cænobijs ad* 1. *&* 2. *centur. ann.* 1234. ipſam in Sanario monte, expreſsè collocauit. Sed iterum (vt idem tangat vlcus) *pag.* 262. *lin.* 21. *pag.* 284. *lin.* 20. *& alibi*, talium Scriptorum memorijs (cauſam vtpotè propriam narrantibus) parum, aſtruit, eſſe credendum. Verùm enim verò: quòd Chronicorum, memoriarumque priuatis libris, generaliter adhibenda ſit fides, præter Menochium *conſ.* 116. *num.* 48. *&* 49. apud Genouam, *lib.* 5. *de ſcript. priuata q.* 6. *de lib. chonic. & q.* 9. *de lib. annal.* docuerunt latiſſimè *Maſcard. concl.* 287. *Tuſcus, concl.* 130. & nouiſſimè *Marcus Antonius Sabell. ſumm. diuerſ. tractat. lib.* 5. §. 6. Nec in hoc inſuper euitare videtur, quod aliquandò propria vineta cæſerit, aſciamque ſuis aut illiderit cruribus, dum *pag.* 285. *lin.* 6. ex libris monumentorum domeſticorum Florentini Cænobij, alia quædam ſatis concludenter ſe probauiſſe contendit. Quo circà in ipſum meritò, quod & in eos, qui rerum nouarum ſtupefacere lectores cupiunt, *lib.* 3. *hiſtor. cap.* 47. impegit Polybius, æquè iactari poterit; nimirum, quod: Imprudentes in duo vitia incidunt ab omni hiſtoria alieniſſima: „ nam & mentiri, & ſibi ipſi repugnare in ſuis

,, ſuis ſcriptis coguntur; Rigidior profectò,
ſeueriorque quam diximus adhuc extaret
Hiſtoria, ſi Scauro, Rutilio, Quincto Ca-
tulo, Sillæ, Agrippæ, Vipſanio, Cæſari Di-
ctatori, alijſque; qui ſua nauitèr, & accu-
ratè ſcripſerunt, apud Maſcardum 3. *de ar-
te hiſtor. cap.* 1. in exemplum adductis; ſem-
per vacillans, & infirma adhiberetur fi-
des.

Deſpoticæ, nimiæque authoritatis Ser
uitas quoque Patres, proprijs licet in ædi-
bus, reos culpandos plerumque facit, qui
15 tamen, ingenuè loquendo, ius præter id,
quod Diuinæ, humanæque ipſis conſule-
runt Leges; nullum ſibi, reuera, aſciſcunt,
quàm quod vrbaniter, benigneque com-
plectitur Laudo, à Diuo Antonio inter Il-
luſtriſſimam Falconeriam Gentem, eoſ-
que Patres; amicabili (vt ipſe Sanctus
Archiepiſcopus explicat) arbitrante com-
muniter accito, jv. Kalend. Februar. 1455.
iuridicè, conſultòque, emanato. Cuius,
quidem verba, fideliter deprompta, ita
,, leguntur. Item laudamus, ſententiamus,
,, & arbitramur: Fratres, Priorem, & Con-
,, uentum poſſe liberè Capellam maiorem,
,, ſeu ædificium ipſius deſtruere, & alibi con-
,, ſtruere, & cuicunque manus, ad intro-
,, ſcriptos porrigenti, ad dictum opus ædifi-
,, candum, & conſtruendum, liberè conce-
,, dere arma, ſcuta, & inſignia in dicto opere
,, affigenda, & imponenda &c. Item lauda-
,, mus &c. dictos fratres &c. poſſe erigere
,, capellas, & altaria liberè in dicta Eccleſia,
,, & ius patronatus in dictis Capellis, & Al-
,, taribus, quibuſcunque concedere, non re-
,, mouendo lapides, ſepulturas, & inſignia
&c. illorum de Falconerijs &c. Quibus
vtique dictis, & ſanctionibus, manifeſtè
conſtare videtur: Nullum, præter Fratres
Seruitanæ Religionis, generale ius in ea
Eccleſiæ, & maioris Aræ fundatione de-
bere præſumere. Cum cæteris diuerſa, &
particularia iura ritè, conuenienterque
præſtare valeant. Etenim: Nemo plus
iuris in alium transferre poteſt, quam ipſe
in ſe habeat, *l. 2. C. de pænis l. 1. qui pro ſua iu-
riſd. Cap. nemo poteſt. 79. de reg. iur. lib* 6. Iuxtà
iuridicum commune illud axioma; Nemo
dat, quod non habet, *l. traditio ff. de acquir.
rer. domin. l. nemo plus &c.* Gratis ergò, *pag.*
266. *per tot.* omnem Patrum, propria in
Eccleſia excludere videtur prætenſionem;
cum tantum, circa inſignia, & ſcuta de
Falconerijs, veteteſque quibus hærent pa-
rietes, coarctata maneat, & limitata. Nec
minùs gratuitò, item *pag.* 295. *lin.* 18. quæ-
dam inurbanitas (quoddam ne dicam in-
grati animi vitium) Patribus imputatur
Seruitis; quod olim, ſcilicet, à quodam
emptum Ioanne Matthæi, ſuæ familiæ no-
uiſſimo credito ſuperſtite, Benizziorum
Sacellum (ſpe tamen illius vendacis, &
quidem ob memoriam Diui Philippi, ar-
bitrantis perpetuò manſurum penitus de-
luſa) Pictoribus, Sculptoribus, & Archi-
tectis, demum fruendum, vtendumque
tradiderint. Nam cum illis omne Fami-
liæ agnationiſque ibidem ius (vt narratur)
rationemque contulerit, ceſſeritque do-
minium: in dubium nequaquam eſt, ſed
hæſitabile valdè; an eius, ſic onerandi,
obligandique Patres, mens conſtans, &
firma fuerit, oppoſitò non conſtante ſiqui-
dem iure eius vti debet, qui in ius ſuccedit
alterius *l. ſi aquæ ductus ff. de contrah. empt. cap.*
15. *qui in ius, de regul. iur. lib.* 6. Quare Quin-
tilianus 9. *inſtit.* 4. conſultius, meliuſque
,, diceret verbis: Cum iudicium meum oſ-
,, tendero, ſuum tamen legentibus relin-
quam. Quia vnicuique quanquam liceat
ſuam proferre ſententiam; eam verò in
dubijs ſtabilire, abſoluteque firmare, *l. in-
iuriam ff. de iniurijs §. idem* planè vetitum, &
prohibitum eſt.

Sed *pag.* 271. *lin.* 24. vt fortè non minus
architectonicas, quam hiſtoricas, ſe opti-
16 mè callere prodiret, rationes; Cuiuſdam
ex noſtris, alias eruditi, & ſapientis viri (vt
nuper iam edita, eius teſtantur ſcripta,
quem idcircò potius, quam alios leuioris
famæ nonnullos commendandum expe-
diebat apponere) manus quidem iniuſtè
lacerare auſus eſt. Qui cum prudenter
(peritorum videlicet conſilio, vt adhuc
rei viget memoria) circulari forma extru-
cto Choro, quædam externa marmorea
vix angularia aptari permiſiſſet ornamen-
ta, in contemptum, & ignominiam, ironi-
cè Satagentem, & (vt vulgò dicitur *Sac-
cente*) ipſum nequaquam veritus eſt ap-
pellare. Nam apud Sabellium, *ſumm. di-
uerſor tract. lib.* 14. §. 19. *n.* 5. omnes vnanimi-
ter reclamant Doctores, in incognitis, &
ignoratis, Peritorum omninò ſtandum
eſſe ſententiæ. Quamobrem, ſi laceſſitus,
& offenſus, adhuc præſenti, & mortali
frueretur vita: Ciceronem 2. *de orat. ſect.*
114. *num.* 62. vt in Hiſtoria: Ne qua ſuſpi-
cio gratiæ ſit, ne qua ſimultatis (cuius
prænarratus contemptus, & paruipenſio,
non infimum putatur indicium) præci-
pientem; ſuo criticanti cenſeri, certè, ſta-
timque obijcere potuiſſet; penitus non
ignoro. Idem autem, & quidem acriùs,
pag. 269. *&* 287. *per totam* diutiùs inculcat:
Dum Iconum, votiuarumque ſtatuarum
translatione, quarundarumue abolitione,
ordinem, & inter ipſas ſtudioſam datam
propoſitionem, Venerabilis Diuæ Annun-

ciatæ

ciatæ Templi maieſtatem, ac ſanctitatem, grauiter læſiſſe putat. Veruntamen, ſicut & ipſe Patrum excogitatum conſilium ſe penitus ignorare fatetur: ità planè, ſi earum ob vetuſtatem labentium ruinæ exitioque ſubiectus expoſitus, caſuali morte (ſicut quibuſdam infæliciter contigit) eſſet peremptus: neſcio quidem, & ego, quomodo irreligioſitatis erga Deiparam, & irreuerentiæ erga tot Proceres, quos illæ repræſentabant Imagines; expreſſiuis talibus, & emphaticis verbis, redarguere nos potuiſſet. Semper enim ex duobus imminentibus malis, minus eſt eligendum *Cap. ſemel malus extra. de regul. iur. in 6.* Melius quippe eſt communi, & vniuerſali ſuccurrere periculo, quam parum in aliquo deuotionis minuere. Vrget tamen vlteriùs, & *pag.* 276 *lin.* 27. Inſcios, incautos, & de ſe nimium præſumentes, eos indiſcriminatim nominat, qui veteris, & obſoleti lignei (quanquam induſtriè cælati, picturiſque inſigniter exornati) recenti eum argenteo pretioſo, ac ſumptuoſo Tabernaculo, commutationi, tranſitionique, operam temerè, manus, conſiliaque dedere. Hoc autem conſultiùs, cautiuſque reticeret, ſi iteratæ, ac ſæpè, ſæpius repetitæ deliberationes, conſultationeſque *lib. memor. F.* 1640. *pag.* 27. deſcriptæ, diligenterque diſcuſſæ, ipſum penitus non laterent. Deſiderio enim ille inſignis, & celebris noſtræ Eccleſiæ ardenti flagrarat Beneficus, vt Sacroſanctum Euchariſticum Sacramentum, non amplius lignea contineretur in ſitue, ſed thecis exinde nobilius, & dignius conderetur argenteis, & ne tam pia ſua aliquando falleretur intentio; Patres inſtanter admonuit, vt ſibi vetuſtum, & citò collapſurum ætate, pro argenteo, & ſtabili, ſacrum elargitentur conditorium: ſpondens propterea, ſe altare totum, ad recentiorem, & commodiorem formam, redacturum; quanquam poſtmodum, morte præuentus, complere non valuerit. Cui benignè, & humaniter Patres; ob id non tantum, ſed ob extructum magis propè exterius periſtylium, nobile, & inſigne Sacrarium, annuentes; ſeruatis iure ſeruandis, illud tranſitarunt, & commutarunt. Res enim mobiles Eccleſiæ benè poſſunt alienari, & tranſitari, permiſſione canonica, in caſu licito, requiſitis ſolemnitatibus interuenientibus, inter quas præcipua ipſius Eccleſiæ eſt vtilitas; vt late docet Gulielmus Redoanus, *tract. de rebus Eccleſ. non alien. pag. mihi* 55. *num.* 13. qui multos, & varios citat.

Quia demum, Andreæ del Sarto expoſitæ marmoreæ imagini aptatum Epita-
17 phium, in P. M. Laurentium de Picciolis, Virum ſatis in humanioribus literis eruditum (vt liber memor. *D.* 1603. *pag.* 119. publicè teſtatur) ex adductis imputationibus illius Scriptoris, facilè poſſet refundi: ignorandum minimè eſt: Authoritate Dominorum tunc temporis Conuentus Conſeruatorum planè fuiſſe decretatum (eorum alijs de cauſis animum mouentibus) quod eruditiſſimum illud Petri Victorij nequaquam amplius affigeretur epitaphium: cuius rei etiam cauſam fideliſſimè narrat, & exponit Georgius Vaſarius *in calce vitæ præfati Pictoris*. Quis autem huius ſcriptor fuerit, & author, adhuc penitus ignoratur. Cæterum leuioris iniuriæ, alijs detrimentis poſthabitis: Hæc fortè illa ſunt Encomia, patriæque pulchitudines, quibus nulli nocere, ſed omnium bonæ conſulere famæ *pag.* 286. *lin.* 7. *& alibi* aſſeueranter ſpopondit? Quæ vtique omnia, quanquam ægrè, ac coactè ſim perſecutus: cum moderamine tamen ſemper inculpatæ tutelæ id effeciſſe, ex animo conteſtor, & affirmo.

CAPVT XX.

Grammatici, & Humaniſtæ dùm quidam ſeueriter quamplurima notare, & criticare nituntur: aut vetuſtatem extrudunt, vel ſcripturas deprauant, aut propria tandem vocabula turpiter vitiant, & corrumpunt.

SYMMARIVM.

1 *Imitationis commoda, & encomia expenduntur quamplurima; adeò vt ipſe Deus, ad eius quoque imitationem, quem intra ſuos Diuinæ mentis theſauros archetypum continebat, Mundum hunc ampliſſimum, & ornatiſſimum apprimè ſapienter, prudenterque fabricatus ſit. Hinc meritò redarguuntur temeritatis, qui neminem imitantur, ſolique ſibi qualibet in re exempla ſiunt.*

2 *Ad rectè tamen imitandum valdè conducibile eſt, vt quilibet quod ſuſcepit ſæpè ſæpiùs recogitet argumentum: meliùs ſcilicet an tractauerit, quàm priores à quibus imitandum recepit: an illorum inuentis pulchra quædam ſuperaddiderit de ingenio ſuo: vel an cohibitius, ſuccinctiuſque talia peregerit; Quod ſane ad amuſſim ſe feciſſe conteſtatus eſt paſſim Sanctus Auguſtinus.*

3 *Qua prudentia idcircò prorſus carebunt, qui imitanda ſibi vitioſa duntaxat proponunt*

exem-

exemplaria, quibus firmiter adhærendo, non tantùm non emendantur, ſed ſui adhuc præconcepti erroris nouas ſoboles ſubindè pariunt. Fiet indè, vt eos, qui ſpeciem tantummodò habent bonitatis attentè legant; è contra verò, graues authores, vt nimis duros, & auſteros repudient.

4 *Sed hi profectò ſunt, qui cuncta in re literaria diiudicare ambiunt, omnia emendare, ac corrigere petulanter præſumunt: non quidem charitatis, & amoris zelo percuſſi, ſed inuidia liuore vehementer permoti. Nam quanquam omni virtute, & probitate ſint deſtituti, quaſdam tamen ipſius virtutis adhuc in ſe reliquias poſſident, ob quas exinde probis, & doctis viris ardenter inuidere ſolent.*

5 *Multorum propterea Doctiſſimorum Virorum iuſtiſſimæ non deſunt querelę, his Thraſonibus obiectantium: Adeò ſæpè veteres librorum conditores ab ipſis manſiſſe corruptos, ac deprauatos, vt ſi fortè reuiuiſcerent, vix quędam operum ſuorum ſuis in ſcriptis reperirent veſtigia.*

6 *In quo quidem genere, præſertim acriter ſtrepunt ij turbulenti Grammatici, & Humaniſtæ, qui ſeuero Rhinocerotis naſo, cuncta olfactando curioſè rimantur. Quod ſi fortè rigida ſapientium aliquandò monerentur cenſura, non tam peruerſi, ac proterui apparerent. Quibus tamen, tribus errare contingit modis, Ignoratione ſcilicet antiquitatis; veteris ſcriptionis; ac vocabulorum, & loquutionum. Antiquitati nanque ſemper habenda eſt veneratio.*

7 *Errarunt igitur ignoratione antiquitatis (vt aliquod ponatur exemplum) qui Apud Tullium ad Atticum pro Ciuitatibus perperam ſcripſerunt à Cibyratibus, vel Cibyratis; cum ibi de illo Edilicorum vectigali ſit ſermo, quod non à Cibyratis, ſed à Ciuitatibus exigebatur. Quinimo etiam in hoc ipſe Tullius in Tuſculanis, loquendo de dolore, grauiter deceptus eſt, cum non rectè poſuerit Philoctetam, Herculis gemitus, quos audiebat vehementer compatientem. Quandoquidem, tempora valdè confundit, Philoctete nanque viuente, Hercules non extabat.*

8 *Typographicæ artis commoditate, veteribus in ſcripturis, magis errandi ſuppeditatur occaſio, quàm dum antiquitus calamo exarabantur codices. Nam tunc, rigida cautum fuit ſanctione, vt ſumma in ſcribendo adhiberetur fidelitas, qua modo valde læſa inſpicitur, & inuenitur, vt quorundam Virgilii, ac Lucretii carminum exemplo manifeſtè conuincitur, & probatur.*

9 *Ex hac quoque antiqua ignoratione ſcripturæ, duo alij inexcuſabiles emanarunt errores. Primus, dum, exempli cauſa, apud Cæſarem in ſuis commentarijs, pro Veſte, & Diarijs. Spectarijs maculoſè legitur: alter verò, dum apud Tullium de finibus, Ab Oronte, pro Orate falsò ponitur.*

10 *Ignoratione demum veterum loquutionum, & verborum non paucos erraſſe, aliquibus quoque oſtenditur documentis. Vt apud Liuium, Catullum, & Horatium manifeſtè conſtat. Cum multa ibidem perperam intellexerint, ſenſum mutarint, & verba deprauauerint, qui omnia criticare iactabundi præſumunt.*

11 *Sed adhuc non ceſſat, ſed maximè viget malorum Criticorum obſtinata malitia, cum etiam haud timeant ſacras mutilare, aut delere Scripturas. Quare Nicolaitarum, Gnoſticorum, Hebręorum, Lutheranorum, aliorumque perfidorum Hæreticorum meritò exprobantur errores, qui ſacrilegè paſſim diuinos, & canonicos labefactarunt, & reprobarunt libros.*

12 *Caluini etiam, tandem in criticis deteguntur errores: cum omnibus Hęreticis id communiter ſit imputatum; videlicet, in ſuis dogmatibus confirmandis, Scripturarum, & Patrum teſtimonijs aliquid addere, detrahere, immutare, mutilare; & omiſſis perſpicuis, obſcuriora proferre, vt ſuis fauere exiſtimentur erroribus. Quare modus recte criticandi, qui ſeruandus eſt breuiter exponitur, & docetur.*

NVlla quippè ad omnium artium, ſcientiarumque ingreſſum à veteribus ſe-
1 mita tutior, ac ſecurior, ſtudioſa imitatione adinuenta, & excogitata fuit. Prodeſt nanque non mediocriter vt etiam *lib. 1. cap. 12. n. 4. & 8. ſuper 12. ius adnotauimus*; eruditos homines diù, multumque exercitatos ſtudioſè ſæpius audiuiſſe, cùm omnis vitæ ratio ſic conſtet, vt quæ probamus in alijs, eadem ipſi facere velimus. Habemus ſiquidem in eo, quem imitamur, effigiem propoſitam ob oculos, quam exprimamus; atque hinc eſt, vt omnes imitatione, tanquam via compendioſa ad quaſcumque facultates vtamur, quam in ſcribendo, & in pingendo, & in illiberalibus etiam artibus ducem ſequamur. Quid enim ſine imitatione contingit? Quid ex aliorum ingenijs non expreſſum? Quid ab his non eſt deductum fontibus? qui primùm ex æternæ mentis ſinu profluentes, latiſſimè in res, opeſque redundarunt humanas; vnde vita, tot ſcientijs nobilitata, tot exculta bonis artibus, tot munita præſidijs, ad hanc perfectionem, niſi ex imitationis opibus efflor-

floruit? Quinimò Deus ipſe præpotens
rerum omniumConditor mundum hunc
ampliſſimum, atque ornatiſſimum, tot
rerum generibus diſtinctum, tot lumini-
bus illuſtrem, tanta varietate depictum
fabricatus eſt ad eius imitationem, quem
intrà ſuos diuinæ mentis theſauros arche-
typum continebat. Quo circa, & cauſæ
naturales, eiuſdem Dei ſingulis in rebus
gerendis adminiſtræ, quas vno naturæ no-
mine ſignamus, in ijs procreandis ideas
imitantur, quas in vnoquoque genere
Maximus, ac Sapientiſſimus Architectus,
tanquam exemplaria rerum ſingularum
effinxit. Quod idcircò ſcribendi, dicen-
dique glorioſum á quibuſdam neglectum
adiumentum, acerbè vituperat, & damnat
Plinius Iun. *lib.8. epiſtola ad Auitum*, dum
„ inquit. Statim ſapiunt, ſtatim ſciunt
„ omnia, neminem verentur, imitantur
„ neminem, atque ſibi ſoli exempla ſunt.
„ Et quis herclè aliquem vnquam reperiet,
ſic omnibus ingenij natureque dotibus
opulentum ijs diſciplinis excultum, cui
nihil deſit, adeò vt aliquandò mendicis
parem non dixerit, cùm opera aliorum
in ſubſidium neceſſariò requirat.

Rectè autem ad imitandum valdè
conducibile eſt, priuſquam labores quiſ-
2 quam diuulget ſuos, argumentum quod
ſuſcipit, vt ſæpè recogitet ſæpius: me-
liùs an tractarit, quàm priores, à qui-
bus imitandum percepit. Hoc eſt, an
illorum inuentis pulchra quædam ſu-
peraddiderit de ingenio ſuo, vel an
cohibilius, ſuccinctiuſque, & maiore,
vel ſaltem pari cùm iudicio rem expo-
ſuerit? Et quia, nulli ſingula ſeriò ſe-
cùm expendere contentus manere, ri-
tè videtur permiſſum; viris etiam duo-
bus, vel tribus (*lib. 7. cap. 17.* Pliniano
more) doctis, prudentibus, ac beneuo-
lis, ſua libenter communicet, eorum-
que iudicia auidè expoſcat. Quinimò
vbi indagine maiori opus, ipſa iudicia
annotet, quò per otium accuratius ſin-
gula expendat. Id ſanè diligenter, na-
uiterque ſe peregiſſe oſtendit Auguſti-
nus, dum *epiſt. 7.* ad Marcellinum ſcri-
„ bens, ita teſtatur: Ego proindè fateor,
„ me ex eorum numero eſſe conari, qui
„ proficiendo ſcribunt, & ſcribendo profi-
„ ciunt. Vnde ſi aliquid vel incautius, vel
„ indoctius á me poſitum eſt, quod non
„ ſolùm ab alijs, qui videre id poſſunt
„ meritò repræhendatur, verum etiam à
„ me ipſo, Quia & ego ſaltem poſteà
„ videre debeo, ſi proficio, nec mirandum
„ eſt, nec dolendum, ſed potius ignoran-
„ dum, atque gratulandum. Quod
etiam *libro de bono perſeu. cap. 2.* adhuc cla-
rius expreſſerat affatim, ita dicendo.
„ Quamuis neminem velim ſic amplecti
„ omnia mea, vt me ſequantur, niſi in
„ ijs, in quibus me non errare perſpexe-
„ xerit. Nam proptereà nunc facio libros,
„ in quibus opuſcula mea retractanda ſu-
„ ſcepi, vt nec me ipſum in omnibus me
3 ſequutum fuiſſe demonſtrem. Quamo-
brem, hac prudenti iis ſecus imitatio-
nis cautione profectò carebunt, qui om-
ni ſpreto erudito cenſore, imitanda ſibi
duntaxat vitioſa exemplaria proponunt,
quibus firmiter adhærendo, non modò
non emendantur, ſed ſui adhuc præ-
concepti erroris, noua monſtra ſubin-
de pariunt. Quid enim ſperari aliud, aut
expectari oportet? Cum cæci ſibi cæcos
duces adhibeant! Fiet idcircò plerum-
que, vt titillante ſuauitatis lenocinio,
eos qui ſpeciem tantummodò habent bo-
nitatis attentè legant, è contrà verò
graues authores vt nimis duros, & au-
ſteros repudient. Sed qui ita faciunt
(cum Petronio *ſaty. 1. cap. 2.* libentiſſimè
„ dicerem) Non magis ſapere poſſunt,
„ quam benè olere, qui in culina habi-
tant.

Sed (quid procacius, petulantiuſque
4 eſt?) cùm in his ſtudijs vix limen attige-
rint, eo vſque deueniunt, vt imperitiæ
minimè pudeat tyrannidem adiungere:
Et quemadmodum ineptè mimum cum
tragædia confundunt, ità omnia ſeue-
riter, inclementerque vt literarum hoſtes,
turpiter agere, ac labefactare. Soli nan-
que iudicant, qui imperiti ſunt. Solùm
ſcire volunt omnia, qui nihil didicerunt.
Soli denique pro tribunali ſedent, qui
nec iuriſdictionem, nec tribunal habent.
Non quòd pulchritudinem præclaræ eru-
ditionis, ac perfectæ penitus non intelli-
gant, aut ſciant; ſed quòd homines
plebei deſperatione, & inuidia, quid
non didicerint teſtari malint, quàm vt
alios, qui neque cætera ignorant, &
ſic eruditioni vniuerſæ vltimam coroni-
dem imponunt, eo ſibi præferri patian-
tur nomine. Quibus mea quidem cau-
ſa, ex Perſio *ſat. 3. n. 38.* nihil reſtat, ni-
ſi vt

Virtutem videant, intabeſcantque relicta.

Remanent enim à Deo inſitæ noſtris ſem-
per in animis quædam virtutis reliquiæ,
quæ adhuc, ipſa virtute relicta, cum ta-
men ſubindè cruciatum generant, quo
nullus maior ſentiri, probarique poteſt.
Hinc meritò, talibus communiter inui-
dis id ipſum precatur damnum, quod
de Inuidia 11. met. venuſtè dicitur,

Sed videt ingratos, intabeſcitque viden-
do

Succeſſus hominum ——— ——— ———

5 Non deſunt propterea, ſed doctiſſimorum hominum, de iſtorum temeritate, & pluſquam iuuenili audacia, adhuc manent graues (iuſtæ tamen) querelæ. Quandoquidem, nullis omninò libris veteribus adiuti, paſſim in omnes ſcriptores graſſati ſunt, eorum correctiones, & in integrum reſtitutiones admodum thraſonicè promiſerunt, potiuſque quid Author aliquis horum iudicio ſcribere debuerit, quàm quid ſcripſerit propoſuerunt. Quo factum tandem eſt, vt adeò ſæpè veteres librorum conditores interpolati, & deprauati fuerint, vt ſi fortè reuiuiſcerent, vix quędam operum ſuorum veſtigia, ſuis in lucubrationibus cogituri eſſent. Quibus proinde, bonarum literarum exprobare licebit deturpatoribus, quæ de tempore, & vetuſtate, met. 15. ita alias dum caneret, conqueſtus eſt Naſo.

Omnia deſtruitis: vitiataque dentibus æui,
Paulatim lenta conſumitis omnia morte.

Quo ſanè in genere acriter ſtrepunt,
6 nimiumque crocitant ij præſertim Grammatici, & Humaniſtę, qui ſtoico ſupercilio, quæ non oportet examinant, & vt per vulgi plauſum, priuatæ ambitioni viam ſternant, Rhinocerotis naſo cuncta olfactando rimantur. Quod ſi fortè, rigida ſapientium interdum monerentur cenſura, non tam facilè quidem alienam famam euerſum irent, tantumque odium inter doctos ſererent, quantum immortales paſſim factiones oſtendunt, quæ magis exitio fuere ſemper, eruntque literatis omnibus quam bella externa, quam fames, morbiue, & alia cælitum ira in hominum genus. Diſſenſiones nanque cæterarumque diſcordiarum fomites nunquam tollentur, quandiu authores tolerantur; aut (quod nequius eſt) immerito etiam honore plurimum decorentur. Contingit autem iſtis (ſi Robortello viro humaniſſimo, *de arte corrigen. ant. libros*, fides eſt adhibenda) tribus errare modis. Ignoratione, ſcilicet antiquitatis; ignoratione ſcriptionis veterum; & ignoratione loquutionum, atque verborum. Veruntamen haud in hoc temerè vereor (cùm nuperrima, ferè, & alia innumera negligam exempla) hæc mihi tantùm vetuſta. & obſoleta narraturo, iocosè ne ſaltem dicatur: *Antiquiora Diphtera loqueris*: Sed gratis ſanè, & id incaſtum nimis improperaretur. Quandoquidem non Capræ pellem Iouem lactantis (in qua creditum eſt antiquitùs illum omnia ſcripſiſſe, quæ facienda erant) in medium aſpiciendam adduco: ſed quæ adhuc (quamquam præteritæ) ſeruantur memoriæ, vt caueantur, venerandæ antiquitatis fideliſſimè recolo detrimenta. Antiquis enim, ipſorum ne aliquando mutiletur authoritas, non tantùm habenda eſt veneratio *Spec. de aduoc. §. 6. ver. quidam modus, & l. ſemper veneranda ſenectus, de iudic. immunit. apud Bertach. verb. antiquitas*. Sed à recentibus præterea ſequutis actionibus, ne inuida indè ſuccedat detractio, maximè abſtinendum, *3. de pont. eleg. 4.* conſentaneum cenſetur,

——— ——— Quia lędere viuos
Liuor, & inuiſo carpere dente ſolet.

Ignoratione igitur tranſactæ antiquita-
7 tis, quidam (vt ſupra Robortello teſte) notanter errarunt, qui apud Ciceronem ad Atticum *lib. 6. epiſt. 1. propè fin.* vbi non-
„ nulli codices antiqui habent: Cælius li-
„ bertum ad me miſit, & literas accuratè
„ ſcriptas, & de Pantheris, ſed à ciuitati-
bus &c. nituntur emendare, legendo: *Sed à Cibyritatibus &c.* non benè intelligentes, ibi Ciceronem loqui de Ædiliciorum illo vectigali, de quo *lib. epiſt. ad Quinctum Fratrem epiſt. 1.* ait: Quantum verò illud eſt beneficium tuum, quod ini-
„ quo, & graui vectigali Ædiliciorum,
„ magis noſtris ſimultatibus, Aſiam li-
„ beraſti: Enim verò, ſi vnus homo no-
„ bilis quæritur palam, te, quòd edixeris,
„ ne ad ludos pecuniæ decernerentur H. S.
„ c. c. ſibi: quanta tandem pecunia pen-
„ deretur, ſi omnium nomine, quicum-
„ que Romæ ludos facerent, quod erat
„ iam inſtitutum, erogaretur? Non enim quia paulò inferius, idem ibidem Attico ſcripſerat hoc pacto, nimirum: *Illud autem alterum alienum eſſe exiſtimatione mea, Cibyratas imperio meo publicè venari* colligendum inde eſt, vt ipſi grauiter decipiuntur; non à Ciuitatibus, ſed à Cibyratibus, aut fortè meliùs, à Cibyratis eſſe ſcribendum: Nam Cælius per illum libertum, vt patet in litera, duabus de rebus cum Tullio egerat; de Pantheris ſcilicet, & de Ciuitatibus. Quibus profectò diſtinctis negotiis, ſic rectè reſpondiſſe ibidem ipſe Tullius ſe manifeſtè fatetur dicens: *Illud autem alterum* (quod ſcilicet ad Pantheras ſpectat) *alienum eſſe exiſtimatione mea, Cibyratas imperio meo publica venari*; vt dictum eſt. Nam Cibyratæ, Pantherarum maximè exercebantur captura, vt *epiſt. fam. 8. epiſt. 4. in fin.* idem Cælius, Tullio ita disertè ſcripſerat: Item
„ de Pantheris, vt Cibyratas arceſſas, cu-
„ reſque mihi, vt vehantur. Circa verò Ciuitatum vectigal contribuentium nego-

gotium , clariſſimè inquit . Reſcripſi ,
,, alterum me moleſtè ferre , ſi ego in te-
,, nebris laterem , nec audiretur Romæ,
,, nullum in mea prouintia nummum, ni-
,, ſi in æs alienum erogari : docuique , nec
,, mihi conciliare pecuniam licere , nec il-
,, li capere , monuique eum , quem pla-
,, nè diligo , vt cùm alios accuſaſſet , cau-
,, tius viueret . Ex quibus profectò locis,
indubitanter colligitur , non à Cibyrati-
bus , ſed à Ciuitatibus , quæ , vt idem
Tullius ad Quinctum Fratrem , *loc. ſuper. cit.* ſcribit , pro Æditilijs vectigal decre-
uerant , correctius eſſe legendum . Sed
in hanc veterum hiſtoriarum ignoratio-
nem , apud ipſos adeò facilis, conſuetuſ-
que inuenitur lapſus , vt etiam Tullius
ipſe , eruditiſſimus quanquam , & om-
nium accuratiſſimus ſcriptor , dum *tu-
ſcul. quæs. lib. 2. ſect.* 178. *n.* 18. *&* 19. emenda-
dare cupit Epicuri quoddam erratum ,
cum voluptate confundentis dolorem :
Philoctetæ tamen valdè mendoſum ad-
ducat commentum . Itaque *n.* 18. latè
oſtendens adhuc à Sapiente grauem do-
lorem vinci non poſſe , ità loquitur .
,, Adſpicite Philoctetam , cui conceden-
,, dum eſt gementi : ipſum enim Hercu-
,, lem viderat in Æta magnitudine dolo-
,, rum eiulantem . Nihil igitur , hunc vi-
,, rum ſagittæ, quas ab Hercule acceperat ,
,, conſolabantur , cùm è viperino morſu ,
,, venæ viſcerum veneno imbutæ tetros
cruciatus cierent . Id enim (vt *variar.* 2.
cap. 15. eruditiſſimè notat , & ſignat Pe-
trus Victorius) Philoctetæ tribui nequa-
quam poteſt; ſed potiùs Pæanti Philocte-
tæ patri . Nam Philoctetes , Herculem
tali dolore affectum , nunquam vidiſſe
potuit , ſicut his documentis , ipſe Vi-
ctorius clariſſimè docet . Vereor (in-
,, quit) ne à vero diſſentiat : memoriæ-
,, que lapſus hic ſit : neque enim Philocte-
,, ta Herculem in Æta acerrimis doloribus
,, oppreſſum vidit , muliebremque fletum
,, edentem, ſed Pater ipſius Pæan , tempo-
,, raque manifeſtò repugnant. Ad Troianũ
,, enim bellum, cuius Dux Agamemnon
,, non fuit profectus eſt Philocteta: Hercu-
,, les vero multo ante in Deos relatus erat.
,, Pæantem autem ab eo ſagittas dono ac-
,, cepiſſe , quas poſteà filio reliquit , cer-
,, tum eſt teſtimonijs multorum ſcripto-
,, rum &c.

Nec item venerabili, veteris ſcriptionis
8 inexcuſabilis, damnabiliſque imperitia
aliquo modo antiquitati parcit , dum am-
bitioſi præſertim Critici , ſuis adhibitis
commentitijs notis , illius merum , ger-
manumque quatiunt, depravant , & ex-
torquent quamplurimum ſenſum . Nam
quandiu ars Typographica latebat , fides
maximè Scriptorum , & tranſcribentium
libros , leges , & publica documenta re-
quirebantur : tum vt nihil detraheretur ,
vel adderetur ; tum etiam vt vetita non
communicarentur. Tantaque vel in Scri-
bis librorum,vel Deſcriptoribus legum ,
& conſtitutionum ſynceritas , & ars cum
diligentia deſiderabatur , vt non immeri-
to Iuſtinianus *lib. 1. §. noſtrum autem. C. de iur. enucl.* dignum exiſtimauerit ſanctione ca-
uere de ſcripturis eorum in legibus , vt
ex integro , & ſine ſiglis , notiſque
fierent . Nunc autem typorum benefi-
cio , aut Typographorum incuria , aut
nimia ſcribentium libertate , paulatim
vetera fermè omnia , & obſoleta temerè
expolita , ſoloque fuco interpolata (ne
dicam penitùs deturpata) paſſim à ſtu-
dioſis,& eruditis inueniuntur Viris . No-
tat idcircò, veterum non ſine codicum
iactura, *noct. attic. lib.* 1. *cap.* 21. Aulus Gel-
lius , Virgilianos verſus , *georg.* 2. n. ni-
mirum ,

At ſapor indicium faciet, manifeſtus , &
ora .
Triſtia tentantum ſenſu , torquebit ama
ror .

ita ſua tempeſtate communiter perperam
lectos fuiſſe: videlicet ;

Triſtia tentantum ſenſu torquebit amaro ,
cùm re vera, non amaro , ſed amaror ſit
dicendum . Quandoquidem non tan-
tùm quia antiquus Virgilij ex domo ,
& familia liber , *Amaror* legit , quantum
ex eo quod dici videretur abſurdũ : Sa-
por, ſenſu amaro torquet: Cum ipſe (in-
quit Gellius) ſapor ſenſus ſit , non alium
in ſemetipſo ſenſum habeat . Ac proin-
de ſit, quaſi dicatur : Senſus , ſenſu ama-
ro torquet . Et quanquam hæc Higini
non ignobilis grammatici communis in
Virgilium recepta, Fauorino Philoſopho
per Iouem lapidem (vt verbis Gellianis
loquar) hoc eſt, ſanctiſſimè iurauti , mi-
nimè atriuerit cenſura ; hoc tamen pacto
à Gellio eruditiſſimè vindicatur . Sed
Higinum (inquit) ego dicere verum ar-
bitror : Non enim primus finxit hoc ver-
,, bum Virgilius inſolenter , ſed in carmi-
,, nibus Lucretij inuentum non eſt aſper-
,, natus, authoritate Poetæ ingenio , & fa-
,, cundia percellentis . Verba ex quarto
,, Lucretij, hæc ſunt :

Denique in os ſalſi venit humor ſæpè ſapo-
ris .
Cùm mare verſamur propter , dilutaque
contra
Cùm tuimur miſeri abſinthia , tangit ama-
ror

,, Non verba autem ſola , ſed verſus propè

„ totos, & locos quoque Lucretij plurimos
„ ſectatum eſſe Virgilium videmus: Hæc
ille. Sed huiuſcemodi Lucretij occaſio-
ne loci in mentem illico venit, etiam ver-
ſiculum paulò ante ſuperiorem, haud le-
uiter à Criticis, fortè nauſiſſe deprauatum: Nam vbi ex antiqua, & vera ſcrip-
tura correctè, & emendatè legitur:

Quare etiam, atque etiam mitti hæc fateare
neceſſe eſt.

ibidem accuratè notat Lambinus, pro
Mitti, variè, ſed perperam, quandoque
Mira, quandoque *Minora* eſſe appoſitum,
& permutatum. Vnde ſuam eliciendo
ſententiam, ſic coniecturaliter inquit. Ex
„ *Mitti* factum eſt *Mini*: deinde nunc *Mini-*
„ *ma* nunc *Mira*. Meam coniecturam adiu-
„ uat verſus ille, qui ex libro 6. item ha-
„ betur.

Perpetuo fluere, ac mitti fateare neceſſe
eſt.
Corpora———

Aliud prætereà rem ad noſtram mini-
9 mè prætereundum antiquæ ex ignoran-
tia ſcriptionis notabile abſurdum, his
documentis 1. *variar. cap. 23.* idem qui
ſupra diligentèr exponit, & aſſignat Pe-
„ trus Victorius. Verba hæc (inquit) C.
„ Cæſaris, è tertio libro de bello ciuili, ita
„ nunc paſſim leguntur; mendosè prorsus
„ vt cui vis facilè intelligere licet. *Cohor-*
„ *temque poſteà duplici ſtipendio, frumentoriè, &*
„ *ſpeciarijs, militaribuſque donis ampliſſimè do-*
„ *nauit*. Quomodò enim tam inquinato
„ verbo locus eſt apud politiſſimum Scri-
„ ptorem? Videndum igitur accuratè, an
„ auxilio veterum librorum, macula hæc
„ deleri poſſit. Si quis nanque confert excuſos co-
dices, cum calamo conſcriptis exaratis,
animaduertet profectò illum locum
contaminatum eſſe. Cùm enim formis
impreſſi, ità habeant: in ſcriptis verò ali-
ter, atque aliter reperitur. Legitur ita-
que: *Cohortemque poſteà duplici ſtipendio,
frumento, veſte, diarijs, militaribus donis am-
pliſſimè donauit*. Veſte quidem milites ali-
quandò donari ſolitos eſſe certum eſt.
„ Liuius enim *lib. 22.* ab vrbe condita,
„ his verbis planè teſtatur: Eos, ſcilicet,
„ qui Camuſium perfugerant, mulier
„ Paula nomine, Buſa genere, clara di-
„ uitijs, mœnibus tantum, tectiſque à
„ Camuſinis acceptos; frumento, veſte,
„ viatico etiam iuuit. Sicut & Diaria præ-
berì ſolita militibus, vt commoda quæ-
dam, quò magis laborem ferrent, Tul-
lij authoritate comprobatur, qui *lib. 8.*
„ *ad Atticum, epiſtola 22.* inquit: Eo mo-
„ dò autem ambulat Cæſar, & iis diarijs
„ militum celeritatem incitat, vt timeam,
„ ne citiùs ad Brundiſium, quàm opus ſit
„ acceſſerit. Item, huic ferè ſimile,
aliud inferiùs, *variar. lib. 2. cap. 4.* vi-
tium manifeſtè commemorat, dum
lib. 5. de finibus. ſect. 146. num. 92. Marcus
Tullius, de infœlici exitu Polycratis La-
miorum Tyranni diſſerens, qui anteà
fortunatiſſimus habebatur, amicitiaque
Regis Perſarum floruerat, ita loqui-
tur; vt ferè communiter apud mul-
„ tos legi ſolet: Et ſapiens, ne tum qui-
„ dem miſer, cùm ab Oronte Prætore
„ Darei, in crucem actus eſt. Cum ſcribi
debeat, non ab Oronte, ſed ab Oræte.
Hoc nanque verum, & proprium nomen
illius fuit, qui tam duriter in Polycratem
animaduertit; quod liquidò intelligitur
teſtimonio Herodoti *lib. 3.* vnde hiſtoria
accepta eſt.

Ignoratione demum loquutionum
veterum, & verborum, non pauci ex
10 Grammaticis, & Humaniſtis, etiam
hoc pacto (vt ſtatim dicetur) critican-
do grauiter offendere; & errare ſolent.
Loquutionum quidem, vt ſunt ij, qui
exempli cauſa, emendare putarunt Li-
„ uium *in epito. lib. 58.* ita legentes: Quo-
„ niam eos ad cupiditatem amplam modò
„ ſperandi incitauerat, legem ſe promul-
„ gaturum oſtendit. Nam eſt legendum,
Amplum modum. Modus enim de agris
dicitur, vt Menſura. Vnde Plinius
„ *lib. 18. cap. 6.* Modus hìc probatur (in-
„ quit) vt neque fundus villam, neque
„ villa fundum, quærat. Et ipſe Liuius
„ *lib. 6. ab vrbe condit.* Latam legem (ait)
„ de modo agrorum. Verborum autem,
dum cenſent plerique, illum locum
apud Catullum, *in ati.* Ferus Lis, eſſe
valdè corruptum: non ſatis aduerten-
do, quòd Lis græcè, Leo latinè dici-
tur, teſte Theocrito; quòd ab eodem Ro-
bortello ſolerter eſt adnotatum. Alia
verò plura latè ab ipſo ibidem haben-
tur, qui veterum ideircò optimorum co-
dicum auxilio vtendum eſſe, quiſqui-
lias verò, nugaſque, docens, eſſe
prorſus reijciendas; hanc nactus occa-
ſionem, adhuc in quendam, otio ſic
abutentem ſciolum, his verbis vehe-
„ menter inuectus eſt. Caſtigaui ego, &
„ quidem iure, ni fallor, quendam, qui
„ nuper Horatium emendare fruſtrà cona-
„ tus eſt: Nam vbi *lib. 3. odar.* ait ad Faunum
ſcribens.

——— Vacat otioſo
Cum boue Pagus:

„ ſic emendat, & legit:

——— Vacat otioſo
Cum Boue Pardus.

Quaſi

„ Quaſi in Italia, Pardi vſpiam ſint. Nam
„ Plinius *lib.* 8. *cap.* 17. in Africa, & Sy-
„ ria tantum naſci ſcribit. Et tamen ma-
„ nuſcriptum, & antiquiſſimum vocat li-
„ brum, ad ſe Parauio miſſum à quodam
„ Luſitano. Proferat quæſo librum ip-
„ ſum, vt videamus qualis ſit. Vix ri-
„ ſum tenebimus; ſat ſcio. Sunt igitur
hæ quiſquiliæ librorum prorſus amandandæ.
Ignorare quidem penitùs, videbatur,
Pagum quendam feſtum eſſe
(ibidem teſtante Lambino) in quo omnes
ab opere ceſſabant, diem feſtum traducentes.

Sed vtinam in profanis, malorum
duntaxat verſaretur Criticorum proca-
11 citas, vt adhuc in Cælum ponentes os
ſuum, diuina quoque non labefactarent:
cùm eò creuerit, vt pro ſua libidine,
ſacroſanctam vlterius Scripturam,
quæ ſolui, hoc eſt, corrumpi non poteſt,
Carth. in Ioan. 10. fœdè diſtraxerint,
& diſcerperint? Hinc Nicolaitæ,
& Gnoſtici apud Philaſtrium *in catal. hæretic. cap.* 127.
& Paulus Samoſetanus,
Euſeb. lib. 7. *his cap.* 25. narrante, Pſalmos
illos, qui in Chriſtum canebantur,
tanquam recenter excogitatos, de
Eccleſia ſubſtulerunt. Hebræi etiam plerique,
qui in *Thalmud. ordin.* 4. *tract.* 3.
nec librum Iob in diuinis voluminibus
habent, nec ipſum Iob vnquam inter
homines vixiſſe putant. Nec defuerunt
præterea, qui, vt refert ibidem idem
Philaſtrius *cap.* 132. *&* 135. quanquam
ſuppreſſo nomine citati, librum Eccleſiaſtes
non ſine ſtomacho euitarent, quòd
Salomon in extrema ſenectute ipſum dictaſſe
videretur, cùm deprauatus mulierum
amore, ſummum bonum in
corporis voluptatibus conſtituebat, atque
ad Epicuri, ſiue Ariſtippi Philoſophiam,
aditum parabat. Sicut etiam
Cantica Canticorum, non Dei veri, ſed
Cupidinis afflatu tantum edita fuiſſe
aſtruerent. Et mordicus ille Porphyrius:
„ Contra Prophetam Danielem, duodeci-
„ mum librum ſcribit (*in præfat. commen-*
„ *tariorum* eiuſdem Prophetæ, inquit Hie-
„ ronymus) nolens eum ab ipſo, cuius
„ inſcriptus eſt nomine eſſe compoſitum;
„ ſed à quodam, qui temporibus Antio-
„ chi, qui appellatus eſt Epiphanes, fue-
„ rit in Iudæa, & non tam Danielem ven-
„ tura dixiſſe, quàm illum narraſſe præ-
„ terita. Denique quicquid vſque ad An-
„ tiochum dixerit, veram hiſtoriam con-
„ tinere; ſi quid autem vltrà opinatus ſit,
„ quia futura neſcierit, eſſe mentitum.
Tandem, vt cæteros infandæ, damnatæque
omittam memoriæ: Vitulum conflatum
(vt eum Lycoſthene *lib. de prodigiis*
loquar) ac Stigmaticum Perfugam
(vt verbis Duræi Scoti *in fidei demonſtratio.* 3.
fideliſſimè vtar) vtrumque Diaboli
ſobolem, Lutherum, ſcilicet, atque
Caluinum (de quibus ſuperiùs *cap.* 2
num. 5. etiam nonnulla notauimus) meminiſſe
ſufficiat, quorum alter *in conuiual. ſermon. tit. de lib. veter. & noui teſtamen.*
inquit: Authorem libri, qui Eccleſiaſtes
inſcribitur, ſibi videri ocreis, &
calcaribus deſtitutum, equitare tantum
in ſoccis, quemadmodum ipſe ſoleret,
cùm adhuc eſſet in Cœnobio. *In præfationibus*
autem *libror. à ſe conuerſorum*, plurimos
ſacros codices à Canone penitùs auellit.
Quod & proſequitur alibi, pluribus
in locis.

Alter verò, Caluinus, ſcilicet, (ne
alterum ab altero, alium ſe vnquam
12 oſtentent) *lib.* 3. *inſtitut. cap.* 20. §. 8. Ba-
ruch. Prophetiam negat eſſe canonicam
lib. 1. *cap.* 11. §. 8. arguit mendacij librum
Sapientiæ. *lib.* 2. *cap.* 5. §. 18. Eccleſiaſtici
librum, non vult eſſe ſolidæ authoritatis.
lib. 3. *cap.* 5. §. 8. idem judicat de libris
Machabeorum. Et *in antidoto Concil. Trident. ſeſſ.* 4.
Tobiam quoque, &
Iudith; repudiare videtur. Qua de cauſa
meritò quidem Edmundus Campianus
inuictus Chriſti Athleta, *prima ratione oblati certaminis in cauſa fidei*, pluri-
„ mum conqueſtus eſt, dicens: Facino-
„ roſius crimen eſt, ac tetrius, quod nunc
„ proſequor: Inuentos eſſe Doctorculos,
„ qui temulento quodam impetu in cæ-
„ leſte chyrographum inuolarint. Id ip-
„ ſum, pluribus locis, vt maculatum,
„ vt mancum, vt falſum, vt ſurreptitium
„ condemnarint, eius partes aliquas emul-
„ ſerint. Hæreticis enim omnibus hanc
impietatem Sancti Patres communiter
tribuunt, & veluti ingenitam, & propriam
agnoſcunt: In ſuis, ſcilicet, Dogmatibus
confirmandis, Scripturarum,
& Patrum teſtimonijs aliquid addere,
detrahere, imutare, mutilare, & omiſſis
perſpicuis, obſcuriora proferre, vt
eorum erroribus fauere exiſtimentur.
Sunt quidem Scripturæ Sacræ, ouium
indumentum illud, in quo venturos lupos
rapaces *Matthæi.* 7. Chriſtus prædixit,
vt pulchrè monet Vincentius Lyrenenſis.
lib. contra profan. hæretic. nouit. cap. 36.
Quare ad rem noſtram, ſummoperè
faciet, vt in ijs tantum locis, qui
corrupti, vel videntur, vel de quorum
integritate dubitari poteſt, hic præcipuus
ſeruetur modus: Ne quid, ſcilicet,
in contextu temerè immutetur: aut
vt recipiatur, temerè emundetur. Quod
ſi fiat,

ſi fiat, atque in eo quiſque ſibi placeat, vix fieri iam poteſt, quin paulatim Dei Verbum, non iam vltrà Dei Verbum ſit, ſed illorum fiat, qui hoc temerè permittunt ſibi: cùm plerumque exemplo, ac ſucceſſu peccent ſinguli (nunquam etenim intemperantia conſiſtit vbi cæpit) ac vix poſſit fieri, quin alios licentia inuitet. Diuus idcircò Auguſtinus, qui plurimos vbique conferebat codices, ac lectiones ſedulò expendebat, vt cautè periculo cederet, non ſuperbus, ac tumens; ſed humilis, ac verens, Beato Hieronymo *epiſt. 19.* ita
„ ſcribit. Ego enim, charitati tuæ fateor,
„ ſolis eis Scripturarum libris, qui cano-
„ nici iam appellantur; didici hunc timo-
„ rem, honoremque deferre, vt nullum
„ eorum authorum, ſcribendo aliquid er-
„ raſſe firmiſſimè credam. Ac ſi aliquid
„ in eis offendero Libris, quod videtur
„ contrarium veritati, nihil aliud, quàm
„ vel mendoſum eſſe codicem, vel inter-
„ pretem non aſſequutum eſſe, quod di-
„ ctum eſt, vel me minimè intellexiſſe
„ non ambigam. Quod ſi in Decretis Principum, aut Regum immutare aliquid, à maieſtatis crimine non abit: *authen. coll. 8. in medio litis non &c. nouell. 105.*
„ *§. & propterea ſancimus &c.* Quid (de ſcri-
„ ptis his, in quibus Deus ipſe (vt cum
„ eodem Auguſtino. *11. de Ciuit. Dei.*
„ *cap. 3.* loquar) piæ voluntatis demon-
„ ſtrat affectum: in quibus de cælorum ca-
„ lo, Rex Regum Dominus dominan-
„ tium, imò ſalus noſtra loquitur, iudican-
„ dum eſt?

Hæc autem, quæ de Criticis non tantùm, verùm etiam de vniuerſali Doctoratus Iure cùm in communi, tùm in particulari diſcuti reputantur congrua, ſatiſque perutilia, hactenus dicta ſufficiant. Quanquam enim, adhuc non pauca deſiderari queant, vtpotè de Doctorum ſtatutis, literarijs exercitijs, ludis, & certaminibus, de Academiarum Rectoribus, Cancellarijs, & Gymnaſiarchis, de Conſeruatoribus, & Magiſtratibus, de Scholaſticis tàm diſcipulis, quàm Auditoribus, de Collegijs, & Præbendis, atque id genus quamplurimis: Quia tamen eminentiùs, quàm cæteri in ſua literaria Republica, id omne Benedictus Pereyra, vberrimè, ſapientiſſiméque abſoluit, ne repetita faſtidiant, actumque iterum videatur agi, ab his abſtinendum conſultò cenſetur. Cæterùm, ſi quid fortè; his in expletis, adductiſque lucubrationibus, ſanæ, probatæque doctrinæ conſonum, laudabili exaratum eſt ſtylo, Summo, Omnipotentique rerum cunctarum Elargitori, tribuendum conteſtor: Secùs autem, ſi diſſonum, infallibili Sanctæ Romanæ Eccleſiæ iudicio, omniumque Literatorum cenſuræ, ex animo, cordeque remitto.

Deo Laus, Deiparæq; ſemper Virgini Mariæ.

INDEX

INDEX
ALPHABETICVS
RERVM NOTABILIVM,

In quo prior numerus, Librum: poſterior, Caput: alter tandem, Marginatum Locum ad amuſſim indicant.

A

ABraham memphiticum Gymnaſium incoluit.1.3.7.
Abrahami ex concubinis filij Indiæ Gymnaſia illuſtrarunt 1.3.11.
Abuſus quid ſit.1.16.2.
Abiſſini etiam Gymnaſia habuerunt.1.3.8.
Academia imperfecta quæ.1.4.2.
Academia perfecta quæ.1.4.3.
Academia perfectiſſima quæ. 1.4.4.
Academia quælibet priuatas leges habere debet.1.4.9.
Academia Piſana, nobiles profeſſores, magna priuilegia, & pinguia præbet ſtipendia.1.6.15.
Academiæ Romanæ varia priuilegia à Sanctis Pontificibus conceſſa.1.4.3.
Academiæ perfectæ priuatis viris ex Sophoclis decreto prohibetur erectio.1.4.7.
Academiæ perfectæ Antonini Pij decreto priuatis viris prohibetur erectio ibid.
Academiæ perfectæ, tribunal, & gradus conferendi poteſtas, tribuenda ſunt.1.4.8.
Academiæ diuerſæ extinctæ.1.4.17.
Academiæ maximè conferunt Reipublicæ vtilitati.1.5.2.
Academiæ Piſanæ mores, & leges.1.6.15.
Academiæ eò illuſtrantur, quò cathedrarum varietate refulgent.1.7.1.
Academiæ auditorum numeroſiſſimæ recenſentur.1.7.1.& 2.
Academiam Intronatorum ſex nobiles Senenſes inſtituerunt.1.4.5.
Academiam Sitientium Sozinus inſtituit. ibid.
Academiam Conſtantum quidam nobiles Patauini inſtituerunt.1.4.5.
Academiam Furfurariorum quinque nobiles Florentini inſtituerunt.ibidem.
Academiarum tribunal, fori priuilegio gaudere debet.1.4.9.
Academiarum tribunal non extenditur vltrà ſuum diſtrictum.1.4.10.
Academiarum de origine quinam ſcripſerunt.1.6.1.
Academiarum regimen, quæſtuoſa res incipit eſſe.1.8.10.
Academiarum fundatores ad electionem Lectorum poſſunt interuenire.1.7.4.
Academias imperfectas, quilibet priuatus ingenuus condere poteſt.1.4.5.
Academias perfectas, & perfectiſſimas condere ad quos pertineat.1.4.15.
Academias imperfectas etiam priuati homines poſſunt dirimere.1.4.17.
Academias perfectas, & perfectiſſimas quinam euertere poſſint.ibid.
Acceſſorium ſuum ſequitur principale.4.1.7.
Actiones Principum, quænam res dicebantur.1.5.5.
Actus, & habitus, ſpeciem ſumunt ab obiecto.1.10.7.
Adoratio duliæ, mediat inter latriam, & hyperduliam.3.6.3.
Adoratio duliæ, quomodo Sanctis adhùc in hac vita exiſtentibus ſit exhibenda.3.6.4.
Adoratio, ſiue cultus ciuilis, qui & quotuplex ſit.3.6.4.
Adoratione duliæ quales Sancti in hac vita fuerint adorati.ibidem.
Adrianus Auguſtus de quolibet negotio patiebatur admoneri.1.7.6.
Adrianus Auguſtus decreuit Doctores abſque præuio examine non admitti ad docendum. ibidem.
Adulator quiſque primus ſui eſt.1.7.10.
Adulatores, vitia ſub ſpecie virtutis proponunt, & è contrà.4.4.1.
Adulatores mentito ore, cæteros ad peccandum etiam allectant.4 4.2.
Aduocati antiquitus erant numero determinati.2.11.1.
Aduocati quarè ſic dicebantur.ibidem.
Aduocati communi nomine cum Procuratoribus, dicuntur Patroni.2.11.3.
Aduocati, olim præponebantur ſacris templis.2.11.10.
Aduocatorum officium nobilius eſt, quàm Procuratorum.2.11.2.
Aduocatorum defectus enarrantur.4.10.14.

Aduo-

Aduocatus quomodo differat à Procuratore. 2.11.2.
Ægyptij ex Æthiopia bonas literas receperunt. 1.3.8.
Ægyptij quarè ſimbolicè ſcribebant. 4.3.4.
Æpaminondæ doctrina ſecura Thebani victores redduntur; qua reiecta victi efficiuntur, 1.5.6.
Æſculapij explicatur Icon. 2.12.17.
Æthiopes gymnaſia inſtituunt. 1.3.8.
Affabilitas quid ſit. 1.13.2.
Affecti quouis morbo, Eſculapij in templo, quibus fuerant ſanati notabant remedia. 3.5.6.
Aldus Manutius Piſis docet. 1.16.14.
Alexander Magnus pueros bonis artibus imbuendos curauit. 1.7.3.
Alexandriæ quot gymnaſia extiterint. 1.3.12.
Algebra quid ſit. 3.15.3.
Alimentorum ſub nomine, quæ intelligantur. 2.4.10.
Amantur ab omnibus opera propria ſicut filij. 1.20.1.
Amici qui vita, & exemplo docent eligendi ſunt. 1.13.1.
Amoris Diuini, & carnalis differentia. 2.6.8.
Amplificatio, quid ſit. 4.5.8.
Amplificatio inutilis maximum virium. ibid.
Andreas Ciaffi filius ſiue Zaffius, Piſis docuit. 1.6.9.
Andreas Ceſalpinus Piſis docuit. 1.6.13.
Andreas Fachineus Piſis docuit. 1.6.14.
Angliam qui primò doctrinis illuſtrauerint. 1.4.3.
Anguium quarè locis ſacris aptabatur pictura. 2.8.5.
Anima noſtra quædam harmonia eſt. 2.15.7.
Animæ naturalis operatio eſt ſcire. 4.1.5.
Animalia bruta quomodo ex ſuis nutibus multa futura præmonſtreut. 2.16.3.
Animalia bruta enarrantur, quæ futuros indicant euentus. ibidem.
Anthiſtenes diſcipulos virga depellebat argentea. 1.6.15.
Antipater Cyrenaicus ſtudiorum cauſa cæcus effectus eſt. 1.1.5.
Antiquitas venerationem importat. 4.6.8.
Antiquitas ſummis laudibus extollenda eſt. 1.11.4.
Antiquitati exhibenda eſt veneratio. 4.20.6.
Antiquorum præcepta ſeruanda ſunt. 1.11.3.
Antiquorum lucubrationes doctas, & probatas ſemper pre manibus eſſe habẽdas. 1.11.4.
Antiquorum ſententia non ita colenda eſt, vt ab ipſa recedere nullo pacto liceat. 1.11.5.
Antonius Montecatinus Piſis docuit. 1.6.13.
Antonius Cioſius Piſis docuit. ibidem.
Antonius Cutinus Piſis docuit. 1.6.14.
Antonius Merenda Piſis docuit. ibidem.
Antropomonphitæ, ſiuè Audeani, Deum membra poſſidere humana dixerunt. 1.8.10.
Aphri, Philoſophiam à Phænicibus acceperunt 1.3.13.
Apollinarius quam academiam illuſtrauerit. 1.7.2.
Apologus Vrielis de Syluis, & mare explicatur. 1.8.11.
Apologus quid ſit. 2.2.8.
Apuleius ferè omnia ex Luciano deſumpſit. 1.11.6.
Arbor Indica fabuloſa narratur. 1.12.5.
Argumentum tenet à minori ad maius deductum. 1.4.6.
Argumentum à veriſimili eſt à ratione naturali. 1.4.14.
Argumentum tenet à maiori ad minus. 2.5.7.
Argumentum à contrario validum eſt 4.9.10.
Argumentum quando valeat ab æquipatatis. 4.8.3.
Ariſtoteles ſtruendi, & deſtruendi artifex verſipellis dictus eſt. 1.10.11.
Ariſtoteles quam academiã illuſtrauerit. 1.7.2.
Arithmetica, & Geometria ſcientiæ connexæ ſunt. 2.14.3.
Arithmetica, & Geometria alia ſpeculatrix, alia operatrix. ibidem.
Arithmetica conſiderat numerum, & paſſiones eius. 4.13.1.
Arithmeticæ obiectum. 2.14.1.
Arithmeticæ, & Geometriæ finis vltimus, & remotus qui ſit. 2.14.4.
Arithmeticæ nonnulla oſtenduntur admiratione digna. 3.15.3.
Arithmeticæ finis proximus, & remotus, qui ſit. 4.13.2.
Arithmetici ſingulis auaritiæ ſpeciebus ſuos numeros turpiter applicant. 4.13.5.6.7.
Armorum delatio eſt mixti imperij. 1.4.14.
Armorum vſus omninò inhibetur priuatis. ibidem.
Arrogantia quædam filia ſuperbiæ eſt. 4.14.5.
Ars militaris, quanti habita apud Romanos. 2.5.4.
Ars pingendi id maximè curare ſolet, vt eligat exemplar pingendum. 2.7.1.
Ars ſymbolica vtiliſſima eſt 4.3.8.
Ars ſymbolica deprauatur à profeſſoribus. ibidem.
Ars typographica ſcribendi ſuppeditat libidinem. 1.16.2.
Artes liberales quot, & quæ. 1.2.9.
Artes liberales qui minimè coluerint. ibidem.
Artificium omne per exercitium recipit augmentum. 1.3.15.
Artium liberalium ordo, & nobilitas vnde ſumenda ſit. 1.20.7.8.9.
Artium liberalium Profeſſores, Magiſtri cum addito ſunt appellati. 1.2.9.
Aſiatici, ac Septentrionales, aſtronomiam ſedulò ſectati ſunt. 3.18.4.
Aſſeſſorum, & Conſiliariorum defectus enarrantur. 4.10.13.

Aſtra qomodò diſtributionem vniuerſi conſtiruant.2.16.6.
Aſtra infallibilitatem non inducunt, & quare. 2.16.8.
Aſtra quomodo à cauſis impediantur moralibus.2.16.9.
Aſtra quando impedita fuerunt à cauſis moralibus.ibidem.
Aſtra cauſis liberis neceſſitatem non imponunt.2.16.11.
Aſtrologia quomodo ſit infallibilis, & vera ſcientia.2.16.10.
Aſtrologia ſuperſtitioſa omnia ſuppeditat arma.4.16.9.
Aſtrologiæ, & Aſtronomiæ differentia.3.18.1.
Aſtrologiam iudiciariam Philoſophi reiecerunt.2.16.11.
Aſtrologiam iudiciariam, rationes, & exempla defendentium omninò reijciuntur. 2.16.12.
Aſtrologiam iudiciariam, authoritates, & iura multa producuntur prohibentia.2.16.13.
Aſtrologi iudiciarij quarè aliquando futura prædixerint.2.16.14.
Aſtrologi iudiciarij grauiter reprehenduntur. 2.16.15.
Aſtrologi iudiciarij pœnis canonicis, & ciuilibus grauiter puniuntur.4.16.10.
Aſtrologicæ prædictiones quomodò aliquãdò veritatem importent.4.16.6.& 7.
Aſtrologicæ prædictiones adducuntur, quæ contrarios euentus ſortitæ ſunt.4.16.7.
Aſtrologicæ prædictiones quomodò inter ſuperſtitioſas artes, & diuinationes collocentur.4.16.8.
Aſtrologicas prædictiones circà pluuias, ventos &c. vanas extitiſſe, varijs hiſtorijs latè oſtenditur.4.16.5.
Aſtrologorum temeritas per Icari fabulam explicatur.4.16.4.
Aſtronomia multùm confert ad pietatem, & modeſtiam.3.18.1.
Aſtronomia multis ſcientijs fauet. 3.18.3.
Aſtronomiæ ad ſtudium multa expenduntur incitamenta.3.18.15.
Aſtronomiam primus omnium docuit Seth. 1.3.4.
Aſtronomiam inſeruire militiæ, nauigationi, Æconomiæ, reique ruſticæ, varijs oſtenditur hiſtorijs.3.18.2.
Aſtronomiam multi coluerunt Cæſares, & Reges. 3.18.5.& 6.
Aſtronomiam multi Eccleſiaſtici coluerunt. 3.18.7.
Aſtronomi narrantur, qui magnos adepti ſunt honores.3.18.à num.8.vſque ad n.12.
Aſtrorum ex aſpectibus, quæ præcognoſcantur à Ruſticis.2.16.2.
Auaritia, & Ambitio ſunt omnium elementa vitiorum.4.5.17.
Auaritia magni animi eſt.4.13.13.
Auaritia omnia contaminat.4.13.14.
Auaritiæ mala deſcribuntur.2.12.9.
Auaritiæ, & illiberalitatis, multæ aſſignantur ſpecies.4.13.5.
Auaritiæ filiæ, quot, & quæ aſſignentur. 4.13.11.
Auaritiam, qui valdè ſequuti ſunt.2.12.9.
Audibilia, etiam habent mouere animum. 2.15.8.
Augures, in quo ab Haruſpicibus diſcriminabantur.3.3.11.
S. Auguſtino exhibiri enarrantur honores. 3.4.14.
Aurum putum putum quidnam fuerat.2.20.5.
Authoritas publica, penès Principes, & Magiſtratus ſtare tantùm ſolet. 1.4.7.
Authoris firma conteſtatio in hoc opere ſcribendo, quænam fuerit.4.19.13.

B

BAldus Nouellus Piſis docuit.1.6.10.
Bardi qui fuerint.1.4.14.
Bartholomæus Sozinus Senenſis Piſis docuit. 1.6.11.
Bartholomæus Romuleus, Piſis docuit. 1.6.13.
Bartholomæus Romuleus ab Andrea Mindendorpio commendatur.1.6.13.
Bartholomæus Cheſius Bibliothecam Seruitarum, Piſis adauget.1.6.17.
Bartoli, & Baldi tabella de manuum immiſſione in Pandectas.1.6.4.
Bartolus, & Accurſius Regienſis filius, ad conſulendas Pandectas Piſas miſerunt ſuper quadam controuerſia.1.6.4.
Bartolus à Saxoferrato, Piſis docuit.1.6 9.
S.Baſilius Magnus, quam academiam illuſtrauerit.1.7.2.
Beatitudo cæleſtis, hominum eſt vltimus finis. 2.4.6.
Beatitudo naturalis, in quo conſiſtat.2.14. 2.
Bedæ, vt ſacro interpreti, tribuuntur honores.3.4.17.
Belus, ſiue Monrod idololatriæ inuentor 1.3.7.
Bellum, bonarum artium ſtudia tollit. 1.6.10.
Benedictus XII. Gymnaſio Piſano fauet. 1.6.9.
Beneficentiam fouet ſocietas.4.10.3.
Beneficium, ex largientis affectu attendendum eſt.3.10.5.
Beneuolentiam blanditijs quærere turpe eſt. 1.6.14.
Bibliotheca ab Aldo Piſanis relicta fabuloſa cenſetur.1.6.17.
Bibliothecæ duæ famoſæ, Piſis extant.ibidem.
Bibliothecæ inſignes, & famoſæ recenſentur. 1.14.4.
Bona, malis diſplicent, mala verò placent. 1.5.10.
Bonum aduentitium, & Paganicum, quid.4.1.4

Brachmanes, quid ſint. 1.3.11.
Braſilienſes; ornando faciem lapillis, ipſam deturpant. 1.9.10.
Bulgarinus Stuenſis, Piſis docet. 1.6.13.

C

CÆſar Auguſtus decreuit, ne ad Cathedras regendas, abſque præuio examine admitterentur Doctores. 1.7.6.
Callere quid ſignificet. 4.17.10.
Canis lingua, lambendo ſanat. 2.6.10.
Canones, & leges ciuiles inter ſe adiuuantur. 2.7.2.
Canones, qui primi condiderunt. 2.7.8.
Canones, qui primi in vnum corpus redegerunt. 2.7.9.
Canonici Iuris non eſt aſſumendum opus, niſi Iuris Ciuilis prius habeatur notitia. 2.7.2.
Canonici Iuris corpus ex quibus libris compactum ſit. 4.8.6.
Canonico in Iure, quæ comprehendantur. 2.7.2.
Canonicum Ius eſt ſcientiarum omnium ſcientia. 2.7.3.
Canonicum Ius ex quibus conſletur. ibidem.
Canonicum Ius dirigit cætera Iura, eiſque præponitur. 2.7.4.
Canonicum Ius in ijs, quæ ſpectant ad ſalutem, corrigit cætera Iura. 2.7.5.
Canonicum Ius etiam diuinum dici ſolet. 2.7.9.
Canonicum Ius iuſtitiæ, & ſanctitati maximè fauet. ibidem.
Canonicum Ius improbat, quæ ſunt peccati nutritiua. 4.8.3.
Canonicum Ius Argonautarum naui comparatur. ibidem.
Canonicum Ius inſtitutum tantumodo eſt, vt illa Iura corrigat, quæ concernunt materiam peccati. 4.8.8.
Canonicum Ius quando præualeat Ciuili, vel è contrà. 4.8.9. & 10.
Canoniſta optimus zelo non tantùm charitatis, ſed etiam diſciplinæ flagrare debet. 2.7.6.
Canoniſtæ Magiſtri nomine gaudere etiam ſolent. 1.2.6.
Canoniſtæ quomodò procedant. 2.7.2.
Canoniſtæ principaliter curare debent ſalutem animarum, non commoda, neque diuitias. 2.7.7.
Canoniſtæ zelantes debent eſſe, ſed non furentes, & ſeueri. 2.7.10.
Canoniſtæ recenſentur, qui maximos adepti ſunt honores. 3.10. à num. 8. vſque ad 20.
Canoniſtæ ciuium actiones ad finem veræ Beatitudinis dirigunt. 4.8.3.
Canoniſtæ nauibus, & rectoribus comparantur. ibidem.
Canoniſtæ errant dum putant omnes canones æqualem habere authoritatem. 4.8.5.
Canoniſtæ grauiter errant, dum vbi, & quando non oportet iura cætera corrigunt. 4.8.8.
Canoniſtæ grauiter errant, dum ius ciuile contrà immunitatem Eccleſiæ præualere permittunt. 4.8.9.
Canoniſtarum quando conſilijs, & opinionibus ſtandum non ſit. 4.8.11. & 12.
Canoniſtas Theologos, qui præmijs, ac beneficijs decorarunt. 3.10. à num. 8. vſque ad 20.
Canoniſtis proponitur Moyſes imitandus. 2.7.2.
Canoniſtis maximam obligationem habemus. 3.10.5.
Carolus Antonius de Puteo Archiepiſcopus, Collegium pro Allobrogis Piſis fundat. 1.6.16.
Carthaginenſis Academia, totius Aphricæ famoſiſſima. 1.3.13.
Caſſiodoro, quatenus ſacrarum Scripturarum interpreti tribuuntur honores. 3.4.15.
Cathedra non facit Doctorem; ſed è contrà. 1.7.2.
Cathedra, Doctrinæ Hieroglyphicum. 1.10.8.
Catoncm nulla latebat ars, ſiue ſcientia. 1.9.10.
Cella, & Cathedra, egrè conueniunt. 1.18.1.
Cella ſolitudinem quærit: cathedra multitudinem. ibidem.
Certitudo moralis, quænam ſit. 2.6.15.
Certitudo quid ſit. 2.6.17.
Certitudo moralis, ex quibus reſultet. ibidem.
Chani, magiæ adinuentor fuit. 1.3.7.
Chamus Noachi filius, iniqua doctrina, Aphricam, Ægyptum, & Italiam labefactauit. 1.3.8.
Charitas accidentaliter diuiditur in incipientem, proficientem, & perfectam. 2.3.7.
Charitas Angelis nos facit conſimiles. ibid.
Charitas eſt finis præcepti. 2.6.9.
Charitatis gradibus triplex reſpondet via purgatiua, ſcilicet, illuminatiua, & vnitiua. 2.3.7.
Charitatis in via purgatiua, multorum mirabilia enarrantur geſta. 2.3.9.
Charitatis per viam illuminatiuam, quomodo ad vnitiuam aſcendere debeamus. 2.3.10.
Charitatis, vt queant perfecti vnitiuam ingredi viam; omnia ſenſibilia, & intelligibilia creata relinquere debent. 2.3.12.
Charitatis viam vnitiuam quomodo aſſequamur. 2.3.10.
Ciborum nimietas, valdè corpus, & mentem aggrauat. 4.11.2.
Cithara, quid moraliter ſignificet. 2.4.6.
Ciues in quot partes diſtribuerint diuerſæ nationes. 2.9.2.
Ciuitas nulla ſine legibus poteſt perfectè, ac beatè viuere. 2.9.3.
Ciuitates, ac Reſpublicas conſtituendi origo, vſus vitæ fuit. 2.9.1.
Claudij Imperat. rectitudo, & bonitas ex eo

pro-

probatur, quia malis,& peruerſis valdè diſplicebat.1.5.11.
Claudius Beriugardus Piſis docuit.1.6.14.
Clemens VI. Archiepiſcopo Piſano, atque gymnaſio priuilegia concedit.1.6.9.
Cœlum, quomodo influat in hæc inferiora. 4.16.3.
Cognitum eſt in cognoſcente.1.10.6.
Cognitio noſtra, duobus modis peccare ſolet. 2.6.10.
Columnæ,filiorum Seth, quæ nam ſcripta continebant.1.3.4.
Comædia quid ſit. 2.15.16.
Commentaria verboſa, in omni re ſunt euitanda.1.10.13.
Comparatio de quantitate ad quantitatem fieri ſolet.4.8.1.
Concionatores, tàm poſitiuæ, & ſymbolicæ, quàm myſticæ Theologiæ ſunt diffamatores.2.4.1.
Concionatores, verbi Dei fideles ſunt diſpenſatores.ibidem.
Concionatores debent omni iactantia carere. 2.4.2.
Concionatores, quare aſſimilentur canibus. 2.4.3.
Concionatores, primo loco appropiuquationem Regni cœlorum prædicare debent. 2.4.6.
Concionatores, vt immutent homines, quæ agere debeant. ibidem.
Concionatores,qui corporaliter,ſiue ſpiritualiter operentur miracula. 2.4.7.
Concionatores, venales non debent eſſe. 2.4.8.
Concionatores quæſtuarij prohibentur. 2.4.9.
Concionatores, quomodo nihil debeant poſſidere.2.4.11. & 12.
Concionatoribus ſecundo loco præcipitur, vt quædam corporaliter, ſiue ſpiritualiter operentur miracula. 2.4.7.
Concionatoribus indiſpenſabiliter debentur alimenta. 2.4.10.
Concionatoriæ artis ſacra præcepta 2.4.5.
Concionatoris, fideliſque miniſtri eſt agere iuxtà cor, & Dei animam.2.4.4.
Concreta ſunt notiora abſtractis. 1. in proem.
Connexorum idem eſt iudicium. 4.15.2.
Conſcientia multipliciter ſumitur; ſed præſertim, quadruplex eſt.2.6.5.
Conſcientia quid ſit.2.6.6.
Conſcientia facilè errare poteſt. ibid.
Conſcientia per charitatem perficitur. 2.6.9.
Conſcientia erronea non deponitur per ſolam non applicationem voluntatis. 2.6.11.
Conſcientia dubia, quomodò deponenda. 2.6.13.
Conſcientia probabilis, quomodo dirigenda ſit. 2.6.15.
Conſcientia probabilis abſolutè deponenda non eſt. ibidem.
Conſcientia probabilis, vt rectè operetur, debet habere certitudinem moralem.2.6.15.
Conſcientia ſcrupuloſa, quid ſit. 2.6.19.
Conſcientia ſcrupuloſa, ex quibus procedere poſſit. ibidem.
Conſcientia ſcrupuloſa, quomodò ſananda. 2.6.20.
Conſcientia pro ſcrupuloſa, D. Ambroſij conſilium expenditur. 2.6.21.
Conſcientiæ bonæ, & timoroſæ, quod nam ſit ſignum.4.7.13.
Conſequentia à ſuperiori ad inferius, non tenet, niſi negatiuè.1.2.4.
Conſeruare mundum, non minus eſt Deo, quàm creaſſe, 1.4.15.
Conſeruatio eſt continuata rei productio. ibidem.
Conſeruator, eccleſiaſticam habere debet dignitatem.3.2.1.
Conſilium quid. 1.5.8.
Conſilium bonum ſine ratione eſſe non poteſt. ibidem.
Conſilium peruerſum, quàm ſit perniciofum. 4.10.13.
Conſtantinus Leonis Philoſophi frater artes liberales ſopitas excitauit. 1.2.9.
Conſultatio eligibilium, vndè petenda ſit. 2.18.12.
Contemplatio, quid ſit.2.3.4.
Contemplatio Dei manet in patria.3.6.2.
Contemptus, quomodo contumelia, & detractio fiat, & quale peccatum ſit, & ad quæ obliget. 4.1.14.
Contemptus, & deſpectus, quomodo contingant.ibid.
Contemptores literatorum redarguuntur. 4.1.15.
Contractus eſt vltrò, citròque obligatio. 1.17.16.
Contrariorum eſt contrarius effectus. 4. in proem.
Controuerſiæ circa verborum ſignificationes plerumque fiunt. 2.17.11.
Controuerſiarum forenſium, ſiue cauſarum cognitio, eſt de iure diuino.2.10.19.
Controuerſias forenſes,ſiue cauſas cognoſcere, & definire, quandoque differunt,quandoque non. 2.10.9.
Controuerſias forenſes,ſiue cauſas rimari,quid propriè ſignificet.ibidem.
Controuerſias forenſes, ſiue cauſas cognoſcendi ordo eſt de iure poſitiuo.2.10.10.
Contumelia quando lethale peccatum ſit,& ad ſatisfactionem obliget. 2.11.8.
Contumelioſi, infamia notantur. ibidem.
Copia, copiæ vocabulum notum,plura ſignificat. 4.8.2.
Corrigendo tranſire debemus de vitio ad vitium.2.7.11.
Corrigere debemus cum æquitate. ibidem.
Coſmus Medices Magnus Etruriæ Dux collegium Ingenuorum Piſis fundat. 1.16.16.

Coſmus primus Magnus Etruriæ Dux, Piſanum Lyceum denuò reſtituit. 1.6.13.
Creata omnia, ſuos Præpoſitos, & Principes habent. 2.13.10.
Creatio, & conſeruatio in Deo realiter non diſtinguuntur realiter. 1.4.15.
Credere citò, non oſtendit ſapientem. 2.17.9.
Credulitas, quodnam vitium ſit. 2.17.8.
Credulitas, quantum nocuerit, pluribus oſtenditur exemplis. ibidem.
Criſin, vel obſcura illuſtrando, vel deprauata reſtituendo, exercuerunt Critici. 1.16.8.
Criſin, vbi lapſus non eſt perfectè exercuit Origenes. ibidem.
Criſin, inter alios, ſolertiſſimè profeſſus eſt Ariſtoteles. 1.16.9.
Critica coercet ſcribendi licentiam. 1.16.3.
Critica, alio nomine dicitur grammatica. 1.16.4.
Critica, circà omnes verſatur ſcientias. 1.16.5.
Criticæ finis. 2.17.8.
Criticare, & cenſurare libros, Sacri Canones, Epiſcopis, & Doctoribus tantummodò permittunt. 1.16.10.
Criticare, Imperatorum leges non omnes permittunt. 1.16.11.
Criticare, qui vult, peritiſſimus eſſe debet, 1.16.10.
Criticus à Grammatico, quomodo differat. 1.16.5.
Critici officium eſt, vt Ariſtarchus fideliter iudicet de omnibus. 1.16.7.
Curioſitas vituperatur. 1.18.11.
Curioſitatis quædam narrantur delitamenta. 1.8.12.

D

Dabir; antiquiſſimum Pheniciæ Gymnaſium. 1.3.10.
Declamandi mos antiquitus laudabilis, ſed paulatim vitupèrio eſt affectus. 4.18.7.
Declamationes forenſes olim graues, nunc autem leues, nenijſque plenæ. 4.18.8.
Declaratio, & probatio valdè diſcrepant, & quid vtraque ſit. 4.2.9.
Decurio non fit aliqua præſcriptione, qui decurio nunquam fuit creatus. 3.1.4.
Definitio rei, eſt omnis diſputationis initium. 2.3.3.
Deliberationi, neceſſaria eſt purgata conſcientia. 2.18.12.
Demonax, Cyrenæis leges, & regulas dedit. 1.5.4.
Dei beneficentiam, per Iſidem mammoſam intelligebant antiqui. 2.8.6.
Dei gubernationem, per oculum intelligebant antiqui. ibidem.
Dei immenſitatem, per mundum intelligebant antiqui. ibidem.
Dei immortalitatem, ex ſerpente colligebant antiqui. 2.8.5.
Dei maieſtatem occultam, per uentorum ſonitum intelligebant antiqui. 2.8.6.
Dei omnipotentiam negantes, aut anguſtiantes, tanquam ſibi contradicentes redarguuntur. 2.13.15.
Dei omnipotentiam per Spithamam intelligebant antiqui. 2.8.6.
Dei prouidentiam quanquam Epicurus circa hominum curam negauerit, cultum tamen illi exhibuit. 2.13.9.
Dei ſapientiam per firmitatem petræ intelligebant antiqui. 2.8.6.
Deitatis ſpeculatio quid ſit. 3.6.2.
Dei vnitatem, per ſingularitatem Solis colligebant antiqui. 2.8.4.
Dei voluntas eſt ſuum eſſe. 2.13.13.
Dei voluntas per zonam, & vinculum ſignificatur. ibidem.
Deo accedere debemus non tanquam maieſtatis cenſores, ſed eius voci tanquam obſequentes. 1.8.11.
Deo maximè conueniunt prædicata negatiua, vt cognoſcatur. 2.3.15.
Deo omne bonum tribuendum. 2.4.4.
Deo, qui in hac vita aliquando loquuti ſunt nonnulli enarrantur. 3.6.2.
Deum creatorem, & non conſeruatorem ponere ſtultitiæ, ac veſaniæ tribuitur. 1.4.15.
Deum intelligendo ipſi intelligibiliter vnimur. 2.3.13.
Deum eſſe nemo negauit ſapienter. 2.13.7.
Deum eſse fatentur expreſsè Ethnici Philoſophi. 2.13.8.
Deum eſse ratione valida oſtenditur. 2.13.10.
Deum ſua voluntate plurima ſupernaturaliter agere negare, eſt ipſum ignorare. 2.13.13.
Deus ſolus verus Magiſter, & Doctor eſt. 1.17.3.
Deus eſt vbique, & in omnibus operatur. 2.8.2.
Deus per creaturas quomodo cognoſcendus ſit. 2.8.3.
Deus eſt lux ſupernaturalis, quæ directè, & obliquè nos illuminat. 2.8.18.
Deus ipſa iuſtitia eſt. 2.10.3.
Deus cognitù difficilis. 2.13.5.
Deus humani ingenij modulo non eſt reſtringendus. 2.13.6.
Deus eſt cauſa prima omnium. ibidem.
Deus præeſt omnibus. 2.13.10.
Deus duplicem adminiſtrationem habet, naturalem ſcilicet, & voluntariam. 2.13.12.
Deus omnia cauſat per ſuum eſse. 2.13.13.
Deus nullo pacto mentiri poteſt. 2.19.11.
Dialectica eſt inſtrumentum inueniendæ veritatis. 2.17.6.
Dialectica dicta fuit donum Dei. ibidem.
Dialectica quid ſit. 2.17.6.
Dialectica quare ſcientia vniuerſalis dicatur. ibidem.
Dialectica eſt gladius cuſtodiens Eccleſiam. 3.19.2. & 3.

Dialectica neceſſaria eſt ad omnes ſcientias. 3.19.4.& 5.
Dialectica, quantæ dignitatis ſit, exemplis oſtenditur.3.19.6.& 7.
Dialectica cum ſit vtiliſſima, non videtur ratio, cur ità à multis tam acriter exprobetur.4.17.1.
Dialecticæ plurima præcepta ad quot demum redacta ſint.2.17.7.
Dialecticæ ſtudio, quam multi celebres viri vſi ſint,enarrantur.4.17.3.
Dialecticæ pars illa, quæ ſophiſtica dicitur, reijcitur, & irridetur.4.17.4.
Dialecticam, quarè inter inanes artes, quidam poſuerint.2.17.7.
Dialecticam, quarè Hęretici grauiter vituperent.2.17.12.
Dialectici, in differendo philautiam ſectantes reprehendunrur.2.16.16.
Dialectici recenſentur, qui magnos adepti ſunt honores.3.19. à num.8.vſque ad 15.
Dialectici illi tantùm ſunt vituperandi, qui fallacias, & nugas ſectantur.4.17.2.
Dialectici peccant, ſi venatorum præcepta ſequantur.4.17.7.
Dialectici peccant,dum in differendo nimiam exercent calliditatem.4.17.8.
Dialectici peccant, dum in differendo, vel ægrè deſiſtunt, vel nunquàm cedunr veritati.4.17.12.
Dialecticus, tanquam Deus colendus. 2.17 6.
Dialecticus, non ſtatim aduerſario credere, ac cedere debet.2.17.7.
Dialecticus, Philautiam maximè cauere debet.2.17.13.
Dialecticus, Philautiæ vitio laborans, veritatem non amat.2.17.14.
Dialecticus, veritatem magis attendere debet, quàm dicentis authoritatem. 2.17.15.
Difficillimùm, pro impoſſibili quandoque vſurpatur.1.8.4.
Dignitates ſupremæ, gradatim ſunt obtinendæ.3.2.3.
Dignus præcedere debet minus dignum. 2. 14.3.
Diodori Rhetoris, Metellus illi impegit inconſtantiam, Corui figura.1.10.9.
Diſcete ſemper valdè bonum eſt.1.1.5.
Diſciplina Scientiarum, & Artium,rebus bellicis maximè iuuat.1.5.6.
Diſciplina, pharmacum eſt ignorantiæ prauæ diſpoſitionis.1.10.1.
Diſciplina eſt pars potentialis iuſtitiæ ſub humanitate comprehenſa.1.10.2.
Diſciplina, quæ eſt pars iuſtitiæ, quænam ſit. ibidem.
Diſciplina, eſt amicitiæ coniuncta. 1.13.12.
Diſpenſatoris officium eſt ſua non facere, quæ Domini ſui ſunt.2.4.2.
Diſputare de fide, quando laicis liceat, vel non liceat.2.5.14.
Diſputare de fide, quando Clericis liceat, vel non liceat. 2.5.15.
Diſputare cum hæreticis quando licear, vel non licear.2.5.16.
Diſputatio Catholici cum ethico de doctrina D-Pauli narratur.1.10.13.
Divina,myſticis eloquijs regenda ſunt.2.2.1.
Diuinatio, non ſemper in deterius accipitur. 1.3.9.
Diuinatio quid ſit.4.3.12.
Docendi ex officio, quatuor ſunt conditiones.1.17.9.
Docere eſt ſcientiam dare.1.1.3.
Docere quæ neſcimus; furioſi, & inſani eſt. 1.8.6.
Docere peruersè, decipere eſt.1.10.5.
Docere, eſt oſtendere notitiam veritatis.1. 17.1.
Docere ex beneficio, quibus competat; & qui hoc pacto docuerunt.1.17.5.
Docere ex officio, quibus competat.1.17.6.
Docere promittens Deo obligatur.ibidem.
Doctor tenetur perfectè ſcire ea, quæ alios docet.1.1.4.
Doctor dicitur à docendo.1.2.1.
Doctor iuridicè ille eſt,qui inſignia Doctoratus recepit, licet actu non doceat.1.2.3.
Doctor nullus tenetur habere eminentem ſcientiam.1.8.3.
Doctor, vt tali nomine gaudeat, ſufficientem tenetur habere ſcienriam.1.8.5.
Doctor ille propriè dicitur, qui mediocrem habet ſcientiam.1.8.7.
Doctor tenerur ſcire prima principia vſque ad vltimas concluſiones illius ſcientiæ, quam profitetur.1.9.1.
Doctor ea tantùm tenetur ſcire, quæ ratione ſui officij debet ſcire.1.9.5.
Doctor vnius facultatis non debet confundere quæ docet, cum alia facultate. 1.9.6.
Doctor in eruditionibus Apes imitari tenetur.1.9.7.
Doctor propriam relinquens artem, vt alienam aſſumat, turpiter errat.1 9.10.
Doctor vagabundus, & malè fundatus dicitur,qui in ſua nō perſiſtit ſententia.1.10.9.
Doctor Catholicus Chriſti Euangelio debet ſua concordare ſtudia.1.10.12.
Doctor propter clamorem ſcholarium non debet à legendo ceſſare.1.17.7.
Doctor tenetur, ſi diſcipuli ex ſuo defectu non proficiunt, ad reſtitutionem. ibidem.
Doctor quidam hypocrita ſordidus deſcribitur, & irridetur.2.1.13.
Doctor, quando militem præcedere, vel non præcedere deber. 3.2.8.
Doctor inuitus ad teſtificandum, & ex propria domo exeundum non poteſt compelli.3.2.16.
Doctor à Iudicibus valdè honorari debet. ibidem.

Do-

Digitized by Google

Doctor quando debeat, vel non debeat carcerari, torqueri, puniri &c. 3.2.17.
Doctoratui militia cedere tenetur. 3.2.9.
Doctoratum quarè aliqui ſenſerint non eſſe dignitatem. 3.2.1.
Doctoratus nomen quarè hic accipitur in abſtracto. 1.in Proœm.
Doctoratus vt exercerent munus multi varios ſuſceperunt labores. 1.1.5.
Doctoratus munus exercens docere debet indoctos. ibidem.
Doctoratus laurea quo anno recipi poſſit. 1.17.14.
Doctoratus eſt propriè dignitas. 3.2.2.
Doctorelli inter Eccleſiæ perſequutores numerantur. 3.1.9.
Doctorelli priuandi ſunt bona fama, & priuilegijs. ibidem.
Doctorelli qui. 1.1.12.
Doctorellorum ridiculæ quædam enarrantur ineptiæ. 3.1.8.
Doctorellorum inhabilitati fauentes grauiter peccant, & quando teneantur ad damni reſtitutionem. 3.1.9.
Doctores bullati, & codicillares qui. 1.1.11.
Doctores bullati, & codicillares Synodis, & Decretis Pontificum cenſurantur. ibidem.
Doctores bullati, & codicillares dicterijs afficiuntur varijs. 1.1.12.
Doctores bullati quando gaudeant, & quando non Doctoris nomine. 1.2.12.
Doctores bullati aliquando dignius, quàm alij gaudent Doctoris nomine. ibidem.
Doctores Memphitici, Vates, Hierophantæ, Prophetæ, & Sacerdotes dicebantur. 1.3.7.
Doctores Perſarum dicebantur Magi. 1.3.8.
Doctores Æthiopum Balſamati, & Tegnati dicebantur. ibidem.
Doctores in doctrinalibus, & indifferentibus actibus Militibus præferuntur. 1.4.13.
Doctores ad docendum abſque præuio examine admitti non debent. 1.7.6.
Doctores vagi, & omniſcij reprehenduntur. 1.9.12.
Doctores catholici ſcientiarum veram inuenerunt viam. 1.11.3.
Doctores pluuiales Hyades ſunt. 1.11.6.
Doctores, & Magiſtri quidam enarrantur, qui malo exemplo Diſcipulos vitioſos fecerunt. 1.13.3.
Doctores quidam enarrantur, qui magnam in docendo humilitatem ſeruarunt. 1.13.9.
Doctores libros bonos, determinatos, neceſſarios, & probatos habere debent. 1.14.5.
Doctores omnes verborum ſignificationes tenentur ſcire. 1.16.6.
Doctores, qui aſſiduè docere curabant. 1.17.8.
Doctores, qui non ſunt catholici, à cathedra debent prohiberi. 1.17.10.
Doctores illegitimè nati à cathedra debent prohiberi. 1.17.11.
Doctores laborantes infamia prohibentur à cathedra. 1.17.12.
Doctores infames ab omni honore arcendi ſunt. ibidem.
Doctores excommunicati vitandi à cathedra prohibentur. 1.17.13.
Doctores nimis impuberes ægrè ad docendum permitti debent. 1.17.14.
Doctores Sacrarum Scripturarum Interpretes vitæ poſſidere debent bonitatem. 2.1.4.
Doctores negligentes priuilegijs non gaudent. 2.20.6.
Doctores monentur officio ſuo diligenter fungi. ibidem.
Doctores maximè ſunt præmiandi. 3.in Proœm.
Doctores induſtrij priuilegijs gaudere debent, ſegnes verò nequaquam. 3.1.2.
Doctores illi arcendi ſunt à priuilegijs, qui falsò nomen, & inſignia Doctoratus ſibi vſurpant. 3.1.3.
Doctores prædicti deſcribuntur. ibidem.
Doctores prædicti quanquam longi temporis præſcriptione, in vſurpatione nominis adiuti, Doctoris tamen nomine, priuilegijſque adhuc minimè gaudere debent. 3.1.4.
Doctores bullati deſcribuntur, ſimulque inculcantur. 3.1.5.
Doctores bullati priuilegijs non gaudent. ibidem, & num. 6.
Doctores abſque examine, vel fictè promoti deſcribuntur. 3.1.7.
Doctores prædicti non gaudent priuilegijs; quinimò eorum cauſa plerique probati Doctores etiam non gaudent. ibidem.
Doctores inhabiles poſſunt iterum examinari, & per declaratiuam ſententiam doctoratu, ac priuilegijs expoliari. 3.1.11.
Doctores in patria cæleſti quam laureolam poſſidebunt. 3.3.21.
Doctores quidam gloriantur in libris, & Bibliothecis. 3.1.16.
Doctores, procuratores appellati, qui gaudeant, vel non gaudeant priuilegijs. 3.1.17.
Doctores ſapientes, honeſti, ac nobiles maximè fouendi ſunt. 3.1.18.
Doctores etiam actu non legentes, habent dignitatem. 3.2.2.
Doctores, & Clerici, illius Ciuitatis ſunt ciues, vbi habitant. 3.2.4.
Doctores quando ex Vrbibus eiecti ſint. 3.2.4.
Doctores quando alienam domum, etiam inuito eius domino, conducere, vel emere poſſint. 3.2.5.
Doctores quando expellere valeant à vicinatu, ſtrepentes, ac vociferantes. 3.2.6.
Doctores gaudere debent militum priuilegijs. 3.2.8.
Doctores inſignes, nobiles fiunt, ac nobilium habent priuilegia. 3.2.10.
Doctores, arma nobilium, & galeas, quando poſſint, vel non poſſint aſſumere 3.2.11.

Doctores prohibentur ab officijs mechanicorum. ibidem.
Doctores eximuntur à tributis plebeijs impoſitis. 3.2.12.
Doctores Principibus ſunt familiares, & conſiliarij. ibidem.
Doctores rheda,& vehiculo vti poſſunt. ibid.
Doctores, ad dignitates, tam ſeculares, quàm eccleſiaſticas, ſunt alijs præferendi. 3.2.13.
Doctores in ſedendo, loquendo, eligendo, teſtimonium ferendo, cæteris alijs ſunt præferendi. 3.2.14.
Doctores poſſunt ſecum deferre arma, non teneri captura Biruariorum, ſaltem in ciuilibus,& ſuas vxores, dominas vocare. 3.2.15.
Doctores,qui, quando, & quomodo, vltimo ſupplicio ſint plectendi. 3.2.18.
Doctores circa munera perſonalia, & liberos quibus gaudeant priuilegijs. 3.2.19.
Doctores,qui illuſtres, & Comites ſint dicendi, eorumque Vxores, & Liberi. 3.2.20.
Doctores, quibus veſtibus, & inſignibus à cæteris diſcriminabantur. 3.3.2.
Doctores græci philoſophico vtebantur pallio. ibidem.
Doctores ægyptij, quomodo diſcriminabantur à cæteris. 3.3.4.
Doctores, quomodo Perſæ à cæteris diſcriminabant. 3.3.5.
Doctores, quomodo apud Samios à cæteris diſcriminabantur. 3.3.6.
Doctores,quibus notis Sinenſes, à cæteris diſcriminabant. 3.3.7.
Doctores, quomodo Indi à cæteris diſcriminabant. 3.3.8.
Doctores ſuos quomodo veſtiebant Iudæi. 3.3.9.
Doctores Belgæ, & Galli, quomodo à cæteris diſtinguebantur. 3.3.10.
Doctores Etruſci, quibus ſignis diſtinguebantur. 3.3.12.
Doctores noſtrates priores, quomodo induebantur. 3.3.13.
Doctores, quare pellibus mollibus induebantur. 3.3.15.
Doctores poſteriores noſtrates, & recentiores quibus veſtibus diſcriminentur à cæteris. 3.3.16.
Doctores, vt plurimum ſuperbia, & vanagloria peccare ſolent. 4.1.3.
Doctores, qui negant ſciencias acquiſitas adhuc eſſe donum Dei; in primam incidunt vanagloriæ ſpeciem. 4.1.4.
Doctores, qui negant ſcientiam eſſe donum Dei, ſed debitum, incidunt in alteram ſuperbiæ ſpeciem, ac Pelagij iterum ſuſcitant hæreſim. 4.1.8.
Doctores præfati, quo vitio oculorum metaphorice laborent. 4.1.10.
Doctores præfati; quibus rebus aſſimilentur. ibidem.
Doctores, ſupernæ gratiæ dona negantes, qua lege plectendi ſint. 4.1.10.
Doctores iactantes eam poſſidere ſe ſcientiam, quam non habent, in tertiam incidunt ſuperbiæ ſpeciem. 4.11.11.
Doctores prædicti, vacuis aſſimilantur vaſis. ibidem.
Doctores ſe iactantes, mendacij vitio laborant. 4.1.11.
Doctores, qui ſe iactando, cæteros deſpiciunt, in quartã incidunt ſuperbiæ ſpeciẽ. 4.1.13.
Doctores præfati, Geographis comparantur. ibidem.
Doctores, doctiores fiunt aſſiduo literarum ſtudio. 1.14.2.
Doctoribus inhibetur adulterinam tradere doctrinam. 1.10.12.
Doctoribus grandia præmia ſtatuerunt Imperatorum leges. 1.19.5.
Doctoribus ſtipendia, & mercedes, abſque auaritiæ, & vilitatis labe ſunt tribuenda. 1.19.10. & 11.
Doctoribus, ne ſtipendia & honores denegentur Principes magnoperè curare debent. 1.19.12.
Doctoribus illis debetur præcedentia, qui nobiliorem ſectantur doctrinam. 1.20.4.
Doctoribus non omnibus concedenda ſunt priuilegia. 3.1.1.
Doctoribus, vt in docendo caueant vanamgloriam ſatis eſt habere mediocrem doctrinam. 4.1.3.
Doctoribus, ac Literatis detrahere detractoribus valdè periculoſum eſt. 4.1.13.
Doctoribus iniuria facta grauiter punitur. 3.2.16.
Doctoris Ethymologia. 1.1.3.
Doctoris nomen illi conuenit, qui ſciens eſt in actu. 1.1.2.
Doctoris nomen à Doceo deriuatur. ibidem.
Doctoris nomen temerè ſibi aſſumentes Synodo Cæſaraug uſtana cenſurantur. 1.1.10.
Doctoris, & Magiſtri nomina inter ſe confeuntur. 1.2.1.
Doctoris,& Magiſtri nomina in fauorabilibus tantùm propriè confunduntur, non autem in pœnalibus. 1.2.4.
Doctoris nomen ſtrictè & latè ſumptum quid. 1.2.11.
Doctoris nomine qui maximè inſigniri merentur. ibidem.
Doctoris nomine, Artium liberalium Profeſſores, ſaltem in fauorabilibus gaudere ſolent. 1.2.13.
Doctoris nomine, in aliqua facultate Licentiati, in fauorabilibus gaudere ſolent.
Doctoris, ac Magiſtri nominibus minimè vocandos eſſe Regulares à quibuſdam latè oſtenditur. 1.18.2.
Doctoris grauitas in inceſſu, & veſtitu breuiter deſcribitur. 3.1.15.

Docto-

Doctoris domus eſt velut Oraculum Ciuitatis. 3. 2. 5.
Doctoris degradatio quando, & quomodo facienda. 3.2.17.& 18.
Doctorum profunditas celebres Cathedras reddit. 1.7.2.
Doctorum magis, quàm Diſcipulorum debet eſſe peritia. 1.8.6.
Doctorum Antiquorum ſimplicitas, & grauitas. 1.10.12.
Doctorum Recentiorum leuitas. ibidem.
Doctorum diuerſæ facultatis præcedentia. 1. 20. 12.
Doctorum eiuſdem facultatis præcedentia. 1. 20. 13.
Doctorum præcedentia in honoribus,dignitatibus &c. quomodo habenda. 1.20.14.
Doctorum falsò ſibi nomen, & inſignia Doctoratus vſurpantium pœna aſſignatur. 3.1.3.
Doctorum priuilegia iuxtà locorum conſuetudinem attendenda ſunt. 3.2.21.
Doctorum Pileus diuerſi coloris apud diuerſas nationes. 3.3.17.
Doctorum Pileus quid ſignificet. 3.3.18.
Doctorum Pilei forma varia apud diuerſos. 3.3.19.
Doctorum anulus quid ſignificet. 3.3.20.
Doctorum opinio negans ſcientiam eſſe donum Dei, tanquam hæretica reijcitur. 4.1.9.
Doctrina omnis, & diſciplina, ex præexiſtenti fit cognitione. 1.1.4.
Doctrina eminens excedit mediocrem, & hæc ſufficientem. 1.8.8.
Doctrina, pharmacum eſt ignorantiæ. 1.10.11.
Doctrina, quæ ſanat ignorantiam puræ negationis, Poſitio ſolet appellari. 1.10.3.
Doctrina, vt in diſcipulo eſt, diſciplina dicitur. ibidem.
Doctrina, ſiue diſciplina, quæ eſt pars potentialis iuſtitiæ,eſt virtus moralis præceptoris. ibidem.
Doctrina, firma, & inconcuſſa debet eſſe. 1.10.8.
Doctrina ſana quænam ſit. 1.10.10.
Doctrina in ſe vniformis,& æqualis debet eſſe. 1.10.14.
Doctrina, quarè comparetur pluuiæ. 1.11.16.
Doctrina veritatis,vſque in finem mundi, magis, ac magis dilucidabitur. ibidem.
Doctrina optima fiet, ſi per nouam antiqua exerceatur, vel per antiquam noua roboretur. 1.11.10.
Doctrina, cotis habet officium. 1.17.4.
Doctrina tantùm illius eſt, qui dat homini iudicium. 4.1.7.
Doctrinæ, duo ſunt genera ſumma, Ars, ſcilicet,& Diſciplina. 1.10.11.
Doctrinæ hieroglyphicum, quale ſit. 1.10.8.
Doctrinæ certitudo innititur certitudini primorum principiorum. 1.10.8.
Doctrinam corrumpere infame eſt. 1.10.3.
Doctrinam nouam inferentes, euitandi, ac puniendi ſunt. 1.11.9.
Doctrinarum ſeries, & ordo. 1.20.5.
Dogmata de fide, quatuor modis eſſe probantur. 4.2.8.
Dogmatici quinam dicantur. 4.12.2.
Dolus malus, quid. 4.13.10.
Dona, cum eo, cui tribuuntur proportionem habere debent. 1.6.4.
Donum illud maius,& nobilius cenſendum eſt, quod à digniori confertur. 1.2.12.
Druidæ qui fuerint vocati. 1.3.14.
Dubijs in rebus, tutior pars eſt eligenda. 2.6.13.
Dubijs in rebus quod eligenda ſit tutior pars, non eſt per modum conſilij, ſed præcepti. ibidem.
Dubijs in rebus quando non conſtat de ſecuritate; recurrendum eſt ad regulas iuris. 2.6.14.
Dubijs in rebus, regulæ quænam ſint. ibidem.

E

Ecclesia militans, Ciuitati Ieruſalem in forma caſtrorum diſpoſitæ comparatur. 3.8.1.
Eccleſia in vnitate charitatis fundatur. 3.8.2.
Eccleſia Catholica, Paradiſo terreſtri, & florido lectulo aſſimilatur Salomonis. 3.19.1.
Eccleſia Catholica, quo gladio defendatur. 3.19.2.
Eccleſiæ vnitatem, quomodo diſſoluere conetur Diabolus. 3.8.3.
Echo quid ſit. 4.1.6.
Echi fabella explicatur, eiuſque affabulatio traditur. ibidem.
Effectus, notio quædam dicitur ſuæ cauſæ. 2.13.13.
Electio duplex eſt, propria ſcilicet, & impropria, & quænam vtraque ſit. 1.7.5.
Electio eſt eorum, quæ ſunt ad finem. 2.6.3.
Electione propria,ſemper meliores ſunt eligendi. 1.7.7.
Eligendo peiores peccatur, & ad damnum tenetur. ibidem, & num.8.
Eligentes tenentur ſe informare de eligendo. 1.7.8.
Eloquentia, & oratio, mirabiles præſtant effectus 4.5.2.
Eloquutio, quid ſit. 2.17.11.
Emblema, quid ſit. 2.2.6.
Enoch, edidit librum de rebus naturalibus, & Angelorum natura. 1.3.6.
Enigma, quid ſit. 2.2.9.
Epicurus, Deum impotentem, & inhabilem excogitauit. 1.8.10.
Epiphanius Sophiſta, quam academiam illuſtrauerit. 1.7.2.
Epiſtolæ, ad quid inuentæ ſint. 4.3.1.
Epiſtolæ hortatoriæ, quæ ſint. 4.3.2.

Epiſto-

Digitized by Google

Epiſtolarum hortatoriarum, loci communes qui. ibidem.
Epiſtolas genus ſcribendi, ſcythala, quid ſit. 4.3.5.
Ericus, ex epulo colubrino, omnia didicit. 1.8.6.
Errans, in errorem, etiam alios ducere conatur. 1.12.2.
Error paruus in principio, fit longè maior in progreſſu. 1.10.10.
Errores antiquorum in ſtatuendis ſuis dogmatibus recitantur. 1.11.2.
Eruditio nimia, lectionem confundit. 1.9.7.
Eruditione, quomodo vtendum. 1.9.7.
Etrurij, poſt mortem Noe, literis maximè floruerunt. 1.3.9.
Exemplar duplex, æternum ſcilicet, & factum. 1.17.2.
Exemplar æternum, ſolus Deus eſt. 1.17.3.
Exitus acta probat. 2 5.10.
Experientia periculoſa eſt, niſi tractetur cautè. 4.11.3.
Experientia, cum iudicio debet eſſe permixta. 4.11.4.
Experientijs quamplurimis, tota conflatur ars. ibidem.
Experimenta ſingula, multis alijs experimentis conficiuntur. ibidem.
Extitiſſe ſemper ea probantur, quæ ad primam vſque originem, nunquam mutata reperiuntur. 1.3.2.

F

Fabula Promethei, moraliter explicatur. 1.14.1.
Falcem nefas eſt, in alienam mittere meſſem. 1.9.9.
Fallacia, vndè oriatur, & quotuplex ſit. 2.17.11.
Falſitas, falſitatem trahit. 2.19.10.
Falſitas vna, veritatem omnem infamat ad fidem. 2.19.11.
Falſitas nulla, quarè in ſacris dogmatibus eſſe poſſit. ibidem.
Falſitatem, falſitate probauit Ioſephus hiſtoricus hebræus. 2.19.10.
Fames quid ſit. 4.14.10.
Felinus Sandeus Ferrarienſis, Piſis docet. 1.6.11.
Ferdinandus primus, Magnus Etruriæ Dux, Collegium in ædibus Bartoli fundat. 1.6.16.
Ferdinandus Magnus Dux Etruriæ tertius ad profectum Botanices, Piſis viridarium fundat. 1.6.17.
Fidei forma eſt charitas. 2.8.14.
Fidei infuſæ expenditur fructus. 2.8.15.
Fides innititur diuinæ authoritati. 2.8.14.
Finem ad ſuum cætera referre eſt bene vti. 2.:4.4.
Finis corrigit totam legem. 1.16.6.
Finis eſt id propter quod amantur cętera. 2.4.6.
Finis ſecundum exigentiam, debent cætera moderari. 2.6.3.
Finis bonitas redundat in media. 2.12.5.
Fortitudini maximè repugnat ignauia. 4.17.11.
Fortitudo, quid. 1.5.8.
Fortitudo, à Sapientia ſeiuncta, quædam temeritas eſt. ibidem.
Franciſcus Galliarum Rex, epigrammate quodam valdè delectatus. 1.1.8.
Franciſcus Tigrinus Piſanus, ibidem iura docuit. 1.6.9.
Franciſcus Tigrinus, omnia ſingularia in iure memoriter tenuit. ibidem.
Franciſcus Tigrinus, Baldum erudijt. ibidem.
Franciſcus Ramponus, Piſis docuit. 1.6.10.
Franciſcus Accoltus Piſis docuit. ibidem.
Franciſcus Robortellus, Piſis docuit. 1.6.13.
Franciſcus Bonamicus, Piſis docuit. ibidem.
Franciſcus, & Ferdinandus Medices, atque alij Magni Etruriæ Duces, ad Piſanum Lyceum doctiſſimos viros conducunt, & alliciunt. 1.6.14.
Franciſcus Maria Ceſſinius, D. Stephani Eques Bibliothecam inſignem Piſis fundat. 1.6.17.
Fridericus Lotharingiæ Ducis filius Theologus ſcholaſticus, Summus Pontifex creatus fuit. 3.8.17.
Frumentum illius eſſe debet, cuius ſunt ſpicæ. 4.1.7.
Fruſtrà id ſectatur, cuius euentus nihil operatur. 4.9.1.
Fuluij nobilioris ſtratagemmate, victoria contrà Samnites parta eſt. 1.5.8.
Futurorum præſcientiam, hominibus à natura non eſſe negatam, vnde aliqui conſtanter probent. 4.16.1.
Futurorum naturaliter præſcitorum præfata ſententia, reiicitur vt vana. ibidem.
Futurorum naturalem præſcientiam eſſe impoſſibilem, pluribus rationibus catholicis non modò, verùm & ethnicis fusè oſtenditur.

G

Gabriel Faloppia, Piſis docet. 1.6.13.
Galileus Galilei Piſis docet. 1.6.14.
Gallus Martyr, quam academiam illuſtrauerit. 1.7.2.
Generi per ſpeciem regulariter derogari poteſt. 4.1.2.
Geometria conſiderat dimenſiuas figuras, earumque paſſiones. 4.13.1.
Geometriæ obiectum. 2.14.1.
Geometriæ nonnulla oſtenduntur admiratione digna. 3.15.4.
Geometriæ finis, & remotus, qui. 4.13.2.
Geometras aduerſum, publicæ menſuræ in Capitolio ponebantur. 4.13.12.
Geometras aduerſus, iura, & pœnæ narrantur. 4.13.13.

Geometrûm in menſurando vitia. 4. 13. 10. & 12.
Germanes ſapientes, qui. 1.3.11.
Germanes duplicis generis fuerunt. ibidem.
Germania vnde dicta. 1.3.13.
Gherardus Baldius, Piſis docet. 1.6.14.
Gnoſtici, Deum, aſinina forma præditum eſſe putabant. 1.8.10.
Grammatica, etiam dicitur Critica. 1.16.3.
Grammatica perfecta, omnes artes complectitur. 1.16.4.
Grammatica multa vnit in ſe, quæ ex ſui natura ſunt diſperſa. 2.20 1.
Grammatica, quid ſit. ibidem.
Grammatica eſt baſis omnium diſciplinarum. 2.20.2.
Grammatica, à Romanis maximè exculta fuit. 2.20.3.& 3.22.2.& 3.
Grammatica, quarè triuialis facultas dicatur. 2.2.3.
Grammatica, quæ non nobilitat ſuos ſectatores, quænam ſit. 2.20.4.
Grammaticæ tres aſſignantur partes. 1.16.4.
Grammaticæ, ſeu Humanitatis perpulchra deſcriptio 3.22.2.
Grammatici, dicuntur nobiles, & ingenui.
Grammatici, præcepta pro Criticis aſſignata, ſeruare tenentur. 2.20 6.
Grammatici, qui ab honoribus excludendi ſint, & quarè. 3.22.1.
Grammatici nomen, valdè reputatum fuit. 3. 22.4.
Grammatici, quales honores ſint conſequuti. 3.22. à num. 5. vſque ad 12.
Grammatici cuiuſdam ridicula, & ſtulta ſententia. 4.2.15.
Grammaticis Criticis, tribus modis errare contingit. 4.20.6.
Grammatici Critici, quomodo errent ignoratione antiquitatis, nonnullis oſtenditur exemplis. 4.20.7.
Grammatici Critici, quomodo errent ignoratione loquutionum veterum, varijs oſtenditur exemplis. 4.20. 10.
Grammatici Critici, qui grauiter errarunt criticando ſacros codices. 4.20.11.& 12.
Grammatiſtæ, & literones quinam dicantur. 2.20.4.
Grammatiſtæ docentium tamen gaudent priuilegio. 2.20.5.
Grammatiſtæ, extrà vniuerſitates ſunt. 2.20.6.
Grates, quarè manibus pingantur implexis. 3. 10.6.
Gratia gratis data excludit merita. 4.1.9.
Gratia patriæ, & gratia viæ, in quo differant. ibidem.
Gratitudinem, qui exercuerunt. 3.10.2.
Gratitudinem exercentium, quorundam brutorum afferuntur exempla. 3.10.4.
Gratitudo ſummè commendatur. 3.10.1.
Gratitudo, quoddam genus fænoris eſt. 3.10.3.
Gratitudo, non in ſola verborum expreſſione conſiſtere debet. 3.10.6.
Gratitudo, quarè inter ſpecies potentiales reponatur iuſtitiæ. 3.10.7.
Gregorio Magno, vt interpreti ſacrarum ſcripturarum, exhibiti narrantur honores. 3. 4.16.
Gregorius Nazianzenus, quam academiam illuſtrauerit. 1.7.2.
Griphus quid ſit. 2.2.9.
Gulæ vitium, alia innumera vitia producit. 4. 14. 2.
Gymnaſium Bononienſe quando inceperit. 1. 3. 15.
Gymnaſium Cyreneuſe in Aphrica famoſiſſimum, eiuſque profeſſores. 1.3.17.
Gymnaſia Græciæ recenſentur. 1.3.12.
Gymnaſium Memphiticum, quale. 1.3.7.
Gymnaſium Pariſienſe, quando inceperit. 1. 3. 15.
Gymnaſium Piſanum priuilegiatur à Clemente VI. 1.6.9.
Gymnaſtica corporis curat deformitatem. 1. 10.11.
Gymnoſophiſtæ, qui fuerint. 1.3.11.

H

HÆretici, quomodo ſibi vſurpent teſtimonia ſacra. 3.8.15.
Hæretici, quare ferè omnes in politioribus literis verſati, Satyrici, & dicaces ſint. 4.10.4. & 10.
Hæreticis, ſacra teſtimonia non proſunt, ſed ipſis potius eorum proteruia conuincitur. 3.8.16.
Harmonia omnium optima eſt animi temperantia. 2.15.11.
Haruſpices, qui. 1.3.9.
Hebræi, librum canticorum, non permittebant legi, niſi in ætate ſacerdotali. 4.5.14.
Hebræorum natio, omnium ſcientiarum antiquiſſima parens. 1. 3.1.
Heliodorus quidam, ineptus cæſareis epiſtolis præpoſitus, iugiter irridetur. 7.1.12.
Henricus Cardinalis Hoſtienſis, quando floruerit. 1.6.6.
Henricus ſeptimus Imperator ab Odone de Scala Archiepiſcopo Piſis ſepelitur. ibidem.
Henricus à Caſtronouo Scripiæ, Piſis docet. 1.6. 14.
Herba chriſopole apta ad dignoſcendum verum aurum. 1.11.10.
Hercules Muſagetes, qui: & quare ſic dictus. 1.5. 9.
Hieruglyphicum, quid ſit. 2.2.10.
S. Hieronymi ſacrarum ſcripturarum interpretis, enarrantur honores. 3.4.13.
S. Hieronymus, multa adijt loca diſcendi cauſa. 1.1.5.
Hieronymus Mercurialis Piſis docet. 1.6.14.

Hi-

Digitized by Google

Hiſpaniam, qui primo literis, & gymnaſijs illuſtrauerit. 1.4.15.
Hiſtoria, quid ſit.2.19.1.
Hiſtoria quomodo inter artes liberales ſit ponenda.2.19.1.
Hiſtoria, cum ipſa Theologia communicat. ibidem.
Hiſtoria cum Philoſophia morali eundem finem habet. 2.19.2.
Hiſtoria, eſt exemplis compoſita Philoſophia. ibidem, & 4.19.7.
Hiſtoria præferenda eſt Philoſophiæ. 2.19.2.
Hiſtoria, cum Oratoria, maximam habet connexionem.2.19.3.
Hiſtoria carens ſemper puer eſt.ibidem.
Hiſtoria quomodo differat,& conueniat cum Poeſi.2.19.4.
Hiſtoria, quare regulæ comparetur.2.19.6.
Hiſtoria, pictura, & rerum imago dici ſolet. 3.21.4.
Hiſtoria plurimum commendatur.3.21.5.
Hiſtoria à ſummis viris exculta fuit.ibidem.
Hiſtoria peccando contra prudentiam incidit in vitium præcipitationis, ſeu temeritatis. 4.19.10.
Hiſtoria peccando contra prudentiam quomodo incidat in vitiũ inconſiderationis.4.19.11.
Hiſtoriæ tota ratio maxime in chronologia fundari debet. 2.9.9.
Hiſtoriæ, ac Philoſophiæ differentia.4.19.7.
Hiſtoriam ſcribere, tam facilè putatur, vt omnes etiã de triuio id facere præſumãt.4.19.8.
Hiſtoriam ſcribere difficillimum eſt. 4..9.9.
Hiſtoriam in ſcribendo multi non prudentiam docent, ſed imprudentiam.ibidem.
Hiſtorici maximè curant veritatem. 2.19.4.
Hiſtorici quamplurimi labefactarunt veritatem.2.19.5.
Hiſtorici Græci valdè mendaces ſunt.ibidem.
Hiſtorici plerumque dicunt: Fides ſit apud authores.2.19.10.
Hiſtorici aliquandò peccant, dum nobiliora tacent.2.19.12.
Hiſtorici enarrantur,qui præfato modo peccauerunt.ibidem.
Hiſtorici peccant, dùm præclaris facinoribus debitam laudem negant. 2.19.13.
Hiſtorici, quando turpia dicere, aut tacere debent.2.19.14.
Hiſtorici, quando turpia enarrare teneantur, 2.19.15.
Hiſtorici ab adulatione cauere debent.2.19.16.
Hiſtorici quidam adulatores recenſentur.ibid.
Hiſtorici non debent ad ſcribendum auaritia induci.2.19.17.
Hiſtorici, à detractione cauere debent.2.19.18.
Hiſtorici,amore,& odio carere debent.ibidem.
Hiſtorici, aſſimilantur pictoribus 3.21.4.
Hiſtorici recenſentur, qui amplos honores conſequuti ſunt.1.21. à num.7. vſque ad 11.
Hiſtoricis multa dantur præcepta, quæ tamen reducuntur ad pauca. 2.19.9.
Hiſtoricis plurimum homines debent. 3.21.6.
Hiſtoricorum Latinorum circa veritatem plurimi enarrantur errores.2.19.6.
Homo nullus reperitur qui omnia ſciat.1.12.5.
Homo, qomodo doctor, & magiſter dicatur. 1.17.4.
Homo, quarè ad ſocietatem, maximè ſit natus.4.10.1.& 2.
Honeſtatem Socrates prætulit vtilitati. 2.19.9.
Honeſtatis in ſuadendo quanta ſit vis, exemplis oſtenditur. 2.18.15.& 16.
Honeſtum, vix ſine vtili reperiri poteſt.2.18.9.
Honores, inglorij iacent ſine diuitijs.1.19.8.
Honores quilibet primos inter cæteros præſumit habere.1.20.3.
Hubdalas Syriæ Tyrannus, Chriſtianis literas interdicit.1.5.10.
Humanitas comprehenditur ſub amicitia. 1. 10.2.
Humilitas dum in regendo nimium ſeruatur; authoritas valdè frangitur.1.13.9.
Hydropiſis, quid ſit.4.4.4.
Hyoboli, qui fuerint.1.3.11.
Hypocriſis eſt animarum hydropiſis.4.4.4.
Hypocriſis maxime religioſos vexat.4.4.9.
Hypocriſis vitio omnino carere, paucorum, aut nullorum eſt.4.4.13.
Hypocriſis vitium, ferè incorrigibile eſt. ibid.
Hypocriſis vitium, ſæuiſſimè à Deo increpatur.4.4.13.
Hypocriſis vitium, cætera alia continet.ibid.
Hypocriſis vitium, eſt Sodomorum iniquitate peius.4.4.14.
Hypocriſis vitium, quando ſemper ſit lethale. ibidem.
Hypocritæ, ſua falſa, & hæretica doctrina, à Dei diuertunt acquiſitione.4.4.7.
Hypocritæ, vt ſuam ſtatuant doctrinam ſacras literas extorquent.4.4.8.
Hypocritæ, abutendo virtutibus viam inficiunt illuminatiuam.4.4.9.
Hypocritæ cuiuſdam,infælix enarratur obitus. 4.4.12.
Hypocritarũ apparentia deſcribitur.4.4.2.& 3.
Hypocritarum ambitio.4.4.4.
Hypocritarum doctrina qualis ſit.4.4.7.
Hypocritarum vita, apparentijs, ac fictionibus plena.4.4.6.
Hypocritarum orationes,& eleemoſynæ.4.4.7.
Hypocritarum virtutes cardinales, quales ſint, & quomodo eas exerceant.4.4.10.& 11.

I

Iacobus Menochius, à Sereniſſimo Franciſco Magno Etruriæ Duce inuitatus, vt Piſis doceat.1.6.14.
Iacobus Tauantius, Piſis docet.ibidem.
Iacobus Tauantius multa ſcribit volumina. ibidem.

Iacobus Tauantius, famoſam Bibliothecam Piſis fundat. 1.6.17.
Iactantia in maius virtutem tranſcendit. 4. 1. 11.
Iactantia eſt ſpecies mendacij. ibidem.
Iactantia eſt vitium vilium, & indoctorum hominum. 4.1.12.
Iactantia quando mortale, & quando veniale vitium ſit. ibidem.
Iactantis pœnas qui exſoluerunt. 4.1.12.
Iactantium ridicula excuſatio. ibidem.
Iactatores, & magniloqui, cum mendacibus pœnas luent. 4.1.11.
Iaſon Maynus, Piſis docet. 1.6.11.
Iaſonis fabella moraliter explicatur. 4.8.4.
Idololatriæ inuentor fuit Belus, ſiue Memrod. rod. 1.3.7.
Ieroſolymis Scholæ Græcorum quando extiterunt. 1.3.12.
Ignorantia puræ negationis, & prauæ diſpoſitionis, quæ. 1.10.1.
Ignorantia ex inuincibili licet operari. 2. 6. 10.
Ignorantia mendacij, & falſitatis eſt mater. 2. 19.8.
Ignorantia vincibilis filia eſt negligentiæ. ibidem.
Ignorantia quotuplex. ibidem.
Ignorantia inuincibilis excuſat. ibidem.
Ignorantia originalis cauſa eſt omnium errorum. 4.7.1.
Ignorantia originalis medetur per ſynderesim. ibidem.
Imitari non malos, ſed bonos in qualibet arte debemus. 4.20.3.
Imitatio maximè commendatur. 4.20.1.
Imitatio, ad hoc vt rectè fiat, quid exigat. 4. 20.2.
Imitatione ad quaſcunque acquirendas facultates vtuntur homines. 1.12.4.
Imitatione, qui in artibus, & ſcientijs vſi ſunt, enarrantur. ibidem.
Imitationis vicè inuidiam oſtendimus. 4. 20. 4.
Imperatoris artes ſunt ratio, & conſilium. 1.5. 6. & 7.
Imperfectum ſemper præcedit perfectum. 1. 6. 2.
Impoſſibile nemo tenetur implere. 1.8.5.
Imprudentia negatiua quomodo peccatum ſit. 4.19.9.
Impuritas quid ſit. 4.15.4.
Incorruptibilitas naſcitur ex ſimplicitate. 1. 10.7.
Indoctus non facit doctum. 1.1.2.
Indorum quænam fuerint gymnaſia. 1. 3. 11.
Ingenia non ita alicui ſententiæ ſunt alliganda, vt aliquid noui nequeant excogitare. 1. 12.8.
Ingenij imbecillitatem multi excuſant dicendo: Ab Antiquis non eſſe diſcedendum. 1.11.5.
Ingenium humanum lucernæ, & faci comparatur. 1.14.1.
Ingratitudo hominum erga Deum exprobratur. 4.1.7.
Ingratitudo quale peccatum ſit, & cui opponatur virtuti. ibidem.
Iniquitas eſt duplex, æquitas ſimulata. 4.10.5.
Iniquitas quid ſit. 4.15.4.
Iniuſtitia illa præſertim dicitur animi vitium, quæ ſibi amplius vſurpat, quàm par eſt. 4. 13.3.
Iniuſtitia præfata multa mala gignit, vt exemplis oſtenditur. ibidem.
Iniuſtitia prædicta Arithmeticæ, & Geometricæ præſcriptione impeditur ibidem.
Intellectus fit omnia, quæ intelligit. 2.3.12.
Intellectus eſt oculus voluntatis, quæ cæca eſt. 2.6.11.
Intellectus noſter circa prima principia ſe habet, vt oculus Veſpertilionis. 2.8.9.
Intellectus noſter aliquo auxilio iuuandus eſt. 2.8.11.
Intellectus ſimplicium in aprehenſione ſemper eſt verus, in iudicio autem poteſt eſſe falſus. ibidem.
Intellectus ſanatur per fidem. 2.8.12.
Intellectus triplici modo res attingere poteſt. 2.8.13.
Intellectus non offuſcatur lumine fidei, ſed adiuuatur. ibidem.
Intellectus ſanatur per Diuinam illuſtrationem. 2.8.16.
Intelligentiæ ex defectu omnes conſurgunt errores. 4.5.3.
Interpretes primi Sacrarum Scripturarum erant idiotæ. 2.1.7.
Interpretes Sacri ad illuſtrandam fidem debent eſſe valde eruditi. 2.1.8.
Interpretes Sacri quas ſcientias naturales poſſidere debeant. 2.1.9.
Interpretes Sacri librorum canonicorum, linguarum, idiotiſmorumque notitiam plurimam habere debent. 2.1.10.
Interpretes Sacri non quemlibet ſenſum Scripturis aptare debent, ſed iuxta Conciliorum, & Patrum ſententiam. 2.1.11.
Interpretes Diuinorum ſemper in pretio fuerunt, vt varijs oſtenditur exemplis. 3.17.1, 2. & 3.
Interpretis officium. 2.1.2.
Interpretis Sacri diſpoſitio, vel eſt ad fundandam, vel ad intelligendam fidem. 2.1.6.
Inuariabilitas ex incorruptibilitate naſcitur. 1. 10.7.
Inuentis addere nemini prohibetur, dummodò ſanæ non repugnet doctrinæ. 1.11.7.
Inuidia ſequitur præclara facinora. 2.7.14.
Ioannes Faſeolus Piſis docet. 1.6.5.
Ioannes Faſeolus quandò vixerit. 1.6.6.

Ioan-

Digitized by Google

Ioannes Andreas Bononienſis Piſis docet. 1.6.9.
Ioannes Baptiſta Milliauacca Aſtenſis Piſis docet. 1.6.13.
Ioannes Baptiſta Milliauacca Tridentinæ Synodo interfuit. ibidem.
Ioannes Baptiſta Milliauacca in Academia Montis Regalis Sabaudiæ docet. ibidem.
Ioannes Baptiſta Milliauacca, Auguſtæ Taurinorum docet. ibidem.
Ioannes Baptiſta de Aſinis Piſis docet. 1.6.13.
Ioannes Franciſcus Vegius Piſis docet. ibidem.
Ioannes Boncompagnus Piſis docet. 1.6.13.
Ioannes Riccius Politianus Cardinalis Piſis Collegium fundat. 1.6.16.
Ioannes Antonius Marta Piſis docet. 1.6.14.
S. Ioannis Chryſoſtomi funebris enarratur pompa. 3.4.20.
Ioſaphat Rex Iudæ per ſingulas Iudæorum Synagogas doctos miſit viros. 1.5.2.
Italia commendatur. 1.3.9.
Iudæi vetas leges deſinentes in ſuis interpetrari Synagogis exterminati ſunt. 1.5.2.
Iudæus quarè non poſſit eſſe Doctor. 3.2.2.
Iudex malus, & peccator, quandò poſſit, vel non poſſit à iudicio impediri. 2.10.6.
Iudex non eſt iuſtitiæ Dominus, ſed Miniſter, ibidem.
Iudex debet cuncta timari. 2.10.8. & 9.
Iudex partium patientiam debet habere. 2.10.11.
Iudex ſemper iniquus eſt, qui inuidet, aut fauet. 2.10.14.
Iudex tàm peccat abſoluendo reum, quàm damnando innocentem. 2.10.15.
Iudex Miniſter Dei eſt, ibidem.
Iudex cum miſericordia ſemper exercere debet iuſtitiam, vt exemplo Veſpaſiani enarratur. 2.10.16.
Iudex dolens, & merens in Reos procedere debet. ibidem.
Iudex quando teneatur, vel non teneatur ad reſtitutionem. 2.11.12.
Iudices ad affinitatem non debent reſpicere, neque ad adulationem. 2.7.15.
Iudices quarè in portis reſidebant. 2.10.12.
Iudicia prout ſignificant actus iuſtitiæ, cur reperta ſint. 2.10.7.
Iudicia alia ciuilia, alia criminalia, & quæ ſint, ibidem.
Iudicibus in iudicando ſemper criminoſa eſt celeritas. 2.10.12.
Iudicijs tàm ciuilibus, quàm criminalibus componuntur, & terminantur cauſæ. 2.10.8.
Indicis officium quid ſit. 2.10.14.
Iudicis Sanctitas congrua eſt, ſed non eſt de neceſſitate iudicij. 2.10.6.
Indicium, ſeù actus iuſtitiæ valdè dilaceratur. 2.10.4.
Iudicium, ſiuè intellectum iudicantem quarè hominibus natura dederit. 4.9.2.
Iudicium humanum deſcribitur. 4.17.7.
Iudicium diuerſarum rerum, non vnicum, ſed multiplex debet eſſe. 2.6.5.
Iudicum peccata plurima enarrantur. 4.10.12.
Iudicum ſimulacra quarè ſine manibus formabantur. 2.5.15.
Iuliani cuiuſdam iactabundi Pictoris in ſimulachrum noctis deliramenta. 1.9.12.
Iulianus iuriſconſultus, etſi grandæuus diſcere tamen adhùc cupiebat. 1.1.3.
Iulianus Apoſtata Chriſtianis literas interdicit. 1.5.10.
Iulianus Martyr quam Academiam illuſtrauerit. 1.7.2.
Iulianus Imperator decreuit admittendos Doctores ad docendum abſque præuio examine. 1.7.6.
Iulius Cæſar Belingerus Piſis docuit. 1.6.14.
Iura callere parùm refert, ſi mores legibus non ſubijciantur. 2.9.12.
Iurare in verba Magiſtri magis expedit, quàm per diuerſas opiniones vagari. 1.12.6.
Iuris ſcientia magis in actione, quàm cognitione conſiſtit. 2.9.12.
Iuriſperiti Sacerdotes dicuntur. 2.11.9. & 10.
Iuriſtæ Magiſtri nomine gaudere poſſunt, licèt ob humilitatem ab eo abſtinere malint. 1.2.7.
Ius eſt ars boni, & æqui. 1.1.1.
Ius Doctoratus quid ſit. ibidem.
Ius, quod æquum eſt, vnicuique tribuit. 1.19.3.
Ius tàm Diuinum, quàm naturale prohibet cuique ſe exponere Diuinæ offenſæ. 2.6.13.
Ius aduersùs Diuinum nulla datur conſuetudo, aùt præſcriptio. ibidem.
Ius humanum imitatur Diuinum. 2.9.12.
Ius poſitiuum, quandò in Principum cauſis ſeruandum, vel non ſeruandum ſit. 2.10.10.
Iuſtificatio impij non eſt ex ſola fide. 4.4.5.
Iuſtificatio impij non eſt ſucceſſiua, ſed inſtantanea. 4.4.12.
Iuſtitia de Cælo, ceù virga delapſa dici poteſt. 2.10.3.
Iuſtitia eſt propria hominum. 2.10.4.
Iuſtitia non opinione, ſed natura coſtituta eſt. ibidem.
Iuſtitia dirigit beneficentiam, & ſocietatem. 4.10.3.
Iuſtitia duplex, & quæ. 4.10.11.
Iuſtitiæ commutatiuæ violatæ ſequuto damno, conſurgit obligatio ad reſtitututionem. 1.17.7.
Iuſtitiæ laus verbis, & exemplis exprimitur. 2.10.11.
Iuſtitiæ ob defectum calamitates enarrantur. 2.10.2.
Iuſtus Lypſius à Magno Ferdinando Etruriæ Duce inuitatus, vt Piſis doceret: ob malam valetudinem recuſauit, 1.6.14.
Iuuenes plerumque ſunt volubiles. 1.17.14.

Kaba-

K

Kabaliſtarum quot, & qui ſint ordines. 4.3.14.
Kabala recentiorum Iudæorum quotuplex ſit. 4.3.15.
Kabala quæ recta, & quæ vana ſit. ibidem.

L

LActantius Firmianus quam Academiam illuſtrauerit. 1.7.2.
Lælius Balleonus Piſis docet. 1.6.14.
Lancellottus Decij Mediolanenſis Piſis docet. 1.6.11.
Laus præmium virtutis eſt. 2.19.13.
Laus negata, aùt remiſſa inter ſpecies detractionis collocatur. ibidem.
Lectura per exercitium ſuſcipit incrementum. 1.14.2.
Leo X. artes liberales Romæ reſtituit. 1.2.9.
Legem per alteram diſtinguimus, vbi altera non diſtinguit. 1.2.2.
Legem qui condit, eam etiam poteſt abrogare. 1.4.17.
Leges, ſupplicia vitijs, & virtutibus prœmia ponunt. 1.4.10.
Leges ſolus Princeps conferre debet. 1.4.11.
Leges curiatæ quæ, & qui eas dedit. 1.5.5.
Leges magis, quàm mœnia, ciuitates, ac Ciues firmant. 2.9.4.
Leges ſummam ſuppeditant libertatem. 2.9.5.
Leges rectè interpetrandæ ſunt. 2.9.6.
Leges, quandò dubiæ ſunt, quomodò interpretandæ. ibidem.
Leges Legibus dilucidari ſolent. 2.9.8.
Leges priores quomodò emendentur à poſterioribus. ibidem.
Leges quatenùs Leges non differunt ab inuicem. 2.9.12.
Leges per contrariam Legem abrogatæ ſeruandæ non ſunt. 4.8.7.
Leges iuſtitiam miniſtrant. 4.10.4.
Leges non verbis, ſed rebus inſeruire debent. 4.10.8.
Leges falſas aſſumens de falſo puniri debet. ibidem.
Legibus obedire tenentur omnes. 2.9.14.
Legibus, quia ſe ſubdebant Ægyptiorum Reges ardenter idcircò à ſubditis amabantur. ibidem.
Legibus abrogatis vtens incidit in pœnam falſi. 4.8.7.
Legiſlatores quidam enarrantur. 2.9.3.
Legis periti, veluti Sacerdotes, à Principibus honorati ſunt. 3.12.6.
Legis periti aliqui recentiores citantur, qui valdè etiam honorati ſunt. 3.12. à num. 9. vſque ad 16.
Legis periti quandoque multas leges habent, ſed paucas intelligunt. 4.10.5.
Legis periti antiquiores non multiplicitate abundabant legum, ſed ſtabilitate rationis. 4.10.6.
Legis periti recentiores magis abundant multiplicitate legum, quàm ſtabilitate rationis. ibidem.
Legis peritorum quidam, vt videantur experti, vel mutilant leges, vel eas aptant, vbi non oportet. 4.10.7.
Legis peritorum quidam alij leges citant, quæ vix continent, quæ probare intendunt. 4.10.8.
Legis peritorum quidam alij falſas leges applicant. ibidem.
Legis peritorum quidam ſpecie elegantiæ allecti libris Hæreticorum fauent, eoſque citant. 4.10.9.
Legis prudentia non verborum, ſed rerum eſt notitia. ibidem.
Legum encomium. 1.2.7. & 2.9.15.
Legum diuinarum præuaricatoribus mortis intimatur pœna. 2.9.8.
Legum beneficia plurima recenſentur. 2.9.5.
Legum Interpretes tenentur in Ciuitatibus rectam viuendi conſeruare rationem. 2.9.6.
Legum Antinomia quid ſit. 2.9.7.
Legum contrarietas quomodò concilianda. ibidem.
Legum Interpretes hiſtorias maximè, & chronologias callere debent. 2.9.9.
Legum Interpretes cui periculo ſe exponebant antiquitùs in corrigendis legibus. 2.9.10.
Legum Interpretes abſque Principis authoritate leges emendare nequeunt. ibidem.
Legum Interpres non tantùm auditor legum, ſed factor debet eſſe. 2.9.11.
Legum Interpretes legibus, quas docent, prius ſe debent ſubdere. 2.9.13.
Legum Interpretes Ciuitatibus, & Rebuſpublicis, an magis proſint, vel obſint. 2.9.15.
Legum Interpretes quandoque profuiſſe, quandoque nocuiſſe exemplis oſtenditur ibidem.
Legum Interpretes, qui verè proſint. ibidem.
Legum Interpretes Sacerdotes dicuntur. ibidē, & 3.12.5.
Legum periti quidam recenſentur antiquiores, qui magnos honores conſequuti ſunt. 3.12.7. & 8.
Lex in odioſis non eſt reſtringenda. 1.2.4.
Lex non aduerſatur, quæ cedit, fauetque naturæ. 1.4.5.
Lex Papiniana, quæ. 1.5.5.
Lex tribunitia, quæ. ibidem.
Lex decem, & duodecim tabularum, quæ. ibidem.
Lex præfata à quibus fuerit inſtituta. ibidem.
Lex Flauiana, quæ, & qui eam condidit. ibid.
Lex Aeliana, quæ, & qui eam condidit. ibidem.
Lex, quæ Plebiſcita dicebatur quæ, & qui eam dedit. ibidem.
Lex Hortenſia, quæ. ibidem.

Lex, quæ Senatus conſultum dicebatur, quæ, & qui eam dedit.ibid.
Lex, quæ ius honerarium dicebatur, quæ, & qui eam dedit. ibidem.
Lex, quæ ius principale dicebatur, quæ, & qui eam dedit.ibidem.
Lex Diuina fax eſt illuminans iter noſtrum. 2.6.8.
Lex ad incolumitatem Ciuitatum, & Regnorum inſtituta eſt.2.9.3.
Lex ſpeculum eſt noſtræ actionis.2.9.12.
Lex eſt donum Dei. 2.9.14.
Lex non fundat rationem gratiæ, ſed iuſtitiæ. 4.1.8.
Lex Euangelica vndè dicatur ſuauis. 4.7.7.
Lex quid ſit. 4.10.5.
Lex de omnibus cauere non poteſt. ibidem.
Lex tranſgredi poteſt, ſi vincatur à ratione. 4.10.6.
Libanius, quam Academiam, illuſtrauerit. 1.7.2.
Libertas Eccleſiaſtica quando violetur. 4.8.10.11.12.
Liber vnicus ſufficit ad ſcientiam Sanctorum acquirendam. 1.14.4.
Libri multi ad ſcientias humanas acquirendas ſunt neceſſarij. ibidem.
Libri, qui mali dicantur.1.14.5.& 6.
Libri mali hami ſunt, quibus imprudentum capiuntur mentes. 1.14.6.
Libri mali, quorum hominum deceperunt mentes.ibidem.
Libri Paſquillorum multa damna pariunt. ibidem.
Libri certi, ac determinati, quibus familiares fuerunt. 1.14.7.
Libri neceſſarij tantùm ſunt retinendi. ibidem.
Libri ſunt arma Scholaſticorum. 1.14.8.
Libri debent eſſe probati, vt admittantur à doctis.1.14.9.
Libri multorum Authorum criticati, & taxati.ibidem.
Libri, & Codices vndè dicantur. 1.15.2.
Libri Hæreticorum etiam de Religione non tractantes prohibentur. 4.10.9.
Libris carentes, qui diuinitùs docti facti ſunt. 1.14.4.
Librorum varia ornamenta.1.15.8. & 9.
Librorum encomia. 1.15.10.
Librorum vtilitates.ibidem.
Librorum deprauatores vituperantur. 4.20.5.
Libros multos, nec ſufficit, nec expedit habere, ſed bonos.1.14.3.
Libros, qui primus ſcripſerit. 1.15.3.& 4.
Libros ſperuentes belluinam, non humanam obtinent naturam. 1.15.11.
Licent omnia, quæ expreſsè non prohibentur. 1.4.5.
Licinius Imperator bonis literis infeſtus fuit. 1.5.10.
Linguæ mala enarrantur. 4.18.6.
Literæ, & ſcientiæ cùm in pace, tùm in bello neceſſariæ ſunt.1.5.3.
Literati viri quieti, ac pacifici ſunt, vndè ad conſeruandas Reſpublicas aptiſſimi cenſentur.1.5.5.
Literis qui fuerint infeſti. 1.5.10.
Lucius Lucullus Sapientum amator. 1.2.8.
Lucumones, qui.1.3.8.
Locutio incanta ſicut in errorem ducit, ita indiſcretum ſilentium in errore relinquit. 1.13.6.
Loquitur non rectè, qui contra omnes loquitur.1.11.10.
Ludentium aduerſus contumaciam iura, & pænæ.4.14.12.
Ludi taxillorum, & alearum quare prohibiti. ibidem.
Ludi athletarum exercitio permiſſi quot, & qui.ibidem.
Ludus ingentium malorum cauſa eſt. 4.13.7.
Lumen naturale luci in oculo Cati aſſimilatum eſt.2.8.17.
Lumen naturale quid ſit. 4.9.2.
Lumen naturale limitatum eſt.4.9.4.
Lumen naturale non parùm heberatur ex praua educatione. 4.9.7.
Lumen naturale, nimia rerum ſubtilitate, quandoque obſcurari ſolet. 4.9.8.
Lumen naturæ obſcuratur ſtudiorum negligentia.4.9.9.
Lumen naturale ex praua affectione phantaſiæ valdè læditur.4.9.10.
Lunæ eclypſis, quomodò fiat, latè deſcribitur. 4.7.10.
Lunaris eclypſis, quomodò antiqui prauos euitabant effectus. 4.7.13.
Lutherus bonis literis infeſtus fuit. 1.5.10.
Lux diuina quarè furtiuus appellatur ſuſurrus. 2.8.19.
Lux diuina non tantùm iuſtis, ſed aliquandò etiam donatur iniuſtis, quinimò & Dæmonibus, & quomodò. 2.8. 20.
Lux quid ſit, deſcribitur. 4.2.1.
Lycurgus Lacædemonijs leges, & regulas dedit.1.5.4.

M

MAgia inuenta fuit à Cham. 1.3.7.
Magia naturalis, quid ſit. 4.12.8.
Magia naturalis, & diabolica quomodo differant. ibidem.
Magia naturalis quotuplex ſit. 4.12.9.
Magia naturalis, qua vt plurimùm vtuntur Philoſophi, quænam ſit. ibidem.
Magiſter dicitur à monendo, ſiuè monſtrando. 1.13.6.& 1.2.1.
Magiſter dicitur, qui magis, quàm cæteri facultatibus, quas docet, diligentiam adhibet. 1.2.3.
Magiſter, & Doctor non proferat tacenda, nec dicenda taceat. 1.13.5.

Magiſter Diſcipulorum vtilitati magis conſulere debet, quàm ſuæ. 1.13.7.
Magiſter aptare ſe debet Diſcipulorum ingenijs. ibidem.
Magiſtri, & Doctoris nomina inter ſe conferuntur. 1.2.1.
Magiſtri nomen ampliùs ſe diffundit, quàm nomen Doctoris, & quando. 1.2.3.
Magiſtri, & Doctoris nomina non in pœnalibus, ſed tantùm in fauorabilibus confunduntur. 1.2.4.
Magiſtri nomen culmen, & excellentiam ſonat. 1.2.10.
Magiſtri, & Doctores vita, & exemplo præcipuè docere debent. 1.13.1.
Magiſtri, & Doctores in docendo humiles eſſe debent. 1.13.8.
Magiſtris nec ſæuiendi audacia debet concedi, nec paterna denegari diligentia. 1.13.9.
Magiſtro optimo in prima educatione ſemper eſt vtendum. 4.9.7.
Magiſtrorum varia genera. 1.2.10.
Magiſtrorum artium liberalium, & machanicarum in appellatione diſcrimen. ibidem.
Magiſtrorum in monendo libertas. 1.13.6.
Magiſtrorum in erudiendo varia exempla narrantur. 1.13.7.
Malchio, quam Academiã illuſtrauerit. 1.7.2.
Malignus nequit intelligere myſteria pietatis. 3. 6. 1.
Malitia cordis eſt cæcitas ſpiritualis. ibidem.
Malus nullus ſibi videtur. 2.7.14.
Marcus Antonius Pius bonis artibus Pueros imbuendos curauit. 1.7.3.
Maria Dei Mater medicis, vt Pauperes curent gratis, præcipit. 2.12.10.
Marianus Sozinus Iunior Senenſis Piſis docet. 1.6.11.
Martius Germanorum Rex Gymnaſia inſtituit. 1. 13. 14.
Materiam alicuius rei aggredi nefas eſt origine non repetita. 1.16.6.
Mathemata, numeri ſcilicet, & figuræ, niſi myſticè, & ſpiritualiter intelliguntur nihil conferunt ad finem mathematicæ. 2.14.6.
Mathemata quomodo valeant ad acuendum ingenium circa res naturales. 2.14.12.
Mathemata quomodo ad rem medicã acuant ingenia. 2.14.13.& 14.
Mathemata quomodo ad iuriſprudentiam acuant ingenia. 2.14.15.
Mathemata quomodo ad rem Theologicam acuant ingenia. 2.14.16.
Mathemata illa, quæ ad ſedandam auaritiam fuerant inuenta Profeſſorum vitio ipſam potiùs ſuſcitant. 4.13.4.
Mathematum myſtici ſenſus non ſunt temerè eruendi, ſed ſecundum eorum virtutes, & obſeruationes. 2.14.7.
Mathematica magnam affert animi voluptatem. 2.14.2.
Mathematica quibus attulerit maximam voluptatem. ibidem.
Mathematica cæteris ſcientijs magnam vtilitatem confert. 2.14.5.
Mathematica certitudine quare cæteris præſtet ſcientijs. 3.15.1.
Mathamaticæ diſciplinæ quænam ſint. 2. 14.1.
Mathematicæ obiectum, quid ſit. ibidem.
Mathematicæ ſpeculatio eſt veluti præludium Diuinarum ſpeculationum 2.14.2.
Mathematicæ res conſiderata eſt quantitas. 4. 13. 1.
Mathematicæ vſus cùm in bello, tùm in pace neceſſarius eſt. 4.13.2.
Mathematicæ concluſiones mirabiles dici ſolent veritates. 3.15.2.
Mathematicam nulli Principes profeſſi ſunt. 3. 15. 5.
Mathematicam profitentes ab Egyptijs Sacerdotibus maximè honorati fuerũt. 3.15.6.
Mathematicarum ſcientiarum vna dignitate ſuperat aliam. 2.14.3.
Mathematici recenſentur, qui præcipuos honores conſequuti ſunt. 3.15. à num.7.vſque ad 12.
Mathematici monentur dùm talia ſtudia, Philoſophia morali poſtpoſita labefactant. 3. 15. 13.
Mathematici plurimi quomodo numeris, & figuris ſuperſtitiosè vtantur. 4.13.15. & 16.
Matthæus Curtius Sereniſſimi Magni Coſmi authoritate doctos viros, vt Piſis doceant, copioſo conducit ſtipendio. 1.6.13.
Matthæus Curtius Piſis docet. ibidem.
Maximilianus Primus artes liberales in Germaniam intulit. 1.2.9.
Medicamenta etiam conferunt ad animam. 2. 12. 4.
Medici omnium rerum ferè peritiam habere debent. 1.2.8.
Medici non ſimpliciter, ſed cùm addito appellari debent Magiſtri. 1.2.8.
Medici gratis Pauperes curare tenentur. 2 12. 10.
Medici non curantes Pauperes gratis, ab ipſis Pauperibus conueniri poſſunt. ibidem.
Medici de publico ſalariati, quando poſſint, vel non poſſint recipere emolumenta ab ægris. 2.12.11.
Medici quando medendo peccent. 2.12.12.
Medici quando peccando in Ægrotos gaudeant, vel non gaudeant immunitate Eccleſiaſtica. 2.12.13.
Medici nec quoad famam, nec quoad pecuniã cuilibet afferre debent. 2.12.14.
Medici morigerati eſſe debent. ibidem.
Medici corporales, ſpiritualium ad inſtar, non debent ad inhoneſta ſollicitare. 2.12.15.
Medici corporales, ſpiritualium ad inſtar, ſilentium obſeruare tenentur. 2.12.16.
Medici vitam, & artem ſynceram, incorruptam-

ruptamque retinere debent. 2. 12. 17.
Medici quid teneantur agere, ex iuſtitia. 2.t 2. 18.& t9.
Medici quid teneantur agere ex charitate. 2. 12. 20.
Medici aliqui enarrantur, qui naturalem Philoſophiam nauiter ſunt proſequuti. 2.13.2.
Medici à quibus fuerint, diuerſis iniurijs affecti. ibidem.
Medici quales fuerint illi, qui iniurijs, ac dicterijs fuerunt affecti. 3.13.3.& 4.
Medici plurimi recenſentur, qui varios conſequuti ſunt honores. 3.13. à num.6. vſque ad 13.
Medici ſpirituales, qui verè dicantur.4.7.5.
Medici empirici omnia experientiæ committunt; rationales verò è contra. 4.t1.4.
Medici experientia,& ratione debent eſſe præditi. ibidem.
Medici empirici grauiter à Galeno arguuntur. 4. 1t. 5.
Medici tria ſaltem non ignorare debent,& quæ ſint. 4.11.6.
Medici, qui nullam habent experientiam, ſed ſola ratione medentur philoſophica, exprobrantur. 4.11.7.
Medici cuiuſdam inexperti narratur abſurdum. ibidem.
Medici ignari ſuam ſententiam ſuperbè, & ambitioſè dicunt. 4.t1.9.
Medici venales, qui veluti circulatores per Ciuitates ambulant, redarguuntur. 4.11.10.
Medici, qui nimia obſeruantia ſuos infirmos, valetudinarios turpis lucri gratia cuſtodiūt, redarguuntur. 4.11.11.
Medici, qui aſpectus cæleſtes ſuperſtitioſè obſeruant, valdè reprehenduntur. 4.11.12.
Medici quomodo officio ſuo fungi teneantur. 4. 11.t3.
Medicina ſanat corporis infirmitatem. 1.t0.1.
Medicina circa corpus animatum verſatur. 2. 12. 4.
Medicina licèt ex pluribus rebus ſordeſcat, ex fine tamen valdè nobilis eſt. 2.t2.5.
Medicina valdè inſtabilis, & mutabilis eſt, 2. 17. 8.
Medicina omnis humano corpori noxia eſt. 2. 12. t2.
Medicina plures alias ſupponit ſcientias. 2. 12.17.
Medicina ipſa Philoſophia eſt, vel eius ſoror, & quarè. 2.t3.1.
Medicina corpus ſanat, Philoſophia animum. ibidem.
Medicina cū illa parte Philoſophiæ, quæ Phyſica dicitur, ſocietatem habet, & collegationem. ibidem.
Medicina vt ignobilis, & ſeruilis, quando teiecta fuerit. 3.13.1.
Medicina nata eſt ex experientijs, & vſu. 4. 11. 2.
Medicina antiquitùs ſolis experientijs diſcebatur. 4. 1r.3.
Medicina ars quæſtuaria eſt. 4.t1.6.
Medicinæ encomium. 1.2.8.& 2.12.t.
Medicinæ inuentio. 2.t2.2.
Medicinæ finis eſt ſanitas. 2.12.7.
Medicinæ vtilitas. ibidem.
Medicinæ artem multi Proceres exercenerunt. ibidem.
Medicinæ ars valdè difficilis. 2.12.t7.
Medicinam Hyppocrates primò è tenebris renocauit, plures autem alij auxerunt.2.12.3.
Medicinam methodicam nobilem eſſe,eamque Summi Principes exercenerunt. 3.13.5.
Medicis non inhibetur ex venenis antidota facere. 2.12.13.
Medicis, dùm rerum deeſt experientia,& vſus, vita noſtra magnam patitur iacturā. 4.t1.2.
Medicis iunioribus, & inexpertis parum fidendum. 4.t1.7.
Medicorum præcepta multa ſunt, ſed ad tria præcipuè ſunt reuocanda. 2.t7.8.
Medicorum Spiritualium, cum corporalibus analogia. 2.12.t5.
Medicos indignos, & ignaros Plato ab honoribus ſegreganit, & ex ſua eiecit Ciuitate. 3.13.14.
Medicos imperitos, quia Ciuitatum Rectores permittunt, grauiter monentur. 4.1t.9.
Medicos qui odio habent, illis parere negligunt. 4.1t.t0.
Medicus, quomodo remedia applicando infirmis peccare poſſit. 4.t1.6.
Medicus nouellus, & inexpertus pro imperito habetur. 4.1t.8.
Medicus imperitus, quam differentiam à latrone habeat. ibidem.
Medicus imperitus quibus ſubiaceat pœnis. ibidem.
Medicus ignarus feſtiuiſſimo dicto illuditur. 4. t1.9.
Mediolanenſe Gymnaſium celebre. t.3.t2.
Memrod,ſiuè Belus idololatriæ inuentor.t.3.7.
Mendaces viliſſimi ſunt.4.1.11.
Mendacibus veritas credenda non eſt. ibidem.
Mendacij ſimulacrum. 1.10.6.
Mendacium qui dicit non ſemper lethaliter veritatem lædit. 2.t9.8.
Mendacium quomodo differat à mentiri. ibid.
Mens humana ſecundùm Platonem quid. t. t0. 4.
Mens humana non quālibet doctrinam ambit, ſed tantùm dignam ſe. ibidem.
Mentis diſcordia peior eſt diſcordia ciuili. 2.6.12.
Merita aliorum culpantur, vt ſua excuſentur errata. 2.7.14.
Metaphyſica plurimis inculcatur querelis. 5. 1t. 1.
Metahpyſica vindicatur ab allatis querelis. 3. t1. 2.

Metaphyſica plurimas affert vtilitates, 3.11.3.
Metaphyſica vtiliſſima eſt ad omnes ſcientias. 3.11.4.
Metaphyſica inter actoamaticas reponenda eſt ſcientias. 3.11.6.
Metaphyſica quarè dicatur ſcientia vniuerſalis. 4.9.4.
Metaphyſicæ nomina. 2.8.8.
Metaphyſicæ Icon. ibidem.
Metaphyſicam omnes appetunt. 3.11.5.
Metaphyſicam, eiuſque ſectatores tamquàm quid diuinum venerati ſunt Antiqui. 3.11.7.
Metaphyſici recenſentur, qui magnos honores conſequuti ſunt. 3.11.à num.8.vſq;ad 14:
Metaphyſici ex nimia ſubtilitate non parùm offuſcant humana ingenia. 4.9.8.
Metaphyſici grauiter conuincuntur errare, dùm ventoſas, inutileſque quæſtiones proponere nituntur. 4.9.11.
Metaphyſici hoc vitio laborant, vt abſtractas curent penetrare intelligentias, quando maximè intellectus experiuntur imbecillitatem. ibidem.
Metaphyſici de Deo, Angelis &c. ſine illuſtratione ſupernaturali perfectam notitiam habere nequunt. 4.9.14.
Metahpyſicis in rebus quomodo contingat errare. 2.8.9.
Metaphyſicus errat, dùm putat ſolo lumine naturali poſſe quoad ſingula de ſingulis habere ſcientiam. 4.9.3.
Metaphyſicus ſolo lumine naturæ de rebus ſupernaturalibus, & ſpiritualibus exactam non poteſt habere ſcientiam. 4.9.4.
Michaminata quænàm dicantur. 2.13.14.
Militaria dona, & coronæ quales apud Romanos fuerint 3.8.6.
Milites in actibus militaribus Doctoribus præferuntur. 1.4.13.
Milites apud Romanos quinàm eligebàntur. 2.5.4.
Militia togata cum armata maximam affinitatem habet. 1.4.13.
Militia armata ad tuitionem boni communis eſt ordinata. 1.4.15.
Militia exprobrata creditur, quæ irremunerata tranſitur. 3.8.5.
Militiam armatam congregare, & inſtituere non decet priuatos, ſed tantùm Principes. 1.4.15.
Miniſter dicitur à minus, & Magiſter à magis. 1.2.3.
Minos Cretenſibus leges, & regulas dedit. 1.5.4.
Mira quædam enarrantur, quæ hominum ingenio, vel Dæmonis aſtu facta ſunt. 2.13.14.
Modeſtia quorundam Patronorum laudatur. 2.11.4.
Modeſtiæ laus. ibidem.
Monachi vſque ad tempora Zoſimi Papæ non fuerunt Clerici, ſed Laici. 1.18.4.
Motor primus ex rebus creatis colligitur. 2.13.11.
Monita plurimùm valent in humanis animis. 1.13.1.
Moyſes inſtituit Gymnaſia, quæ Synagogas appellauit 1.3.10.
Moyſes literarum Profeſſoribus plurima myſteria occultanda reliquit. ibidem.
Moyſes in ſingulis Iudæorū Ciuitatibus Scholas, & Gymnaſia inſtituit. 1.5.2.
Moyſes Princeps Canoniſtarum. 1.7.1.
Moyſes à Domino commendatur. ibidem.
Mulieres docere prohibentur. 1.17.15.
Mulieres quarè quibuſdam vitijs laborent corporis, quibus antea carebant. 2.12.3.
Mundus eſt vna Ciuitas omnibus communis. 2.13.10.
Muſica omnium facultatū antiquiſſima. 1.3.3.
Muſica apud Lacædemones magno in pretio fuit. 2.15.2.
Muſica triplex, & quæ ſit illarum quælibet. 2.15.3.
Muſica muta, quæ ſit. 2.15.4.
Muſica cū ſeueritate debet eſſe connexa. 2.15.5
Muſica, & harmonia irregulares comprimit animæ motus. 2.15.6.
Muſica delectantur omnes præſertim Pueri. 2.15.7.
Muſica laſciuiens reijcienda eſt. 2.15.8.
Muſica non tantùm habet mouere ſenſum, ſed etiam mores. ibidem.
Muſica dorica, ſiuè doricè canere maximè commendatur. 2.15.13.
Muſica in hominum animis potentiſſima eſt 3.16.1.
Muſica an Deum delectet, an ab ipſa abhorreat. ibidem.
Muſica Deum delectari varijs oſtenditur hiſtorijs. 3.16.3.
Muſica Deum quàm maximè delectari Concilijs, & Patribus latis ſuadetur. 3.16.4.
Muſica Deum delectari Ethnici etiam docuerunt. 3.16.6.
Muſica apud Græcos magno in pretio fuit, 3.16.8.
Muſica exercita fuit à magnis viris. 3.16.9.
Muſica veterum ſummoperè commendatur. 4.14.3.
Muſica laſciua recentiorum valdè vituperatur. 4.14.4.
Muſica noua, & theatralis ſuos aſſeclas ſuperbos facit. 4.14.5.
Muſica metrica, & harmonica maximè inter ſe cohærent, & fulciuntur. 4.15.1.
Muſicæ rhythmicæ ſpecies, & partes. 2.15.3.
Muſicæ definitio ponitur, & explicatur. 2.15.5.
Muſicæ ſeueritatem quidam non ſeruana deprauatur. ibidem.
Muſicæ præcipui modi, ſiuè toni ſunt tres. 2.15.11.
Muſicæ tonus doricus, quid ſit. ibidem.

Mu-

Muſicæ tonus phrygius, quid ſit. 2.15.11.
Muſicæ tonus lydius, quid ſit. ibidem.
Muſicæ toni autentici, & placales, quid ſint. ibidem.
Muſicæ tonus doricus ad frænandos animi motus aptiſſimus eſt. 2.15.12.
Muſicæ varij effectus. 3.16.1.
Muſicæ effectus circa hominum paſſiones. 3.16.5.
Muſicæ inſtrumentum eſſe Cælum quinàm aſſeruit. 3.16.7.
Muſicæ metricæ. & harmonicæ communes icones ſunt. 4.15.1.
Muſicam Cynethenſes relinquendo magna in ſcelera prolapſi ſunt. 2.15.2.
Muſicam, & cantum ab Eccleſia amouere quinàm hæretici conati ſunt. 2.16.2.
Muſicam, quam plurimi citantur, qui ſunt abominati. 4.14.2.
Muſici vates, ac ſapientes apud antiquos dicebantur. 2.15.1.
Muſici magna operabantur. ibidem.
Muſici apud Arcades magno in pretio habiti ſunt. 2.15 2.
Muſici omne ſtudium eò collimare tenentur, vt rebelles compeſcantur animi motus. 2.15. 10.
Muſici enumerantur, qui arte ſua rebelles compoſuerunt animi motus. ibidem.
Muſici enarrantur, qui magnos adepti ſunt honores. 3.16.à n.10.vſque ad.15.
Muſici vani, ac ſuperbi deſcriptio. 4.14.15.
Muſici ludos amant. 4.15.11.
Muſicorum quorundam inſtrumentorum breuis enarratio. 2.4.6.
Muſicorum vanorum veſtitus deſcribitur. 4.14. 7.
Muſicorum ſpadonum indumenta, & ornatus deſcribuntur. 4.14.9.
Muſicorum ſpadonum antiquitùs turpis abuſus damnatur, & exploditur. ibidem.
Muſicorum quorundam ingluuies narratur. 4.14. 10.
Muſicorum riſus immoderatus, quid ſignificet. ibidem.
Muſicorum vario ex inceſſu, qui eorum colligantur mores. 4.14.13.
Mutui ratio in quo conſiſtat. 1.9.9.
Myſteria diuina non intellectu diſcutienda, ſed fide veneranda ſunt. 2.2.18.
Myſteriorum cæleſtium in nobis triplex eſt notitia. 2.1.6.

N

NAtura Diuina licèt in hac vita non videatur, intelligitur tamen per res creatas. 2. 8. 1.
Natura vna, & eadem omnium eſt. 2.13.3.
Natura in ſuis operationibus occultiſſima. ibidem.
Natura ſummè delectatur motibus ordinatis. 2. 15. 7.
Natura ſemper fixa, & immutabilis in agendo. 3. 14. 1.
Natura in quo conueniat cum ſapientia. ibidem.
Natura cubo, & quadrato exprimitur. ibidem.
Natura cur aquæ etiam aſſimiletur. ibidem.
Natura hominem docuit, cibis vitam conſeruare, & medicamentis præſeruare. 4.11.1.
Naturæ imaginem quarè mammoſam pingebant. 2.13.3.
Naturæ quidam enarrantur mirabiles effectus. ibidem.
Naturalia ſcire poſſumus abſque aliqua ſpeciali illuſtratione Diuina, ſed non generali. 4. 1. 5.
Naturalium effectuum pro cauſis Philoſophi Ethnici tantùm aſſignabant ipſam naturam, maximè verò Diuinam voluntatem. 2. 13. 4.
Nauicularijs multa priuilegia, ac dignitates olim fuerunt collatæ. 4.8.1.
Nauigatio rationalis ſimilis eſt materiali. 1. 12. 3.
Nauium vtilitates deſcribuntur. 4.8.2.
Nautæ recta nauigatione contempta, litora deuia ſectanti, mortis imponitur pœna. 2. 6. 8.
Neanthus lyram Orphei vſurpans à canibus dilaceratur. 1.9.10.
Neapolitanum Gymnaſium celebre. 1.3.12.
Nicolaus Mattarelus Piſis docet. 1.6.9.
Noachi poſteritas literis totam illuſtrauit Italiam. 1. 3.9.
Noachi poſteritas, præſertim duodecim Lucumones totam repleuerunt Europam. 1.3.8.
Noachus Italiam coluit. ibidem.
Noachus Vetuloniæ publicum gymnaſium inſtituit. 1.3.9.
Nobiles variis ſignis, & notis à plebeijs diuerſæ diſtinguebant Nationes. 3.3.1.
Noe multa docuit de rebus diuinis, & humanis. 1.3.6.
Nouitas mater temeritatis, ſoror ſuperſtitionis, & filia leuitatis dicitur. 1.11.8.
Nouitas pulcherrimo ſymbolo Deo odibilis oſtenditur. ibidem.
Nouitas ad ſe omnium conuertit oculos. 4.6.8.
Nouitij Religionum in fauorabilibus profeſſorum gaudent priuilegijs. 1.2.14.
Numa Pompilius Flamini Sellam conceſſit. 1. 10. 8.
Numerarij, & Computiſtæ paſſim exprobrantur in legibus. 4.13.8.
Numerarios aduerſus, & Computiſtas multæ, & graues ſtatutæ ſunt pœnæ. 4. 13.9.
Numeri ſeptemnarij myſteria. 2.14.13.& 14.
Numeri ternarij myſteria. 2.14.16.
Numeri ternarij qualitas, & natura. ibidem.
Numeri quotuplices ſint. 2.15.3.

Numeri ſurdi quid ſint. ibidem.
Numerus binarius apud Antiquos infauſta portendebat, 2.14.8.
Numerus binarius vitia ſignificat. 2.14.9.
Numerus binarius ex ſacris literis importat omnem miſeriam. 2.14.10.
Numerus binarius quare infauſtus. 2.14.11.
Numerus nullam bonitatem, aut malitiam realem, & naturalem habet, ſed moralem, & intentionalem. 4.3.11.
Numerus vnà cum talonum, alearumque inuentione habuit originem. 4.13.7.

O

Obedientia ſepulchrum eſt voluntatis, & exercitatio humilitatis. 2.6.8.
Obiectum, & potentia debent eſſe proportionata. 4.9.4.
Obtrectatio periculoſa res eſt. 4.15.11.
Oculis magis, quàm auribus creditur, 1.13.4.
Oculus corporeus nequit eleuari ad videndum Deum. 1.8.9.
Odium omnium malorum ſyllabus eſt. 2.19.18.
Officio ſuo ſatisfacere vnuſquiſque ex iuſtitia tenetur. 1.17.6.
Omiſſio quid ſit. 2.20.6.
Onus ſentire debet qui ſentit lucrum. 1.17.6.
Opinio pro veritate haud raro ponitur. 1.13.1.
Opinionem probabilem an ſequi liceat, qualibet alia probabiliori relicta, hinc inde diſcutitur. 2.6.16.
Opinio in iudicando quæ præferenda ſit. 4.7.12.
Opinio in rebus moralibus, & ad conſcientiam ſpectantibus quæ præferenda ſit. ibid.
Opinio ſingularis vt plurimùm erronea eſt. 4.7.11.
Opinionem vulgatam relinquere difficile, ac periculoſum eſt. 1.12.9.
Opiniones plurimæ coniunctim maiorem certitudinem faciunt. 2.6.18.
Opinioni tamen negatiuæ in præfata controuerſia videtur tutiùs adhærendum. 2.6.17.
Opinionis varij effectus. 4.7.4.
Opinionum mutabilitas Lunæ hieroglyphico ſignificatur. 4.7.10.
Oppoſitorum cauſa idem eſſe poteſt. 1.4.17.
Ordinem certum relinquere lætos non habet exitus. 1. in proem.
Ordinem doctrinæ qui non obſeruant, modicum in addiſcendo proficiunt, & ſæpiùs errant. ibidem.
Ordo quid ſit. ibidem.
Ordo quotuplex. ibidem.
Ordo doctrinæ magis fauet in diſciplinis, quàm ordo naturæ. ibidem.
Ordo in omnibus ſeruandus eſt. 1.10.11.
Origeni vt ſacrarum Scripturarum interpreti exhibiti narrantur honores. 3.4.12.
Origenis ortus, & caſus breuiter deſcribuntur. 1.10.11.
Orpheus ſymbolicus theologus maximos ſuſcepit honores. 3.5.8.9. & 10.
Orpheus pæderaſtiæ artis apud Ethnicos inuentor. 3.5.9.
Oſtentatores, ſuæque doctrinæ iactatores deſcribuntur. 4.17.12.
Ouis quid ſignificet. 3.9.2.

P

Paganinus Gaudentij Piſis docet, & Elogio à Bartholomæo Cheſa illuſtratur. 1.6.14.
Pallium philoſophicum, & vulgare in quo diſcriminabantur. 3.3.2.
Pallium philoſophicum vix à Romana toga diſcriminabatur. 3.3.3.
Pandectæ quando Piſanis elargitæ fuerint. 1.6.4.
Pandectæ Florentiæ cuſtodiuntur. ibidem.
Pandectæ à quibus ſcriptæ. ibid.
Pandectæ Florentinæ cæterarum originale eſſe dicuntur. ibidem.
Paraſiti deſcriptio. 4.14.11.
Parentes in filios quomodo regiam poteſtatem habeant. 4.15.7.
Parentes filios punire, emendare debent, vt aliquibus oſtenditur exemplis, & non tantùm amare. 4.15.8.
Paſtorale exercitium quinam vituperarunt, & qui laudauerunt, 3.9.1.
Paſtorali in habitu qui ſuum Regem, & Ducem coronabant. 3.9.3. & 4.
Paſtores multi ad regalem dignitatem euecti ſunt. ibidem.
Paſtoritia ars ſignificat regale regimen. 3.9.2.
Patroni cauſarum modeſtiam ſeruare debent. 2.11.4.
Patroni, præſertim Aduocati, non debent eſſe verboſi. 2.11.5.
Patroni quando in iudicijs cauillis vti, vel non vti poſſint. 2.11.6.
Patroni in iudicijs à verbis procacibus abſtinere debent. 2.11.7.
Patroni quidam Romani in diſceptando valdè laudati ſunt. 2.11.8.
Patroni cauſas iniuſtas defendere non debent. 2.11.9. & 2.11.12.
Patroni quare arietum ſymbolo ſignificabantur. 2.11.10.
Patroni negligentes, cauſas plurimas ſuſcipientes, & in longum trahentes, in foro conſcientiæ abſolutione carent. 2.11.11.
Patroni iuſtam cauſam exiſtimantes iniuſtam, tenentur eam deſerere. 2.11.13.
Patroni quando ſuſceptæ cauſæ excuſentur ab iniuſtitia. 2.11.14.
Patroni, ſicut Clientes, quatuor ad euitandam iniuſtitiam obſeruare debent. ibidem.

Patro-

Patroni cauſas Pauperum gratis agere debent, & quædam alia illis obſeruanda proponuntur. 2.11.15.
Patroni quas cauſas præſertim teneantur defendere, exemplis oſtenditur. 2.11.16.
Patroni quando teneantur, vel non teneantur ad charitatis officia. 2.11.17.
Patroni cauſas miſericordiæ patrocinari tenentur. 2.11.10.
Patroni quando prohibeantur, vel non prohibeantur de pretio paciſci. 2.11.18.
Patroni quando permittantur, vel non permittantur de quota litis paciſci. 2.11.19.
Patroni fidelitatem ſeruare tenentur. 2.11.20.
Patroni tenentur parti aduerſæ celare merita cauſæ. ibidem.
Patroni patrocinari non debent pro vtraque parte. 2.11.21.
Patroni in patrocinando diligentes eſſe debent. ibidem.
Patronus quidam verboſus irridetur. 2.11.5.
Patronus quidam refertur, qui in omnibus ſuccumbebat cauſis, quia iniuſtas defendebat. 2.11.14.
Pauperies ægrè cum dignitatibus conuenit. 1.10.8.
Paupertas plerumque ſtudijs obeſt. 1.6.16.
Paupertas commendatur. 2.11.15.
Paupertas valdè laceſſitur. 2.11.16.
Pax omnium bonarum artium mater. 1.6.11.
Peccata non omnia ſunt connexa. 2.7.13.
Peccata multa ſunt, quæ ex ſuo genere grauia ſunt, ſed ratione circumſtantiarum nulla, aut leuia ſiunt. 4.7.8.
Peccata omnia non ſunt paria, & æqualia. ibidem.
Peccatum naturali contrariatur legi. 4.7.2.
Peccatum infirmitas quidem animæ eſt, ſed non ſemper ad mortem. 4.7.8.
Peculium, & pecunia à pecudibus deriuatur. 3.9.2.
Pelles molliores quare Principibus tribuantur ad ornatum. 3.3.15.
Pellium vſus vnde fuerit, quibuſque inſeruierit. 3.3.14.
Pemnæ ſapientes qui fuerint. 1.3.11.
Pemnæ ſapientes quotuplices. ibidem.
Perfectum ſecundùm Philoſophos, & Iuriſtas quid ſit. 1.8.1.
Perfectum, & totum, vel ſunt idem, vel ferè idem. ibidem.
Perfectum in quantitate, & qualitate, & ſecundum finem. 1.8.8.
Perfectum in quantitate exceditur à perfecto in qualitate, & hoc à perfecto ſecundum finem. ibidem.
Perfectorum prædictorum vnumquodque perfectum eſt in ſuo genere. ibidem.
Perſarum ſtudioſi Reges gymnaſia condiderunt. 1.3.8.
Peſtis remedium efficaciſſimum eſt omnium fuga. 1.6.10.
Petrus Thomaſius Piſis docet. ibidem.
Petrus Philippus Corneius Piſis docet. ibid.
Petrus Medices Coſmi Nepos Piſanam Academiam prouidè excitauit. 1.6.11.
Petrus Medices in pluribus negotijs Piſanam conſuluit Academiam. ibidem.
Petrus Medices Sozinum clàm fugientem redarguit, & à Stellionatus pœna viriliter defendit. ibidem.
Petrus Medices Rectores gymnaſij Piſani increpat, qui Decium à lectura dimiſerunt, eumque reuocat, aucto ſtipendio. ibidem.
Petrus Medices quando obierit. 1.6.13.
Petrus Angelus Bargeus Piſis docet. ibidem.
Petrus Accoltus Piſis docet. 1.6.14.
Phantaſia eſt peculiaris animæ adminiſtra. 4.9.10.
Phantaſiæ peruerſa operatio. ibidem.
Philippus Decius Mediolanenſis Piſis docet. 1.6.11.
Philippus Decius tanti fecit Piſanum gymnaſium, vt in tali Ciuitate humari voluerit. 1.6.12.
Philippus Decius ſtipendium mille quingentorum aureorum in auro Piſis obtinuit. ibidem.
Philoſophia eſt ſoror medicinæ. 2.13.1.
Philoſophiæ laus. 1.2.8.
Philoſophiæ naturalis tota methodus continetur in primo Geneſis. 4.12.1.
Philoſophi abſolutè non ſunt appellandi Magiſtri, ſed cum addito. 1.2.8.
Philoſophi antiqui in ſtatuendis ſuis placitis quàm diuerſi. 1.11.2.
Philoſophi gentiles redarguuntur. 2.8.10.
Philoſophi gentiles omnia tribuebant naturæ. 2.13.5.
Philoſophi Chriſtiani, licèt Deum non videant, omnium tamen eſſe cauſam credunt. ibidem.
Philoſophi naturales negare non debent, plura etiam ſupernaturaliter fieri. 2.13.12.
Philoſophi naturales cur aſſimilentur piſcibus. 3.14.1.
Philoſophi naturales multas vtilitates hominibus præſtant. 3.14.4.
Philoſophi naturales, vt ſuam naturalem acquirerent Philoſophiam longas ſuſceperunt peregrinationes. 3.14.5.
Philoſophi veteres naturales à quibus maximos receperint honores. 3.14.6.
Philoſophi poſteriores naturales à quibus exindè honores ſuſceperint. 3.14. à num.7. vſque ad 13.
Philoſophi dogmatici qui dicantur. 4.12.2.
Philoſophi multi, & præcipui enarrantur, qui ſacras maximè coluerunt literas. 4.12.3.
Philoſophi ſceptici, qui fuerint. 4.12.4.

Philoſophi noſtrates ſcepticam nituntur ſuſcitare Sectam. ibidem.
Philoſophi noſtrates quomodo ſcepticam ſuſcitent Sectam. ibidem.
Philoſophi inter ſe pugnantes veritatem non habent. ibidem.
Philoſophi noſtrates etiam damnantur, qui relicta veritate acriter iurant in verba Magiſtri. 4.12.5.
Philoſophi falſam ſententiam pertinaciter ſuſtinentes, veluti ſcepticis peiores redarguuntur. 4.12.6.
Philoſophi occultas rerum cauſas infallibiliter ſe inueniſſe iactant. 4.12.7.
Philoſophi ad has occultas inueniendas cauſas naturali vtuntur Magia. 4.12.8.
Philoſophi qua, vtplurimùm, naturali vtantur magia. 4.12.9.
Philoſophi magia purè naturali aliqua efficere ſe iactant, quæ tamen magia dæmoniaca facere conuincuntur. 4.12.10.
Philoſophi dæmoniacam exercentes magiam acriter reprehenduntur. 4.12.11.
Philoſophi ſceptici perturbationem omnem ab animo tollere ſatagebant. 4.12.12.
Philoſophi Alchymiſtæ reprehenduntur. ibid.
Philoſophorum Sectæ quot, & quæ. 4.12.2.
Philoſophorum dogmaticorum ſecta principalis fuit. ibidem.
Philoſophorum ethnicorum veritas, ſi qua eſt, à ſacris literis deſumpta eſt. ibidem.
Phyſica eſt ſcientia vniuerſalis omnium ſcientiarum naturalium. 2.13.1.
Pictores, qui magnis premijs decorarunt. 3.21. 3. & 3. 21. 1. & 2.
Pitrus Maureus Piſis docet. 1.6.14.
Piſæ à quibus conditæ. 1.6.4.
Piſana Academia belli cauſa diù ſiluit. 1.6.10.
Piſana Academia ſub Florentinorum dominio iterùm floruit. ibidem.
Piſana Academia ob graſſantem peſtilentiam diuerſa in loca ſe tranſtulit. ibidem.
Piſanæ Bibliothecæ enarrantur. 1.6.17.
Piſani antiquis hiſtoricis parùm abundant. 1. 6. 4.
Piſani magis armis, quàm ſtudijs antiquitùs floruerunt. ibidem.
Piſanum gymnaſium ab Henrico Septimo reſtitutum. 1.6 7.
Piſanum gymnaſium quando incæperit valdè incertum eſt. 1.6.4 5.& 6.
Piſanum gymnaſium Benedicto XII. fauente 1339. erectum fuit. 1.6.9.
Piſanum gymnaſium à Clemente VI. priuilegiatur. ibidem.
Piſces valdè honorabantur ab antiquis. 3. 14 2. & 3.
Piſces homines hebetes quãdoque ſignificant. 3. 14. 1.
Piſcium narrantur vtilitates erga homines. 3. 14. 2.
Piſis plurima ſtudiorum Collegia extant. 1. 6. 16.
Placet vnicuique ſuum. 1.6.3.
Plato diſcendi cauſa multa luſtrauit loca. 1. 1. 5.
Plato multa ex ſacris literis vſurpauit. 1. 5. 1.
Plato à Moyſe ſuam accepit doctrinam. 3. 5. 14.
Plato vt ſymbolicus Theologus magnos ſuſcepit honores. 3.5.15.& 16.
Pœna principaliter ad iudicia criminalia ſpectare videtur. 2.10.13.
Pœna culpæ reſpondere debet. 4.1.11.
Pœnæ latronum, & graſſatorum aſſignantur. 2. 9. 5.
Poeſim quare multi abiecerint. 4.15.2.
Poeſis epopæia quomodo mores inſtituat. 2. 15. 15.
Poeſis tragica quomodo mores inſtituat. 2. 15. 16.
Poeſis lyrica quomodo mores inſtituat. 2. 15. 17.
Poeſis lyrica quæ ſit. ibidem.
Poeſis finis quinam ſit. 2.15.18.
Poeſis ſine Numinis aſpiratione eſſe non poteſt. 3.17.4.
Poeſis laſciua quàm damnoſa ſit. 4.15.3.
Poetæ laſciui abijciendi ſunt. 2.15.19.
Poetæ delectando iuuare debent. 2.15.14.
Poetæ ea, quæ ad mores, ciuilemque vitam inſtituendam pertinent, maximè curare debent. 2.15.15.
Poetæ monentur ad inſpiciendum verum finem poeſis. 2.15.18.
Poetæ eadem vitia cum muſicis habent, & fortè peiora. 4.15.2.
Poetæ laſciui carpuntur. 4.15.5.
Poetæ laſciui non tantùm carmina, ſed animos etiam habent laſciuos, quod varijs oſtenditur exemplis. 4.15.6.
Poetæ carmina ſua vt filios diligunt. ibidem.
Poetæ quare aſſimilentur apibus. 4.15.10.
Poetæ ſatyrici quandoque in inſontes fiunt. ibidem.
Poetæ ſatyrici increpantur. ibidem.
Poetæ quarè Deorum vocentur interpretes. 3. 17. 4.
Poetæ vndique maximos ſuſceperunt honores. 3.17. à num. 5. vſque ad 15.
Poetarum laſciuorum defenſiones. 4.15.5.
Poetas aduerſus obſcenos querelæ, & exempla. 4.15.19.
Poetas obtrectatores omnes fugiunt, & ab ipſis cauent. 4.15.12.
Poetas contra obtrectatores leges, & pœnæ. ibidem.
Præcedentiam inter Doctores, & milites qualem poſuerit Fridericus Vrbini Dux. 3. 2. 8.
Præceptores olim Patres vocabantur. 1.3.3.

Præco-

Præcones quâ notâ diſcriminabantur à ſeruis. 3.7.2.
Præcones ſacri, ſiue Concionatores ſunt de genere nobilium, & honorandorum. 3.7.7.
Præcones ſacri vt honorentur multa mandantur, & ordinantur. 3.7.9.
Præcones, hoc eſt Principum Legati magno honore ſemper recipi debent. 3.7.8.
Præconibus quales honores fuerint antiquitùs collati. 3.7.4.
Præconibus ſacris quædam conceſſa ſunt priuilegia. 3.7.10.
Præconum munus quare abiectum quidam putarunt. 3.7.1.
Præconum munus quare aliqui nobile dixerint. 3.7.3.
Præconum duo ſunt genera, ciuile vnum, plebeium alterum. 3.7.5.
Præconum ciuilium ſemper nobiliſſimum officium fuit, vt varijs oſtenditur exemplis. 3.7.6.
Præconum ſpiritualium audientibus conciones, ſpiritualia conceduntur ſtipendia. 3.7.11.
Prædicatores honorarijs decorantur codicillis, dum à multis eximuntur. 3.7.13.
Prædicatores multi ad ſacram Purpuram euecti ſunt. 3.7.14.
Prædicatores enarrantur ad ſummum Pontificatum euecti. 3.7.15.
Prædicatores, & Oratores quare Sancta Eccleſia modò non poſſideat perfectos, ſicut poſſidebant priùs Græci, ac Romani. 4.5.4.
Prædicatores quomodo ad concionandum ſe præparare debeat. 4.5.5.
Prædicatores non incomptam habere debent eloquentiam, ſed nec nimis excultam. 4.5.6.
Prædicatores vanitatibus minimè incumbere debent. 4.5.8.
Prædicatores inutili amplificatione nequaquę vti debent. ibidem.
Prędicatores fauoribus non debent ſibi lucrari audientiam, ſed vtilitate doctrinæ. 4.5.9.
Prædicatores quidam vt ſibi concilient audientiam ad ridiculas recurrunt facetias. 4.5.10.
Prædicatores maximè obiurgantur, qui corporis, vultuſque ornatui nimis indulgent. 4.5.11.
Prædicatores peccata non debent excuſare, & a terroribus ſe abſtinere. ibidem.
Prædicatores non delectatione, ſed ſuaſione de animarum conuerſione debent habere victoriam. 4.5.12.
Prædicatores non auditorum plauſus, ſed lachrymas optare debent. ibidem.
Prædicatores caueant, ne ex ignoratione ſacrorum idiomatum temerarias proferant expoſitiones. 4.5.13.
Prædicatores emendantur, qui ex Canticis Canticorum ferè omnia conantur producere. 4.5.14.
Prædicatores redarguuntur, qui ob oſtentationem ſe obligant tantùm ad teſtimonia Dauid, vel Salomonis, aut alicuius determinati Prophetæ. ibidem.
Prædicatores irridentur, qui nituntur ad omnem, quem deſiderant, ſenſum ſacra teſtimonia adaptare. ibid.
Prædicatores non habent in Scholaſticæ Theologiæ quæſtionibus diù immorari. 4.5.15.
Prædicatores in philoſophicis rebus non debent omninò terere tempus. 4.5.16.
Prædicatores quidam plùs offerenti ſuas vendunt prædicationes. 4.5.17.
Prædicatores ſunt Angeli, Angeloſque in concionando imitari debent. ibidem.
Prædicatores, vt potentium venentur gratiam, peccata non debent tacere, niſi aliàs eſſent tacenda. 4.5.18.
Prædicatoribus alimenta ſunt miniſtranda, & à prædicatione nullo pacto turbari debent. 3.7.12.
Prædicatoribus obſequia ab hominibus denegata, à Cælo ſunt reſtituta, vt varijs oſtenditur exemplis. 3.7.13.
Prædicatoris cuiuſdam inutilis, & ventoſa amplificatio. 4.5.8.
Prædicatorum concionatio non debet aures delectare, ſed animæ proficere. 4.5.7.
Prædicatorum munus largè commendatur. 4.5.1.
Prædicatorum munus difficillimum eſt, & quare. 4.5.2.
Prædicatorum munus ex ignorantia artis, ac venerabilis eloquentiæ aliquando contemnitur, & irridetur. 4.5.3.
Præmium laboris ipſum emollit. 1.19.4.
Presbyteri apud Iudæos qui. 1.3.19.
Præſcriptio dari non poteſt, niſi bona fide ſuppoſita. 3.1.4.
Præſentare ad eccleſiaſticum beneficium tenetur, qui iuſpatronatus habet, aut fundator, ſiue conditor eſt. 1.7.4.
Princeps tantùm leges, & honores conferre ſolet. 1.4.11.
Princeps eſt ſimulachrum Dei. 1.4.15.
Princeps in ſua ditione eſt veluti Sol, & Luna in mundo. 1.4.15. & 16.
Princeps qui Academias conſeruare tenetur, eas tantùm inſtituere poteſt. 1.4.16.
Princeps, etiam loquendo de electione propria, tuta conſcientia poteſt eligere idoneum, meliore relicto, & quare. 1.7.9.
Principe in ſuo territorio nemo maior eſt. 1.4.7.
Principes magnificare tenentur eruditos homines. 1.5.1.
Principes electione impropria ad cathedras mode-

Digitized by Google

moderandas poſſunt aſſumere dignos, relictis dignioribus, non verò indignos abſque peccato. 1.7.5.
Principes, ne peccent in tali electione, conſilio peritorum vti debent. 1.7.6.
Principes veritatis inopia maximè laborant. 1. 7. 9.
Principes ab adulatoribus maximè caueant, & bonos ſibi aſſumant Conſiliarios. 1.7.10.
Principi æquipollent Senatores. 1.4.7.
Principi infert iniuriam, qui ipſius vſurpat authoritatem. 1.4.12.
Principia ſcientiarum quando ſint ſana, & integra. 1.10.10.
Principibus maximè conuenit ad cathedras eligere Doctores. 1.7.3.
Principium vniuſcuiuſque rei eſt potiſſima pars. 1.10.9.
Priuilegia non omnibus conueniunt. 3.1.1.
Priuilegij cauſa ceſſante ceſſat priuilegium. 2. 20. 6.
Priuilegium eſt priuata lex. 3.1.1.
Probationes plures ſemiplenæ quando faciant, vel non faciant plenam probationem. 2.6.18.
Procurator in cauſis quis dicatur? 2.11.2.
Procuratores vtplurimum in iudicijs ſophiſtici, & cauilloſi eſſe ſolene. 2.11.5.
Procuratori Aduocati Officium exercere non permittitur, præſertim dum cauſa damni tenetur ad reſtitutionem. 2.11.6.
Procuratorum notantur defectus. 4.10.14.
Prohibitio extra prohibitum caſum extendi non debet. 1.18.8.
Propoſitiones iſtæ: Doctores actu docentes ſunt Magiſtri: Magiſtri actu docentes ſunt Doctores, non ſunt conuertibiles. 1.2.4.
Prudentia quid ſit. 4.17.8.
Prudentia carnis quid ſit. 4.17.10.
Prudentia non eſt, ſed ſimia prudentiæ, calliditas, & ſagacitas. ibidem.
Prudentia, & Politica ſunt idem animi habitus. 4.19.1.
Prudentia quomodo definiatur. ibidem.
Prudentia latè commendatur. 4.19.2. & 3.
Prudentia difficillima inuentu eſt. 4.19.4.
Prudentia mundana non vera prudentia, ſed larua prudentiæ. ibidem.
Prudentia mundana exprobratur. 4.19.5.
Prudentiæ deſcriptio. 4.19.1.
Prudentiæ duplex munus. ibidem.
Prudentiæ falſæ quot, & quæ ſint ſpecies. 4. 13. 10.
Prudentiæ vitia oppoſita quæ ſint. 4.17.9.
Prudentiæ quot, & quæ vitia opponantur. 4. 19. 10.
Prudentiam ad inueniendam Philoſophia moralis maximè conducit. 4.19.6.
Pſalterium quatenus muſicum inſtrumentum quid moraliter ſignificet. 2.4.6.
Publica negotia publica fulciri debent authoritate. 1.4.6.
Pythagoras Theologus ſymbolicus, & Kabaliſta magnos ſuſcepit honores. 3. 4. 1. 12. & 13.

Q

QVantitas eſt tota ratio, cur qualitas ſubſtantiæ adhæreat. 1.9.1.
Quantitas alia accidentalis, alia ſubſtantialis. 1.9.2.
Quantitas diſcreta conſideratur ab Arithmetica; continua verò à Geometria. 4.13.1.
Quantitatem ſequitur qualitas. 1.9.1.
Quantitatis diuiſio. 4.13.1.
Quintianus Stoas Poeta laureatus Romulum Laurentianum carminibus decorauit. 1.6.13.

R

RAbano ſacro Interpreti collati ſunt honores. 3.4.17.
Rabbini qui, eorumque authoritas. 1.3.10.
Rabbini nomen quid ſignificet. 3.4.4.
Rabbinorum ſumma poteſtas. ibidem.
Radulpho ſacro Interpreti collati ſunt honores. 3.4.17.
Rainerius Arſeldus Foroliuienſis Piſis docet. 1. 6. 9.
Ratio perfecta, & conſiderata omnibus virtutibus præſidet. 1.5.8.
Ratio animo ægrotanti eſt medicus optimus. 2. 6. 10.
Rectores per æquitatem incedere debent. 2. 7. 14.
Rectores maximè inuidentur. ibidem.
Rectoris probitas dyſcolis videtur iniqua. 2. 7. 14.
Regulares, Doctoris, & Magiſtri nomine non eſſe vocandos, quinam exemplis, & rationibus latè probauerint. 1.18.2.
Regulares, in ſacris, & humanis literis exerceri debent. 1.18.4.5. & 6.
Regulares, gradus, & lecturas poſſe ſuſcipere doctorales, authoritate, & exemplis probatur. 1.18.7.
Regulares quomodo iuris ciuilis, ac medicinæ lauream ſuſcipere poſſint. 1.18.8.
Regulares non ſolùm publicis in ſcholis docere poſſunt, ſed etiam in ſuis Cænobijs erigere Scholas, & Collegia permittuntur. 1. 18. 9.
Regulares non poſſe gaudere Doctoris, ac Magiſtri nomine gratis aſſeritur. 1.18.10.
Regularibus, Doctoris, ac Magiſtri titulus à Summis Pontificibus conceditur. 1.18.11.
Regularis à publica Cathedra arceri non poteſt. 1.18.3.
Regularis, ac Clericus idem ſunt. ibidem.
Regularium quinam fruantur Magiſtrorum, & Doctorum nominibus. 1.2.15.
Regularium inſtituta obligant in ſcholis ad ſequendas determinatas ſententias. 1.12.7.

Reli-

Religio quid ſit. 4. 3. 6.
Religio duobus modis offendi poteſt, per exceſſum ſcilicet, & per defectum. 4.3.7.
Religio quomodo per exceſſum, & per defectum offendatur. ibidem.
Remedium pro iis, qui certa, ſed erronea laborant conſcientia. 2.6.10.
Reſolutiones, ac Deciſiones per antiquas regulas fieri debent, ex quibus deinde ad nouas fiat deſcenſus. 1.11.10.
Reſpublica illa optima eſt, in qua ſupplicia malis; bonis verò præmia conferuntur. 3. in proem.
Reſpublicæ multæ contemnentes Academias diſſipatæ ſunt. 1.5.2.
Reus quidam à Rege condemnatus, & à Iudicibus abſolutus. 2.10.10.
Rhetor perfectus qualis eſſe debeat, fabella Mercurij lepidè explicatur. 2.18.7.
Rhetor vtilitati ſemper præferre debet honeſtatem. 2.18.9.
Rhetor ad perfectè ſuadendum vtile ab honeſto non debet ſeparare. 2.18.10.
Rhetor ad honeſtum maximè ſuadere debet. 2. 18. 13.
Rhetores Aduocatorum munere antiquitùs fungebantur. 2.11.1.
Rhetores ad ſuadendum vtilitate, & honeſtate maximè vti debent. 2.18.8.
Rhetores quomodo honeſtos, & quomodo turpes viros hortari debeant. 2.10.14.
Rhetores varij, qui hominum mouerunt animos, recenſentur. 3.20.3. & 4.
Rhetores recenſentur, qui varios receperunt honores. 3.20.à num.7.vſque ad 12.
Rhetores ſophiſtæ deſcribuntur. 4.18.4.
Rhetores ſophiſtæ non eloquentes, ſed ad ſummum loquaces dici poſſunt. 4.18.5.
Rhetores grauiter delinquunt, eum laudanda vituperant, & vituperanda laudant. 4.18.6.
Rhetores recentiores præſertim valdè adulatores fiunt. 4.18.10.
Rhetores adulatores valdè reprehenduntur. 4.18. 11.
Rhetores probos non decet in vtramque partem diſſerere, ſed tantùm mendoſos ſophiſtas. 4.18.12.
Rhetores olim leges publicabant. 4.18.13.
Rhetoribus non inhibetur verborum copia, ſed leuis, & fucata locutio. 2.18.6.
Rhetoribus peruerſis quare dicendi non eſt libera tradenda copia. 4.18.14.
Rhetorica ea omnia quæ arte fiunt, eadem verbo, & voce per analogiam facit. 2.18.3.
Rhetorica Dialecticæ eſt antiſtrophe. 3.20.1.
Rhethorica quare animorum appelletur Regina. 3.20.2.
Rhetorica circa nullum determinatum verſatur genus. 4.18.1.
Rhetorica Dialecticæ appellatur propago; ibidem.
Rhetorica, & Dialectica in quo differunt; ibidem.
Rhetorica, & Dialectica circa veritatem indagandam diuerſo modo verſantur. 4.18.2.
Rhetorica abſque veritate, & Dialectica non eſt ampliùs recta dicendi ars. 4.18.3.
Rhetorica etiam ſuos ſophiſtas habet. 4.18.4.
Rhetorica duplex, philoſophica ſcilicet, & popularis: illa cenſoria, iſta adulatoria; illa laudabilis, hæc viruperabilis. 4.18.9.
Rhetorica ciuilis ſcientiæ ſoboles quare dicebatur. 4.18.13.
Rhetoricæ, ſiuè eloquentiæ encomia. 2.18.1.
Rhetoricæ vis magna deſcribitur. 2.18.2.
Rhetoricæ finis, & officium quid. 2.18. 4.
Rhetoricæ imago à Luciano expreſſa abundè exponitur. 3.20.5.
Rhetoricam multi Reges, qui coluerunt, recitantur. 3.20.6.
Rhythmus quid ſit. 2.15.3.
Riſus immoderatus vndè oriatur. 4.14.10.
Robertus Titi Piſis docuit. 1.6.14.
Rodericus Fonſeca Piſis docuit. ibidem.
Romæ Gymnaſium Atheneum nuncupatur. 1. 3. 12.
Romæ ſimulachrum quale. 1.10.8.
Romulus Laurentianus Piſis docuit. 1.6.13.

S

Saba Regina venit ab Auſtro tentare Salomonem. 1.1.5.
Sacerdos ſummus ex rationale iudicij oracula fundebat. 1.10.5.
Sacerdotalis dignitas apud omnes ſemper in honore fuit. 3.12.1.
Sacerdotes, quæ maximè veneratæ ſunt aliquæ enarrantur nationes. 3.12.2.3. & 4.
Sacra ex ſcriptura veluti lumina quatuor ſenſus prodeunt, & quinam ſint. 2.3.11.
Sacra ſcriptura ab ipſo Chriſto iuxtà quatuor ſuos ſenſus explicata. ibidem.
Sacra ſcriptura, agro in quo ædificandum eſt, comparatur. 3.4.1.
Sacra ſcriptura duos principaliores ſenſus habet, & quos. 4.2 6.
Sacra ſcriptura clara, & ſimplex eſt, & ſimplicitatem amat. 4.2.13.
Sacra ſcriptura probis eſt clara, improbis verò obſcura. ibidem.
Sacra ſcriptura non eſt exponenda verbis obſcuris. ibidem.
Sacra ſcriptura in quo differat ab epiſtola hortatoria. 4.3.3.
Sacra ſcriptura quibus loquatur clarè, & quibus obſcutè. 4.3.4.
Sacra ſcriptura per nubem Tabernaculi explicatur, & exprimitur. 2.3.10.
Sacra ſcriptura Dei cor, & anima dicitur. 2.4.4.
Sacra ſcriptura vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, & erudiendum. ibidem.

Sacra ſcriptura puteus altus eſt. 2. 4. 5.
Sacra Scriptura lux eſt, & cum luce maximam habet ſimilitudinem. 4.2.1.
Sacra ſcriptura multis obſcuritatibus tamen implexa eſt. 4.2.2.
Sacra ſcriptura non ſecundùm voluntatem hominum, ſed Dei interpretanda eſt. ibidem.
Sacra ſcriptura non eſt ornanda florido ſtylo. 4. 2. 14.
Sacra ſcriptura grammaticis exornata ſcholijs,imprudentiam,& ignorantiam exotuantium manifeſtare ſolet. 4.2.15.
Sacra ſcriptura eſt epiſtola de Cęlo miſſa. 4. 3. 1.
Sacra ſcriptura eiſdem vtitur locis, quibus epiſtolæ vtuntur hortatoriæ. 4.3.2.
Sacra ſcriptura quare per ſymbola aliquandò loquatur. 4.3.5.
Sacra ſcriptura ob ſui obſcuritatem reuerentiam legentibus affert. 4.3.6.
Sacræ ſcripturæ Interpretes primum locum inter Doctores tenent. 3.4.4.
Sacræ ſcripturæ Interpretes quibus comparantur. 3.4.2.
Sacræ ſcripturæ Interpretes ſpirituales debent eſſe. 3.4.3.
Sacræ ſcripturæ Interpretes quæ præſertim poſſidere debent. ibidem.
Sacræ ſcripturæ Interpretes in honorem apud omnes habiti ſunt. 3.4.3.
Sacræ ſcripturæ enigmatibus non clauduntur, ſed teguntur, ne vileſcant. 2.2.3.
Sacræ ſcripturæ quare dogmaticæ dicantur diſciplinæ. 4.12.2.
Sacram ſcripturam quare Deus voluerit ſymbolis eſſe occultatam. 2.2.4.
Sacram ſcripturam multæ dantur interpretandi leges, quæ ad vnam principalem tamen reducuntur. 4.2.1.
Sacram ſcripturam permiſcentes profanis, & profana addentes ſacris, grauiter puniti ſunt, vt oſtenditur exemplis. 4.2.12.
Sacram ſcripturam non intelligentes maiorem venerationem erga illam habere debent. 4. 3. 6.
Sacram ſcripturam qui ſpernit, Religionem lædit. ibidem.
Sacram ſcripturam meritò vocant fundamentum fidei. 2.8.14.
Sacrarum ſcripturarum Interpretes ſiuè Prophetæ, ſiuè Apoſtoli ſuo debent frui honore. 3.4.10. & 11.
Sacrarum ſcripturarum plurimi recitantur Interpretes grandi honore affecti. 3.4.18.
Sacrarum ſcripturarum Interpretes valdè coluerunt Principes ſeculares. 3.4.19.
Sacrarum ſcripturarum Interpretes magnis in Cęlo fruuntur pręmijs. 3.4.20.
Sacrarum Scripturarum errant Interpretes naturas, & perſonas in Chriſto confundentes. 4. 2. 4.
Sacrarum ſcripturarum homines poſſunt eſſe expoſitores. 4.2.3.
Sacrarum ſcripturarum ſolus Deus expoſitor primus eſt. ibidem.
Sacrarum ſcripturarum Interpretes,nec delere, nec lædere debent canonicos libros. 4.2.5.
Sacrarum ſcripturarum præfati Interpretes rigidè increpantur. ibidem.
Sacrarum ſcripturarum Interpretes errant, dum quæ exponenda ſunt myſticè, exponunt literariè, & è contra. 4.2.6.
Sacrarum ſcripturarum Interpretes, quando opus fuerit poſſunt quædam hiſtoricè, & myſticè ſimul interpretari. 4.2.7.
Sacrarum ſcripturarum Interpretes maximè attendere debent dogmata fidei, niſi errare deſiderent. 4.2.8.
Sacrarum ſcripturarum Interpretes per dogmata philoſophica non debent ea probare, ſed ad ſummum declarare. 4.2.9.
Sacrarum ſcripturarum Interpretes rationibus philoſophicis tantùm ex neceſſitate vti debent, & quomodo 4.2.10.
Sacrarum ſcripturarum illi Interpretes, qui putabant ſiue cohærentia rationis naturalis ſacra nihil probare, in graues errores lapſi ſunt. 4.2.11.
Sacris ſcripturis qualis ſenſus aptandus ſit. 4. 2. 3.
Sacris ſeptuaginta Interpretibus iudæis magnifici exhibiti ſunt honores. 3.4 7.
Sacris præfatis Interpretibus ab externis nationibus maximi ſunt tributi honores. 3. 4. 9.
Sagacitas quomodo ſit prudentia. 4.17.9.
Sagacitas vitioſa etiam prudentia eſt. 4. 17. 8 & 9.
Salomon Academiam Ieroſolymis ſeptem paleſtris inſtituit. 1.5.2.
Salomon habuit ſcientiam eminentem. 1.8.2.
Salomon tot libros ſcripſit, quot vocabulis fuit appellatus. 3.5.18.
Salomon egregios ſuſcepit honores. 3. 5. 20. & 21.
Salomon in paterno ſepulchro, vt verè pęnitens tumulatus eſt. 3.5.22.
Samothei qui fuerint. 1.4.14.
Sanhedrim qui fuerint, & quæ eorum authoritas. 1.3.10.
Sanari nequit corpus in morbis colligatis, niſi etiam cuncti ſanentur languores. 2.7.12.
Sanari nequit anima peccatrix, niſi cuncta deleantur peccata. ibidem.
Sanitas aliquando integritatem, aliquando qualitatum ſymmetriam ſignificat. 1.10.10.
Sanitas valdè commendatur. 2.12.6.
Sanitas abſque medicina valdè periclitatur. 2. 12. 7.
Sanitatē qui pro vltimo ponebant fine. 2.12.6.
Sanitatem qui dicebant maximè eſſe expetendam. 2.12.7.

Sa-

Sanum, ſiuè integrum non eſt, quod contra præceptum legis eſt. 1.10.11.
Sapere ſemper ex commentario turpe eſt. 1. 11.6.
Sapiens adhærens ſapientibus ſapientior fit. 4.9.2.
Sapientem ſe affirmans ſibi præiudicat. 1.1.6.
Sapientes non ſe iactant. ibidem.
Sapientes, & ſcientes Dij vocabuntur. 1.3.5.
Sapientes viri valdè honorari debent. 1.5.1.
Sapientes ex alieno vitio oſtendunt ſuum. 1. 12. 2.
Sapientes Græciæ quando floruerint. 1.3.12.
Sapientia maximè Reipublicæ prodeſt. 1.5.1.
Sapientia ſemper prodeſt, cum Reipublicæ adſunt ſapientes. ibidem.
Sapientia plurimùm commendatur. ibidem.
Sapientia rebus bellicis maximè iuuat. 1.5.8.
Sapientia reſidet in intellectu. 2.3.3.
Sapientia duplex. ibidem.
Sapientia dicitur ſapida ſcientia. ibidem.
Sapientia mundana, quæ Theologicæ non adhæret veritati, ſapientia non eſt, ſed temeraria Philoſophia. 4.2.12.
Sapientia mundana in fictione, & apparentia conſiſtit. 4.4.2.
Sarron in Galliam Academias intuliſt. 1.3.14.
Sarronidæ qui fuerint. ibidem.
Schola illa facilè fluctuabit, quam alicuius famoſi ſapientis doctrina non confirmabit. 1. 12. 6.
Scholaribus, & ſtudentibus creditur de Doctoribus ſcientia. 1.7.7.
Scholaſtici quo ſenſu aſſimilentur venatoribus. 1. 9. 8.
Scholaſtici inter miſerabiles reputantur perſonas. 1.9.9.
Scholaſticis nihil abſconditum eſſe debet in ea facultate, cui præſertim ſtudent. 1.9.5.
Scholaſticorum vita deſcribitur. 1.9.9.
Sciendi deſiderium naturale eſt. 1.4.5.
Sciendi cupiditas in multos induxit errores. 1. 8. 9.
Sciendi cupiditas inſita omnibus hominibus. 1. 12. 1.
Scientia docibilis eſt, ſi ex præcognitis fiat. 1. 1. 4.
Scientia omnis permixta eſt cum aliqua ignorantia. 1.1.6.
Scientia augetur exercitio. 1.4.5.
Scientia triplex eſt: eminens, mediocris, & ſufficiens. 1.8.2.
Scientia multis laboribus comparatur. 1.8.6. & 4. 9. 1.
Scientia eminens quid ſit. 1.8.2.
Scientia mediocris quid ſit. ibidem.
Scientia ſufficiens quid ſit. ibidem.
Scientia eminens eſt donum S.Spiritus. 1.8.3.
Scientia qualibet eſt de ſpecie habitus, qui datur ad facilitandam potentiam intellectiuam. 1.9.4.
Scientia quatenùs à Doctore procedit, doctrina appellatur. 1.10.1.
Scientia, & veritas idem ſunt. 1.10.7.
Scientia ciuilis Philoſophia moralis dicitur. 2. 13. 2.
Scientia eſt vniuerſalium. 2.16.10.
Scientia cum errore, vitia cum virtutibus non ſemel repeririuntur permixta. 4. in proem.
Scientia via eſt ad Deum, ſed eam ſcientifici deprauant. ibidem.
Scientia acquiſita Dei etiam donum eſt. 4.1.4.
Scientia eſt gratia gratis data. 4 1.8.
Scientiæ tùm pace, tum bello Reipublicæ maximè fauent. 1.5.3.
Scientiæ qualitas accidentalis, & ſubſtantialis quæ. 1.9.3.
Scientiæ omnes habent quoddam commune vinculum. 1.9.7.
Scientiæ inferiores quo pacto dicantur mutuare ſua principia à ſuperioribus. 1.9 8.
Scientiæ inferiores, cum à ſuperioribus ſua mutuantur principia mutui rationem ſeruare debent. 1.9.9.
Scientiæ omnes à ſacra Theologia regulari habent. 1.10.10.
Scientiæ practicæ finis eſt operatio. 2 6.1.
Scientiarum cum picturis comparatio. 1.9.11.
Scientiarum principia quando ſint ſana 1.10.10.
Scientiarum ordo, atque nobilitas vndè ſumenda. 1.20.6.7.8.9.10. & 11.
Scientiarum nobilitas etiam ex fine, ſimplicitate, abſtractione &c. conſideranda eſt. 1.20.11.
Scientias, & artes qui Græciæ attulerint. 1.3.12.
Scientifici multi ſine timore Dei inueniuntur; timentes autem Deum ſine ſcientia nulli. 2. 1. 4.
Scientifici abſque timore Dei ignorantes facti, & cum timore Dei ignorantes ſcientifici, & ſapientes inuenti. 2.1.4. & 5.
Scioli plerumque tument, & nomen Doctoris ſibi iniuſtè tribuunt. 1.1.7.
Scioli ſuis ineptijs leues, & inanes ſe oſtendunt. 1.1.8.
Scioli cuiuſdam enarratur ineptia, qui epigramma pro epuli ſpecie ineptè acceperat. ibidem.
Scire aliquid ſe exiſtimans, nondum cognoſcit quemadmodum oporteat ſcire. 1.1.6.
Scire rei veritatem eſt propriè ſcire. 1.10.7.
Scire qui propriè dicatur. 1.15.1.
Scire noſtrum eſt diuinæ vocis repetitio, vndè aſſimilatur Echo. 4.1.6.
Scire omnes artes, & ſcientias optimè valemus ex quinque libris Moyſis. 4.12.1.
Scotiam qui doctrinis primò illuſtrauerit. 1. 4. 14.
Scribæ qui, eorumque authoritas. 1.3.10.
Scribarum æſtimatio magna. 3.4.6.
Scribendi varia inſtrumenta. 1.15.5. & 6.
Scribere inania, & futilia ad defatigandum intellectum valdè vituperabile eſt. 4.9.12.

Digitized by Google

Scriptores, & literati nomen, & gloriam maximè quærunt. 1.16.1.
Scriptores quidam vanitatum, & neniarum ad declinandum otium obiter recenſentur, 4.9.12.
Scriptoris cuiuſdam iunioris nonnullæ in Seruitas Florentinos Patres notantur, & emendantur impoſturæ. 4.19. à n.14. vſq; ad 17.
Scripturæ interpretandæ ſunt ſecundum vſum loquendi. 4.2.13.
Scrupulorũ cauſæ aſſignantur plurimæ. 2.6.19.
Scrupuloſi quidam enarrantur. 2.6.20.
Scrupulus quid ſit. 4.7.9.
Scrupulus dicitur mors conſcientiæ. 2.6.20.
Secretum non licet reuelare. 2.11.20.
Sella, cuiuslibet generis ſit, firmitatis, & ſtabilitatiseſt hieroglyphicum. 1.10.8.
Sepultura honoratior, quàm ſtatua publica cenſetur. 3.5.23.
Sepulturæ honorem vnuſquiſque deſiderat, 3.5.22.
Sermonis obſcuritas venerationem affert. 3.5.1.
Seth filios, ac nepotes aſtronomicis imbuit diſciplinis. 1.3.4.
Seth, eiuſque Filij Dij vocati fuere. 1.3.5.
Sforzia Oddus Piſis docuit. 1.6.14.
Siciliæ Gymnaſium Pythagoreum. 1.3.12.
Simon Portius Piſis docet. 1.6.13.
Simonia quid ſit. 2.4.8.
Simonis Angli ob ſuperbiam infœlix euentus, 4.1.3.
Simplicitas naſcitur ex vnitate. 1.10.7.
Socrates aream ab Alcibiade dono datam recuſauit. 1.6.4.
Sol inter ſydera primæ magnitudinis ponitur, 4.7.3.
Sol circiter centies ſexuagies ſexies magnitudine terram excedit. ibidem.
Sol, & Luna quomodo eclypſentur. 4.7.4.
Solem qui tantùm pro Deo colebant. 2.8.4.
Solon Athenienſibus leges, & regulas dedit, 1.5.4.
Sophiſmata ludus verborum ſunt. 2.17.9.
Sophiſmata quomodo diſſoluantur. ibidem.
Sophiſta quid ſit. 4.17.5.
Sophiſta deſcribitur. ibidem.
Sophiſtæ apud quos odibiles erant, & quare quibus comparabantur. 4.17.4.
Sophiſtæ dicaces, & omnia ſatis ſcire præſumentes, Ardeolæ auis typo quare exprimebantur. 4.17.13.
Sophiſtica ars comparatur venationi. 4.17.6.
Sophoclis decreto Academiæ à priuatis viris prohibetur erectio. 1.4.7.
Sortilegia omnia prohibentur, & puniuntur tùm iure canonico, tùm ciuili. 4.3.13.
Species quãdoque generi derogat. 2.in procm.
Species ſuo continetur genere. ibidem.
Speculi vſus ad quid inſtitutus ſit. 2.9.11.
Statuæ non dicabantur niſi maximis viris. 3.5.12.
Stoici Deum precibus flecti poſſe negabant. 1.8.10.
Studendi frænanda eſt nimia cupiditas. 1.14.2.
Studendo vita conſumitur. ibidem.
Studio ſuo quilibet delectatus contemnit alienum. 1.20.2.
Studuiſſe non ſufficit, ſed benè. 1.1.12.
Stultus homo factus eſt à ſcientia. 1.1.6.
Subtilitas nimia inutilis eſt, & valdè nocet. 1.8.13.
Superbia vitium eſt coæuum humanæ naturæ. 4.1.1.
Superbia, vt ſpeciale peccatum eſt, inanis gloria nuncupatur. 4.1.2.
Superbia radix omnium peccatorum eſt. ibid.
Superbiæ, ſiuè vanagloriæ quatuor ſunt ſpecies. 4.1.4.
Superbi nulli ſubijcere ſe volunt. 4.1.14.
Superbum ſanandi modus aſſignatur. 4.14.6.
Supernaturalia non poſſumus ſcire abſque aliqua illuſtratione ſupernaturali. 4.1.5.
Suum cuique pulchrum. 1.20.1.
Symbola pythagorica nonnulla enarrantur. 3.5.3.
Symbolica ſcientia apud Antiquos quanta fuerit. 3.5.4.
Symbolicam vt acquirerent ſcientiam Græci ſapientes, laborioſa ſuſceperunt itinera. 3.5.5.
Symbolicam ſcientiam, & naturalem magiam Ægyptii plurimi fecerunt. 3.5.6.
Symbolis quare vtebatur Antiquitas. 3.5.1.
Symbolum quid ſit. 2.2.5.
Synderesis deſcribitur. 4.7.1.
Syndereſis quando vehementius, & quando remiſſius operetur. 4.7.2.
Syndereſis, ſiuè conſcientia quare aſſimiletur igni nehemiano. ibidem.

T

TAlmudiſtarum quædam recenſentur deliria. 1.8.10.
Tantali explicatur fabella. 4.4.4.
Templa quare antiquitùs Draconia nominabantur. 2.8.5.
Terreni terrena intelligere tantùm valent, non verò cæleſtia. 1.8.11.
Themiſtocles Philoſophus ſua ſapientia Græciam à Perſis liberat. 1.5.6.
Themiſtocles ab ingratis Athenienſibus Vrbe pellitur. ibidem.
Themiſtocles Xerſis Perſarum Regis gratiam adeptus in Athenienſes hoſtes exprobratorium dictum impingit. 1.5.6.
Theologi propriè, & abſolutè vocandi ſunt Magiſtri. 1.2.5.
Theologi qui vniuerſaliter dicantur. 2.1.1.
Theologi Dei inſtrumenta, & interpretes ſunt. 2.1.3.
Theologi quatenùs inſtrumenta Dei ſunt duas

diſpoſitiones habere debent, peritiam ſcilicet, & bonitatem. ibidem.
Theologi ſymbolici multis fruebantur priuilegijs. 3.5.7.
Theologi ſymbolici maximè cauere debent, ne figuratam loco propriæ, & propriam loco figuratæ accipiant loquutionem. 2. 2.12.
Theologi ſymbolici quomodo per defectum detrahant Religioni. 4.3.16.
Theologi ſymbolici irreligioſitatem committunt, dùm ſacris abutuntur ſymbolis, & Scripturæ verbis. ibidem.
Theologi ſymbolici ſacris abutentes literis corripiuntur, & pœnis ab irreligioſitate arcentur. 4.3.17.
Theologi ſymbolici multipliciter per exceſſum Religionem offendunt. 4.3.9.
Theologi grauiſſimè Religionem offendunt ſacros aptando hieroglyphicos ad profanos & ſuperſtitioſos vſus. ibidem.
Theologi ſymbolici item Religionem grauiſſimè offendunt, dùm numeros ſuperſtirioſè vſurpant. 4.3.10.
Theologi ſymbolici grauiter Religionẽ offendunt, dùm ſacra verba diuinatrici, vanæ obſeruationi, notoriæque applicant arti. 4.3.12.
Theologi ſymbolici Religionem grauiſſimè offendunt, dùm ſacra verba ſuperſtitioſè ſcripta collo appendunt ad euitandos morbos. 4.3.13.
Theologi ſymbolici Religionem offendunt, qui Iudaicam Kabalam ſuperſtitioſè exercent. 4.3.14.
Theologi myſtici maximè abundare debent bonitate vitæ. 3.6.1.
Theologi myſtici eandem ſanctitatem procurare debent in via, quam poſſidere debent in Patria. 3.6.2.
Theologi myſtici tanti fecerunt hanc Theologiam, vt eam diuitijs, honoribus &c. præponerent. 3.6.7.8.& 9.
Thologi ſcholaſtici quarè ab Hæreticis acriter vituperentur. 2.5.1.
Theologi ſcholaſtici maximè veritatem ſectari debent. 2.5.3.
Thologi morales quid pro tecta, & vera conſcientia teneantur docere. 2.6.6.
Theologi morales animarum Paſtores ſunt appellandi, ideòque honorandi. 3.9.5.
Theologi morales à malis, & peruerſis hominibus odio habentur. 3.9.6.
Theologi morales amantur à probis. 3.9.7.
Theologi morales quibus à Deo afficiantur pœnis. ibidem.
Theologi morales honoribus humanis nimis indulgentes parùm apti ſunt ad ſalutem animatum procurandam. 3.9.8.
Theologi morales honores ſibi oblatos quomodò teneantur acceptare. 3.9.9.
Thologi morales tanquàm Rectores, & Conſiliarij à Regibus, & Principibus adhibentur. ibidem.
Theologi morales qui eorum verè Conſiliarij dicantur. 3.9.10.
Theologi morales recenſentur, qui Eccleſiaſticis Dignitatibus decorati fuerunt. 3.9. 11.12.& 13.
Theologi morales ſolis gerunt typum. 4.7.3.
Theologi morales lumina primæ magnitudinis ſunt. ibidem.
Theologi morales quidam recenſentur, qui in ſacris literis propriè dicuntur lumina. ibidem.
Theologi morales quatenùs Eccleſiæ lumina, quomodò eclypſentur. ibidem.
Theologi morales quomodò inſtar Lunæ eclypſentur. 4.7.4.& 5.
Theologi morales quamlibet admittentes opinionem probabilem multa in Eccleſia cauſant damna. 4.7.6.
Theologi morales neque in deſperationem, neque in ſcrupulum conſcientiam Auditorum debent inducere. 4.7.9.
Theologi morales maxima difficultate ſanare valent conſcientiam ſcrupuloſam. ibidem.
Theologi morales tunc valdè eclypſantur, cum docent vnicuique licere operari ſecundùm propriam, & ſingularem opinionem. 4.7.11.
Theologi morales circa opinionum permiſſionem ſedulò monentur. 4.7.13.
Theologia deſcribitur. 2.1.5.
Theologia omnibus eminet ſcientijs. 2.1.1.
Theologia duplex poſitiua ſcilicet, & ſcholaſtica, & quæ. 2.1.2.
Theologia poſitiua ſcholaſticæ fundamentum eſt. ibidem.
Theologia ſymbolica quid ſit. 2.2.5.
Theologia ſymbolica eſt pars poſitiuæ. ibid.
Theologia ſymbolica quomodò ad veritatem manifeſtandam procedat. ibidem.
Theologia ſymbolica quomodò per emblemata procedat. 2.2.6.
Theologia ſymbolica quomodò per parabolas, per fabulas, & apologos procedat. 2. 2.7.& 8.
Theologia ſymbolica quomodò per enigmata, griphos, & hieroglyphicos procedat. 2.2.9. & 10.
Theologia ſymbolica quomodò per ſchemmata, tropoſque procedat, & quæ talia ſint. 2.2.11.
Theologia ſymbolica circa quid verſetur. 2. 3. 1.
Theologia myſtica circa quid verſetur. ibid.
Theologia poſitiua in ſymbolicam, & myſticam diuiditur. 2.3.2.
Theologia ſymbolica, & myſtica quid ſint. ibidem.
Theologia myſtica in ratione actus quid ſit. 2. 3. 4.

Theo-

Digitized by Google

Theologia myſtica in ratione actus quid ſit. 2. 3. 7.
Theologia myſtica ſummam continet dulcedinem. ibidem.
Theologia myſtica promptitudine, & induſtria noſtri ingenij etiam iuuatur. 2.3. 6.
Theologia myſtica etiam methodo, & ordine docetur. ibidem.
Theologia ſcholaſtica ad defenſionem Eccleſiæ excogitata eſt. 2.5.2.
Theologia non tantùm teſtimonijs, verùm etiam ratione fidem firmare debet. 2.5.3.
Theologia ſcholaſtica eminenter ſpeculatiua, & practica eſt. 2.5.13.
Theologia quatenùs practica quomodò procedat. 2.6.1.
Theologia Pythagorica ex quibus ſumpſit exordium. 3.5.2.
Theologia myſtica, ſeu vita contemplatiua quomodò ad Philoſophos gentiles etiam ſpectare poſſit. 3.6.10.
Theologia moderna viridarijs, antiqua verò ſyluis quarè aſſimiletur. 4.6.8.
Theologiæ myſticæ tùm in ratione habitus, tùm in ratione actus quædam definitiones. 2.3.3.
Theologiæ laurea quandò ſuſcipienda. 2.5.5.
Theologiæ moralis finis quinam ſit. 2.6.4.
Theologiæ ſcholaſticæ quanta ſit authoritas. 4.6. 1.
Theologiæ ſcholaſticæ excellentia. 4.6.2.
Theologiæ ſcholaſticæ quos Eccleſia maximè recepit Doctores. 4.6 3.
Theologiæ ſcholaſticæ commoda, & vtilitates. 4.6.4.
Theologiam Platonis, & Ariſtotelis Philoſophiæ quærunt aptare maligni. 1.10.11.
Theologiam triplicem qui fecerunt. 2.1.1.
Theologiam myſticam ſolus Deus in ſpiritu homines docet. 2.3.5.
Theologiam ſcholaſticam plurimi ſophiſmatibus deturpant. 4.6.5.
Theologiam ſcholaſticam ex rationibus naturalibus etiam conſtare probatur. 4. 6. 12. & 13.
Theologis ſymbolicis primus aſſignatur canon vt, ſcilicet, ſermonem Diuinum figurarum accipiant, quando fidei, & moribus nequit propriè adaptari. 2.2.13.
Theologis ſymbolicis ſecundus aſſignatur canon; vt, ſcilicet, de Deo, & Trinitate loqui non poſsint propriè, ſed metaphoricè. 2. 2. 14.
Theologis ſymbolicis tertius aſſignatur canon vt, ſcilicet, per tropum intelligant Deum indurare cor, tradere in reprobum ſenſum, & cætera id genus. ibidem.
Theologis ſymbolicis quartus aſsignatur canon; vt, ſcilicet, vita æterna rebus corporeis comparata per tropos intelligi debeat. 2.2.16.
Theologis ſymbolicis quintus aſſignatur canon, oimirùm, quòd idem in ſcripturis literaliter, & ſpiritualiter ſimul exponi poſſit. 2.2.17.
Theologis myſticis, veris ſcilicet Dei contemplatoribus, debetur adoratio Duliæ, etiam in hac vita. 3.6.3.
Theologis ſymbolicis quomodò competat rectè interpretari numeros. 4.3.11.
Theologis ſcholaſticis quinque aſſignantur præcepta. 2. 5.4.
Theologis ſcholaſticis primò præcipitur, vt ſint acuti, & experti. ibidem.
Theologis ſcolaſticis in reſoluendis obiectionibus maximè promptitudo eſſe debet. 2.5.6.
Theologis ſcholaſticis præcipitur ſanctitas, & innocentia vitæ. 2.5.7.
Theologis ſcholaſticis item præcipitur, vt cordatè, & Deo conſulto ſuſcipiant diſputationes, non temerè, vt quidam Eumonius. 2.5.8.
Theologis ſcolaſticis Diui Bernardi exemplo cum Abailardo diſſerentis diſputandi præſcribitur tempus. 2.5.9.
Theologis ſcholaſticis tertiò præcipitur cautè obſeruare, coram quibus ſit diſputandum, vt exemplo Echij ſatis oſtenditur. 2. 5.10.
Theologis ſcholaſticis præcipitur quartò tantùm diſputare de ijs, quæ captum illorum non excedunt. 2.5.11.
Theologis ſcholaſticis tunc ſacris diſputationibus verè debetur laurea, cum altitudine, & profunditate myſterij ſe fateutur victos. ibidem.
Theologis ſcholaſticis quintò præcipitur, vt in infinitum non trahant ſuas diſputationes. 2.5.13.
Theologis ſcholaſticis tamquàm Eccleſię propugnaculis magnus debetur honor. 3.8.4.
Theologis ſcholaſticis idcircò militaria dona debent impertiri. 3.8.5.
Theologis ſcholaſticis Scholaſticæ, Canonicatus theologalis, Archidiaconatus dignitates ſunt tribuendæ. 3.8.7.
Theologis ſcholaſticis in Eccleſiaſticis dignitatibus datur præuentio. 3.8.8.
Theologis ſcholaſticis in aſſequtione Epiſcopatus datur præuentio. 3.8.9.
Theologis ſcolaſticis prabendæ Eccleſiaſticæ ſunt tribuendæ. 3.8.12.
Theologis ſcholaſticis more militum quæ diſtribuendæ ſunt prędæ, & quænam ſint. 3. 8. 14.
Theologis ſcholaſticis Eccleſia maxima parat præmia. 3.8.17. & 18.
Theologis ſcholaſticis quomodo naturalibus permiſſum eſt vti rationibus. 4 6.14.
Theologorum ſcholaſticorum Summus Pontifex maximè indiget ſatellitio. 3.8.10.

Theolo-

Digitized by Google

Theologorum ſcholaſticorum ad exterminandos Hæreticos, Principes Catholici maximè indigent auxilio. 3.8.11.
Theologorum ſcholaſticorum præbendæ debent eſſe integræ, & abſque penſionibus. 3.8.13.
Theologorum ſcholaſticorum quidam enarrantur, qui Pontificiam adepti ſunt dignitatem. 3.8.17.
Theologorum ſcholaſticorum quidam enarrantur, qui ſacram purpuram adepti ſunt. 3.8.18.
Theologorum ſcholaſticorum quidam errare videntur, qui veritatem non inuenire, ſed differendo tantùm triumphare nituntur. 4.6.9.
Theologorum ſcholaſticorum quidam non leuiter errant, dum veterum opiniones aut damnant, aut ſpernunt. 4.6.10.
Theologorum ſcholaſticorum illi etiam videntur errare, qui nullas rationes in rebus theologicis admittunt. 4.6.11.
Theologorum ſcholaſticorum qui propriè merea ntur nomen. 4.6.5.
Theologorum recentiorum, antiquorum relicta, quarè tàm frequenter colatur opinio. 4.6.6.
Theologorum etiam recens tamen non extaret doctrina, niſi ab antiqua ſua percepiſſet principia. 4.6.7.
Theologorum myſticorum defectus, & errores. Vide Hypocriſis.
Theologorum moralium nonnulla ponuntur paradoxa. 4.7.7.
Theologorum moralium eclypſantur lumina, dùm nimio rigore alienas ligant conſcientias. 4.7.8.
Theologos myſticos, & contemplatiuos ij recenſentur, qui politico, & ciuili cultu maximè ſunt venerati. 3.6.5. & 6.
Theologos myſticos etiam naturales, ſiuè contemplatiuos Philoſophos ab Ethnicis varios accepiſſe honores diuerſis fabellis moraliter exprimitur. 3.6.à n.11. vſque ad 12.
Theologos morales inter, & Canoniſtas olim nullum erat diſcrimen, nunc autem quomodò differant. 2.6.2.
Thogorma Noachi Nepos Germaniam literis illuſtrauit. 1.3.13.
Thomas Cornachinus Piſis docet. 1.6.13.
Tiberius Cæſar in principio ſuo regiminis de qualibet re patiebatur admoneri. 1.7.6.
Tiberius Cæſar etiam renuente Senatu Chriſti Domini Diuinitati fauet. 2.13.6.
Tibia quid moraliter ſignificet. 2.4.6.
Tibia in funeribus adhibebatur. ibid.
Timor quatenus vitium iraſcibilis eſt, quid ſit & huiuſmodi deſcriptio. 2.6.7.
Timor virtuoſus quid ſit, & huiuſmodi deſcriptio ibidem.
Tragædia quid ſit. 2.15.16.
Traianus Imperator bonis artibus pueros imbuendos curauit. 1.7.3.
Tribunal academicum fori priuilegio gaudere debet. 14.9.
Tribunitię Domus quarè apud Romanos cunctis ſemper patebant fores. 2.10.12.
Trinitatem Sanctiſſimam quomodò explicabant Ethnici. 2.2.2. & 2.8.7.
Tropus quid, & quotuplex ſit. 2.17.11.
Tubal muſicæ Doctor. 1.3.2.
Tuiſcon Thogormæ frater, qui alio nomine Aſcenez dicebatur, Germanis leges tulit. 1.3.14.
Tummim, & Vrim in rationale ſummi Sacerdotis quid ſignificabat. 1.10.5.
Tympanum quid moraliter ſignificet. 2.4.6.
Typographicæ artis inuentores varij, diuerſique ponuntur. 1.15.7.
Tyrannus quomodò differat à Rege. 4.15.7.

V

Vana gloria ibi eſſe ſolet, vbi aliquæ excedunt virtutes. 4.1.3.
Vana obſeruantia quid ſit. 4.3.13.
Venatio quæ maximè commendetur. 4.17.8.
Venatio ad exercendam rei bellicæ fortitudinem inuenta eſt. 4.17.11.
Venatoribus tria aſſignantur præcepta. 4.17.7.
Veneres duæ apud antiquos. 4.15.3.
Veneris impudicæ templum Romani extra mœnia Ciuitatis ponebant, & quarè ibid.
Verba non ſunt attendenda, ſed ſenſus. 1.10.13.
Verba ad quid inuenta. 4.15.2.
Verba non ſunt curanda, ſi conſtet aliter de mente. 4.17.2.
Verborum ſuperflua elegantia plerumque in errorem inducit. 4.2.15.
Verborum ſimplicitas amica eſt veritatis. ibid.
Verboſa commentaria in omni re ſunt euitanda. 1.10.13.
Verboſitas ſubæratæ comparatur monetæ. ib.
Verbum Dei myſticus eſt panis. 2.4.1.
Veriſimilitudo continet veritatis imaginem. 1.6.8.
Veriſimilius in obſcuris accipiendum eſt. 1.6.6.
Veritas eſt finis, & fundamentum doctrinæ. 1.10.5.
Veritas in omnibus attendenda eſt. 1.10.6.
Veritas formalis in quo conſiſtat. ibidem.
Veritas quid ſit ſecundum Tullium. 1.10.6.
Veritas inuariata eſt. ibidem.
Veritas omnis Euangelio concordat. 1.10.10.
Veritas vna eſt, non autem quædam Theologica, quædam Philoſophica. 1.10.15.
Veritas non ad temporis, ſed ad rationis trutinam examinanda eſt. 1.11.5.
Veritas nunquàm moleſta, quæ probata eſt. ibidem.
Veritas ſicut ex diſputatione elucet, ita ex altercatione abſurdatur. 1.12.10.

Veritas quid ſit. 1.16.3.
Veritas omnis culturæ noſtræ primum eſt inſtrumentum. 1.17.1.
Veritas eſt conformitas ad ſuum exemplar. 1.17.2.
Veritas eſt finis ſpeculatiuæ ſcientiæ. 2.5.3.
Veritas difficilè inuenitur. 2.17.3.
Veritas tantum animo percipi poteſt. 2.17.4.
Veritatem omnes amant. 2.17.2.
Veritatem lebefactat ignorantia. 2.17.3.
Veritatem ipſa quoque mens erroneè percipere poteſt. 2.17.5.
Veritatis ſimulachrum. 1. 10. 5.
Veritatis Icon. 1.10.7.
Veritatis deſcriptio. 2.17.1.
Veritatis quanquam mira ſit vis, à ſophiſtis tamen non parùm extenuatur. 2.17.10.
Verum eſt obiectum noſtri intellectus. 4.9.5.
Verum quomodo erroneè, & falsò aliquando capiatur. 4.9.6.
Verus eſt qui nunquam à ſemetipſo alter efficitur. 1. 10. 14.
Veſpaſianus Imperator pueros bonis artibus imbuendos curauit. 1.7.3.
Veſtium mollities ſignum eſt luxuriæ, & quarè. 4.14.7.& 8.
Viam vnitiuam abſque purgatiua, & illuminatiua ſtatim attingere miraculoſum eſt. 4. 4. 12.
Vindicatio quid ſit. 2.10.14.
Vindicatio non eſt opus virtutis, ſed indifferens. ibidem.
Vindicatio ex fine honeſtatur, aut viciatur. ibidem.
Virgilius Mediolani literis aliquando operam dedit. 1.3.12.
Virtus ipſa ſibi merces, & prœmium eſt. 1. 19. 1.
Virtus ſeipſa contenta eſt. ibidem.
Virtus labore, & ſudore comparatur. 1.19.2.
Virtus eſt prœmium laboris. 1.19.3.
Virtus de genere bonorum laudabilium eſt. 1. 19. 6.
Virtus, & honor commune templum habebant. ibidem.
Virtus conſiſtit in mediocritate. 2.14.9.
Virtus iuxta naturam rationalem eſt. 4.4.1.
Virtus irridetur, & vitium colitur, & honoratur. ibidem.
Virtute carentes difficilè ad virtutem hortantur. 1.13.1.
Virtute præditi, ac rectì beati ſunt. 1.19.1.
Virtute præditi maximos honores conſequuti ſunt. 1.19.7.
Virtutem qui fraudat honore ſuo, ipſam virtutem aufert. 1.19.8.
Virtutes theologales ſunt fines veræ ſapientiæ. 2. 5. 12.
Virtutes inter ſe colligantur. 2.7.13.
Virtutes quomodo in mediocritate conſiſtant. 2. 14. 9.
Virtutes animæ ſunt lumina. 4.4.9.
Virtutibus infuſis, an homo abuti poſſit. ibid.
Virtutibus Cardinalibus quomodo homines abuti poſſint. 4.4.10.& 11.
Virtutis gratia quædam permittuntur, quæ aliàs non permitterentur. 1.17.14.
Virtutis hieroglyphificum quale. 1.19.2.
Virtutis præmium laus, & honor eſt. 1.19.6.
Vita humana maritima nauigatio eſt. 2.6.8.
Vitia dùm reprehenduntur, vitioſi iraſcuntur. 4. in prœm.
Vitia ſub ſpecie virtutis proponuntur, & virtutes ſub ſpecie vitiorum abhorrentur. 4.4.1.
Vitia propria ex quibus rebus cognoſcantur. 4. 17. 7.
Vitium duplex importat præcipitium. 2.14.9.
Vniformitas duplex, reſolutionum ſcilicet, & ſtyli. 1.10.14.
Vniuerſalia notiora ſunt particularibus. 1.1.1.
Vocaliſſimus quiſque Orator non eſt dicendus eloquentiſſimus. 2.18.5.
Voluntas eſt appetitio boni cū ratione. 2.6.11.
Voluntas in homine eſt veluti Virgo pudica in clauſtro ibidem.
Voluntatis obiectum quid ſit. 2.18.11.
Vrim, & Tummim in rationale Summi Sacerdotis quid ſignificet. 1.10.5.
Vtile bonum maximè allicit voluntatē. 2.18.11.
Vtilitates non omnes pares ſunt. ibidem.
Vtilitatis magna eſt vis. ibidem.
Vtilius, quod magis eſt eligendum. ibidem.
Vuiclephus hæreticus valdè literis infeſtus fuit. 1. 5. 10.
Vulgaris Populus non eſt audiendus; ſed diligenter docendus. 1.9.6.

Z

Zameis Nanias Semiramidis Reginæ Filius Babylone gymnaſia condidit. 1.3.8.
Zelatores Diuini honoris laudantur. 2.7.16.
Zelo nimio laborantes reprehenduntur. 2.7.11.
Zelus quid ſit. 2.7.8.
Zelus ad magna cogit. ibidem.
Zelus homines vrget, vt non propriæ, ſed alienæ conſulant vtilitati. 2.7.9.
Zelus verti non debet in furorem. 2.7.10.

F I N I S.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google